


5.094



DIONYSII PONTANI

ADVOCATI BLESENSIS, IVRIS VSVSQVE FORENSIS CONSVLTISSIMI, IN CONsuetudines Blesenses Commentariorum

Tomus Prior,

A P. Pontano eius filio I. V. D. illustratus & recognitus.



BLESIS,
EX TYPOGRAPHIA IVLIANI ANGELERII.
1556.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

L M Blois

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

IL eſt permis par lettres patentes du Roy noſtre ſire à Iulian Angelier Imprimeur & Libraire de Blois, d'imprimer ou faire imprimer, & expoſer en vente vne copie intitulée Dionyſij Pontani Aduocati Bleſenſis, iuris vſúſq; forenſis conſultiſsimi, in Conſuetudines Bleſenſes Commentarij. Et defenſes à tous autres Imprimeurs, Libraires & Marchans de ne l'imprimer ou faire imprimer, vendre ou faire vendre, dedans dix ans, à compter du iour & date qu'elle ſera acheuée d'imprimer, ſi n'eſt par la permiſsion & congé dudit Angelier, ſur les peines cõtenues audit priuilege. Donné à Blois le premier iour de Feburier, l'an de grace mil cinq cens cinquante cinq, & de noſtre regne, le neufieſme. Par le Roy, le grand Aumoſnier preſent. Signé, Breton.

TYPOGRAPHVS CIVIBVS BLESENSIBVS, S. D.

EN vobis (optimi Ciues) Dionyſij Pontani Commentariorum ad Conſuetudines veſtras Tomus prior, Typographiæ noſtræ primitiæ: quos non vobis ſolùm, ſed & omnibus iuris ſtudioſis & fori alumnis quam gratiſsimos fore mihi eo nomine perſuadeo, quòd tantis precibus & quotidiano pene conuitio illos a nobis tandiu efflagitaſtis: igitur nihil eſt quòd eos vobis commendabiliores reddam. Quanto verò labore, cura, ſumptu, vigiliis, enixi ſumus, vt eos emẽdatos haberetis, hic non eſt recenſendi locus, æqui iudices æſtimabunt. Tantum omnes philonomos hortor, vt hos ſibi comparent, & numis ſuis nos beent: quo locupletiores ſimus & alacriores ad poſteriorem tomum breui in vulgus edendum, cæteróſque huius argumenti libros, quos & vobis vtiles, & Reip. adiumento eſſe nouerimus. Valete felices.

ILLVSTRISSIMO ANTISTITI AC SVMMO REGIAE BENIGNITATIS CONDO PROMO D. BERNARDO RVtiæ mecœnati ſuo, Petrus Pontanus Salutem ac Felicitatem perpetuam.

GENTIS Gallicæ iuſtitiam ingeniis & moribus non legibus cultam fuiſſe, vel ex eo ſatis conſtat, Antiſtes digniſsime, quòd etiámnum melior eius pars conſuetudinum iure regatur. Quæ quidem reipublicæ adminiſtrandæ ratio maxime peculiaris imprimíſque propria Lacedæmoniorum fuit. Quibus haud ſcio an vlla præterea gens inſtitutis & vitæ genere, iuſtius cum hac noſtra conferri poſsit. Vtraque enim bello ſtrenua, in adeundis periculis audax & erecta, naturalis iuſtitiæ ac religionis obſeruans, moris inſtitutíq; maiorũ per manus traditi, citra præſcriptum vllum tenax, recta, denique ſimplex apertáq; fuiſſe memoratur: prorſus vt admirabile ſit hoc illis naturam dediſſe, quod cęteri tot ſcriptis atq; præceptis ob oculos poſitis inſtructi, nullo ferè modo conſequi potuerunt. Quod vt commodius facerent, ſuóq; potius arbitratu quàm alieno more viuerent, partam armis libertatem incredibili pertinacia defenderunt. Ex quo præclarum illud Francorum nomen accepiſſe teſtis eſt antiquitas, noſtérque Baldus, titulo de officio Prætoris: Adeo vt (quod ipſe refert tit. de ſenten. & inter. om. iud.) in Francorum curiis imperatorum leges atque decreta minime obſeruentur, nec ſic allegentur quidem vt Imperatorum authoritate commendentur, ſed quod in his penitus inſita vis naturæ ratióque ſit. Quam veluti mercem quandam vltro citróque nationes omnes importare atque exportare naturæ cognatio, ipſiúſque rei neceſſaria diſtractio coegit. Sed cum temporum inclinationes viciſsitudinéſque rerum, & varios bellorum euentus (quibus ſubinde Galli fato quodam agitati fuere) iam dudum perſpicuum eſſet ſacroſanctas eorum leges immutaſſe leuiter, atque nonnihil iiſdem detraxiſſe, idque à multis eueniſſe crederetur, quod nunquam in æs inciſæ, nec ſcriptis mandatæ eſſent, Carolo 7. placuit cunctas regni cõſuetudines ad certam memorabilémque formulam redigi, ac de ſcripto proponi: cuius edictum ſecuti Chriſtianiſsimi principes noſtri, Ludouicus 12. & Franciſcus 1. hoc opus miro ſuorum applauſu & congratulatione abſoluerunt. Quæ legum præſcriptio tantam noſtris hominibus vtilitatem attulit, vt ea illecti plerique ad eas commentariis illuſtrandas ſeſe conferrent, & magnam inde gloriam, cum propter nouitatem rei, tum operis difficultatem reportarent. Quæ res patris animum alioqui ad remp. natum, ad hos commentarios ſcribendos in ſuæ prouinciæ conſuetudines excitauit: vt qui nulla in re patriæ vnquam defuiſſet, ei quoque in tractatione huius operis inſeruiret. Quam enim magis laudabilem operam & communibus omnium votis magis expetitam potuit ſuis impertire, quàm leges ſtatutáque patriæ quibus vtilitas ciuium, iuris communitas naturalíſque inter ſe ſocietas continetur, facili dilucidáque interpretatione explicare? Sed cum ſuſcepto operi vix ſatis temporis à negotiis amicorum, & quotidianis priuatarum rerum controuerſiis ſupereſſet, nec eum laborem ingraueſcente iam ætate ferre poſſet, me tanquam ſuæ diligentiæ vicarium ex Italia (quæ me iam totum ferè triennium in hac iuris ciuilis diſciplina aluerat) reuocauit, vt meorum ſtudiorum fructum repetens, oneris ſui partem imponeret. Cui cum me totum dediſſem, ita hæc recens à ſcholis & ab Alciato ſcribendi ratio placuit, vt inſtituti operis curam fidei noſtræ committeret, atque ea quæ in infinitam prope chartarum congeriem accumulauerat, recognoſcere, noſtrúmque ſcribendi ordinem adiungere præciperet. Quibus patris mandatis obſecutus, eam quam mihi demandauerat prouinciam ita ſuſcepi, vt neque labori parcerem, neque quidquam quod ad tanti voluminis ordinem atque illuſtrationem pertineret omitterem. Quod doctorum hominum iudicio, qui hæc legent examinandum relinquo. Atque eos omnia boni conſulentes rogatos velim vt ſiquid illis laude dignũ videbitur, id patris nomini adſcribendum, ſiquid minus probatum fuerit, adoleſcentiæ noſtræ condonandum putent:

Qua ſpe confiſus, cum id opus diu retentum ac multis ſanè vigiliis elucubratum ex tenebris educere cogitaremus, viſum eſt id non ſine tuis auſpicijs in lucem emittere: vt & ſub tutela tui nominis prodiret tutius, &, cum authoritate tua niteretur, in reliquorum manus veniret audentius. Itaque hoc licet exiguum munus iam ante a patre tibi dicatum tuo nomini conſecrare inſtituimus, idque vt gratum acceptúmque habeas obnixe rogamus. Quòd ſi pro tantis tuis erga noſtram familiam meritis non æque ſatisfecerit, tuum erit exiſtimare nullas facultates ampliores in hoc otio ac ſolitudine cuius ſemper inops ac tenuis fructus eſt, aut à te exigi, aut à me potuiſſe proferri. Sed ſi me aliquando felices res tuæ (ex quarum ſpe atque expectatione omi-no pẽdeo) ab hac ceſſatione ad occupationem aliquam euocarint, perficiam profecto (ſi modo id labore & diligentia conſequi potero) vt non ſegniorem operam in negotijs gerendis quàm in ſcriptis mandandis poſsis agnoſcere, vtque hæc demerendæ tuæ gratiæ voluntas à me & in otio ſeruata & ad tuorum negotiorum tempus reſeruata eſſe videatur. Tu interea valebis, & ad ſummum honorum faſtigium iis quibus cœpiſti gradibus properabis. Cleriaci, Calendis Aprilis.

1576.

*

IO. TEMPORARII.

Qualiter aſſyrius Phœnix vbi concidit igne
Thuricremo, ex reliquis mox noua prodit auis:
Sic ſua fatali Pontanum morte peremptum
Vitæ reſtituunt hæc monumenta nouæ.

INDEX EORVM QVAE HAC PRIORI COMMENTARIORVM PARTE EXPLICANTVR.

Literæ numeris adpoſitæ columnas: a quidem, ſiniſtram: b verò, dextram ſignificant.

A

ABlatiuus abſolutus. 120.a
Actionem criminalem & ciuilem oriri exquocunque dilecto. 183.a
Actionem perſecutoriam rei furtiuæ non tolli per pœnalem, nec contrà. 185.a
Actum inualidum reddit ceſſatio vnius vbi plura diſpoſitioni cauſam dederunt. 226.a
Actus legitimi. 29.b
Adæquatio vnius cum altero, & adæquatio vtriuſque inter ſe mutua diff. 115.a
Adminiſtratores rerum alienarum non poſſunt abſque ſpeciali mandato alienare. 230.b
Aduerſatiuæ dictiones, ſed, autem, &c. 116.a
Adultera priuatur bonis pacto viri ſibi quæſitis. 124.b
AEſtimatio rerum in inuentario à quo facienda. 96.b
Afflictus. 298.a
Albinis ſeu alienigenis quis ſuccedat. 180.b
Alexander pp. 4. Gallorum conſuetudinem reprobat, & an poſsit. 222.a
Alius. 84.b
Allodiales præſumi res omnes. 401.a
Altæ, med. & infimæ iuſtitiæ iudex de quib. cognoſcat, & an territorium habeat. 174.a
Alternatiuarum regulæ. 245.b
Amortizare an poſsint adminiſtratores, mariti, curatores, &c. 229.b.
Amortizatio. 227.b
Annus rachati debiti à quo die currat. 342.b
Appellationes à Iudice qui commiſsionem ſaiſinæ decernit, non recipiuntur. 379.a 380.b
Arbores non ceduæ vi ventorum deiectæ ad gardianum vſufructuarium non pertinent. 72.b
Artifices. Artificium. 52.b.
Aſsiſiæ ſeu ſeſsiones. 151.a
Auctoritas & conſenſus differunt. 38.a
Auctoritas mariti in præparatoriis vxori neceſſaria non eſt. 42.a
Auctoritas mariti præſtanda mulieri ſub litem conteſtatam. 42.a
Auctoritatem quæ ad actus confirmationem tantum requiritur ſatis eſt ex poſt facto adhiberi. 40.b
Auenagia. 221.b

B

Baillia. Bailliſtræ. 116.a 118.b
Banniti differunt à deportatis. 166.b
Banniti infames non ſunt. 166.b
Banniti relegatis comparantur. 167.a
Bannum. exilium. 165.b
Baſtardorum bonis quis ſuccedat. 180.a
Bleſæ à quibus conditæ. 136.b 140.a
Bleſiorum comitatū è regni appēnagio non eſſe. 140.b
Bona vacantia. 176.b
Bonorum vacantium ius præſcriptione quæri. 177.b
Bonorum vacantium mobilium & immobil. differentia. 178.a
Bonam fidem præſumi ex longiſs. tempore. 206.
Bonifacius pp. 8. Gallis infeſtus hoſtis. 222.b
Burgi. 138.a

C

Canonis receptione cōmiſſum remitti cenſetur. 229.a
Canoniſtarum commenta de Pontific. poteſtatis plenitud. 222.b
Carceris impedimentum legitimum eſt vt vaſſallus per procuratorem offerat. 259.b
Caroli 5. & Eduardi pactum non valuiſſe. 144.a
Caſtellanus. 154.a
Caſtellanus an ius habeat in exilium agendi ſubditos extra territo. delinq. 167.b
Caſtra. Caſtrum. 137.b
Caſtro conceſſo an iuriſdictio cōcedi cenſeatur. 277.b
Catalogi effectus. 402.b
Catalogorum alter quare domino præſtandus. 401.b
Catalogum ſi recuſet edere vaſſallus qua pœna mulctetur. 402.a
Catalogus acceptatus à domino fidem contra eum facit. 403.a
Catalogus præſumptionem dominij inducit contra tertium. 403.a
Cautio vſufructuarij. 83.b
Cenſuarius an ſimulatque interpellatus fuerit ſoluere teneatur. 411.b
Cenſuarius vbi interpellari debeat. 411.a
Cenſum deberi probari ſola conſuetudine. 199.b.
Cenſum in minutis numis conſiſtere. 410.a
Cenſus dupliciter conſideratur. 199.a
Cenſuum ſpecies. 405.a
Chiuerniaci iuriſdictio à caſtro ſeparata. 276.a
Citādi modū per edicta cōſuetudo approbauit. 245.b
Citatio per edicta & ſchedulas affixas pro foribus fori. 105.a
Ciuitas. 136.b
Cognatio. 117.b
Colonum ius ſuum amittere non poſſe. 301.a
Colonus poſſeſsionem alteri tradendo domino præiudicat. 201.a
Columbariorum ius. 74.a
Comes baronem antecellit. 152.a
Comes Bleſenſis omniū actionū habet notionē. 146.a
Comes Bleſcñ. poteſtatem legis condendę habet in ſubditos. 144.b
Comitatus. 136.a. 139.
Comitis Bleſeñ. prærogatiuæ. 148.a
Commendas hodie perpetuas eſſe. 228.b
Commendæ ſignificatio duplex. 228.a
Communem loquēdi vſum præualere in ſtatutis. 117.a
Commune quod mihi tecum eſt meum, cenſeri. 212.b
Commiſsi pœna abrogata in feudis & in eius locum prælenſio introducta. 255.b
Commiſsi pœnam ſi dominus perſequatur tria probare debet. 254.a
Conceſsiones principum duo requirunt. 144.b
Confeſsio extraiudicialis veritati nō præiudicat. 386.b
Confiſcatio bonorum immobilium an ad vſufructuarium pertineat.
Confiſcatis bonis an veniāt nomina & actiones. 178.a
Confiſcatio bonorum ob crimen durante gardia commiſſum, poſt gardiam finitam inflicta, verum gardiani vſufructuarive lucro cedat an pupilli. 77.a
Confiſcationis quod tempus ſpectandum. 77.a
Coniunctio feudi dominantis cum ſeruiente, non extinguit ſeruitutem. 196.b
Conſenſus patroni titulum non præſtat. 39.a
Conſenſus ſpecies triplex. 38.b
Cōſtitutio fieri poteſt plebiſcito in reip. cauſam. 160.a

ad Conſuetudinem inducendã plures actus requiri. 1.a
Conſuetudinem quæ validam reddant. 21.a
Conſuetudines pactáque ſuper contractu feudi interpoſita omnino ſeruanda. 303.b
Conſuetudinis generalis circa feuda capita aliquot. 239.b
Conſuetudinis virtus varia. 270.a
Conſuetudo ad caſus fictos non extenditur. 82.a
Conſuetudo & ſtatutum differunt. 1.a
Conſuetudo ciuitatis extra eius diſtrictum non extenditur. 167.a
Conſuetudo loci vbi ſitum eſt feudum ſeruiens attenditur. 238.b
Conſuetudo patriæ in qua ſita eſt res feudalis ſeruanda. 341.a
Conſuetudo ſcripta an allegari & probari debeat. 4.a
Conſuetudo ſpecialis magis attenditur in feudo quàm generalis. 238.a
Contractus contra ſtatuta geſti non confirmantur iuramento. 46.b
Contractus cuius loci conſuetudine regantur. 238.b
Contractu nullo ob prohibitionem fauore perſonæ factam laudimiæ non debentur. 315.b
Contractus & inſtrumentum differunt. 336.b
Contractus innominati. 305.b.
Contractus quando perfectus intelligatur. 338.a
Contractus ſpecie & pecunia mixtus, emptionis cenſendus eſt. 313.b
Contractuum diuerſas ſpecies non conſtitui ex qualitatibus diuerſis in eodem contractu. 313.b
Contrahentium nec mens nec verba inſpicienda quoad tertium. 313.a
Contrahere. 25.b
Coronæ patrimonium inalienabile. 141.b
Coruatarum ſeu operarum debitore mortuo, an hæredes ſingulas operas debeant. 220.b
Coruatæ quid: & quibus ſumptibus præſtentur. 219 b
Creditoribus aduerſus debitores quatuor modis conſulitur. 172.b
Curator inuitus non datur. 119.b

D

Datione in ſolutũ an debeantur laudimiæ. 310.b. 312.a
Datiua tutela hodie in vſu. 119.a
Debitor offerens alibi quàm ſolui oporteat, nihil agit. 250.b
Decimæ an probentur legitimè infeudatæ ex diuturna poſſeſſione. 269.a
Decimæ infeudatæ ante concilium Lateranenſe è patrimonio laicorum ſunt. 265.a
Decimæ non ſunt ſpirituales. 267.a
Decimæ vt non debeantur ex certis ſpeciebus an conſuetudine induci poſsit. 270.b
Decimarum infeudatarum notio ad iudicem laicum ſpectat. 268.a
Decimarum laici ſunt incapaces iure põtificum. 267.a
Decimarum loco, an tredecimæ ſolui poſsint ex conſuetud. 269.b
Decimarum pars quota præſcribi poteſt. 269.b
Decreta iudicis executiua reuocari poſſunt. 378.b
Delicta in cõfinio duorum territoriorum admiſſa quis puniat. 171.a
Delicti vnius ratione plures pœnas non infligi. Regula & exceptiones. 182.a
Delictum prælati non nocet eccleſiæ: nec delictum tutoris, pupillo. 392.a
Delinquentes ſubditos extra territorium an ius habeat Caſtellanus in exilium agendi. 167.b
Deportatio & relegatio differunt. 166.b
Deportationis pœnam quis irrogare poſsit. 166.a
Dictiones exceptiuæ. 48.b
Dictiones ſimilitudinariæ. 81.b
Dictiones ſuſpenſiuæ donec, &c. 192.a
Dies interpellat pro homine. 245.a
Dies quadraginta ad catalogum exhibendum præfixi, à quo tempore currant. 403.b
Dies quadraginta ad præſtandam fidelitatem conceſsi an de momento ad momentum computandi. 248.b.
Et à quo tempore currere incipiant. 254.a
Diſtrictus. 138.b
Diuiſio tripliciter fieri poteſt. 357.a
Diuortium ſeu bonorum ſeparatio an valeat ſi poſt tẽpus ſtatutum inuulgata ſit. 56.b
Dominij impetratio a iudicéne an à principe concedi debeat. 173.a
Dominij vtilis ſpecies duplex. 187.a
Dominicalia iura. 187.b
Dominium. 186.a
Dominium directũ duplex, quomodo habeatur. 293.b
Dominium non multiplicari ex multiplicatione titulorum. 192.a
Dominũ vtile quæri ex omni perpetuo cõtractu. 234.a
Dominium vtile feudi tranſit in vaſſallum. 234.a
Domini territoriorum an iure communi fundatam habeant intentionem ad recognitionẽ petendam. 189.a
Dominus territorij an petere poſsit omnium prædiorum recognitionem. 190.b
Domus cuius parœciæ ſit, quomodo diiudicandum. 255.b
Domus duarum parœciarum confinis ad vtram ſpectet. 56.b
Do vt des: cum pecunia interuenit, qualis contractus. 306.a
Do vt facias: contractus innominatus, & ex eo rachatus debetur non quintus. 306.b
Donatarium vniuerſalem vicem hæredis gerere. 109.a
Donatio Conſtantini. 142.a
Donatio in anticipationem ſucceſsionis. 360.a
Donatio liberis facta ſimpliciter, an præſumatur in anticipationem ſucceſsionis. 362.a
Donatio paterna in dubio præſumitur adminiſtratio tantum pecuniaria. 360.a
in Donatione paterna eius rei in qua filius ſucceſſurus eſt, vxor bonorum ſocia nullam partem habet. 301.a
Donatione rei centualis ob cauſam matrimonij, an laudimiæ debeantur. 415.b
de Donationibus à patre filiis factis. 360.a

E

Eccleſia an pœnæ negationis feudi ſubiiciatur. 391.b
Eccleſia non excuſatur à refectione publicorum operum. 170 b
Eccleſia ſibi præiudicare poteſt. 393.b
Eccleſiaſtici ſibi non eccleſiæ feuda acquirere poſſunt. 224.b
Eccleſiaſticis rebus præſcribitur annis 40. 198.a
Eccleſiaſticos olim fuiſſe feudi incapaces. 226.b
Edicta publica pro foribus eccleſiarũ, & locorum publ. rectè propon. 56.a
Electio debiti actionis fori, &c. ad quem ſpectet in alternatiuis. 245.a
Emphyteuticus fundus non committitur ex venditione vxoris, non authoratæ. 48.a
Emphyteutica an in bonorum cõfiſcationem veniant. 179.a
Emptio non eſt ſi res detur pro pecunia in arca poſita, nec in numerata quantitate. 307.b
Emptio rei ſuæ quatuor caſibus valet. 331.a
Emptionis cõtractus an ſolo cõſenſu perficiatur. 318.b
Error facit ius. 97.a
Error notarij teſtibus probari poteſt, nec partibus nocet. 338.b
Exceptio fauorabiliſne an odioſa qũo noſcas. 29.a
Executores & curatores ad certam rem dati, inuenta-

rium facere non tenentur. 88
Exhibere. 366.a
Exhibitio exẽpli inſtrumenti cuius expenſis fiat. 367.a
Exnunc & extunc. 25.a

F

Feuda diſtrahi emíque hodie poſſunt. 233.a
& pecuniam etiam admittunt. eadem.
Feuda Gallicana feudis francis comparari. 237.b
Feuda in eccleſiam alienari cur non poſsint. 223
Feuda in eccleſiã non alienari dominis intereſt. 224.a
Feuda iuriſdictionibus hodie comparantur. 133.b
Feuda iuriſdictionis & ſimplicia nihil hodie differunt. 131.a
Feuda noſtra nihil ferè cum antiquis commune habent. 235.b
Feuda realia, ſunt patrimonialia & hęreditaria nõ perſonalia. 382.b
Feuda roturaria. 130.a
Feuda terragia, &c. commiſſa, an gardiano ſeu fructuaria acquirantur. 76.a
Feuda præſcriptione hodie non amitti. 197.b
Feudi eccleſiæ relicti ne æſtimationem quidem deberi. 227.a
Feudi à domino acquiſiti laudimiæ cui debeãtur. 183.a
Feudi terriam partem an vaſſallus in cenſum concedere poſsit. 266.b
Feudi indiuidui emolumenta diuidua ſunt. 212.b
Feudi natura vt pacti & præſcriptionis immutari poteſt. 198.b
Feudi vnio cum ſubfeudo quando perfecta intelligatur. 281.a
Feudo ad certos annuos redditus conceſſo, an laudimię debeantur. 313.b
Feudo amiſſo an libellatio amittatur. 266.a
Feudo conſtituendo ſeptem interuenire debent. 231.b
Feudo franco fœminæ ſuccedunt. 236.b
Feudo per patronum acquiſito fit conſolidatio vtilis dominij cum directo. 280.a
Feudo ſi ſubfeudum conſolidetur an vxor bonorum ſocia partem vendicet. 282.a
Feudo præſcribebatur iure ciuili annis 30. 193.b
Feudorum gradus. 130.a
Feudorum iura & regulæ an locum habeant in feudis pecuniariis. 232.b
Feudorum regnorúmque ſucceſsiones perpetuo ordine deferuntur. 130.b
Feudorum vſus & origo. 231.a
Feudum an amittatur ex omni caſu denegationis, & an ignorantia iuſta excuſet. 384.b
Feudum agnoſcens an iuriſdictionem agnoſcere cenſeatur, 274.a
Feudum extra territorium poteſt apprehendi à domino iuriſdictionem habente. 216.b
Feudum commune inter plures vaſſallos ſi ex parte vnius aperiatur, totum dominus apprehendere poteſt. 213.a
Feudum francum. 236.a
Feudum ſemel conceſſum auferri non poteſt nec onerari. 134.a
Feudum ſine fidelitate non conſiſtit. 233.a
Feudum cõmiſſum præſcriptione acquiri poteſt. 195.b
Feudum paternum. 341.b
Fidelitas feudalis perſonalis eſt, nec ad hæredes tranſit. 241.a
Fidelitas perſonaliter præſtanda eſt, ſed à procuratore ſuſcipi poteſt. 253.a.b
Fidelitas præſtatur ratione rei, non perſonæ. 382.b
Fidelitatis, homagij & iuramenti differentia. 242.a
Fidelitatis oblatio non probatur niſi obſeruata ſolennitate. 251.a
Fidelitatem in feudi contractu remitti non poſſe, at iuramentum poſſe. 243.a.b
Fidelitatis iuramentum ſex continet. 234
Fidem hoſti ſeruandam. 134.b
Fidem oblatam dominus recuſare non debet. 248.b
Fides & fidelitas differunt. 252
Filiorũ nomine conceſſa emphyteuſis an filiabus etiam conceſſa intelligatur. 15.b
Filiusfamilias acquirit patri.
Fiſcum pro hærede haberi. 178.b
Fiſcus an inuentarium facere teneatur rerum ad ſe dilatarum. 89.a. 92.a
Fiſcus ex delicto ſuccedens bonis non perſonæ ſuccedit nec proprie hæres eſt. 177.a
Fiſcus prẽfertur viro & vxori in bonis vacãtibus. 177.a
Fraternitates duobus modis conſiderari. 225.a
res ſuas liberè alienare poſſunt. 225.a
coram iudice laico conueniri poſſunt. 225.b
Fraternitatibus relicta ad pias cauſas non cẽſeri. 225.b
Fructus. 69.a
Fructus eos verè dici qui deducta impenſa ſuperſunt. 300.a
Fructus & emolumenta feudi præſcriptione amittuntur. 198.b
Fructus feudales domino duobus modis acquiri. 198.b
Fructus feudi à ſolo ſeparati allaudiales habẽtur. 290.a
Fructus feudi ciuiles. 297.b
Fructus naturales pendentes ſunt pars fundi. At collecti inter mobilia habentur. 71
Fructus pendentes acquiruntur vtili dominio at non vſufructu. 234.a
Fructus pendentes finita gardia ſpectant ad pupillum. 86.b
Fructus ſortem minuunt. 203.b
Fulgeriæ & Fœna territoria. 191.b
Furcæ. 152.b
Furcarum pœna ignominioſa. 153.b
Furcæ merum imperium ſignificant. 153.a
Furcas quibus erigere liceat. 153.a
Furtorum genera & perſecutiones. 184.a

G

Gabella hæreditati impoſita per ſtatutum locum non habet in perſona filiorum. 343.a
Gabella ſi ex quolibet contractu debeatur, quid in donatione. 348.b
Galli non admiſerunt leges Romanorum. 5.a. 263.b
Gallorum reges nullius ditioni ſubiacent. 5.a
Gallia tributaria. 187.b
Gardia durante ad quem ſpectet ius præſentandi. 79.
Gardiani an cauere teneantur. 83.b
an inuentarium conficere teneantur. 60.b
Gardiani & baillíſtrę à tutoribus differunt. 58.a
Gardiani male adminiſtrantes expelli poſſunt à gardia etiam ſi cauere offerant. 84.a. 110.a
Gardiano curator adiungendus vbi de immobilibus in iudicio agitur. 58.b
Gardianus nobilis fructus omnes quoſcũque ſuos facit.
Gardianus debeatne ſoluere legata à defuncto relicta an pupillus. 87.a
Garendus, litis vindex. 217.b
Gentes quid gallis ſignificet. 224.b
Gradus prærogatiua in tutelis deferendis. 65.b. 118.a
Graríæ Gruariæ quid. 73.a

H

Homagium quid. 234.b
Homagium ligium. non ligium. 242.b
Horam inſtrumentis apponere vtile eſt. 249.b

I

Illegitimorum ſucceſsio. 179.b
Impoſsibile factu qui non fecit nullam pœnam meretur. 254.b

Indemnitas. 227.b
Inſtrumenta fundi ſaiſiti an fructuum nomine intelligantur. 290.a
Inſtrumentum à notario confectum inter non ſubditos fidem facit, ſed executionem non habet. 164.a
Inſtrumentum notarij an extra territorium fidem faciat. 162.
Interdictum vti poſſidetis an patrono competat aduerſus vaſſallum feudum negantem. 375.b
Interpellandi & denuntiandi modi plures. 245.a
Interpellari cenſuarius vbi debeat. 411.a
Interpellatio vna ſufficit ad pœnæ cõmiſsionem. 411.a
Intimationis effectus. 104.b
Inuentarium. 87.b
Inuentarium qui facere teneantur. 87.b.89.b
non fit vbi pupillo non expedit. 90.a
quo tempore conficiendum. 92.b
coram quibus fiat. 94.b
quid continere debeat. 95.b
Inuentarij non confecti moram an purgare liceat. 93.a
Inuentario conficiendo ſufficit vnus tabellio. 95.a
Inuentario teſtes adhibendi. 95.a
Inuentarium qui non confecit an ceſsione bonorum iuuetur. 98.b
Inuentarium feciſſe non videtur qui res permultas omiſit. 99.a
Inuentario confecto ſiquid patrimonio pupilli pòſt accidat quid agendum. 100.a
Inuentarium iudicis auctoritate cõficiendum eſt. 172.a
Inuentarium an corruat ſi ij quorum intereſt vocati non fuerint. 105.b
Inuentarium hæreditatis ſuſpectæ. 100.b
Inuentario hæredis ſex perſonæ intereſſe debent. 101.a
ad Inuentarium hæredis quomodo creditores conueniendi. 104.
Inuentario hæredis iudex intereſſe debet. 102.
Legatarij & creditores vocandi. 103.
abſentium loco tres teſtes adhibendi. 105.b
Inuentarium hæredis quando & intra quod tempus conficiendum. 106.b
Quo loco. 107.a
Inuentarij forma & ſolennitas an remitti poſsit. 107.a
Inuentarij vtilitates. 107.b
Inuentarij virtute excluditur quis ab hypotheca ſpeciali. 108.a
Inueſtituræ forma iure communi obſeruata. 215.a
Inueſtituræ petitionem tribus modis probari. 251.b
Inueſtituræ tenor pro lege ſeruandus. 237.b
Inueſtituræ tenor ſi non appareat patriæ conſuetudo ſpectatur. 238.b
Inueſtituram à Cancellario hodie vaſſalli regij petunt. 251.a
Ipſo facto, quid ſignificet. 63.a
Iudex infimus territorium non habet. 175.b
Iudex laicus de ſeparatione bonorum cognoſcit. 55.b
Iudices noſtri nihil commune habent cum antiquis iure communi iudicibus. 135.b
Iudicibus, poſſeſsionis defenſio non competit. 131.b
Iudicum inferiorum tres gradus. 174.a
Iudicum plures gradus cur habeant Caſtellani. 155.b
Iura incorporalia quomodo à patrono præhendantur. 376.a
Iura regalia non poſſe conferri in priuatum. 143.b
Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium. 142.b
Iuramentum domino putatiuo factum, vero non præiudicat. 218.b
Iuramentum deferri tutori in leuibus expenſis. 112.b
Iureiurando aduerſus tutorem petito, quomodo poſitiones ſtruendæ. 98.b
Iuſiurandum in litem contra tutorem qui inuẽtarium non fecit. 97.b
Iuriſdictio ſine territorio eſſe poteſt. 276.a
Iuriſdictio an cenſeatur ex dependentiis caſtri. 276.b
Iuriſdictio in dubio præſumitur cohærere caſtro. 276.b
Iuriſdictio hodie territorio inhæret, non perſonæ. 132.b
Iuriſdictio diuiſionem admittit. 133.a
Iuriſdictio infima. 145.b
Iuriſdictionem in patrimonio & commercio eſſe. 133.a
Iuriſdictionem ob infamiam non amitti. 133.b
Iuriſdictionem ordinariam ad dominos olim pertinuiſſe. 273.a
ex Iuriſdictione ius dominicale non inferri. 190.b
in Iuriſdictionem alienam hodie ſubditi cõſentire non poſſunt. 163.b
Iuriſdictionis ordines tres, Comitis, Baronis & Caſtellani. 145.b
Iuriſdictionis tres ſpecies. 145.a
Iuriſdictiones & dignitates vendi hodie poſſe. 240.b
Iuriſdictiones patrimoniales. 108.a. 275.b
Iuriſdictiones inferiores hodie ad ſuperiores venire priuatiue. 135.a
Iuriſdictiones ſemel conceſſas non reuocari. 134.a
Iuriſdictiones Gallorum ad nutum reuocabiles. 131.b
Iuriſdictiones iuris communis quid differant à conſuetudinarijs. 131.a
Iuriſdictiones penes regem non penes iudicem qui eas exercet. 131.a
Iuriſdictionum fructus ad gardianum ſpectant. 74.a
Iuriſdictionum gradus quatuor. 130.a
Ius minus plenum abſumitur à pleniori. 280.a
Ius nullum acquiri poſſe per actum fictum. 320.b
Iuſtitiæ altæ, mediæ & baſſæ ſpecies ad iuriſdictionem ſimplicem ſpectant. 145.a

L

Lateranenſe concilium, anno 1179. 269.a
Laudimiæ feudales & cenſuales differunt. 412.a
Laudimiæ ex contractu vxoris non auctoratæ an debeantur. 47.b
Laudimiæ feudales an debeantur ex datione in ſolutum. 308.b
contractu mixto. 312.a
tranſactione. 315.b
Fictitio contractu permutationis, &c. 316
venditione à qua rebus integris partes receſſerunt. 317.a
Feudi conceſsione ad certos annuos redditus. 313.b
traditione facta per conſtitutum in cõtractu emptionis à quo poſtea partes reſiluerint. 319.b
diſtractu. 321.b
Feudi venditione inutili. 324.b.326.b
contractu reſciſſo. 326.b.327.b
contractu ob non ſolutũ pretium euanescente. 328.b
ceſsione emptionis quam facit procurator dñi. 330.a
emptione & venditione nomine alieno factis. 330.a.b
emptione rei ſuæ. 331.a
ceſsione actionis pro certa pecunia ad recuperandum feudum. 332.b
ſupplemento pretij. 328
facultate redimendi alicui ceſſa. 337.a
venditione conditionali vel in diem. 337.b
Laudimiarum receptione acquiſitio comprobatur, non item cenſus vel terragij. 229.a
Laudimię non debentur ex contractibus quibus dominium non transfertur. 307.a
Laudimiæ debentur pro cuiuſque regionis moribus. 289.a
Legatum à legatario agnitum, nunquam ad hæredem pertinuit. 351.a
Legata re cuius commercium non habemus, nec rem nec æſtimationem deberi. 227.b
Legati puellæ relicti ad eam maritandam dies quando cedat. 353.b
Legato à legatario non agnito, quod tamen legatarij hæres obtinuerit, an duo debeantur rachatus. 351.b

in Legatis tria inſpici tempora. 350.b
Legitimationis reſcriptum omnes impedimenti cauſas complecti debet. 226.a
Libellarius contractus. 265.a
Liberi, 13.b.117.a
Liberum eſt vnicuique quam velit legem ſuis rebus imponere. 224.b
Licet vnicuique loca ſua munire niſi limitropha, vel in alterius iniuriam. 137.b
Limitatos feudi fines neq; augeri neq; diminui. 196.a
Longum tempus decennium dici: & quod infrà eſt, modicum. 336.a
Lucratiuas duas cauſas in vnam & eandem rem concurrere non poſſe. 369.a

M

Maiores. 117.a
Mala fides vaſſalli impedit præſcriptionem. 205.a
Manus mortuæ. 226.a
Maritis in vxores honeſta caſtigatio conceditur. 37.a
Maritorum poteſtas in vxores. 32.b
Maritus denegans feudum ad vxorem ſpectans vſufructu tantum priuatur. 393.b
Maſculum concipit fœmininum. 15.b
Mater & auia an poſsint eſſe curatrices filiorum puberum. 119.a
Mater & auia initis ſecundis nuptiis filiorum tutelam amittunt. 120.a
Mater ſecundò nuptura tutorem filiis petere debet, & rationes reddere. 125.b
Mens contrahentium inſpicienda. 312.b
Merum imperium præſcriptione quæri. 138.a
Minor ætas an excuſet matrem quæ filiis tutorem non petiit. 126.b
Minor an reſtituatur ad fructus amiſſos ob inueſtituram non petitam. 255.b
Minor maior à cõſuetudine factus an reſtituatur. 22.b
Minor per matrimonium maior effectus an immobilia ſine decreto alienare poſsit. 22.a
Minores non reſtituuntur in pœnis conuentionalibus. 391.b
Minores puberes fidelitatis præſtandæ capaces. 260.b
Minoribus non ſubuenitur in delictis. 127.a
Miſsio in bonorum poſſeſsionem antiqua differt à miſsione ſeu præhenſione dominicali. 299.b
Miſsio in bonorum poſſeſsionem, quem ſua poſſeſsione non priuat. 211
Sic manus regia vel iudicis. 212.a
Mulieres in virorum poteſtatem matrimonio tranſeunt. 33.a
à Muliere non auctorata res empta emptoris periculo perit, licet dominus non ſit. 45
Mulieris bona propter ſecundas nuptias amiſſa ad quos perueniant. 123.a
Munera honoraria quæ domino in ſui aduentum offeruntur, pupilli lucro non gardiani cedunt. 78.b
Municipium. 138.a

N

Natura contractus. 235.b
Negatio feudi ſex modis fieri poteſt. 382.a
Negationem feudi an reuocare liceat. 385.b
& an minor reſtituatur. 391.a
Negatione extraiudiciali an feudum amittatur. 386.b
Negatione & occultatione protocolli feudum amittitur. 384.b
Negatione an vaſſallus priuetur feudo ipſo iure. 387
Negatione feudo ad dominum tranſlato, à quo tempore fructus reſtituendi veniunt. 388.a
An vaſſallus ædificia à ſe conſtructa amittat. 397.b
item alia augmenta & acceſsiones. 398.a
& quid de ſubuaſſallis. 394.a
an hypothecæ & ſeruitutes durent & conductiones. 395.b 396.a
Negatione dominus reuocans feudum quid probare debeat. 387
ex Negatione iuri quæſito an præſcribi poſsit. 391.a
Negatus dominus an ius agendi ob denegationem tranſmittat ad hæredes. 389.b
& an ius iſtud cedi poſsit. 390.b
Negatus dominus ſi perempta inſtantia triennio, reſtituatur, an fructus medio tempore perceptos habeat. 388.b
Negatiua præpoſita verbo, licet, vel, poteſt, neceſsitatem inducit. 46.a.205.a
Negotiatores. 52.b
Niſi. 50.a
Nobilibus locus eminentior ac dignior debetur. 68.a
Nobilioribus pœnarum genus abiectum imponi non debet. 153.b
Nobilitas ex natalibus. 3.
Nobilitatem randudum in vſu fuiſſe. 3.b
Nobilitas vera. 4.a
Nobilitatem tempore acquiri. 3.b
Notarios immutare non licet habenti iuriſdictionem. 162.b
Notarij officium vile. 162.a
Notarius an inſtrumenta conficere poſsit inter ſubditos extra territorium. 163 b
an inter non ſubditos. 163.b
Vide Tabellio.
Noua cur adſcribatur capitibus aliquot huius conſuetudinis. 67.a

O

Obedientia reſtituit quod contumacia abſtulit. 292
Oblatio fidelitatis qualiter fiat, & quid in ea obſeruandum. 364.b
Oblati ſola liberationem non parit. 257.a
Oblationis locus quis accipiendus. 253 b
Obliagia. 221.a
Obuentiones feudales odioſas eſſe. 288.b
Obuentionibus ſeu fructibus feudalibus præſcribitur. 207.a
Obuentionum feudalium præſcriptio à quo tempore incipiat. 207.b
Occaſio inter cauſas non numeratur. 29.b
Officium. 53.a
Officiorum duplex ſpecies. 132.a
Omnis. quilibet. quiquis. 146.a
Omne. vniuerſum. totum. 147.
Operæ diuiduæ ſunt. 220.b
Oppidum. 137.a
Oſtizia. 219.b

P

Pacta à natura feudi aliena contractui feudali appoſita quid operentur. 235.a
Pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem differunt à pacto de retrouendendo. 334.a
Pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem quomodo reſoluant contractum. 322.b
Pactum contra ſubſtantialia contractus adiectum, contractum vitiat. 235.a
at contra naturalia, formam non immutat. 235.a
Pactum de retrouendendo in contractu non ſcripto conuentum, vel in contractu ſcripto non inſertum, an à laudimijs liberet. 336.b
Parentes. 117.a
Pares Franciæ. 251.a
Parœcia. 55.b
Pater plebeius filiorum tutor inuentarium conficere tenetur. 88.b
nobilis de mobilibus tantum. 88.a
Pater, ſecundarum nuptiarum pœnam nullam ſuſtinet. 121.a
Patria poteſtas in liberos. 5.6.7.
Patria poteſtas an ſoluatur matrimonio inuito patre

contracto. 11.b
Patria poteſtas non reuiuiſcit ſoluto matrimonio. 13.a
Patriæ poteſtati locus eſt Bleſis. 6.a
Patronatus ius ſub vniuerſitate vendi poteſt cum caſtro. 147.a
Patronus feudalis aduerſus vaſſallum non præſcribit. 203.a
Patronus ciuilem poſſeſsionem habet, vaſſallus naturalem. 210.a
Patronus pro parte dominij, manum iniicit feudo in vtilitatem etiam aliorum ſi nomine communi id faciat. 212.b
Patronus qui feudum ſuum acquiſiuit an homagium debeat. & cui. 280.a
Patronus manum iniiciens an expellere poſsit vaſſallum vel colonum. 290.b
Patronus pendente ſaiſina an onera feudi agnoſcere teneatur. 291.a
Patronus non plus percipit ex feudo ſaiſito quàm vaſſallus. 299.b
Patronus manu iniecta vaſſallum per ſe poſsidentem eiicere poteſt. ſecus ſi per colonum poſsideat. 301.a
Patronus ſtare tenetur locationi colono factæ. 299.b 300.a
Patroni ius in feudo ſaiſito potentius eſt iure vſufructuarij. 296.a
Pedagia ob viarum ſecuritatem penduntur. 168.b
Penſio cum dies ceſsit, mobilis cenſetur: ſin minus fructibus pendentibus æquiparatur. 71.b
Penſiones annuæ & hypothecariæ an diuiſionem admittant. 419.a
Penſiones ex feudo an & quando ad patronum ſpectét per præhenſionem. 298.a
Permutatio non niſi ex implemento perficitur. 347 b
Perſonarum diſcrimen an hodie ſit inter Chriſtianos. 1.b
Philippina Conſtitutio. 270.b
Pœna in eum qui inuentarium non fecit. 96
Pœna in patronum malè verſantem in re præhenſa. 296.a
Pœna ad certum vſque tempus inflicta, ſi pendente tẽpore iterum committatur, à quo tempore incipiet currere tempus iteratæ pœnæ. 369.b
Pœna dationi quantitatis adiecta vſuraria cenſetur. 409.a
Pœnam ob cenſum non ſolutum aduerſus ſingularem ſucceſſorem non tranſit. 410.b
Pœnarum genera duodecim aduerſus ſecundò nubentes. 121.b
an hodie locum habeant. 128.a
an habeant locum aduerſus libidinoſas & turpiter viuentes. 124.a
Pontificis poteſtas plenitudinaria. 222.b
Poſſeſsio facilius retinetur quàm alteri de nouo acquiritur. 202.a
Poſſeſsio centum annorum nec per inſtrumenta nec per teſtes probatur. 206.a
Poſſeſsionis interuertendæ quatuor modi. 200.b
Poſſeſsionem veram acquiri per conſtitutum vel precarium. 320.a
Poſſeſsionem vaſſalli non interrumpi ex præhenſione patroni. 300.b
Poſteri. 117.a
Poteſtatis ſpecies duæ. 4.a
Præfecturæ Bleſenſis limites. 136.a
Præhendendi ius an habeant qui pro dominis habentur. 214.b
Præhenſio an locum habeat in terragio, vt in feudo & cenſu. 209.a
Præhenſio feudalis cur propria patroni auctoritate hodie non fiat vt olim. 210.a
An commune quid habeat cum miſsione in bonorum poſſeſsionem. 210.b
Operatur cõſolidationem naturalis poſſeſsionis cum ciuili. 210.b
Domino parit fructuum lucrum. 211.a.217.b
Præhenſio ſemel facta non reuocatur, ſed duobus tantum caſibus ſuſpenditur. 379.b
Quibus & quomodo ſignificanda. 377.a.b
Præhenſionis denũtiatio pro forma inducta eſt. 376.b
Præhenſionis iurium incorporalium inſigne vbi affigendum. 376.b
Præhenſionis forma & modus. 209.a
Prælati taxati qui res alieno ſumptu excultas ſibi vendicant prætextu eccleſiæ. 406.
Prælatus & hoſpitalarius inuentarium conficere debent. 88
Præſcriptio nulla inter dominum & vaſſallum. 197.a 204.a
Præſcriptio cenſus. 198.b
Præſcriptio non quæritur ex naturali tantum poſſeſſione. 200.a
tolli poteſt conſuetud. ſtatuto, pacto. 203.b
Præſcriptio immemorialis quanti temporis ſit. 205.b
non admittit probationem contrariam. 207.a
Præſcriptione quæri non poſſunt quæ ſponte & liberaliter conceduntur. 271.b
Præſcriptione tertij feudum acquiri poſſe. 197.b
Præſcriptione ſublata à conſuetudine vel ſtatuto quænam intelligatur. 204.a
Præſcriptione iura honorifica non amitti. 205.a
Præſcriptionis feudalis ſeptem ſpecies. 194.a
Præſcriptionis immemorialis ſpecialia. 206.a
Præſtationes annuæ iuribus incorporalibus æquiparantur. 284
Præſtationi annuæ non præſcribitur niſi à die denegationis. 208.a
Præter. 49.a
Precaria. 265.b
Precarium à conſtituto quid differat. 321.a
Primogenito impubere fidelitatem non præſtante pro ſe & cohæredibus, an dilatio ſeu ſufferentia concedi debeat. 288.b
Princeps nomine pacis patrimonium regni alienare poteſt. 144.a
Princeps quæ ſibi reſeruata habet, duplicis eſſe ſpeciei. 21.a
Principem fiſcalium rerum quaſi dominum. 141
Principem venales vrbes non habere. 277.b
Principis patrimonium priuatum alienabile. 277.b
Principum patrimonium duplex. 141.a
Priuilegia & beneficia differunt. 19.a
Proauus & proauia, an poſsint eſſe tutores pronepotum. 64.b
Probationes quæ pendent ex loci conſuetudine, in aliis non admittuntur locis. 163.a
Procuratio generalis iuſta interpretatione temperanda. 22 .b
Procuratores regis duo. 141.a
Profeſsio vaſſalli quid continere debeat. 400
Promitto fundum non venditurum niſi tibi: quam vim habeat. 50.a
Proprietas. 186.b
Proprietas fundorum nihil commune habet cum iuriſdictione. 189.b
Proprietatem omnem infeudari poſſe. 236.a
Proteſtatio in confectione inuentarij. 99.b
Protutores durante protutela ad rationes reddendas compelli poſſunt. 114.a
Prouentus. 69.a
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. 390

Q

Quaſi contrahimus in iudiciis. 309.b.311 b
Quinquageſima pars pretij olim debita pro inueſtitu-

ra emphyteuſeos. 303
Quintus an debeatur ex feudi alienatione pro re mobili. 306.b
Quintus debetur ex contractibus in quibus æſtimatio facit emptionem. 307.a
non debetur vbi nullum interueni pretium. 307.a
Quod meum eſt, amplius meum effici nō poteſt. 192.a

R

Rathatus quid. 340.a
A quo ſoluendus. 340.b
an debeatur duplex per repræſentationem. 342.a
quid differat à vendis. 347.a
An debeatur ex donatione ob cauſam. 349.a
donatione cauſa mortis. & mortis cauſa capione. 349.a
an ex legato. 350.b
ex donatione facta retento vſufructu. 354.b
legato conditionali. 352.a
diuiſione extraiudiciali inter cohæredes. 357.b
diuiſione iudiciali. 358.a
diuiſione inter ſocios. 359.a
datione in dotem. 362.b
Rachatus qui ex diuiſione ab hæredibus collateralibus domino debetur, an ſi totum feudum viduæ defuncti obueniat, nihilominus debeatur. 345.a
Rachatus vtilitas. 298.b
Rachatum ex contractibus innominatis correſpectiuis vbi non interuenit pecunia deberi tantum non quintum. 356.b
Ratihabitione mariti ex poſtfacto, actus vxoris non confirmatur. 39.b
Rationes. 110.a
à quibus reddendæ. 110.a
quo loco. 114.b
qua forma. 111.b
Rationum codex quid continere debeat. 112.a
Rationum deſcribendarum ab officiariis forma. 112.b
Rationum reddendarum onus ad iuris ſucceſſores tranſit. 111.b
Redditus. 69.a
Redditus annui inter immobilia habentur. 285.a
Redditus frumenti annuus ac perpetuus quomodo diuidatur in retractu. 72.a
Regem nihil poſſe in ſucceſſoris præiudicium. 142.a
Regia conſtitutio de non reuocandis temerè iudicibus. 132.b
Relegandi ius quibus competat. 166.a
Reſcripti ad tuendam ſaiſinam conceptio. 216.a
Reſtitutio in integrum pro mobilibus nō datur. 255.b
Reus in quem ab inferiori animaduerſum eſt, an iterum coram ſuperiore accuſari poſſit. 181.a
Retractus ſpecies duplex.
Roncinus ſeruitij ad gardianum nobilem non ſpectat. 79.a

S

Saluo, dictio barbara exceptiua. 52.a
Scriptura priuata duobus caſibus fidem facit. 158.b
Secunda miſsio impetratur ad tutandam primam ſaiſinam. 216.a
Sedilium quæ in templis, nulla eſt poſſeſsio, & quæ pro iis actio competat. 68.b
de Separatione bonorum iudex laicus cognoſcit. 55.b
Sepulturæ merces an peti poſsit. 270.b
Sequeſter pendente interceſsionis lite inter dominum & vaſſallum quomodo fructus percipiat. 301.a
Sequeſtros ad ſubeundum ſequeſtrationis onus minimè compellendos. 381.a
Sequeſtrum inuitum conſtituere apparitores non poſſunt. 381.b
Sequeſtrare an apud ſe iudex poſsit. 381.b
Sequeſtrationes. 379
Seruitus non extinguitur coniunctione feudi dominātis cum ſeruiente. 196.b
Sigillum ſolum non probat commiſsionem. 157.a
Sigillum authenticum qui habeant. 157.a.b
Sigilla fieri poſſe authentica ſola conſuetudine. 158.a
Sigilla caſtellanorum an fidem in priuatis rebus faciant. 158.a
Sigiſmundi apophthegma. 4.a
Signa vniuerſalia. 147.a
Singularem ſucceſſorem ſtare non teneri colono auctoris. 396.a
Socius fundum communem totum colere poteſt inuito ſocio. 213.a
Solennitas leuis omiſſa non vitiat actum. 101
Solutio gabellæ vel laudimiarum ab emptoréne an à venditore facienda. 333.b
Sponſa in ſponſi poteſtate non eſt. 36.a
Sponſus maritus non eſt. 37.a
Sponſalia ſecunda an tutelam maternā ſoluant. 124.a
Subhaſtationis cognitio caſtellanis quomodo competat. 172.b
Subſtantia contractus. 235.a
Succeſsioni locum non eſſe in titulis eccleſiaſticis. 392
Sufferentia ſeu dilatione à minore eiūue tutore non petita an dominus ſaiſire poſsit, fructúſque percipere. & an minor reſtituatur. 261.a.b
Sufferentia minori conceſſa an ad obuentiones pertineat. 262
Sufferentiæ ſpecies duæ. 272.a
Sufferentia conceſſa ſi poſtea feudi apertura ſuperueniat, an dominus ſaiſire poſsit. 272.b
ex falſa cauſa impetrata non impedit ſaiſinam. 272.b
conceſſa non aufert, ſed tantum differt ſaiſinæ effectum. 272.b
an concedi debeat primogenito impuberi pro ſe & cohæredibus. 288.b
an à tutoribus & adminiſtratoribus concedi poſsit. 272.b
Superioris ius & auctoritas in omni iuramento excepta intelliguntur. 252.b

T

Tabellio contrahentes agnoſcere debet. 159.b
Tabelliones creandi ius. 159.a
an præſcriptione acquiri poſsit. 160.a
Tabellio imperialis an in ſpiritualibus actibus ſe immiſcere poſsit. 165.a
Tabellio regius inſtrumenta vbique conficit. 164.b
Tabelliones imperitiæ taxatu. 416.a
Taillia. 219.a
Tant que le ſeigneur dort, le vaſſal veille. Proverb. 272.a
Tempus ad petendam inueſtituram datum vtile eſſe quoad natiuitatem, ſed continuum quoad progreſſum. 254.b
Tempus inueſtituræ petendæ ſummo iure etiam ignoranti currit. 255.a
ſed an aduerſus minorem? 255.a
Temporis vis magna. 161.b
Tempus immemoriale an idem ſit, ac tempus centum annorum. 205.b
Terra, Territorium. 138.b
Territorium è ſubſtātia iuriſdictionis non eſſe. 190.a
Territorium abſque iuriſdictione eſſe poteſt. 190.b 276.a
Teſtamentaria tutela obſoleta. 119.a
Titulum non requiri ad conſuetudinis præſcriptionem. 408.a
Totum & pars tribus modis accipiuntur. 210.b
Tranſlatio bonorum quæ fit ipſo iure differt ab ea quæ fit hominis facto. 395.a
Tutela materna irregularis. 61.b
Tutelarum ſpecies duæ tantum ſuperſunt. 118.b

Tutor quomodo detur, & quid promittat. 60.a
Tutores legitimi, datiui. 64.a
Tutores teſtamento patris dati differunt ab iis qui teſtamento matris dati ſunt. 63.b
Tutores teſtamento dati non admittuntur. 119.a
Tutor quem mater nominauerit filiis an à iudice confirmari debeat. 127
Tutores dandi ius cur ſpecialiter conceſſum ſit iis qui omnimodam iuriſdictionem habent. 171.b
Tutoris datio neque imperij neque iuriſdictionis eſt 172.a

V

Vagabundos vbique & à quouis iudice puniri. 168.a
Vaſſallus aduerſus dominum libertates quaſdam præſcribit. 197.a
Vaſſallus pendente lite inter duos patronos neutri fidem præſtare tenetur. 218
Vaſſalli cenſuales, vectigales, domum domini adire debent cui tributum pendunt. 250.a
Vaſſallus de ſuo impedimento certiorem dominum facere debet. 259.b
Vaſſallorum tres gradus, maiorum, minorum, valuaſſinorum. 264.b.293.b
Vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus. 264.b 294.a.b
Vaſſallo an liceat feudum alij concedere in emphyteuſin. 265.b
Vaſſallus vaſſalli an ſuperiori domino ſeruire cogatur. 294.a
Vaſſallus, feudo à ſuperiore faiſito an ſubuaſſallos inueſtire poſsit. 295.a
Vaſſallus an eiici poſsit à domino præhendente. 298.a 301.a
Vaſſallus nondum inueſtitus aduerſus patronum præhendentem, imo ne ſpoliantem quidem interdicere non poteſt. 372.a
Secus ſi inueſtitus ſit. 373.a
Venationem piſcationémve inhibendi ius an princeps habeat. 73.b
Vendere verbum cum effectu accipiendum. 318.b
Venditionis verbo qui cõtractus intelligantur. 303.b
Venditionem reſcindi pluribus modis. 327.a
Venditor non ad dandum, ſed tradendum obligatur. 326.b
Verba quantumuis gener. ia reſtrictionem accipiunt. 146
Via publica an præſcrip one amitti poſsit. 171.b
Via publica inacceſsibil an poſsint viatores in fundum proximum di ere. 169.b
Via in pub. qui æq. pm extruxit, an demoliri cogatur. 171.a
Via in duorum terri oriorum confinio ſita an communis ſit. 171.a
Viæ ruinoſæ ref ctio ad quem ſpectet. 169.b
Viarum publica m tractatus. 168.b
Vicarij & epiſ op tribunal idem & ab eo ad hunc non appellatur. 155.b
Victus. 85.b
Vidua turpiter viuens dotem perdit & legata. 125.a
Vitam qui amittit ob crimen, amittit & bona. 1554.b
Victricus an primigno tutor dari poſsit. 128.a
Vnita res ſapit naturam rei cui vnitur. 280.a
Vniuerſitatis appellatione quid veniat. 147.a
Vrbs à ciuitate quid differat. 136.a
Vſufructu vxori legato quandiu vidua manſerit, eáque mortua nepoti: quid iuris ſi ſecundo nubat. 292.b
Vſufructuarius fructus collectos à ſure, & non ſuo nomine, ſuos non facit: niſi cum effectu recuperet. 374.b
Vſufructuario feudi an ius faiſiendi competat. 213.b
Vxor non auctorata non transfert dominium etiam traditione facta. 45.a
Vxor an in vltimis voluntatibus diſponat abſque viri auctoritate. 42.b
An donare poſsit ſine viri auctoritate. 45.b
Vxor nec dominium nec poſſeſsionem transfert. 46.b
nec præſcribendi cauſam præſtat, nec fructuum lucrum. 47.a
nõ tenetur de euictione nec de pretio niſi in rem ſuam verſum fuerit. 47.a
Vxor auctoritate viri carere poteſt in iudicio criminali. 57
Vxor re & delicto obligatur abſque viri auctoritate. 44.b
Vxor in vtilitatem ſuam contrahere poteſt. 35.b
Vxoris contractus non conualeſcit etiamſi in poteſtate viri eſſe deſierit. 48.a
Vxor, nulla ſocietate cum viro inita, an rachatum debeat ex feudo. 344.a

FINIS.

TABLE DES TILTRES ET ARTICLES CONTENVZ EN ce premier Tome.

Tiltres.	Articles.	Pages.
1 De l'eſtat des perſonnes.		1
Article	1	5
	2	20
	3	32
2 Des gardians & bailliſtres.		54
Article	4	55
	5	66
	6	109
	7	116
	8	119
	9	120
3 De la iuriſdiction des iuges du Conté de Blois.		129
Article	10	140
	11	148
	12	151
	13	152
	14	154
	15	155
	16	156
	17	156
	18	173
	19	174
	20	176
	21	180
	22	181
	23	184
	24	420
	25	420
	26	420
	27	420
	28	420
	29	420
	30	420
	31	420
	32	420
4 Des droitz ſeigneuriaux.		186
Article	33	188
	34	191
	35	192
	36	192
	37	192
	38	208
	39	208
	40	218
	41	221
42. 43. 44. 45.		221
5 Des fiefz.		231
Article	46	240
47. 48. 49.		241
50. 51. 52.		244
	53	247
	54	248
	55	256
	56	257
	57	258
58. 59.		260
	60	262
	61	263
	62	265
	63	267
	64	271
	65	273
66. 67.		279
	68	283
De garantir en parage.		286
Article	69	286
70. 71. 72. 73. 74. 75.		286
6 Des proffitz feodaulx.		288
Article	76	289
	77	293
	78	295
79. 80. 81.		302
	82	333
	83	334
	84	340
	85	343
	86	345
	87	347
	88	356
	89	359
	90	363
	91	364
	92	368
93. 94. 95.		370
96. 97.		371
98. 99.		372
	100	374
	101	375
102. 103. 104. 105.		399
106. 107.		400
	108	405
	109	406
	110	408
	111	409
112. 113. 114.		410
	115	412
115. 117. 118.		413
	119	414
120. 121.		415
	122	416
123. 124. 125. 126.		417
127. 128.		418
7 Du droict de terrage.		421
Article 130. 131. 132.		421
133. 134. 135.		421

FIN.

QVI TYPOGRAPHIAE CENSVRAM SVSCEPE-rat, licet ſummam curam adhibuerit, vt hic liber emẽdatus prodiret: quia tamen non rarò factum eſt vt aliis negotiis partim domeſticis partim forenſibus diſtraheretur, illum multa fugerunt quæ abſoluto opere mendoſa deprehendit: Quorum nonnulla hîc reſtituit: Reliqua, ſiqua prætermiſſa ſunt, æquus lector inter legendum ipſe emendabit.

Pagina.	Colũna.	Verſu.	Errata.	Emendatio.
5	1	poteſtatis.	Donutius	Domitius
6	1	patriæ	Accurſij	Accurſij
	2	æquum	Inſti ad	inſtit. ad
7	1	ſt de.	poteſt quã	poteſt. quam
	2	ius §.	ſpiritualia	ſpecialia
9	2	miſcatur	commiſcatur	comminiſcatur
11	1	expreſſ.	filorum	filiorum
	2	tum de	Conſtet	Conſtat
17	2	mos	vim	vini
18	1	ipſæ	tu ipſæ	tu ipſe
	1	ſub pr.	iuſta derb.	iuſta. de verb.
	1	cum non	exhæredatio	exhæredato
	2	quod ind	index	iudex
19	1	dentis	præiudicum	præiudicium
	1	&è ſunt	interpretenda	interpretanda
	1	tij præiud	præiudicum	præiudicium
20	1	Quod ben	beneficum	beneficium
	1	rientia	danmo	damno
	2	tudo	legitiuum	legitimum
27	2	3.c	can.ſi	can. c. ſi
28	2	propria	gemina	genuina
30	2	nere fun	decem.ſecund	decem & ſeptem. ſecundum
31	2	agit	eum	enim
32	1	in marg.	hoc generalij	hæc generalis
33	1	dus fuit	Muliere ſo.	mulieres omnes
34	2	ſequitur	auctoritem at	auctoritatem
	2	pact.	ſuppetendum	ſupplendam
36	1	in marg.	lata	latam
41	1	in marg.	non requiri	requiri
	2	libertis	cum qui contra	cum contra
42	1	3.opp	nec ea res impedit quominus ſi idem	Si tamen iidem. [reliquis expunctis]
	2	ritatem	interpoſuerint, non eſſe aliã poſtmo. neceſſariam	interpoſuerint, alia poſtmodum neceſſaria non eſt.
43	2	ommnino	quæ ex quib.	dele, quæ
45	2	ſitum	ac reſtit.	ad reſtitutionem
		defrau	defraudare	defraudari
48	1	emphit	emphiteuticat	emphyteuticæ
	2	bebat	quòd	quo
	2	nam quod	leg.ſi	leg. vbi ſi
49	1	non poteſt	inita	finita
51	1	bus ipſas	ipſas	ipſis
	1	puella	ſui	ſuo
64	2	matrem	auium	auum
71	2	ad pupill	bleſien.	Bleſenſem
82	1	crita	ſit	ſic
84	1	tum pap	dona	bona
92	1	ſit	iuri	iure
	1	inuentarij	imploratum	imploratur
95	2	quod ipa.	quod ſit	quot ſit
109	1	teneam	rationes	& rationes
113	2	tur quid	quid	quod
124	2	deret	iure	ius
128	1	ille	ille	illæ
	1	cum in	haberet	habere
134	1	in marg.	Iuridictione hodier &.	Iuriſdictiones hodiernas ſemel conceſſas
156	1	tionem	delegati	delegato.
157	1	in marg.	probere	probari

Pagina.	Colũna.	Verſu.	Errata.	Emendatio.
191	2	mitis	mobilium	nobilium
192	1	renunt	directam	directum
207	2	ctus	Bal.in c.	Bal.tradit in c.
227	2	tinentur	appellantinentur	appellantur
235	2	melius	antumo	autumo
239	2	erat	Quarto	Quartum
242	2	ſaluo	ſaluo ſuperio	ſaluo iure ſuperioris
248	2	in marg.	a domino	à vaſſallo
	2	ff.de aq.	ſi id non eſſet	ſi id non cõcederet iam beneficium non eſſet
251	1	& laudu.	Laudunenſum	Laudunenſium
262	1	in marg.	conuentiones	obuentiones
305	2	do vt	do vt facias.[de	do vt facias: facio vt des: facio vt facias.[de
344	2	quod duæ	lucratius	lucratiuæ
366	2	Ea dict.	dictionis	dictione
401	2	in margine	alterum	alter
			præſtandum	præſtandus

Præterea emendandi ſunt numeri paginarum 48. 191. 227. 283. & 372.

DIONYSII PONTANI

BLESENSIS, IVRIS ET PRAXEOS CONSVLTISSIMI COMMENTARIORVM IN Consuetudines Comitatus Blesensis, Tomus Primus.

PRAEFATIO.

SIngularum ciuitatum prouinciarúmve consuetudines, commentariis planè indignas, nec in eo scribendi genere, ingeniũ, alioqui in re magis vtili ac necessaria pro futurum, exercendum, censuere quidem multi ac graues viri. In quorũ sententiam à plærísque fori nostri togatis hominibus haud forsan temerè itum est, & à me aliquando, dum illis ausculto. Sed mihi nũc ea de re nonnihil rursus dubitanti, sensim dulcissimus in patriam amor, ac in remp. non leues charitatis igniculi obrepsêre, & ita tandem penitus inuasêre, vt animum nostrum in meliorem ni fallor sententiam pertraxerint. Cogitabam enim ego quantum operę pretium facturus essem, quámque singulare in remp. nostram Blesensem officium collaturus, si optimam illam bene viuendi rationem nobis velut per manus à maioribus traditam, rursus pro rostris quasi in tabulis proponerem, propositámque nostris cõmentariis illustrarem: idque quantum diligentia ac indefesso labore præstare posit is, qui omne propè ætatis suæ tempus, tum in ciuilium disciplinarum studio, tum in litibus agendis dirimendísque nec ingratè sane consumpsit. Quarum rerũ omnium vel in primis hæc nostra Blesensis ciuitas fructum à me repetere prope suo iure debuisset, nisi meam erga se voluntatem ac propẽsum studium hac re ipse declarare paratissimum cognouisset. Quo factum est vt à nonnullorum præiudicata opinione recedere nihil veritus, honesto ciuium meorum desiderio satisfacere omni officio cõstituerim. In quo quidem nihil me prætermissurum cõfido eorum quæ ad nostræ ciuitatis mores, solemnésq; iudiciorum ritus pertinent, quibus illa velut nascens à prima suæ institutionis origine vsa est: ac deinceps dum ad iustum viriléque robur peruenit aucta & adiuta est, quoad postremò ad elegãs prouinciæ specimen regiæque sedis decus incredibili quadam felicitate peruasit. Vix enim tria lustra bene peracta sunt cum nostræ huius ciuitatis legibus in æs nondum insculptis, nulla ve iudiciorum præscripta ratione, ex populi moribus & placitis magistratuum iura reddebãtur. Et quemadmodum olim apud Lacedæmonios primũ, deinde apud Romanos ante receptas ab Athenienſibus 12. tabulas, consuetudo inuiolatè pro lege obseruata est, ita quoq; apud nos haud dudum is mos inualuit, vt quod bonum & æquum populo magistratibúsque visum esset, legis vim & auctoritatem haberet. Quod idcirco ius non scriptum est appellatum. Porrò succedentibus annis tandem regi Ludouico XII, principi nostro eidémque comiti ac ciui optimo (nam Blesis natus erat, vrbémq;, tãquam regalem sedem, diutius incoluit) placuit suæ ciuitatis iura, quo certiora essent, literis commendari, atque edi in vulgus. Idquod & illius generi Frãcisci Galliarum Regis auctoritate comprobatum est, accitis ad id munus quatuor è probatissimis grauissimísque nostræ vrbis ciuibus (è quorum numero, quod citra arrogantiam dictum velim, eram tum ego) & duobus ex amplissimæ Curiæ senatoribus, qui iura hæc nostra iam non nisi ex vsu cognita ac recepta, populo pro lege indixêre. Verum enimuero cum ius hoc nostrum non latino sermone sed vulgari & proprio gentis idiomate fuerit exaratum, ideoque & legi vulgo & intelligi quoque possit præeunte nullo, permultis quibus hoc nostrum consilium non omnino fortasse probabitur, ac mihi quidem ipsi ad hoc institutum nondum satis confirmato, videri sanè poterat, in enodandis verborum ambiguitatibus quæ nullæ suboriri possunt, interpretis opera nihil opus esse, nobis potissimum linguam nostram probè callentibus. Ac primum quidem illud ipse mihi obiiciebam: †In aperta verba 1
non nisi superuacaneam sermonis interpretationem cadere, frustráque in illis voluntatis coniecturam quæri [l. continuus.

§. cum ita de verb. oblig. l. licet imperator de leg. 1. l. iam hoc iure §. vlt. de vulga & pupil. vbi Bart.] Certa enim iuris regula est, frustra de voluntate alicuius dubitari quã quis verbis apertis & minimè ambiguis significauerit [l. ille aut ille. de leg. 3. l. pediculis. De auro & arg. leg.] Baldus quoque [in aut. nisi rogati C. ad Trebell.] tradidit in iuris interpretatione id duntaxat positum esse quod expresso iure cautum non esset. Idem [in l. stipulatio ista habere lic. §. hæc quoque. de verb. oblig.] docet verba quæ in statutis (vt inquit) reformatiuis apponuntur, si & ad iuris interpretationem, & ad communem loquẽdi vsum sese habeant, adhunc potius quàm ad ius commune referẽda. Hinc Oldradus de Ponte [consil. 158. Incip. ad primam quæstionem in 3. dub.] & Bar. [consil. 159. visa quadam constitut.] tradunt in vniuersum, illum communem loquendi vsum cuiuis iuris regulę in constitutionibus interpretandis præualere. Idem Bart. [consil. 57. Auarellus. & consil. 314. Quædam sunt locutiones. volu. 3.] ait mentem eorum qui statuta condidere, metiendam esse ex communi loquendi vsu. Quo fit vt hæc nostra consuetudinum iura iuxta proprium ac rude gentis idioma accipienda sint, & secũdum absolutam & genuinam verborum significationem intelligẽda, nulla aliunde commenta aut excogitata interpretatione seu distinctione, quam vulgaris loquendi vsus non admittit [l. librorum. §. quod tamen Casius. de leg. 3. vbi Bart. l. si quid earum eodem tit. Bald. l. lege 12. tabul. sub fi. C. de legit. hæred.] Quod si forte vsquam desiderabitur interpretatio, eam nobis affatim suggeret aut loquendi mos qui in regione erit, [iuxta l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruct. l. Labeo vbi Bar. de supel. leg.] aut certe naturalis ratio quę in municipalium iurium interpretatione potissima est. [vt argute tractat. Bal. tract. de pac. constan.] † His etiam accedebat. 2
Quod idem Bald. [in l. non siue ratione sub fi. C. de bon. quælib.] ait dici solitum, ea quæ supra ius commune constituta essent (veluti omnia quę iudicis arbitrio relicta sunt, item commissiones delegationes statuta & consuetudines) stricti iuris esse. quod & ab Archid. notatur 18. quę. 2. A iure ~~enim communi exorbitãt~~, ideóq; ~~stricte~~ intelligenda nec extendenda [l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. huc spectant quæ idem Bal. scribit in c. Obertus. sub fi. De feud. cognit. & cons. 411. ciuitas Mantuæ. vol. 3. & cons. 14. Licet regula iuris. vol. 4.] Ex quibus liquet non aliam desiderari interpretationem in iure quod ex non scripto venit, quàm eam in quam verba ipsa simpliciter sonãt. [l. non aliter. De leg. 3. Accurs. l. cum ancillis. C. de incest. nup.] Nam & in statutis viget illa regula. Quod statuto nõ cauetur nec nos statuere debemus. [l. si seruus. §. pretor ait. De acq. hæred.] Verbis igitur consuetudinis, fixè ac tenaciter, perpetuò inhęredum: Eò quòd omnia ferè gẽtium populorúmque statuta, sub hoc vulgari axiomate concepta proponãtur: Sic volo, sic iubeo. Adeo vt ne humanam quidem aut quantumuis benignã interpretationẽ recipiant. [Ang. in l. si ita scriptum. de lib. & posth.] nec argumenta à contrario sensu ducta admittant. [Bald. l. 2. C. de condition. insert.] sed nec ad casus fictos trahantur sed in casu proprio tantùm & vero intelliguntur [l. 3. §. hæc verba. de nego. gest. vbi Bart. & c. in nostra extra. De iureiurand.] Casus enim à statuto vel consuetudine non expressus, omissus censetur, inque iuris communis dispositione remanet. [d. l. si vero. §. de viro. solu. mat. & l. si cum dotem. eod. tit.] † Ad hæc, & illa iuris regula nobis ve- 3
hementer obstare videbatur. Eius esse interpretari, cuius est cõdere. [l. vlt. C. de ll.] Neque enim id munus ad quemlibet priuatum spectat, etiam si ea iura ipsa dictasset scripsisset ve [Goffr. in tract. de const. in summa. sub fi. Alber. de rosa. in 1. pag. statutorũ. quęst. 13. & 15. & latissime Ioan. And. in reg. pro possessore. in mercur. & nouissime Salic. l. serui nostri. C. de noxa. act.] Proinde si quando pro casu de nouo emergenti oriatur dubitatio, quæ interpretationem iuris municipalis desideret, siue ex verbis eliciendam & coniecturis, [iuxta l. voluntatis vbi Accurs. C. de fidecom. & l. si seruus plurium. sub fi. de leg. 1.] Siue ex mẽte meráque voluntate illorum qui actus induxerunt [iuxta l. scire oportet. §. aliud. De excusa. tuto.] tum sane recurrendum erit ad ipsos municipes, à quibus originem, robur, ac authoritatẽ sumpsit. † Postremo & illud animum meum 4
haud mediocriter percellebat, non deesse clarissimos iuris vtriusq; interpretes, eósque innumeros, qui multa ad hoc opus pertinentia, & si non ex professo, in consequentiam tamen scripta posteris reliquerunt. Nam quæ his libris tractamus,

licet ad noſtræ ciuitatis iura præcipuo referenda ſint inſtituto, pertinent tamen ea & ad iuris ciuilis enodationem, ex quo velut ex fonte haurimus, quidquid in forenſibus publicíſque iudiciis agimus, eóq; referendum quidquid nouarum conſtitutionum in dies promulgantur. Hęc & alia id genus argumēta me aliquando à ſuſcepto opere deterruerunt, & difficiliorem deprecationis meæ veniā apud ciues meos legum ſtudioſos reddiderunt, certè inſtituti mei rationem in decennium vſque diſtulerunt retardarúntque. Verum ſub id temporis quo cum ſummo ciuium meorum conſenſu, conſuetudinibus huius ciuitatis noſtræ colligendis deſcribēdíſque, cum aliquot collegis præfectus eſſem, conſuléſque, qui tum in curiam reditum maturabant, ſuum mihi munus in ferēdis his legibus delegaſſent, tum ciues acrius inſtare, vrgere, imperare, vt cuius iuris ferendi auctor ipſe videri poteram, idem quoque huius interpres eſſe vellem. Quorum precibus victus, his commentariis quos de iure municipali auſpicatus eram, colophonem addere, atque in vulgus edere conſtitui. Enimuero qui fieri potuiſſet vt ciuibus meis, quorum mihi beneuolentia ſatis perſpecta erat, quique nouo me beneficio recens exornauerunt, & multis anteà honoribus affecerant, ſuæ ciuitatis patrocinio mihi commiſſo, & frequentibus comitiis reipub. aduocato deſignato, quidquam abſq; ſummo piaculo denegaſſem? Nitebātur illi quod cum inter tam diuerſas interpretum opiniones eáſque contrarias inter ſe, quibus corruptum trūcatum & penitus violatum ius ciuile eſſet, difficilis eſſet adeò electio, vt putarent mea opera ac diligētia factum iri, vt ius noſtrum municipale ab huiuſmodi perplexis & bona ex parte commentitiis ratiocinationibus alienum, me vno interprete apud populum noſtrum vigeret. Ita vt mihi ſi non inueniendi noua, ſaltem de veteribus iudicandi, & ad inſtitutam rem quæ meliora eſſent deducendi laborem iniungere non iniuſtè viderentur. Quanuis autem non tam me vinceret præſtandi id quod exigebatur fiducia, quàm negandi verecundia, latius tamen ſe aperiente materia plus oneris quàm imponebatur ſpōte ſuſcepi. Non enim conſuetudinum noſtrarum iura ſolum commentariis noſtris quoad potui illuſtrare tentaui, (quod poſtulabant) ſed qui praxin ciuilium negotiorum quæ quotidie in iudiciis foríſque verſarentur dignoſcere auerent, ſi non effeci, certè eſſe ciſſe volui, vt his noſtris legendis operam nō malè collocaſſe verè affirmare poſsint. Magnam quidem ac arduam rem me polliceri ſcio, ſed proba indefeſsi noſtri laboris conſcientia, à me circa ciuiles diſciplinas vſúmque forenſem per triginta fermè annos impēſi, à quo nullum ætatis noſtræ tempus abhorruiſſe confiteor, tum & continuum in his exercitium, ac vehemēs ille amor, quo in ciues, mei ſane quàm amantiſsimos, ardebam, cupiebámque eo vel pleniori ſi poſſem obſequio demereri, me eò confidentię perduxere, vt ſpiritibus altius fortè ſublatis, hæc non tā vobis quàm mihi promittere meo propè iure viderer, magnámque eius quod pollicerer ſpem ac fiduciam contraherem. Veniebat in mentem quantum iacturam ſuperioribus annis fecerit noſtra reſpub. ex hoc non ſatis intellecto municipali iure, lōgis erroribus variíſque hominum calumniis huc illuc diſtracto. Detorquebat enim quilibet nec ſine calumnia, in eum quem votis ſuis impiis & iniquis ſciebat conſentaneum ſenſum. Quo fiebat vt miſerorum clientum iura nonnunquam clumniatoribus adiudicarentur, & qui ab ea iniuria ſibi timerent, mallent ius ſuum indefenſum relinquere. Quod ſane iniuſtitiæ deteſtandum genus, ſi non omnino hac illata certa commentariorum noſtrorum luce ſuſtulerimus, certè id pro virili conati ſumus. Iam enim in eam ſpem venio vt non amplius in dubio & ancipiti hæreant iura noſtra, ſed tanquam in clariſsima luce verſentur. Nam in his interpretandis id imprimis curarum habuimus, vt nulla prætermitteremus, etiāſi leuia, quæ pragmaticis, in quorum gratiam hæc à me ſcripta ſunt, aliquā adferre lucem ad intelligenda hęc iura ſcirem. Nam me ad infima quæque demittere adeò non piguit, vt nulla ſit vox in toto noſtrarum conſuetudinum volumine, quæ aliqua luce egere viſa eſt, quam non à prima ſua origine deduxerim declararímque. Quod à nobis factitatum eſt ne vulgarem viam ingreſsi alienis demum veſtigiis inſtitiſſe videremur. Nam cæteri ferè cōſuetudinum iura ſuis commentariis ita illuſtrarunt, vt perfectis & iam cōſummatis in ciuili diſciplina viris, non etiam incipientibus aut pragmaticis legalis philoſophiæ nō admodum gnaris, (quales ſunt cauſarum cognitores & bona aduocato-

rum pars) ſcribere viderentur. Illi enim ſiue contemnentes hanc quæ primo diſcitur vocabulorum cognitionem, ſiue ad ſuum officium non pertinere rati, ſiue etiam, quod verò ſimilius eſt, nullam ingenij laudem ſperantes è re tam humili & ab omni oſtentatione procul poſita, ſe totos in enodandis altioribus quæſtionibus inueſtigandíſque abſtruſioribus iuris ciuilis locis dediderunt, inſtituti ſui ratione non ſatis perpenſa. Meminiſſe enim debuerāt cum vulgares ciuitatis conſuetudines deſcribere in animo haberent, ſe quoque hominibus vulgaribus plebeíſque, nec adeo in ſecretioribus iuris ciuilis artibus verſatis ſcribere. Neque tamen ego inficias iuerim iuris municipalis interpretationem è præclaris ac prope diuinis iuriſconſultorum reſponſis petendam, imò verò ius ipſum municipale ex veteris iuriſprudentię fontibus omnino hauriendum acerrimè contēderim. Hinc enim vera iuſtitiæ imago deprompta eſt pendétque tota. Qui enim primi ſtatuta condidere, conſuetudinéſve introduxere eos ſanè nō ſine magna ratione quę iuſtitia ipſa eſt, feciſſe credendum eſt. Quæ ſi aliquando cum expreſsis conſultorum reſponſis & cōſtitutionibus pugnare videbuntur, non ideo tamen æquitati refragari ſtatim dixerimus: ſed exiſtimemus oportet ex temporum varietate, rerum quoque viciſsitudinem ſucceſsiſſe, cuius nouæ rationes nouis legibus ferēdis cauſas dederunt. Nam & apud Romanos fixas refixáſque leges ſub eadem ferè tempora, Gracchorum hiſtoria teſtatur, & innumeri propè rerum geſtarum ſcriptores memorię prodiderūt. Sed hæc licet veriſsima ſint, mihi tamen haud quaquam perſuadebunt, vt eos audiendos putem, qui quicquid opinionum vel ſinuoſarum quæſtionum in euoluendis gloſſatorum rhapſodiis, & aliis id genus conſiliorum & commētariorum plau ſtris, offenderint, id omne pro interpretatione nobis obtrudunt. Eſt enim modus in rebus certíq; fines, quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum.

Nunc igitur, vt ad rem propius accedamus, quoniam hoc toto opere de interpretatione cōſuetudinum acturi ſumus, quid in ea conſiderandum ſequendúmque ſit, non inconcinnè prælibandum videtur: Si prius rationes illas, quibus meam hanc operam damnari poſſe initio diximus, paucis diluero. Ac primùm quidem nihil nobis obeſſe poteſt, quòd idiomate vulgari deſcripta ſint hæc iura. Certum quippe eſt quam plurima in lege municipali reperiri vocabula, aperta quidem per ſe, & clara, quorum tamen vis ſine multa interpretatione dignoſci non poteſt. In his enim abſtruſa & ſecreta deliteſcit ſignificatio, vt teſtatur Bald. [in l. maximum vitium. C. de lib. præt. col. 3.] Exemplo res eluceſcet. Demus conſuetudinem verbis Gallicis ita conceptam. Gardianus pupilli nobilis (quem tutorem Latini appellamus) ratione gardiæ fructus facit ſuos. Quis neſcit quid ſignificet fructus? verum, quæ fructus appellatione veniant, ignorant multi. Et vox illa multa eget interpretatione. Sed & in hac re virorum illuſtrium exemplo non caremus. Quis enim neſcit prætorum & ædilium edicta, vernacula Romanorum lingua populo propoſita fuiſſe? Atqui noſter Vlpianus, iuriſconſultorum facile princeps, ad edictū libros 83. ſcripſit: & Iulianus Paulus libros 80. ad edictum ædilium, vterque libros 2. Et Caius totidem vt reliquos innumeros taceam ex quorum ſcriptis leges partim conditæ partim illuſtratę fuerūt. Quod deinde aiunt ſtatuta ſtricti iuris eſſe, hoc eſt ſtrictè accipienda, nihilo magis officit. Neque enim adeò pingni minerua (quod aiūt) accipienda ſunt, vt non ex prudentum ſententia lucem mutuentur. [auctor Accur. in l. omnes. ff. qui ſatiſ. cog. & Bal. c. 1. col. 4. ver. hoc eſt vtile ſcire. de ſucceſſione feud. in quam rem inducitur. l. item prætor. ff. de ſuis & leg. hæred. his verbis. Nam quòd conſuetudine nepotes agnati appellentur, non propriè ſed per abuſionem potius accidit. l. vulneratus. ff. ad l. aquil. ver. occidiſſe quidē.] Quis enim non intelligit quàm abſurda & ridicula ſit legis conſtitutio, niſi interpretatione iuuetur? Finge ſtatuto cautum, vt qui homicidium patrarit, ſuſpēdatur laqueo. Nónne inhumanum fuerit, Si infantem, aut furioſum, homicidio ab hoc per animi furorem, ab illo per ætatis imbecillitatem admiſſo, pœna ſtatuti teneri dicamus? [cōtra l. infans ad l. corn. deſicar. & l. fert in omnibus. de reg. iur.] an non ex interpretatione mētis eius qui hoc tulit ſtatutum, illos ab hac pœna excuſari dicemus, qui indignè laceſsiti, vim vi repellentes, homicidium admiſerunt? [iuxta l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. l. 1. C. vndevi.] Huiuſmodi enim homicidia non tam voluntate & animi

propoſito, quàm fato caſu & coactè admiſſa intelligũtur. Ideóque veniam ac iuſtam excuſationem merentur [iuxta l.diuus.de off. præſid.l.in negotiis.de reg.iur. & d.l.infans.] Hinc Bald. rectè ſenſit, [in l.2.§.his legib.ff.de orig.iur.] ſtatuto effici non poſſe quin leges municipales & ſtatuta ab interpretatione iuſta temperẽtur. Sed & qui principum & ciuitatum ſtatuta ſtricti iuris eſſe confirmant, iiſdem ipſi ſuas interpretationes aſſuere non verentur. Iam vero quot principum conſtitutiones videas in pandectarum libris ab ipſis iureconſul. explicatas? illorum tamen interpretationes tantum abeſt vt improbarit imperator Iuſtinianus, vt ex illis etiam legum ſuarum volumina perfecerit. Et hinc illis quoque fatis fit qui illud nobis obiiciebant eius eſſe legem interpretari cuius eſſet condere. Nam regulam illam qua dicunt interpretationem ad legis conditorem ſpectare, tum demum locum habere certum eſt, cum legum ſtatutorúmve ratio adeò fuerit obſcura, vt nullus ex ea elici poſsit ſenſus iuri conſentaneus. Vnum ſupereſt, quod noſtrum inſtitutum diutius retardaſſe initio dixeramus, nempe non deeſſe præſtantes iuris interpretes à quibus legum municipalium interpretatio peti poſſet. Sed horum bona pars totum penè ius ciuile ſinuoſis quæſtionibus obſcurat. Reliqui doctis tãtum, & iis qui magnos in ciuili politia progreſſus fecerunt, ſcripſere. Nos vero diſcentibus, & praxeos foríve candidatis, has noſtras commentationes liberaliter offerimus. Itaque cum ex his quæ à nobis dicta ſunt, liquidò conſtet iuris municipalis interpretationem non modò non vetitam eſſe, ſed & neceſſariam, & de ea nunc agere propoſitum nobis ſit, non alienum videbitur ſi pauca in hanc rem ex veterum interpretum traditionibus congeramus.

De interpretãdi ratione.

Ac nuper quidem ſatis ſupérque teſtati ſumus totam vim conſuetudinum ex iure ferè pendere. Nam aut ius commune interpretatur, aut reformat emẽdátve aut in totum immutat, aut nouum denique caſum & inopinũ definit. In hæc quatuor membra conſuetudinem partitus eſt Bal. [in c.cum tãto. extr. de conſuetud.col.4.] Cuius principia prima (ſi ab origine repetere placet) eadem fere eſſe comperiemus quæ & iuris ciuilis. Nam ſicut conſuetudo, ita etiam ius ciuile, moribus vtentium bona ex parte introductum eſt. Ita vt hac ſola differẽtia inter ſe diſtinguãtur, quod hoc ius ſcriptum ſit, illa vero ius non ſcriptum. [§.ex non ſcripto.inſtit.de iure nat. gent.et.] itaque cum tanta vtriuſque iuris ſit conuenientia, dubitabit nemo iiſdem vtrunque interpretationum regulis conſiſtere. [l.de quibus.ff. de legib.] Ideóque ſubauditiones & defectus legis ſcriptæ ſupplebit conſuetudo: Et contrà, conſuetudinis interpretationem ex lege ſcripta ſupplebimus. Porrò in omni interpretatione legum & ſtatutorum duo potiſsimum ſpectari ſolent, verba videlicet & mens, ſiue voluntas conditoris. Nam id in vniuerſum pro regula conſtitutum eſt: In omnibus hominum actionibus, diſponentium voluntatem ſpectandam eſſe: quam ex verbis quæ ſunt ipſius mẽtis interpres, perſcrutari primùm neceſſe eſt. Verba enim ſunt earum paſsionum notæ, quas in animo gerimus. Nec enim quis dixiſſe cẽſetur, niſi quod mente prius reuoluerit [l. labeo.§.Itẽ Tubero.de ſuppel.lega.] Proinde maxime cauendum eſt, ne voluntate legiſlatoris non conſiderata, ex ſolis verbis de ſententia legis iudicemus. Quòd ſi verba legis propter ambiguitatẽ orationis, aut variam verborũ ſignificationem, non ſunt perſpicua, vt ex illis certa elici poſsit ſentẽtia, tum in dubio propriæ verborũ ſignificationi magis ſtabimus, etiam eo caſu, quo in ſuſpicionem contrarię voluntatis venimus [l. ſi alij. ff. de vſufruct. leg.] Verum vbi caſus aliquis verbis expreſſus non eſt, aut eſt quidam in verbis conflictus, tum illis neglectis, ad mentis (cui verba ſubſeruiunt) coniecturam, & ſolam voluntatem confugimus. Idque in omnibus ſiue legis ſiue hominis diſpoſitionibus. Sed & illud prætermittendum non eſt, verba quantumcunque implicita ac generalia extendi reſtringíque poſſe, prout ratio ipſa vel expreſſe vel tacite dictabit. Hinc aiũt: Quod expreſsè cautum eſt, ad ſimilem caſum ex vi ſimilitudinis & rationis rectè extendi: ita vt de hoc caſu tacite diſpoſitum intelligatur. [l.his ſolis. C. de reuo. dona.] Et caſus qui tacitè deciſus videtur ex interpretatione, eandem vim habeat ac ille qui expreſsè deciſus eſt [l.de quibus.ff.de legib.l.cum quid. ſi cer.peta.l.triticũ.de verb.oblig.] In hoc autem genere mos iudiciorum (quem ſtylum & praticam vocant) minime reiiciendus eſt, vera ſiquidem interpretatio [ſecundum Bald.in c.1. ſub princip. de feud. ſine

culp.non amit.]ab vſu forenſi deſumitur. & idem [in l.illud.de excuſ.tut.] adnotauit ab antiqua practica non eſſe recedendum [iuxta l. Si de interpretatione. ff. de ll.] Cæterum his omnibus nunquam non ratio præire debet. Lex enim quæ non in verborum ſuperficie cõſiſtit, [l.ſcire leges. ff.de legib.] omnia ex ratione, poſt poſitis verbis, moderatur, temperat, reſtringit, extendit, ampliat. [l. milites agrum.ff. de re militari.l.his ſolis.C. de reuocã.donat.] Hinc & vulgaria illa meritò tradita ſunt: vbi eadem eſt ratio, ibi & idem ius conſtitutũ [l.illud.ff.ad l.aquil.] item: vbi ceſſat ratio, & ipſa lex ceſſat [l.adigere.§.quamuis.de iur.patro.c. cum ceſſante.de appellat.] Item & illud: Vbi eſt correcta legis ratio, lex ipſa quoque correcta exiſtimatur.[l.1.vbi Accur.ff.de legit.tuto.c.à multis.de æta.& qual.c.miramur.50.diſt.] Cũ enim ratio ſit anima vigórque ipſius legis, illa vtique meritò verbis præponenda eſt, vt & animus corpori: [c.ſedulo.38.diſtin.] Nam & Bal.[in c.dilectis.extr.de reſcrip.] Rationem ipſam alteram eſſe legem dixit: vt pote in qua ſubſtantia legis tota conſiſtat.[idem Bald. in c.1.de conſtitut.] Cæterum vbi ratio nec manifeſta nec expreſſa in lege patebit, tum effingenda nobis eſt illa quæ veroſimiliter legiſlatorem potuit inducere ad eam ferendam legem [iuxta l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & quæ not. Dy. in c.1. de reg.iur.in 6.& in l. non dubium.ff. de. ll.] id quod & Ariſoteles olim tradidit, exiſtimans non niſi ea moueri ratione qui leges conderent, qua vir ſapiens moueri poſſet interrogatus. Neque enim in interpretatione legum Marcellũ ſequendum putamus [in l.Proſpexit.ff.qui & à quib.] aſſerentem verbis quantumuis duris ac aſperis inſeruiẽdum. Nam id reſponſum, vt nimis rigidum, plęrique omnes aſpernati ſunt, ac velut ſpiritu carere tradiderunt.

In vniuerſum ita nobis erit accipienda omnis interpretatio, vt calumniosè non fiat: vti præclarè Iulius Paulus [in l. pen. ff. ad exiben.] his verbis reſpondit. Non oportere ius ciuile, nec verba captari: Sed qua mente quid dicitur animaduertere. Quod & eleganter, vt omnia, M. Tullius lib.1.off.expreſsit. Exiſtunt, inquit, etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadam & minus callida, ſed malicioſa iuris interpretatione. Ex quo illud ſummum ius ſumma iniuria factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Quo in genere etiam multa in remp. peccantur: vt ille cum centum dierum pactæ eſſent induciæ, nocte populabatur agros: quòd dierũ pactæ eſſent non noctium induciæ. Hæc ſunt quæ de interpretatione dicẽda putauimus, in modum cuiuſdem præuiæ inſpectionis. Ex quibus ſternitur nobis via quædam, quam in hac commẽtatione potiſsimum ſequi propoſuimus. Hanc noſtram operam eo animo, cãdide lector, accipies, quo tua ſtudia promouere conamur.

DE STATV PER-SONARVM.

TITVLVS PRIMVS.

PRimùm omnium more, inſtitutóq; maiorum, harum cõſuetudinũ interpretationis auſpicia captare placet ab ea iuris noſtri parte qua de ſtatu perſonarum agitur. Sed ne cui mirum videri poſsit ꝙ paſsim in his cõmẽtariis pro lege municipali, ſtatuti & conſuetudinis vſurpẽ voces quaſi promiſcuũ habeant vſum, ac nihil inter ſe diſcrepent, de earũ vi & ſignificatione initio nobis agendũ eſt. Igitur quod ad vtriuſq; dictionis vim & poteſtatẽ attinet, nihil differre conſtat. [text. in l. magiſtratus. ff. ad municipalem. l. ſemper. vbi Accurſ. in ver. legem. de indic. vid.] Et Bal. in auth. ei qui de bo. auct. iud. poſſ. ait cõſuetudinem eſſe tacitũ ſtatutũ. Quòd ſi formã & modum attẽdas, nõnihil diſcriminis inerit. vt not. Bald. in d. l. 2. C. quæ ſit longa con. & l. de quibus. ff. de legib. Alex. con. 190. Maturè digeſtis. in 4. & 11. col. & conſ. 225. ponderatis his. nu. 6. vel 6. Bart. in l. de quibus. & l. diuturna. ff. de legib.] Et huius diſcriminis ratio ita ferè ſe habet, vt inter cõſuetudinẽ & ſtatutum tãtum interſit, quantum inter tacitum & expreſſum: item tãquam inter ſcriptum & non ſcriptum: item tanquam inter inſtans & ſucceſsiuũ: propterea ꝙ in inſtãti non inducitur conſuetudo. Sed ſimilis eſt homini qui non niſi temporis progreſſu & acceſsione paulatim emergẽte perficitur. Qua ſimilitudine vſus eſt Bald. in rubr. de conſuetud. col. 1. extr.

Conſuetudo & ſtatutum quid differãt

Et hęc poſtrema differẽtia ad conſuetudinis & ſtatuti inductionẽ abrogationẽve maxime ſpectat. Nam quemadmodum ad conſuetud. inducendã pluries actus iidem requiruntur, ita etiam & ad abrogandam. Et quemadmodũ vno actu nõ inducitur, ita ſemel inducta ex vno actu minimè interrũpitur. [tex. ſing. in l. nemo alieno. §. tẽporalis. ff. de reg. iur. vbi Acc. Bar. & Dec.] At ſtatutum eodẽ vnico actu cõtrario tollitur, ſicut & vnico latũ eſt. Vnde Bal. [in c. cum acceſsiſſent. col. pen.] eleganter ait, tẽporis momentum tantùm operari in cõfirmationẽ ſtatuti, quantum decẽnium in conſuetudinis inductionẽ. [not. l. 2. de dot. promiſſ.] Eſt præterea notatum ab Alex. [conſ. 119. Quoniam omne datum. nu. 10. col. 6.] vim ineſſe maiorem conſuetudini, quàm ſtatuto. Quòd illa trahatur ad ſimiles caſus, at ſtatutum minimè. [not. l. 1. C. quæ ſit long. con.] Et hæc de differẽtia cõſuetudinis & ſtatuti vulgo tradita ſunt, quę licet diuerſa videri poſsint, tamẽ quoniã effectu & poteſtate ſunt eadem, ab interpretibus indiſtinctè vſurpantur. Nã & Bal. [l. 2. ſub fi. C. de bo. quę li.] docet vtũq; idẽ ſignificare, & alterum alterius appellatione venire, & Alex. Imm. [l. moribus. ff. de vulg.] tradit ſtatutũ & conſuetudinem æquiparari. Et nos igitur ſine diſcrimine vtrãq; vocẽ vſurpabimus. Sed nunc ad rẽ.

Ad conſuetudinem inducendã plures actus requiri

Cum hominũ cauſa ius omne ſcriptum ac inuẽtum conſtet, ab ea ſanè parte exordium meritò ducendum fuit, quæ iuri cõſtituendo cauſam dedit. Auctor eſt nobis Hermogenes l. 2. de ſtat. perſ. Nam & edicti perpetui ordo is erat, vt primùm de ſtatu perſonarum: deinde de cæteris iuribus quæ in hominũ gratiam introducta ſunt, ageretur: & Caius Pedium ſequutus in l. iuſtiſsimè, de ædilit. edict. perſonas rebus quibuſlibet digniores aſſerit. Igitur à iure perſonarum meritò exordimur.

Hoc loco prętereũda non eſt nobilis illa quæſtio, quę viris in vtroq; iure verſatiſsimis negotiũ faceſsit. Num ſit aliquod hodie apud nos qui Chriſtianã religionẽ profitemur, perſonarum diſcrimẽ. Et ſi quod obſeruandũ, quo iure introductũ ſit. Nam cũ Deus ipſe rerum omniũ opifex, omnes homines ęqua lege ac conditione creaſſet, plęriſq; viſum eſt eadem nobis cõditionis æqualitate viuendum, agnoſcẽdúmq; hoc naturę omnium parentis beneficium, quo alterũ alteri nõ prætulit. Idq; pertinacius à plęriſq; defenſum cõſtat. Nam & noſtra ætate accepimus, hac mali labe inductos è Germania populos, ingentes mouiſſe tumultus prętextu Chriſtianę libertatis. Hi erant ex ſeruis ruſticis in Alſatia, Sueuia, Turingia, & locis Rheno finitimis, qui falſa inducti perſuaſione cuiuſdã ſeditioſi hominis cui Scapleras nomen, tributa principibus abnegabant. Et quo magis in illã libertatẽ ſeſe aſſererẽt, cohortes duce quodã Monetario in nobiliũ domos eduxêre, eaſq; diripere conabantur, donec illis obuiam itum eſt à Saxoniæ principibus & Lantgrauio Heſſorũ, qui circa annũ 1525.

Perſonarum diſcrimen an ſit inter Chriſtianos.

palãtes ruſticorũ turmas prorſus deleuêre hominibus ſupra cẽtena millia trucidatis.

Igitur illi fanatici anabaptiſtæ crediderũt nihil magis è religione Chriſtiana eſſe quàm vt omnes æqualis ſint conditionis, errorẽ ſuũ fortaſſe prætegẽtes ex loco D. Pauli ad Gal. 3. negãtis inter Chriſtianos aliũ ab alio ſeruitute diſtingui. Nã & Imp. Iuſtinianus, C. ne Chriſt. manc. vltimum ſuppliciũ minatur Iudæis & hæreticis, qui Chriſtianũ mancipiũ poſsideant: nec deſunt qui ad ſuam phantaſiã tutãdam alias etiã rationes cõminiſcuntur, homines nimirum, qui nec naturę inſtitutũ, nec Pau. verba ſatis expendunt, contendentes Deũ in mũdi creatione bruta animãtia homini ſubieciſſe: ſed nõ hominẽ homini, Gene. 2. Imò genus hominũ eadem ac pari viuendi ratiõe inſtruxiſſe. Vnde ſuccedit trita ſermone regula, Parem in parem non habere imperiũ. [l. ille à quo. §. tẽpeſt. ff. ad Treb.] Et quemadmodũ cunctis animãtibus hominẽ Deus præfecit tanquam natura prę-ſtantiorẽ, ita videtur eius exẽplo nos debere Deo tanquã excellentiori naturę relinquere in homines imperium, neq; id cõtra naturalem libertatem inter nos affectare. Hæc & alia id genus, in vulgus quotidie ſparguntur à nefariis hominibus, qui omnem legitimã poteſtatem ac iuſtum magiſtratuum imperium ad vnũ cũdémq; gradum reducere conantur: quæ omnia cũ imperita multitudo rerum nouarum cupida falſa libertatis imaginatione totis, vt aiũt, vlnis amplectatur, diligentius à nobis refutanda ſunt, & inquirẽda ratio cur populares in obſequẽdi maioribus officio cõtineri debeant. Poſſunt autẽ huius rei locupletius exhibere teſtimonium Chriſtiani, quàm philoſophi, & cauſam huius iuris quod graduum & ordinũ diſcrimina inter homines conſtituit euidẽtiorem reddere. Solent enim philoſophi cauſas rerum ſolo naturali mentis humanæ iudicio inquirere ac metiri. Itaq; poſtquam natura primi parentis peccato corrupta eſt, & libertas naturalis euerſa, ita hominem inuaſit prauorum affectuum ſeruitus, vt ſæpe nec facere per ſe ipſe poſsit quæ ſana mens iubeat, quemadmodũ & de ſeipſo Paulus teſtatur, inuenio legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ. Quæ igitur de hominum ęquali ſorte vulgo iactantur, ea omnia ad integram naturãreferenda ſunt. Quæ ſi mãſiſſet incorrupta, eadẽ manſiſſet in omnibus virtus & poteſtas agendi.

Iam verò poſtquã vitio peccati collapſa & extincta eſt vis naturę, adeo vt niſi diuina prouidẽtia vegetetur, inanis ac ſterilis futura ſit: ſicut nec paribus viribus tũ corporis tum animi, ita nec pari poteſtate regendi, nos edimur in lucem. Proinde naturaliter euenit, vt qui beneficio diuino meliore naturæ indole prædituſ eſt, ille imbecilliori tanquam ſuperior inferiori præſit.

Nec audiẽdi ſunt qui omnẽ poteſtatem perſonæ in perſonã violentam eſſe cõtendũt, aut q; ciuili tantũ inſtituto ſubſiſtat. Antiquorũ hiſtoriæ teſtantur frequẽtius contigiſſe, non eũ qui vel dictator vel conſul apud Romanos calatis comitiis deſignatus eſſet cõmuni omniũ ſuffragio, imperiis præfuiſſe: ſed quem virtus elegiſſet: vt de Iulio Cęſare & multis aliis traditum eſt. Et Plato 4. de legib. ait, Deum Reip. non pręficere homines, hoc eſt eos qui humana tantum ſpecie nati eſſent: ſed qui naturalibus animi virtutibus cõmunem cæterorum vim ſuperant, quos heroas priſci vocauêre, qui impetu diuino & nõ humano ad res fortiter gerendas, impelluntur. Non igitur violenta hominũ arte, ſed Dei afflatu corruptam naturã excitante ac fouẽte, diſcrimina perſonarũ inter homines ad regendum & conſeruãdum eos, in tãta eorum imbecillitate conſtituuntur. Proinde ex perſonarum diſcrimine non tollitur, quod putãt, naturalis libertas, ſed magis eſt inuentum, quo illa retineatur & cõſeruetur. Quid enim magis ſeruituti proximũ, quàm ea quæ magno labore quęſierimus, alius protinus vi eripiat, nec adſit magiſtratus aut poteſtas ſublimior quę p ſua prouidẽtia tantã vim arceat, caueátq; ne quid iniuſtè vſpiã cõmittatur? Omnia ſúſq; déq; ferri ac cõfundi cerneres, ſi non adeſſet ſuperior poteſtas, cuius auctoritate & cõſilio Reſp. ita gubernaretur, vt omnes in ęquitatis officio cõtinerẽtur. Nulla eſt legitima poteſtas quę nõ coniunctũ habeat ſecũ beneficiũ. Neq; enim natura alia ratione quẽquã alij ſubiecit, quàm vt ipſi proſit, ac eius iura illæſa tueatur ac conſeruet. Paulus autẽ nõ ſic accipiendus eſt, vt inter Chriſtianos nõ velit eſſe aliquam in perſonas poteſtatẽ: Imo eã ipſe confirmat inquiens obediẽdum eſſe principibus etiã diſcolis, quoniã omnis poteſtas à Deo eſt. Nam illo in loco non de libertate politica, ſed fidei & ſpiritus loquitur. Etenim Galatę, quos ipſe euãgelicam legem docebat, in ea erant opinione, vt ſe peccatorum re-

miſsionem non conſecuturos arbitrarentur, niſi obſeruata veteri lege à Moyſe tradita, quam vt illis eximeret, aſſerit nihil referre ad impetrandam peccati veniam, quod quis Iudæus vel Græcus, ſeruus vel liber eſſet: quia ea gratis, dei beneficio, peræque omnibus cõtingat ex ſola in Chriſtum contracta fiducia, non ob cuiuſquã meritũ ſiue perſonæ dignitatem. Itaque ferendi non ſunt, qui eo loco abrogatam eſſe politicam differentiam inter Chriſtianos, futilibus quibuſdam ac commẽtitiis rationibus contendunt. Quod autem ad Iuſtiniani locum pertinet, non illic prohibet Imperator ſeruos eſſe inter Chriſtianos, ſed non vult eos Iudæis aliiſque fidei hoſtibus ſubiici. Et hæc quidem ego breuibus ad notanda putaui, vt oſtenderem ius perſonarũ iuri naturæ aut diuino minimè repugnare. Ex quibus ſequitur vulgarẽ illã ac tritã plebeiorũ & hominũ obſcuræ cõditionis cõtentionem, cũ nobilibus, vanã, iniuſtã, ac temerariã eſſe, exiſtimantium in origine nihil eſſe nobilitatis. Natura enim ſatis ipſa per ſe cõmonſtrat, quãtũ refer at à quo quiſq; genitus ſit. Id quod his verſibus eleganter ſignificauit Horatius.

An ex natalibus quis nobilitatem ſortiatur.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt & in iuuẽcis, eſt in equis, patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Fateor equidem natiuæ indolis nobilitatem amittere, qui ab ea degenerant, aut eã prauis moribus ac ſtudiis contaminant [l. neque famoſis C. de dignit. lib. 12.] Ideoque idem Horat. ſubiicit.

Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Rectiq́ue cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

Porrò de hac natalium commendatione multa in legibus romanis fuit diſceptatio, Sed tandem obtinuit magnum lumẽ ad res fortiter gerendas adferre natalium ſplendorem ac dignitatem: Ideoque magnam prębere hominibus exiſtimationẽ, licet quamprimùm extingatur, vbi expectationi minimè correſponderit: mõſtroſi partus inſtar, qui licet ab ingenua editus non tamen cenſetur liber [l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho.] Cum igitur hæc dignitas propageturin liberos beneficio naturæ, leges romanæ videntur voluiſſe ordinatione ciuili eius deriuationem confirmare. Nam cauerunt vt patris dignitas, ſeu conſularis, ſeu prætoria, ad liberos ad tertium vſque gradum tranſmitteretur: vt etiam pronepos abaui dignitate fulgeret. [tot. tit. de dignit. lib. 12. C.] Vnde perſpicuum eſſe poteſt, nobilitatem quæ à principe, ob rem aliquam præclarè ac fortiter geſtam, confertur, nunc primùm inuẽtam nõ eſſe. Extat enim Zenonis (qui ante annos mille imperium tenuit) conſtitutio qua expreſsè mẽtionem facit nobilitatis, quam ſine adminiſtratione per honorarios codicillos collatã quibuſdam teſtatur. [l. quoties. §. viros. C. vbi Sen. vel clariſſ. ciuil. vel criminal. conue.] Neque verò exiſtimandum eſt quod indocti quidam ſtultè putant, huius ordinis dignitatem quẽquam adipiſci ex ſola inſignium collatione. Neque enim illa, neque virtus (quæ tamen pręcipua cauſa eſt omnis nobilitatis) quenquam numero plebeiorum eximunt. Ea enim dignitas ſola principis auctoritate & beneficio paratur, non voluntate aut ſtudio noſtro. Hinc Bart. [l. 1. De dignit. lib. 12. C.] Eam dicit eſſe datiuam non natiuam. Et idem [in tract. de inſigniis & armis] ait inſignia cõferri, vt diſcernantur familię eorum qui in hunc ordinẽ aſciti ſunt. Nec refert an qui ex Regis diplomate nobilitatis ſuæ teſtimoniũ præbet, indignus alicui videatur. Nam dubitari de eo an dignus ſit, quem princeps elegit, ſacrilegij inſtar eſt [l. diſputare. C. De ſacril.] Nec ſi quis careat diplomatis teſtimonio, & tamen tanto temporis ſpatio inter nobiles habitus ſit, vt hominum memoria non conſtet à quo tempore cœperit nobilis haberi, tum deiici de eo ordinis gradu iure poteſt. Nam id pro regula traditum eſt, curſum temporis cuius memoria non extet, vim priuilegij obtinere, etiam ad regalia obtinenda [c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ext. De ver. ſignif.] Tranſmittitur autẽ huius ordinis dignitas ad agnatos & cognatos, etiam pro conſuetudine cuiuſq; regionis. Leges autem Romanæ eam adimunt illis qui exercent viles artes, & ſectantur queſtum ignominioſum, & monaſticę religioni ſe addicũt, aut infames fiunt propter flagitia. [l. neq; famoſis. & l. nequis. C. de dignit. lib. 12. & c. 1. ex. de pur. can. vbi eſt glo. vlt. qua expreſsè traditur, monachatum diminuere perſonæ dignitatem] Cæterùm præter illam politicam nobilitatem eſt alia quædam dignitas, quam ſua virtute quiſque ſibi parit, quæ quidem ſola verè dicitur nobilitas à Iuuenale. Saty. 8.

Nobilitatẽ iandudum in vſu fuiſſe.

Nobilitatẽ pręſcriptione temporis quẽuis tueri poſſe.

Vera nobilitas.

Nobilitas ſola eſt animum quæ moribus ornat.

Nam ea non conſtat conſtitutionũ humanarum aut conſuetudinis iure, ſed in naturali iure virtutúmque admiratione poſita eſt. Vnde cum quidam ab Imp. Sigiſmundo inſtantius efflagitaret, vt eum nobilitatis inſigniis ornaret, nobiliũque ordini adſcriberet, reſpondiſſe Imperatorem ferunt, ſe quidem eum plebeiorũ numero eximere poſſe, ſed nobilem eum facere non poſſe. Quippe ſenſit ſapientiſſ. princeps, eos demum ob nobilitatis inſignia meritò cæteris anteferri, qui propter eximias animi dotes, omnium in ſe conuerterent oculos, quóſque ob virtutis admirationem ſuſpicerent homines.

Sigiſmundi apothegma.

Hæc de nobilitate obiter dicta ſint. Ex quibus conſtare arbitror, iuſtis de cauſis habita eſſe perſonarum diſcrimina, poteſtatumque iura aliis in alios conceſſa eſſe. Nunc qualiter quiſque poteſtatibus illis ſubiiciatur, diſpiciendum eſt.

Tradũt in ſũma duas eſſe poteſtatis ſpecies, priuatam & publicam. Publica ea eſt, quæ concordi ſuffragio à pluribus, in vnũ pluresve confertur. Et hæc eſt aut eccleſiaſtica, aut politica. Eccleſiaſtica qualis eſt Papę, & Epiſcoporum, qui ordinãdorum ſacrorum rituum auctoritatẽ habent: Nihilque ad preſens negotium pertinet. Priuata autẽ quæ datur ſingulis in ſingulos. Et hanc rurſus duplicem faciunt, dominicam & adminiſtratoriam. Illa nobis liberum eſt vti perſona, tanquam re noſtra, citra tamen atrocitatem iniuriæ: quanuis olim dominis licuerit & ſeruos vendere, & illis vti non ſecus atque boue, penéſque dominos vita morſque ſeruorũ æquè fuerit. Adminiſtratoria verò nũcupatur, qualis eſt patris in filium, patroni in libertum, tutoris in pupillum, curatoris in adultum ſibi commendatum. Nam hi non habent plenam ac liberam poteſtatem dominandi perſonis quæ ipſis obnoxiæ ſunt [l. diuus Adrianus. C. de edicto d. Adria. toll.] Sed certa lege conceditur vt ipſorum rebus conſulant ac proſpiciant. Et de hac patria poteſtate in §. 1. agitur. In cuius interpretatione perficiemus ea quę ad patriam poteſtatem pertinent. Verum priuſquam §. illum ſuſcipiamus hîc non incommodè quæri poteſt: An conſuetudo ſcripta, poni & probari debeat? Nam hodie cum in ſcriptis redactæ ſint noſtræ conſuetudines, videntur deſinere eſſe ius non ſcriptum. Et ideo perequari debere ſtatutis, quinetiam iuri communi. Quo fit vt minimè neceſſe videatur eas in articulos deductas probare. Quod alioqui oporteret, ſi ſimplex ius municipale remaneret in ſcriptis non redactum [Bar. in l. ornamentũ. ff. de au. & arg. lega. Saly. l. ſi teſtamento. C. de impub. & aliis ſubſt. Idem & Raph. cuma. & Iaſ. l. moribus. ſub princ. ff. de vul.] Nõ deſunt tamen multi qui contrariam ſententiam veriorẽ crediderint, & maximè Bar. Bal. Ang. vterq; Imo. & Aret. [d. l. moribus] ea ducti ratione, quòd conſuetudines noſtræ in ſcriptis redactæ non ſint, vt nouum ius faciant, ſed vt magis de iis conſtaret, faciliorq; eſſet probatio. Vulgo enim traditum eſt, Scripturam fidei duntaxat faciendæ gratia inuentam eſſe [l. cum res. C. de proba. l. contrahitur. ff. de pign. Bar. in l. de quibus. ff. de ll. adducitq; tex. ſing. l. imo. eodẽ tit. Quo cauetur nihil neceſſe eſſe conſuetudinem in ſcriptis redigi.] Quæ quidem ſcriptura non facit vt conſuetudo in aliam formam iuris quam non ſcripti tranſmutetur. Quin & ſi à principis conſtitutione aut SC approbarentur, vt ferè fit in plęriſq;, hac approbatione nõ cẽſeretur ius nouũ introductũ, nec in ſtatuti naturã tranſirent. Neq; enim confirmatio, cõſuetudinis vim, ſicut nec cæterarũ rerũ immutat, etiam ſi res vel actus qui cõfirmantur, poſſent à cõfirmante reuocari [Bar. l. & qa. ff. de iuriſd. o. iud.] Quo fit vt cũ hę noſtrę cõſuetudines facti ſint, debeãt poni ac probari, & id quidẽ libro exhibito, vt ait Bar. [d. l. de quib. in repet. col. 6. verſ. 4. principaliter quæro.] At quod ad ſtatuta pertinet, cẽſet Bal. [conſ. 238. ad veritatẽ. lib. 1.] ea productione nõ indigere, quẽadmodum nec digeſta nec codicem ſolemus producere, vbi legis cõſtitutionẽ aliquã in mediũ adducimus. Cõſuetudines itaq; licet ſcripto notoriæ reddãtur, nihilominus tñ & allegari & ꝓponi debẽt. Nã certũ eſt etſi notoriũ quos onere probãdi leuet, nõ tñ onere proponẽdi [glo. cl. appellãti. de appella. l. ſi adulteriũ. §. idem pellioni. ff. de adult. Alex. con. 67. in cauſa & lite. num. 6. vol. 7.]

Conſuetudo ſcripta an adduci & probari debeat.

Mihi tñ ꝓbabile videt quod eidẽ Alex. [cõſ. 172. In cauſa & lite nu. 5. vol. 6.] poſſe ſcilicet iudicẽ, in hoc ignorantiam aduocati ſupplere, ſtatuta vel conſuetudines in cauſam ſuam minimè allegantis. Ea enim in quacũq; litis parte, etiã ſub ipſã definitiuã, adduci poſſunt, quẽadmodũ & leges.

ARTICLE PREMIER.

Enfans ſont faictz à leur droict, quant ilz ſont mariez.

§. primus.

Liberi connubio iuncti, ſui iuris ſunto.

MOribus primùm apud Romanos inductum fuiſſe ius patriæ poteſtatis in liberos, Domitius Vlp. Iuriſcõſultorũ diſertiſsimus teſtatũ reliquit. [l. patre furioſo. ff. de his qui ſũt ſui vel al. iur.] Quodquidẽ vitæ inſtitutum non æquè ad reliquas gentes manauit, in gallos præſertim qui Romanorum leges ac imperium, ferendum neutiquam duxere, quòd belli gloria non inferiores Romanis, & ante eorum tempora æſtimarentur. Quod Catonem, & eum quidem in ſenatu facile principem, de totius reipub. ſumma agentem (vt eſt apud Saluſtium.) fateri puduit. Quo effectum eſt, vt nec inuictiſsimi Galliarũ Reges cuiuſquam ditioni ſubiacere diutius potuerint, ita vt libertatis & gloriæ coronã ſint promeriti, vt inquit Bal. in ſing. illo ſuo conſ. Petita venia & flexis genibus. quod eſt 218 lib. 3.] ita vt nec vlla in re ſuperiorem quacunque ratione agnoſcãt, ne ipſum quidem Romanum Imperatorem, quantumcunque ſe totius orbis dominum iactet [In l. deportatio ff. ad l. Rho. de iact. & l. bene à zenone C. de quad. præſcript.] Ideo Bal. in c. intellecto. extrà de iureiur.] eos qui Romanis imperãt, & qui gallis præſunt, eiuſdem libertatis ac æqualis eſſe potentiæ tradidit. Quinetiam plus poſſe reſpondit Aug. de yſer in c. 1. de his qui feu. da. poſ.] eo quod rex regnum ſuũ in hæredem tranſmittit, at imperij ſucceſſor nullus eſt deſtinatus, cum electio nõ ſucceſſio imperatorem faciat. c. venerabilis extra de elect. plenè Ioh. fab. in præm. Inſt. in verſ. francus. & Firmanus in tract. gab. in c. 1.]

Gallorum regesnullius ditioni ſubiacent.

Quam ob cauſam puto gallos nuſquã imperatorum. cõſtitutiones admiſiſſe, niſi quatenus naturalem æquitatem coniũctam haberent, quæ populo legem nõ habẽti pro lege eſſe ſolet [Bal. in c. 1. §. ad hoc de pace ſeru.] Neque enim Gallos Romanorum leges recepiſſe fatetur Pont. [In l. penult. C. qui teſt. fac. poſſ.] Cõſtat quippe apud nos eũdem legum modum obſeruatum, qualem apud Lacedemonios refert Iuſtin. in §. ex non ſcripto. inſt. de iure nat. Omnia enim apud gallos lege non ſcripta agũtur, ſolaque naturalis viget iuſtitia [l. ſcire oportet. §. conſequens ff. de excuſa. tut. idem confirmat Ro. pontifex in c. ſuper ſpecula. extra de priuileg.) Nã in cauſarum actionibus leges pro auctoritate non adducuntur, ſed pro ratione. legis enim ratio, vt pote æqua & naturalis, apud nos obſeruatur non lex ipſa, quia legi nos adſtringimur. (Bald. in citato §. conſequens & in l. nemo. ſub princ. C. de ſct. & interl. & in c. Obertus. in quib. cauſ. feud. amitti.) Nam & diuinus ille Ariſtoteles (quem refert Ang. conſ. 317. in quæſtione vertente & con. 274. Thema ſuper quo) dicebat imbecillum eſſe ac plane ridiculum legẽ inquirere, vbi nobis naturalis ratio, in cuius vi omne legis ſanctum poſitum eſt, ſuppeteret. Ratio quippe & æquitas ſatis ſupéque pro lege ſunt [c. vlt. extra de tranſact. c. ſi Romanum 19 diſt. glo. in c. ex eo. in verb. ratiõis. de elect. in 6. & in c. conſuetudo. 1. diſtinct.] Et hoc quidem gallorum inſtitutum vt moribus tãtum ac æquitatis naturalis inſtinctu regãtur, antea à Romanis receptum diuque obſeruatum conſtat, ante receptas 12. tab. leges, vt author eſt Dio. Alicar. Nã & ipſi iuriſperiti in condendis legibus, quarum fragmenta hodie paſsim extant plurima, ex his quæ moribus obſeruata erant, ſcripſiſſe ac in legis latę obſeruationem redegiſſe, nemini non cõſtat. [ex l. moribus. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. more. ff. de acq. hered. & infinitis prope locis.]

Romanorũ leges Galli non admiſerunt pro legibus ſed pro ratione.

Hoc autem ius moribus confirmatum, ius gẽtium gallorum quis non ineptè appellauerit, quòd ſẽper id quod æquius iuſtiúſque viſũ eſt, in conſuetudinẽ abierit.

Iam igitur, vt huius §. materiam omnino attingamus, Alex. [conſ. 99. viſa inquiſitione. col. 2. vol. 6.] ait eos qui Romano imperio minimè ſunt ſubiecti, cuiuſmodi ſunt galli (vt conſtat ex his quę proximè diximus) filios in poteſtate non habere. Nimirum quòd hæc patria poteſtas ſolum obſeruari ſoleat ab his qui Romanis legibus viuunt: vt teſtatur Abb. [in l. 3. ſub fi. C. de patr. poteſt. & aſſerit Accurſ. in Inſti. de patr. poteſt. in ver. ius autem poteſtat.] inquiẽs qui Romano non ſubiecti eſſent imperio, alio iure vti, vt pote Sclauos, quibus liberi, ſunt pro ſeruis: & gallos, apud quos liberi eo patrię poteſta-

tis vinculo ſoluti ſunt. Quam ſentẽtiam ſequutus eſt Alex. [In addit. ad Bart. In l.placet.ff. de acq. hæred.] Tametſi Bal. eam pro ſatis explorata non habuerit, diúq; apud ſe dubitauerit num vere eſſet [In auctẽ.incæſtas.C. de incæſt.nup.] vbi controuerſiam hanc nõdum deciſam, ſub iudice relinquit. Et ille rurſus. [In c. vno. An mar.ſucced.vx.] eam Accurſij ſententiam pro ſingulari celebrat. Refert idem. [In c. vnico de duob. frat. in feud.] gallos & britones de aduenticiis teſtari poſſe, licet in cõtrarium ſit ius commune. [l.qui in poteſtate,ſub princ.ff. de teſtam. & §.1. inſti.quib.non eſt permiſſ.fac. teſt. Pont. In l.penul.C.qui teſt.fac.poſſ. Alex.in l.1. §. hoc autem ff. ad treb.] Ex quo videtur innuiſſe apud gallos locum quoque eſſe patriæ poteſtati, contra Accurſij & cęterorum opinionem. Porrò Alciatus inter huius ætatis iuriſperitos celeberrimus ac legum fidelis reſtitutor, non vno in loco contẽdit hoc ius patriæ poteſtatis ad gallos, qui ciuium Romanorum priuilegiis donati eſſent, pertinuiſſe. Quinetiam ad quoſcũque qui Chriſtianæ religionis nomen profitentur, extendi, qui Romano imperio ſunt ſubiecti, ex conſtitutione Antonini. [In l. in vrbe Romana. ff. de ſtat. hom. vbi pro vrbe Romana, legendum putat orbe Romano. Ita ille in c.22. lib.2.diſpunctio. Et in l. hoſtes & in l.poteſtatis.ff.de verb.ſignific.]

Quicquid variis interpretum opinionibus agitatum ſit, illud conſtat maiores noſtræ ciuitatis,qui vrbis originem ad Iulium Cæſarem referunt, haud quaquam Romanas leges quæ præſertim de patria poteſtate latæ erant, aſpernatos: tametſi earũ ſancito, ſub diuerſis ac diſsimilibus formis vtantur, vt liquidò patet ex hoc noſtro.§. Cuius diſpoſitione patris in libe ros imperium,matrimonio cõcluſere. Iure autem Romano aliud obtinebat,vt perpetua ſcilicet patris in filium eſſet poteſtas, quæ etiam à contracto matrimonio durabat, ita vt nepotes ex filio in aui ſui poteſtatem venirent: [Inſti.de patr.poteſt §.vlt.&.ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur.l. nam ciuium.] Quod nedum in maſculis fuerat receptũ, ſed & in filiabus, vt etiam poſt initas nuptias in patris ſacris & ipſa, & qui ab ea nati fuiſſent,remanerent,nec in mariti poteſtatem tranſirent: niſi quantum ad legitime coniunctionis officium & cætera quæ vxorem marito præſtare ęquum eſt. [Inſti ad Tertul. ſub finem princ.&.C.de condict.ind.l.ſi vxor. & vtroque in loco, Accur. & Io. Fab. quam rem latius proſequar infrà,eodem.§.3.]

Porrò licet hic.§. contextu ac verbis breuis ſit, multa tamen hoc compendio continet.Sed tria potiſsimum colligi poſſunt præter illa quæ ſupra diximus. Primùm. Etſi communi interpretum ſchola recepta ſit Accurſij ſententia, exiſtimantis. [In.§.vlt. inſt.de pat. poteſt.] Iura patriæ poteſtatis à lege Romanorum introducta,apud gallos minime obſeruari: eam tamen Bleſis locum habere ex hac conſtitutione conſtat, qua diſpoſitum eſt, liberos per matrimonij coniunctionem patriam poteſtatem exire, Quæ res manifeſto eſt argumento, ante tempus contracti matrimonij eoſdem liberos in patris ſacris fuiſſe. Qui enim potuit patria poteſtas matrimonio diſſolui, quæ nunquam extitiſſet? Vulgata quippe eſt ac trita regula non minus logicis quàm iuriſperitis: Priuationem habitũ preſupponere: nec priuationem cadere poſſe vbi nõ fuit habitus: tex.in l.manumiſsiones.ff. de iuſtitia & iur.ibi, Nec eſſet nota manumiſsio, cum eſſet ſeruitus incognita. In l. decem ſub princ.de verbo oblig.l.remittit,ſub fi. ff.de iureiur.l.1.in princ. quib. mod. vſuf. amitt. & l. non poteſt. videri deſiiſſe, de reg.iur.]

Hinc quoque dici ſolet per actum quo priuatio cõtinetur, habitum legitimationis probari: ita ex legitimationis inſtrumento ſatis conſtat eum,qui legitimus eſt factus, illegitimum fuiſſe. [Bal.in l.2. per illum tex. C.de iur.aure. annu.]

Ex quibus ſequitur in propoſito caſu, ex actu emancipationis,neceſſariò inferri patriam poteſtatem,vt docet Bal,in l. vlt. in 3.col.de ſent. paſ.C. Ex eo manifeſtum fit hanc ſpecialem prouinciæ Bleſenſis conſuetudinem,qua recepta eſt patria poteſtas, omnino vincere generalem galliæ conſuetudinem,quæ huiuſmodi patris in filios poteſtatem minimè agnoſcit. Si tamen ita apud gallos obſeruari ſoleat, ex Accurſij ſententia, de quo nos proximè egimus. Quicquid illud ſit,ſcio Biturigibus & Turonibus (quæ metropoles galliarum ſunt)& Bleſis, hanc patrum in liberos poteſtatem receptam, vno eodém que fine, matrimonio ſcilicet concluſam ac terminatam. Quod ad cæteras prouincias pertinet, non nego eam poteſtatem,

genera-

generali abrogatã eſſe conſuetudine. Sed quid ea huic noſtræ conſtitutioni obeſt, cum conſtet ſpecialia perpetuò generalibus derogare?] In c. Obertus. vbi expreſſe Bal. & Prępoſ. mediol. in 10 col. defend. cog. & per eundem Prępoſ. in c. 1. qual. olim. feud. pot. alie] Singulis ſiquidem ciuitatibus apud gallos ſui ſunt mores, & ſua priuata iura. Et, vt ait Ro. pont. vna quæque prouincia ſuo abundat ſenſu [c. illa 12 diſtinct. & c. vtinam 76 diſtinct. facit reg. generi. de reg. iur. in 6. l. an in totum. de ędif. priu. C. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia pred.

Secundum. hodie per matrimonium, nouum modum ad diſſoluendam patriam poteſtatem hoc iure inductum eſſe: exemplo dignitatis patriciæ, quæ olim filium patris eximebat poteſtate [§. ſi filiuſſa. Inſti. quib. mod. ius. pat. poteſt. ſol. l. vlt. de conſul. lib. 12. C.] Sic & epiſcopalis dignitas iure patrię poteſtatis ſoluebat [Authẽ. ſed dignitas epiſcopalis. C. de epiſ. & cler. & in auten. de conſtitut. quę digni.]

Hanc tamen diſpoſitionẽ tum demum locum habere cenſerem, cum è re filij eſſet patria poteſtate diſſolui. Nã & olim quanuis quis per dignitatem ſui iuris fieret, nihilominus in patris ſacris manebat, ſi non ita è re illius fuiſſet à patris poteſtate liberari. Ne quod in eius gratiam ac fauorem introductum fuerat, in eiuſdem damnum redundaret. In quam rem extat ſingularis deciſio Bart. Nicol. de Neapol. & Alex. Imo. in addit. in l. Item in poteſtate ſi. ff. de patr. poteſt. quam refert ſequitúrque Iaſ. in l. moribus in 5 col. ſub fi. ff. de vulg. & videtur caſus in citata auten. epiſcopalis dignitas. Qua conſtitutione cautum extat, epiſcopatus ordinem tum & cęteras dignitates eo loco enumeratas, liberare quem à patria poteſtate, quatenus id ſibi fuerit vtile. At vbi damnum emergeret, non ſui cenſetur iuris. Quod & eo in loco ſcitè declarat Saly. à contrario. Sicut etenim vbi quis propter delictum ſtatum amittit, amiſiſſe quidem intelligitur quoad commoda & honores, non quantum ad odia & incommoda, quę ratione ſtatus amiſsi eum manent. Ex quibus Bar. [in l. 1. de dignit. lib. 12. C.] tradidit eum qui nobilitatis inſignia ob nefarium delictum amiſiſſet, omnibus quidem honoribus priuari: Sed dedecus eum perpetuò manere, & ſi qua inſunt nobilitati onera, iiſdem obnoxium eſſe in l. 1. C. de fil. fami. lib. 10. facit l. actione. §. diximus pro ſoc. vbi ſi quis intempeſtiuè ſocietatis iuri renuntiauerit, commodis quidem & quibuſlibet emolumentis ex eo prouenientibus priuatur. At nihilominus quę ſocietati incumbunt onera & incõmoda, ea pro parte ſuſtinet. Nam in commodis tãtum intelligitur ſoluta eſſe ſocietas. Quod confirmat Barba. [in Rub. de reb. eccleſ. non alien.] id trahẽs ad exemplum baptiſmatis Iudęi quod eum à patris poteſtate quatenus vtile eſt liberat: cenſętque ita intelligendam gl. in c. Iudęi qui 28. queſt. 1. inducitque id quod tradit Anchar. in c. intelleximus ex. de iudic. Qui authen. hoc amplius. C. de fide. qua diſponitur hęredem qui defuncti voluntatem non adimpleuit, priuari hęreditate, intelligit quoad commoda tantum, non quantũ ad onera, quod mirũ dictu eſt, nec à iuris ciuilis interpretibus vſpiã ni fallor animaduerſum.

Hîc cum à quodã epiſcopo annis xxv. minore aliquando rogatus fuiſſem, nunquid patrimonium quod cum fratre commune habebat donare fratri iure liceret, cum conſtaret ſe ſolutum patris poteſtate ex ea dignitate epiſcopatus? [c. ſi annum de iudic. in 6.] reſpondi donationem nullius fore momẽti. Nam patria poteſtas in his tantum quæ filiis vtilitatem reſpiciũt, per dignitatem ſoluta cenſetur. Et minor qui ſacerdotia obtinet, pro maiore habetur in his quæ ſacerdotiorum adminiſtrationem reſpiciunt. quare ille, nil noſtrum dedignatus cõſilium obtinuit à Rege diploma, ad legitimandũ perſonã ſuã quoad donationes. Quæ via ſane tutiſsima eſt.

Obiter autem illud adnotato: priuilegium hoc epiſcopis conceſſum, quo à patris poteſtate eximuntur, ad cæteros qui inferiori ſunt conſtituti dignitate, vel qui ſimplicia obtinent ſacerdotia non extendi. Sacerdotiũ quippe non eſt modus tollendę patriæ poteſtatis. [nota. in d. c. ſi annum. de iud. in 6.] Nec item ad clericos prima inſignatos tonſura [glo. vlt. in c. cũ voluntate. extra. de ſenten. excom.] Quanquam iidem teſtamentum facere poſsint vt docet Iaſ. in l. filię. C. de coll.

Tertium ac poſtremum. conſtat ex huius §. diſpoſitione, illa ſpiritualia quę iure communi inducta erant circa perſonas filiorum in patris poteſtate exiſtentium, eadem hodie apud nos integra ac immutata manere: hoc patriæ poteſtatis tollẽde modo dũtaxat addito. Itaque filius in patris

poteſtate exiſtens, olim non poterat teſta mentum facere [Inſt. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. ſub princ. l. qui in poteſtate. de te ſtam. & l. ſi filiusfa. ff. de don. ca. mor.] Itē nec codicillos condere: & in conſequens nec legare nec fideicommittere [l. conficiū tur codicilli. ff. de iur. codicil. & l. 2. ff. de leg. 1. etiam permittente ac volente patre. Cuius rei rationem eam eſſe docent, quòd teſtamentum publici iuris ſit. Tum quòd vltimę voluntates ex alieno non debent pendere arbitrio [l. illa. ff. de hęred. inſti.]

Itē nec mortis cauſa donare niſi ex patris voluntate ac permiſsione [l. filiusfa. de don. ca. mor. latè Iaſ. in l. ſeniū C. qui teſt. fac. poſ.] Prętereà nec ſtare in iudicio ſine patris autoritate. [l. vlt. §. neceſsitatem. C. de bon. quæ lib. l. ſi longius. §. 1. ff. de iud.] etiā in cauſa dotis, modo annis 25. minor eſſet. auth. quod locum C. de collat. vbi lu culenter Iaſ. & Decy. & idem rurſus Iaſ. in citata l. ſenium.] Inſuper nec eundem obligari poſſe cōſtat, vel ex mutuo vel ex voto, niſi demū adhibito patris conſenſu, etſi in quibuſcunque reliquis contractibus pro legitimo habeatur. [l. tam ex contractibus. ff. de iudic. l. filiusfa. ff. de verbo oblig.]

Item quicquid acquirebant id ad patrē perueniebat: &, quod ad profectitia attinet, etiam quoad proprietatem, tam iure veteri quàm nouo [l. placet. de acquir. hęred. C. l. 1. ſub princ. ſi quis à par. fuer. manu] Inaduētitiis autē quoad vſumfructuū tantū, proprietate penes filios remanente iure Codicis, ſecūdum diſtinct. tamen l. cū opti. cum auth. ſeq. C. de bon. quæ lib. & toto tit. C. de bonis mater. Quæ omnia hodie apud nos incorrupta etiam perman ſerunt, videlicet filiumfa. ante cōtractum matrimonium, non poſſe teſtari, codicilla ri, fidei cōmittere, legare, mortis cauſa donare, in iudicio ſtare, nec obligari ex mutuo vel voto. Quicquid denique acquirit id omnino patri acquirere, obſeruata inte rim nouiſsimi iuris codicis diſtinctione, de qua proximè diximus, & reſtrictione quā nos infrà attingemus, circa fructuum reſtitutionem. A tempore verò cōtracti ma trimonij, & id quoque pro conſtanti habē dum eſt, vt quæcunque emancipatis iure communi licebant, eadem & his tunc liceant, ceſſante patria poteſtate, quæ legitimum eorum actuum gerendorum, quos ſuprà commemoraui, impedimētum prebebat, ita vt omnes actus legitimi poſsint à filio poſt contractum matrimonium celebrari perinde atque à patre. Nec refert maior ne ſit an minor annis, vt eſt caſus in eodem. §. prox. Qua in re receſſum fateor à iure communi, & duobus potiſsimū in locis, quoad iudicia pertinet. Nam hodie minor annis 25 contracto matrimonio, le gitimam habet perſonam ſtādi in iudicio, quo fit vt primò nec neceſſaria ſit patris auctoritas, deinde fruſtra curator liti detur ad ſupplendum ætatis defectum, quē olim interuenire oportebat [iuxta l. vlt. §. ſin autem & §. neceſsitate. C. de bon. quæ lib. vbi Bar. Bal. Aug. & alij.]

Hinc ſequitur omnia beneficia quibus à lege ciuili proſpectum erat minoribus in patris poteſtate conſtitutis, quale eſt ſenatuſconſ. maced. & quod prę ſcriptionis curſum impediebat [iuxta l. 1. & authen. tricennale. C. de bon. mater] ea hodie ceſſare, vbi filiuſſa. matrimonium cōtraxit.

Præterea & iſtud ſummè notādum venit: licet alias iure ceſſet præſcriptio rerū filij quas indebitè pater alienauit eodem viuente, hodie tamen quia per matrimonium filius eſt ſui iuris effectus, in ſuas res quas pater alienauit etiam eo viuente incipit præſcriptio quadriennij, à tempore contracti matrimonij. Quod tempus ſicut olim erat definitum ad præſcribendas res à patre alienatas poſt illius mortem, ita & hodie vſurpatum eſt vbi quis à patris poteſtate exit per matrimonium. Quod & in eccleſiis obtinuit quibus illud quadriennium conceſſum eſt ad reuocanda ea quæ per prælatū ſunt alienata ex die quo deſiit eſſe prælatus, vt conſtat ex his quæ tradit Bal. [in citata l. 1. & authen. niſi tricennale. & ita expreſsè tradidit Fely. in c. 1. col. pen. verſi dic ètiam quod viuente prælato. ex. de præſcript. Id confirmo ex l. 2. & not. Paul. caſt. C. de his qui ven. ęta. impe. vbi cauetur quod cōceſſa ætatis venia, ſtatim currere incipit quadriennium ad reſtitutionem eorum actuum qui in eius damnum minus legitimè geſti ſunt, petendam.]

Ex his itaque conſtat patriam poteſtatem hodie perpetuam non eſſe, ſed matrimonio finiri: quo cōtracto filius emancipationis beneficium, abſque facto patris, aut conſenſu, nanciſcitur. Verū hinc manat quęſtio illa non vulgaris, quid de fructibus cēſendum ſit, qui ex rebus filiorum à patre percepti ſunt, dum illi in patris poteſtate agerēt, eósve pater fecerit ſuos, an

filio emancipato reſtituendi ſint poſt contractum matrimonium? Cēſuere plerique patrem ad horū fructuum reſtitutionem cogi non poſſe, moti ex trita illa ratione l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & tot. tit. de bon. mat. Vbi cautum extat vſumfructum bonorū quæ filiis ex matris ſucceſsione obuenerunt, ad patrem pertinere: & ideo eorundem fructus ſuos facere. Quod ferè videtur innuere Bal. ſub eandem ſpeciem in l. quanuis. C. de fidei com. Quo loco tradit patrem qui rogatus eſt ſuos hæredes inſtitutos emancipare, licet ad emancipationem & hæreditatis reſtitutionem erga filios cogatur, fructus tamen medio tempore perceptos, ſuos facere. Nicol. Boh. Burdegalēſis ſenatus præſes meritiſsimus, hac re non ſibi ſatisfactū putauit. Nixus eſt itaque ille in conſuet. Biturigenſes tit. de ſtat. perſo. §. 3. reddere illius cōſtitutionis rationem, qua cautum erat patrem fructus rerum ad filios etiam matrimonio coniunctos & emancipatos pertinentiū, nō facere ſuos. Quia, inquit, galli filios in poteſtate habere non dicuntur, idcirco quæcūque acquirunt, ſibi, non patri, acquirere intelliguntur, etiam quoad vſumfructum: fretus ille authoritate Alex. in citata l. placet. Sed profecto homoalioqui eruditiſsimus ea in re grauiter (eius venia dictum ſit) lapſus eſt. Nam certum eſt Buturigum quoque conſuetudine, idem ſtatutum eſſe quod noſtra, vt ſcilicet liberi ſui iuris per matrimonium efficiantur. Ex quo neceſſario ſequitur, ante cōtractum matrimonium in alterius poteſtate fuiſſe, ex ea vulg. reg. quam ſuprà explicauimus: Priuationem habitum præſuponere [l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. & l. decem. ff. de verb. oblig.] Quinetiam (quod magis eum vrget) demus patriæ poteſtatis ius in vſu apud gallos non eſſe: quid erat, cedo, in cauſa, ſi id verum eſſet (vt falſo putauit) quare ſeſe ita cruciaret Boh. eſſentne reſtituendi fructus à patre percepti ex bonis liberorum? Quo enim iure, ceſſante patria poteſtate, potuiſſet pater filios his defraudare, & ſibi retinere, cum ne eorum quidem legitima adminiſtratio ad eum pertinuerit? Nā certo certius eſt patri bonorū filij vſumfructum competere, non alia ratione quàm ob patriæ poteſtatis iura [iuxta l. vlt. C. de bon. mater. Et expreſsè tradit Bart. in l. vlt. in princ. vt leg. nom. cau. & Iaſ. in authen. quod locum. de collat. C.]

vſusfructus bonorum filij ad patrē ſpectat ratione poteſtatis.

Hinc Ang. [in authen. excipitur. C. de bon. quæ lib.] hoc pro reg. tradidit, patrem nunquam cēſeri legitimum filij adminiſtratorem, niſi illius bonorum vſumfructum ſibi acquirat, vt infrà dicemus tit. de gard. §. 1. in ver. parētibus. Quę ſententia placuit quoque Baldo [in c. edoceri 1. col. 2. ex. de reſcript.] Inquienti ea quæ de patre, vt legitimo bonorum filij adminiſtratore dicuntur, intelligenda eſſe in his quibus ille vſumfructū percipit, non his quæ ad filios pleno iure pertinēt, qualia ſunt bona caſtrenſia [per d. authen. excipitur, & l. 3. §. ſi filio. ff. cōmod.] & idem Bal. [in authen. niſi tricennale. C. de bon. mater.] tradidit ea quæ ibi diſpoſita ſunt, vt ſcilicet in filium, quandiu viuit pater, non currat preſcriptio: procedant in his in quibus pater vſumfructum habet. At ſi non habet, filius plenam rerum ſuarum adminiſtrationem habere intelligitur, & in iudicio, & quę extra iudicium gerūtur.

Vnde in propoſita queſtione, exploſa & reiecta Boh. ratione, cōcludēdum cenſeo, quòd quandiu duratura eſt patria poteſtas, id eſt quouſq; liberi matrimonium contrahant, pater rerum ad filios pertinentium fructibus, vt ſuis, vtetur, quos tamen illis in tempus contracti matrimonij, quo ſui iuris futuri ſunt, reſtituere tenebitur, vna cum rerum ipſarum proprietate. Quę res probatur ex l. in fidei commiſsi. §. cum Pollidius. ff. de vſu. Tantum itaque penes patrem remanebit vſus illorum fructuum collectorum tempore intermedio, quo apud eum res filij fuerunt, ratione poteſtatis quam in illos habebat. [per l. ſi conuenerit. ff. de pact. dotal.] Et ratio non eſt aliunde petēda quàm ex hac noſtra conſuetudine qua diſpoſitum eſt liberos, quam primùm contractis nuptiis, emancipationis beneficium conſequi, ēt non adhibita patris voluntate, vel conſenſu. Quo fit vt vnà cum patria poteſtate finiatur quoque vſufructus, quem iure patrię poteſtatis pater in filiorum bonis aduentitiis habet: ita vt momento temporis ille vſusfructus cū proprietate, quę ſemper penes filios remanſit, confundatur. Quam reſtituit pater cum omni cauſa ſua ac fructuum acceſsione: quicquid commiſcatur Bal. in l. quāuis. C. de fidei comi. Cuius ſententiam eodem in loco Alex. in addit. ad Bal. confutat etiam & Fulg. ac Iaſ. quam rem expreſsè tradidit Bart. poſt Iacob. de Aret. in l. cum filiofa. verſ.

ſed quęro nunquid hęc lex. ff. de leg. 1. Quem vno ferè conſenſu ſequuntur cęteri ſcrib.

In quam etiam ſententiam expendendum duxi tex. in l. cum quis. ff. de condict. ob cauſam. Ex quo reſponſ. ibidem notāt Ang. Alex. & Iaſ. titulum qui reuocari aliquando poteſt non eā poſſe præſtare cauſam, vnde fructus acquirantur. Sed cū patria poteſtas ſola in cauſa ſit vt bonorum aduentitiorum, quæ filij ſunt, fructus patri acquirantur, poſſet per matrimonium reuocari, vt quia diſſoluatur, ſequitur vt contracto matrimonio, ea filiorū bona cū ſuis acceſsionibus à patre reſtitui debeant.

Ex qua deciſione, ſublata eſt illa dubitatio quæ in rem. noſtram familiarem, & in plęraſque alias familias incidere poteſt. Dudū acerba mors ac immatura, vxorē, vix completo adhuc vigeſimo ſexto ſuæ ętatis anno, iam mihi quinque impuberes enixam liberos, ab hac luce eripuit. Certū eſt, me bonorum quę ad illos ex eorum matre peruenerunt legitimum adminiſtratorem eſſe conſtitutum. Contigit ex pecunia quam ex prędiorum ad filios pertinētium fructibus collegeram, fundum mihi comparauiſſe. Quęri poteſt num fundus ille filiorū pecunia emptus, mihi ſoli quęſitus ſit, an eum cum filiis communem habeam: Et viſum eſt quibuſdam, priuilegiū pecunię pupillaris conſiderantibus quod eam habet vim, vt quicquid pupilli pecunia emptum ſit, ad illum pertineat, magis liberorum meorum eſſe, quàm, emptoris. Quod & in pecunia dotali ac militari obſeruatur. Et id etiam ad pecuniam eccleſię extenderunt interp. [l. ſi ex pecunia. & l. ſi vt proponis. vbi Accurſ. & cęteri interpretes. C. de reiuen. eſt & textus in l. Curator. C. arbi. tute. & l. 2. ff. quando ex fact. tut. Eſt glo. vlt. in l. vxore marito. ff. de don. int. vir. & vxo. & l. ſi res qua ex pecunia dotali. ff. de iur. dot. & l. ſi cum dotē. in fi. ff. ſol matr. Idem iuris etiam procedit ſi res, communi aliquorū pecunia, empta ſit. Emptio enim ad eos tanquam communis ex ęquo pertinebit [declarāt ſcrib. preſertim Bal. in l. ſi patruus. C. communia vtriuſ. iud. Alex. con. 49. maturè ponderatis. in vlt. dub. & glo. ſol. in c. 1. §. cum verò in verſ. ſin autem qui feud. dar. poſſ. Nā pro regula traditum eſt non referre ex cuius pecunia res empta ſit, ſed inſpiciendū eſſe cuius nomine contracta ſit emptio. Sed eā locū habere negāt in caſibus ſupra cōmemoratis q his ꝟſibus cōprehēdūtur.

Fit res dotalis nūmis dotalibus empta,
Fitque pupillaris res nummis empta pupilli,
Hoc gaudet miles iure, ac eccleſia eodē.

In huius etiam ſententiæ confirmationem videtur flectere deciſio proximè deducta, qua cōcluſum eſt hodie patrē quātumuis legitimum adminiſtratorem rerū filiorum in poteſtate ſua exiſtentium, fructus ſuos non facere, ſed reſtitutioni ſubiacere, vbi per matrimonium patris poteſtatem exierint, vt cōſtat ex §. 3. tit. prox. quo cautum extat gardianos omnes [quos latiné tutores dicimus] ignobiles, minorum mobilia, ſua non facere, neque fructus fundorum pupillorum, quorum adminiſtrationem ac curam gerunt: ſed eos ad rerum omnium, quę pupilli ſunt, inuentariū conficiendum teneri exactámque adminiſtrationis rationē reddere. Si igitur ex diſpoſitione illius conſuetudinis, exæquata ſit conditio patris, & cęterorum qui tutelam ac curam bonorum pupillariū gerūt, conſtat patrem lucrum ac interuſurium medij temporis ſuum non facere, ſed adminiſtrationis ſuæ rationē reddere debere, non ſecus atque tutores iurecōmuni tenentur [l. ita telictū. §. Pegaſus. de leg. 2. auth. no uiſsime. C. de admi. tut. vbi Cy. & alij.]

Fūdus à patre emptus pecunia filiorum qui in illius fūt poteſtate, patris eſt nō filiorum.

Hæc etſi veriſsima arbitrer & quamplurimùm vrgere. non tamen tantum pōdus apud me habitura ſunt, vt me à veriore reuocent ſententia, qua exiſtimo ego liberos meos fundum hunc meo emptū nomine, licet illorum pecunia, vendicare nō poſſe, ſed ad me inſolidum pertinere. Nā conſtat pro eo tempore quo eorum bona à me adminiſtrata ſūt, licet re vera fructus meos non fecerim, hic tamen iure meo vti licuit, & ad vſus neceſſarios accommodare. In quam rem. induco tex. in l. ſi conuenerit. 2. de pact. dotal. C. Quo loco tradit Imperator multum referre mulierne in dotem fundum dederit, an fructus quę ex fundo prouenturi erant. Si enim fundum ipſum, fructus lucro mariti cedent, nec taliter pacto effici poterit vt reſtitutioni ſubiaceant, ac dotē augeant. Sin vero fructus ex fundo venturos, etſi quidem eos ſuos non faciat, vſum tamen eorū ac prouenientem commoditatem ſibi omnino applicare licebit. Quo fit vt ſoluto matrimonio teneatur duntaxat maritus eorum fructuum æſtimationem reſtituere. Quam rem pro ſingulari celebrat Paul.

caſt.in l.ſi pater puellę. ſub fi. C. de inoff. teſt.]eſt & in eam rem tex.in l.ſi conſtante §.quoties.ff. ſoluto matr. Quo reſponſo Bal.[in auth.& qui iurat.col.14.verſ.quęro, mulier eſt miſſa. C. de bon. auth. iud. poſsid.]tradit mariti hæredem, non alias cogi dotẽ, vxori reſtituere, niſi elapſo anno.[iux l.1.§.exactio.C.de rei vxo.act.]ita vt interuſurium medij temporis,id eſt cõmodum quod ex ipſa dote percipi poſſet, deducere liceat. Quod ſequitur Alex.[in l.diuortio.in princ.col.5.verſ. plus autem & mirabilius.ſol.matr.]& Iaſ.[in l.q Romę in princ.coll. 6. 2. verſ. Tertio & fortius. de verb. obliga.] Quæ omnia plurimum faciunt ad hanc noſtram ſentẽtiam, quam quoque confirmat Bart.[in l. cum filiofa. de leg.1. Et in l. Titiũ & Męuium. §.altero.ff.& admi.tut.& cur.]

Sed & in hanc rem duo expreſſa reſpõſa quæ noſtram ſententiam indubitatam reddunt, extant, in l. pater.§.ſi vſus. verſ. quanquam & l.filiofamilias.in fi.ff.de vſu & habitat. Vbi patet quòd ſi filiofamilias relictus ſit vſus, qui filij perſonę coheret, & pro illius dũtaxat vſu,nihilominus hãc commoditatem pater habebit,licet ius illud patri acquiri nõ poſsit. Quibus duobus reſpõſis Angel.aret.[in .§.1.ſuper glo. in verb.vſusfructus.inſt.per quas perſon.] tradit,licet in certis caſibus ibi ab Accurſ. expreſsis, ius vſusfructus in bonis filiorũ patri non acquiratur, tamen illius iuris commoditatem patrem habere debere.

Nec obſtat ea conſuetudo in contrariã partem adducta, quæ plebeios gardianos, & legitimos tutores iure ciuili datos, æquiparat. Siquidem iſtę dictiones ſimilitudinarię,non ſemper omnimodam ſimilitudinem ſignificant[c.damnamus,extra. de ſum. tri. & nos infrà abundè declarabimus, in §. 2.] vnde licet hac conſuetudine pater fructus ſuos non faciat bonorum filij, rationemque reddere teneatur: hoc tamen expreſsè pugnat cum iuris cõmunis diſpoſitione,iuxta l.non ſolum.& quæ ferè toto tit.C.de bon. quæ lib. & de bon.mate.traduntur. vnde illa conſuetudo iuris cõmunis correctoria extendi non debet ad alios caſus ea minimè expreſſos, ſed qui omiſsi ſunt,in iuris communis diſpoſitione relicti intelliguntur.[vt tradũt in l.ſi vero.§.de viro. ff.ſolu. matr.l. ſi extraneus de cõdict.ob cau.& l. commodiſsi mè.de lib.& poſth.] Etiam ſi eadem ratio procederet in caſibus expreſsis ac omiſsis vt docet Accurſ.[in auth. quas actiones. C.de ſacroſ.eccl.Bal.in l.ſi conſtante. in 9. quęſt.princ.ff.ſolu.matr.& in l.oẽs populi in 6.quęſt.de iuſt.& iur.]ſed de his ſatis.

An patria poteſtas ſoluatur matrimonio in uito patre contracto.

Nũc videamus de altera ſingulari quęſtione,qua plerique dubitare ſolent, num huius.§.diſpoſitio,qua matrimonio ſoluitur patria poteſtas,locũ habeat in his qui ſine patris conſenſu, vel etiam eo inuito matrimonium contraxerunt. Quę res ex ea pendet difficultate, An patris cõſenſus ac volũtas in contrahẽdis nuptiis neceſſario interuenire debeat? Qua in re & ſi ea ſoleat inter ius ciuile & canonicum poni differentia: vt iure illo omninò patris auctoritas & conſenſus neceſſariò interueni re debeant[l.in coniunctione filiarum. & l.nec filium.C.de nup.l.2.de rit. nup.C.& l.iubemus.C.de repud.] iure autem põtificio patris conſenſus ita neceſſarius nõ ſit, vt ſine eo legitimè nuptiæ contrahi non poſsint.[c.ſufficit iuncta ibi gl. 26. quęſt. 2.c.hoc ſanctum.31.q.2.]& ex iuris pontificij interpretum traditione in c. 1. de deſponſ.impub.metuẽtium credo ne matrimoniorum libertas tolleretur.arg.c. ſtatutum de hęret.in 6.Conſtet etiam emancipationis beneficium his competere, qui citra patris auctoritatem ac conſenſum matrimonium contraxerint. Sed cum bona eorum omniũ venia dixerim aliter ſe res habet quantũcunque illis aſſenſerit Alex.[cõ.97.Prĩcipalis dubitatio.vol.1.]Fateor equidem ad matrimonij ſacramentum & vigorem quod attinet, non ita neceſſariũ eſſe parentum conſenſum vt ſine eo matrimonium conſiſtere non poſsit,licet lex ciuilis huiuſmodi facinus liberorum,ac cõtemptam pietatem indignè ferat,ſummęque abhorreat.[iuxta.l.2. & 3.de rit.nup. ff.]idque tam naturalis quam ciuilis ratio vetet[§.1.inſt.de nupt.] illegitimoſque eos habeat qui ex iniuſtis nuptiis citra patris voluntatem contractis nati ſunt.[l. Paulus.ff.de ſta.hominum] Ea tamen infringere non poſſunt matrimonij ſubſtantiam. Quo fit vt quæcunque adiecta & conſtituta ſint à lege ciuili,in pęnam huiuſmodi matrimonij,ſine parentum conſenſu contracti,hodie locum,non habeant, nec obſtẽt quominus valeat. At quæ circa eaquę matrimonio accidere ſolent(quæ qualitates vulgus interpretũ appellat) cuiuſmodi ſunt pęnę ob contemptam erga patrem religionem & voluntatem conſtitutæ, ea quoq; hodie locum habere exiſtimo: Nec

dubium eſt quin nouo etiam ſtatuto impo ni poſsint[Bal.in rub.extra.de conſtitut. col.penul.& in c.clerici.extra.de iudic.in c.tenor.extra.de fēr.& re iud. & expreſsè in l.omnem.C.ad Tertul. & Pōta.in rub. ff.ſol.matr.] Huc ſpectāt quæ D. Ambro ſius[in c.honorantur 32.q.2.]elegāter ſcri bit, non eſſe virginalis pudoris maritum eligere,ſed iudicium(inquit)parētum ex pecta,puella,mariti electionem parētibus deferens. Expetita enim magis debet vi deri à viro quàm virum ipſam expetiſſe. Quo fit vt rectè concludamus, ſtatutum quo pœna in eos qui inuito patre vel ſaltē non conſentiente,matrimonium contra xerunt,imponitur,valeat omnino:nō (vt comminiſcuntur ipſi)tanquam matrimo niorum libertati impedimentum adferat, ſed quia ea quæ ex prauis moribus geſta ſunt punit,firmo interim manente matri monio.Sed demus canoniſtis tam egregiā inobedientię filiis erga patres viam aperiē tibus,huiuſmodi ſtatutum minimè vale re. Nemo tamen negauerit eos qui nō ex pectata patris voluntate ac conſenſu ma trimonium contraxerunt,indignos prorſus qui hoc emancipationis prēmium ob inſignem illum paternę religionis contē ptum,conſequantur. Quis enim conceſſe rit quem premium mereri ex re iniuſta? Manifeſtum autem eſt aliam lōgè cauſam diminutionis patrimonij, aliam penę lu cri ceſſantis. Ideo nemo eſt qui æquū non crediderit merita priuationis huius bene ficij pœna affici liberos,qui patris volunta tem in contrahendis nuptiis neglexerūt. Quæquidem pœna prodita non eſt aduer ſus matrimonium (ipſum enim ſuis viri bus conſiſtere non nego) ſed in effrenatę filiorum libidinis coercionem. Et hāc ſen tentiam confirmat Butr.in c.1.de ſponſ. adducens c.cum ſecundum. In ver. certo caſu.de hęret.lib.6.& Ioh. And.in c. cum cauſa.col.5.de rapt. Quamuis Alb.eodem in loco contrarium aſtruere conetur: ſed non id rectè,vt moder.concludunt in d. c. 1.de ſponſ.inquiētes,ſatis eſſe liberis ſi ob prætermiſſum ea in re honeſtatis officium nihil è ſuo amittant, idque fauore matri moniorum.

Quinetiam in re magis dubia hanc ſen tentiam ſequutus eſt Paul. caſt. [in l.ſi fi liam & auth.ſeq.C.de inoff.teſt.]inquiēs filiam quę contra virginalem pudorē non expectato patris conſenſu nupſerit ſpon te,etiam ſi pater in mora quidem fuiſſet eam iam nubilem & ętate maturam deſpō dendi,ſibi tamen eam videri commiſiſſe, vnde iuſtam exhęredationis pœnam me reatur. Quam tamen iuſtè etiam ceſſare reſpondit,ſi iam ętate defloreſcente ac la bente,vt quia 25.annum egreſſa eſſet, pa ter eam viro tradere tam ſupinè ac cunctā ter negligeret. Quo caſu filię etiam cōtra patris iuſſum nubētilicebit ab eodem do tem extorquere.[c.ſemen.32.q.2.]

Idem quoque traditum eſt de filio, nō expectata patris auctoritate vxorem du cente[arg.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de contr. tab.]nam & huiuſmodi matrimonia licet lex ciuilis reprobet[l.ſi vt proponis.C. de nupt.& l. Paulus de ſtat. homi.] admittit tamen ea ac fouet lex canonica,cui ea in re maximè ſtandum eſt. Quo tamen iure (di ligenter aduerte)iuſta patris cōtempti in dignatio nō eſt abolita,nec pœna abſorpta aut extincta. Vnde cenſuerunt plęrique, eam exhęredationis cauſam iuſtam eſſe [auth.vt cum de appell. cognoſ.§. cauſas] quæ pœnæ conſtitutio,quoniam nullo iu re nec canonico quidem eſt abolita, cēſen da eſt incorrupta, vt quia minimè immu tata. Quod eodem in loco Paulus aduer ſus Raph.inconuincibili ratione conten dit. Quia ſcilicet nemini dubium eſt,quin ius canonicum multis poſt temporibus ſu peruenerit,poſteriuſque lege ciuili ſit con ditum. Quod cum ſuper fœdere tantū ma trimonij,ac eiuſdem,vt dixi,ſubſtātia,nec quicquam circa patris contempti iniuſ ſum diſponat,ille caſus omiſſus (quod ad pœnam huius rei pertinet) cenſetur com munis iurisdiſpoſitioni relictus. Nā quod non prohibetur,non cenſetur correctum [l.ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus.C.de appellat.] quod confirmatur argumento eorum quæ traduntur in caſu ferè ſimili in l.1.& 2.C.de ſecund.nup. Quibus in lo cis,docent iuris interpretes, licet pœnam. infamię,& cæteras huiuſmodi, his ll.con ſtitutas in mulierem,quæ ſpreta primi ma riti religione intra annum luctus nupſe rit,lex canonica abrogauerit, non cenſeri tamen reliquas,quæ ob iniuriam liberorū primi matrimonij proditę ſunt,eſſe ſubla tas: quarum mentio nulla extat in iure pōtificio. His adde glo.in c.de raptoribus 36.q.1.qua traditum eſt raptorem licet pę na corporali iure pontificio liberetur, nō tamen,immunem eſſe à pecuniaria pœna, patri quem offenderit ſoluenda,[per c.de nique eadem cauſa q.2.] Nec à publica pe-

nitentia.[c.raptor 27.quæſ.2.]Et quanuis Ab.poſt Hoſtien.[in c.1.de deſp.impub.& glo.in c.de puellis 36.qu.2.]hanc poſteriorem perinde atq; primã impugnet, quem ſequutus eſt quoque Iaſ.[in citata authen. Sed ſi poſt.C.de teſtam.] Pauli tamen opinio prævaluit,duobus maximè cõcurrentibus,patris ſcilicet contemptu,& nuptiis cum perſona indigna contractis,putà ſi filius iniuſſu patris, ſcortum in vxorem accipiat,ex quo viliſsimi auo nepotes futuri ſint. Vel ſi filia illuſtribus genita natalibus,famulo aut alij infimæ cõditionis homini nubat,cuius,pleſ genus omne reddat ignobile ac infame. Quã ſanè ſententiã iure ciuili indubitatam eſſe affirmare auſim, per l.3.§. Si emancipatus.ff. de bon. poſſ. contr. tab. Etiam iure canonico ſuſtineri quoque poſſe contenderim, fretus maximè auctoritate Butr. qui magni eſt nominis inter canoniſtas [in c.accedens.extr.de procur.& Bald.in l.ſi pater.C. de ſponſal. & expreſsius in l.nec filiam.C. de nupt.& in l.1.ff.Solu.matri.] Quam etiam multis ſenatus Pariſien. decretis cõfirmatam accepi. Nam cum indignus quidam accuſatus fuiſſet quod cum filia nobili matrimonium cõtraxiſſet,magna vi pecuniæ multatus eſt,ac facę accenſa circumlata emendam (vt vulgo dicitur) honorariam præſtare damnatus venia à patre filiæ offenſo implorata. nam vt ſuprà diximus, licet à iure canonico ſublata ſit pœna corporalis, quam lex ciuilis raptori indixerat,non tamẽ mulcta pecunaria abrogata eſt,nec publica pœnitẽtia.[iuxta gl.in d.c.de raptoribus 36.q.7.] Et hęc de ea quæſt. hactenus.

Circa hunc §. illud etiam quæſitum eſt, Num nepotes & pronepotes & qui ex his deinceps deſcendunt, in maiorum poteſtate hodie ſint, quemadmodum iure ciuili antiquitus obſeruatum eſt,an verò patris duntaxat? dubitationis cauſam præbuit,quod nulla eorum facta ſit mentio in contextu huius.§. ideo iuris communis diſpoſitioni relicti cẽſentur.Sed eos in patrum duntaxat poteſtate exiſtere manifeſto eſt argumento,quòd patres eorum, ex matrimonio contracto emãcipationis beneficium ſunt conſecuti: quo fit vt cum pater ſui iuris efficiatur, eius poteſtatem tantùm agnoſcant, qui ex eo naſcentur, vt conſtat ex.§.vl.inſt.quib.mod.ius patr. poteſt. ſolui.

Ex quibus conſtat ſoluto matrimonio morte alterius coniugum, qui ſupereſt in patris poteſtatem non recidere, adeo vt etiam mulier ſuperſtes legitimam ad omnes actus ciuiles gerendos ac habilem gerat perſonam, tanquam maior ac ſui iuris effecta.iuxta ea quę traduntur in §.ſeq.ius enim patriæ poteſtatis quod matrimonio interueniente expirauit, eo etiam ſoluto amplius reuiuiſcere(quod dicitur)non poteſt. in quam rem videtur caſus in l. libertatis.ff. de adopt. Et ibi Bald. adduco tex. ſing. iuncta glo. in l.3.§. ſi emancipatus filius.ff.de bon.poſ.cont.tab.

Nec obeſt, quod cauſa ob quam patria poteſtate liberatus erat filius, deſierit, ſoluto ſcilicet matrimonio. Nã ſufficit eam cauſam ſuum ſemel ſortitam effectum [ſecundum Bald. in l. vxori.Ç. quando dies leg.ced. facit reg.l. ſi quis. C. de inſtit. per quam dixit Bald.in l. precibus.in 3.oppoſ. col.3. in conditionibus attẽdi principium primæ exiſtentiæ (vt eius verbis vtar) nec poſtea reſpici qualiter ſucceſſerit. Vide quæ in eam rem traduntur à morder. in d. l.ſi quis.C.de inſt.]

¶ Liberi.

LIberorum appellationem non vnam nec ſimplicem eſſe conſtat. Sed liberi propriè dicũtur qui ex iuſto ſuſcepti ſunt matrimonio. [c.vlt.vbi glo.32. quæſt.4.] Qua appellatione veniũt & filij [l.filium eum diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.] Liberorum autem accepta generali ſignificatione,quatuor eſſe genera nemo ambigit. Primum eſt eorum qui tantum naturales ſunt, vt qui vel in cõtubernio, vel ex cõcubinatu progeniti ſunt: hos vulgari Gallorum idiomate baſtardos appellamus.Secundum eſt eorum qui legitimi tantum ſunt, non naturales. Tertium eſt eorũ qui & naturales & legitimi ſunt, vt pote ex iuſtis procreati nuptiis. Quartum eſt peſsimum,horum ſcilicet qui ſpurij dicũtur, vt puta ex monialibus vel conſanguineis ſuſcepti. [c.tali.1.quæ.7.] Nos hic de tertia liberorũ ſpecie agimus. Nam hi ſoli qui ex viro & vxore legitimo matrimonio coniunctis, procreati ſunt iura patriæ poteſtatis agnoſcunt.[inſt.de patr. poteſt.§.qui ergo.] Nõ autem qui ex concubina vel damnato coitu. [inſt.de nup.§. aduerſus.]hinc à Bald.traditur[in l.lucius. 2.de hæred.inſtit.]Si à teſtatore quis inſtitutus ſit hæres ſi ſine filiis deceſsiſſet, conditioni locum minimè fore, ſi naturales

tantum, vel legitimos tantum reliquerit, vel naturales, licet legitimatos. Nam proditum eſt ad cõditionem fidei cõmiſſi implẽdam, non ſufficere quid ciuiliter factũ eſſe. [l.fideicommiſſum.ff.de cõdit. & demonſt.l.ſi ita quis.§.is cui. de leg. 2. l. ex ea parte.§.inſulam.de verb. oblig. & l. vlt.C. de his qui ven.ęta.impetr.videtur expreſſus text.in l.filiũ.ff. de his qui ſunt ſui vel alien.iur.] Qua ex re infert Bald.indefinitam orationem ſemper ſecundum magis proprium & nobiliorem ſignificatum eſſe intelligendam. Igitur vbi liberorum generalis fiet mentio, hi accipiendi ſunt qui naturales ac legitimi ſimul ſunt. [l. liberi. vbi Guil.de cũ.ff.de ſenat.] & maximè in ſtatutis. [ſecũdum Bal.in l.generaliter. C. de inſti.& ſubſt.] Nam aliàs eſſet interpretatio extenſiua, quæ in ſtatutis non ſolet admitti, in quibus verba ſũt ſtrictè ac propriè accipienda. [iuxta l. quicquid aſtringendæ.de verb.oblig.l.1.§.ſi is qui nauem. de exerci.ac.& nos ſuprà copioſe.]

Sed & illud ſciendum eſt, appellatione liberorum contineri non ſolùm filios primi gradus, ſed etiam nepotes & pronepotes, & omnem denique poſteritatem quæ ex his deſcendit. [l. filij appellatione, & l. iuſta.ff.de verb.ſignific.l. liberorum. l. ſed ſi hac lege.§.liberos.ff.de in ius voc.vbi plenè à recentioribus: & affatim ab Alex. in l.gallus.§.inſtituens. de lib. & poſth. idem in conſil.26.circa primum.vol.3.& eodem vol. conſil. 26. videtur fortaſſe.] Quæ tamen non eſt vera ac propria ſignificatio, ſed tantùm extenſiua. Ideo eam tantùm in cauſa fauorabili vſurpari dixit Bald. & Imm. [in citato.§.inſtitutus.] vide ea de re Alc.in d.l.iuſta.

Præterea, liberorũ nomen collectiuum eſſe conſtat, qualis eſt gentis familiæ & cognatorum appellatio: vt tradit Angel. [in conſil.38. Aret.in l.gallus.§. quidam rectè. de lib.& poſth.] Quod etſi ſingularem numerum nõ cognoſcat, de vno tamen filio intelligi poteſt. [l.non eſt ſine liberis.ff.de verb. ſignif.] veluti etiam cum pugillares & codicillos dicimus. Vnde ſi in inſtitutionibus & ſubſtitutiõibus addita ſit hæc conditio, ſi relictis liberis deceſsiſſet, adimpleta ea videtur exiſtente vno duntaxat filio. [Accur. Bar.l.ex facto.§.1.ff.ad Trebell. Alex.& modern.l. gallus.§. quid ſi de lib.& poſth.] Hinc liquidò conſtat liberorum appellationem longè latiorem eſſe filiorum ſignificatione: idq; in tribus potiſſimum dignoſcitur. Primò, quòd appellatione liberorum comprehendantur nepotes, non item filiorum. [l.quod ſi nepotes. ff.de teſtam. tut. vbi ait aliter filios, aliter nepotes appellari. Idem traditum eſt in §. penul. & vl.vbi Ioan.Fab.inſt.qui teſtam. tut. da poſſ. & in auth. reſtitut. fideicom. §.1.in auth. de non elig. ſecun. nub.§. cum igitur.verſ.& inteſtatus. & expreſsius probatur in l.excuſantur.§.remittit.verſ. hoc autem. ff. de excuſ.tut] Ideóque tradunt interpretes filiorum appellatione, non cõtineri nepotes eorum qui ſibi filiiſque ſuis rem in emphyteuſim acceperunt. [Bart.in l.liberorum.col.6.in verſ.quęro quid ſi filiorum verbum profertur à contrahen.de verb. ſignific. Quem ſequitur Anchar.in clem. 1. de baptiſm. & in c.quibuſdam. de pœnit. firmátque Salic.in l.2.in 21.quæſt. & C.de iur.emph. Imm.in l.quod dicitur. ff.de verb.oblig.] Quod procedit etſi à teſtatore prolatum eſſet filiorum verbum. in vltimis ſiquidem voluntatibus quantũuis fauorabilibus appellatione liberorũ non venire nepotes, & qui infra eos ſunt, traditum eſt. [l.Gallus Aquilius.de lib.& poſth. & in l.poſthumorum. ff. de iniur. & irr.fac. teſta.] Nec obſtat l. Lucius. 2.ff.de hæred.inſt.per quam eo loco videtur Bar. in contrariam inclinaſſe ſentẽtiam. Nam ſecundum Bal.in d.l.gallus.§.inſtituens.in illo reſponſo filiorum nomine nepotes veniebant, gratia vitandę abſurditatis, ne ſcilicet extraneus contra communem iuris diſpoſitionem, ac præſumptam teſtatoris voluntatem præferatur coniunctis. [iuxta l.cum acutiſsimi. C.de fideicom.& l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.] Quam opinionem ſequitur Alexan. [in conſ.1.vol.1.num.12.vide Ioan.Fab.in d.§.vlt. qui teſt. fa. poſſ.] Nam ex impropria, & (vt ita dicam) extenſiua verbi interpretatione, nepotes & pronepotes filiorũ appellatione veniunt nonnũquam, veluti propter vitãdam abſurditatem, vt modo diximus. Item propter duram nimis ſeparationem. [d.l.liberorum.verſ.ſed & Papirius fronto.ff.de verb.ſignific.l.vxorem.§. concubinæ. de leg.3.l. poſſeſsionum.C.commu.vtr.iud.] Item, vbi id ſuadet rationis identitas, vt quia eadem procedit ratio in nepotibus atq; in filiis. [in l. ſenatus. de ri. nupt. ff. item eum quoque hoc dictat materiæ ſubiectæ ratio. hinc credidit Ioannes Fab. [in citato §.vl.qui teſt. tut.dar.poſſ.inſtit.] teſtatorem qui nullos

habuerit filios, ex iuſta interpretatione nepotes pro filiis rectè vocaturum[l.iuſta. & l. filij. ff. de verb. ſignif.] licet quidem (vt ipſe fatetur) communis regula ſit in contrarium. Item vbi ex cõmuni loquendi vſu receptum eſſet vt nepotes nomine filiorum intelligerentur[arg.l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam ſub fi. ff. de fund. inſt. leg. & l. ſi ſeruus plurium de leg.1.] Scio tamen communem Gallorum loquendi vſum, non ferre vt appellatione filiorum veniant nepotes: ij ſiquidem deficiente alio magis proprio nomine, parui filij vocãtur, quorum correlatiuum auus & auia, magnus pater ac magna mater vulgò dicũtur. Proinde ſi vſpiam in hoc conſuetudinum volumine filiorum fiat mentio, nepotes non continebuntur.

Secundo. latior quoque eſt in hoc liberorum quàm filiorum ſignificatio, quia filiorum appellatio plurali numero enũtiata, ſingularem filium & vnicum non comprehendit. At liberorum vox etiam de vnico filio intelligi poteſt, vt ſuprà docuimus, ea moti grammaticorum ratione, quòd nomina ſingulari carentia numero licet pluraliter efferantur, poſſunt tamen de vno intelligi. At ſecus ſi vtrunque habeãt numerum.[iuxta d.l. vlt. ad Trebel.] vnde Ioan. And. in addit. ad Specul. de teſtam. §. 1. in verſ. cum patronus. in pen. qu. concludit, Si teſtator ſubſtitutionem in caſum poſthumorum conceperit, ſi vnus tantum naſcatur, ſubſtitutionem deficere, nec ex verborum natura nec proprietate ſuſtineri poſſe, nec ex coniecta mente teſtatoris. Potuiſſet enim teſtator, ſi ita tuliſſet voluntas, ſubſtitutionem ſingulari numero efferre. Puta, ſi poſthumus natus non eſſet. Quod quia omiſit, pro omiſſo eſt habendum.[iuxta l. commodiſsimè. de lib. & poſth. Facit quæſtio à Socyno relata in c. ſuper eo de condi. oppoſ. col. 22. qui eo in loco teſtatur id ſtatutum, quo fœminæ à parentum ſucceſsione arcentur, extantibus maſculis filiis, ita accipiendum, vt vnico exiſtente filio, fœminæ nihilominus ſuccedere poſsint: eo quòd ſtatutũ ſub plurali conceptum ſit numero, cum nomen filiorum potuiſſet ſingulariter efferri. Quo fit vt cum iuris communis correctoriũ ſit, non niſi anguſtam ac ſtrictam recipiat interpretationem, ac caſus ille omiſſus, vbi vnicus ſupereſſet filius, iuris communis diſpoſitioni relinquendus eſt. [iuxta l. ſi verò. §. de viro. ſol. matr. c. ſuſceptum. de reſcript. in 6.] Idem ad allega. l. 1. de cond. inſt. & l. nõ eſt ſine liberis. reſpondet, quòd iis iuribus agitur de liberis quorum appellatio ſingularem numerum non admittit: non autem de filiis, quod nomen & ſingularem & pluralem agnoſcit numerum. Quam traditionem refert Fely. in c. omnes. 1. diſtinct. col. 2. ſub. fi. Quanuis plærique in contrariam iuerint ſentẽtiam quos prudens prætermitto. plura ſi videre libet de hac pluralis numeri materia aditò Alex. Iaſ. & reliquos moder. in citata l. gallus. §. quid ſi is.

Tertiò liberorum ſignificatio & in hoc quoque amplior ac latior eſt filiorum nomine, Quòd liberorum nomen communis ſit, & maſculos & fœminas continens cuiuſmodi eſt homo, qui ad vtrunque genus refertur. At non item filiorũ, quorum appellatione vtimur tantum maſculina. In cuius rei confirmationem inter cætera adduci ſolet vulgata quæſtionis deciſio, [quam tractat Bal. & poſt eũ copioſè moder. in l. ſed ſi hac lege. §. liberos. de in ius voc.] qua quæritur, an conducto fundo in emphyteuſim pro me liberiſque meis, ſiue filiis, comprehendantur & fœminæ. Qua in re, prætermiſsis longis doctorum altercationibus, in hoc ferè cõſentiunt omnes, vt ſi conceſsio concepta ſit ſub nomine liberorum comprehendantur & fœminæ. Sin ſub filiorum, maſculi tantum intelligantur, non autem filię. Hoc enim maſculinum appellatiuum more grammaticorum vocant doctores noſtri, illud verò commune, tam maſculinũ quàm fœmininum genus complectens. In qua quæſtione & hoc diſputari ſolet, an maſculinum concipiat fœmininum. Id quod copioſè tractant Bart. & Alex. [in apoſtil. in l. 1. ff. de ver. ſigni.] & moder. mediol. [in l. ſi quis id quod de iuriſ. omni iudi.] & nouiſsimè Decy. [in reg. fœminæ. ff. de reg. iuris. col. 10.] Et vt rem omnem paucis explicatam habeas, ego Ioannis immolæ diſtinctione vti ſoleo [in l. ſi ita ſcriptum. de leg. 2.] Siquidem appellatio maſculina, aut à lege communi profertur, aut à lege municipali vel à teſtatore, vel à cõtrahente, vel à iudice, aut denique à ſuperiore: & hoc rurſus, vel in reſcriptis, vel in priuilegiis. Quæ ſingula ſingulis explicabo regulis. Primo itaque caſui hæc detur reg. (quam collegi ex his quæ à Bar. traduntur in l. 1. de verb. ſignif. & Paul. de Caſtr. in l. quicunque. C. de ſer. fug.) Maſculinum, fœmininum

complecti tribus demum concurrentibus. Primo,quando profertur ſub nomine appellatiuo, puta filij, ſub cuius appellatione continebitur & filia. [l.ſi ita.de teſtam. tut.l. quiſquis & l.inter ſtuprum.§. vlt. de verb.ſignif.]ita & fratris appellatione veniet & ſoror.[l.Lucius.§.quæſitum.de leg. 3.l.tres fratres.vbi Bald.& Paul. Caſtr.& alij. ff. de pact. glo. & Bart. in l. Lucius.§. Mæuia.2.ff.ad trebel.] Secundò,oportet maſculinum in materia indifferēti ac non diuerſa efferri, quæ ſcilicet æquè fœminis ac maſculis conueniat, & in vtriſque par ac eadē omnino ratio procedat. Cæterum, vbi materia diuerſa eſſet,quæ æqua ratione vtriq; ſexui non conueniret, tunc ſub maſculi appellatione nō veniret fœmina. [Quod tradidit Lazea. à gemi.in c. generali de ele.in 6.& Card. in cl.1. de elect. Alex.in citata l.1.ff.de verb.ſignif.& cō.135. circa primum.col.3. vol.1. & con. 24. animaduerſis.num.33.vol.2.]Huius rei exempla ſunt in feudis, tutelis, & fideiuſsionibus, quibus actibus gerēdis, quia fœminæ legitimam ac habilem perſonam non gerunt, quod ſuper his in maſculis diſpoſitum eſt,ad fœminas non trahetur.

Tertiò, verſemur oportet in materia fauorabili, vel ſi odioſa, ſit tamen odium legitimum ac rationi conſentaneum. Eo enim caſu proditū eſt, materiam pœnalem rectè extenſionem accipere.vt [notat.glo. in c.generali de elect. in 6. Bart.in d.l.1. de verb.ſignif. Alb. Paul.& moder. in citata l.ſi quis id quod.de iuriſd.omni.iud.] licet enim odioſa videatur lex pœnalis, iuſto tamen odio & indignatione mouetur: Quandoquidē ad reipublicæ vtilitatē tendat, cuius intereſt crimina non remanere impunita [l.ita vulneratus.ad l. aquiliam] cęterùm ſi nō ſatis iuſta indignatione motus legiſlator, pœnā nimis acerbam in immerētem, ex alterius tantùm delicto,non ſuo,conſtituerit, (vt in l.quiſquis ad l.Iul. maieſt.) tūc ea vt poteiniuſto odio prodita pœna, non eſt ad fœminas extendenda, nec ad quæcunq; alia[iux.l.vl.C.de ſecūd. nupt.& l.3.§.ſi emācipatus.ff.de bon.poſſ. contr. tab. hactenus igitur de primo caſu.

Quòd ad ſecūdum caſum pertinet,qui propriè huius noſtri operis materiā reſpicit,cum de conſuetudinis interpretatione agamus,conſiderandum eſt imprimis & ſi apud grāmaticos maſculinum complectatur fœminum(vt ait Paul.Caſtr.poſt Cy. in l. quicunque de ſeru. fug.) tamen iure ciuili id non ex propria verborum ſignificatione admittitur,ſed potius ex quadam interpretatione ſeu extenſione, & vocabuli improprietate [l. cum in adoptiuis.§. qui in filio.C.de adopt.& l.penult.in fi.de præpoſ.ſac.cub. lib.12.C. & l. pronuntiatio.in verbo porrigitur.ff.de verb.ſignif.] Quare quod præcedente reg. cōcluſimus, vt plurimum in iure ciuili ſub maſculino nomine venire & fœmininum,id non niſi ex impropria verbi ſignificatione, ac extenſiua interpretatione fieri ſciendum eſt [Dy.& Bar.in l.1.ff.de verb. ſignif. Bar.in l. liberorum. col. 6. verſi. Secundo principaliter.eodem tit.C. Ang.& alij, in citata l.quicūque.de ſer.fug.Butr.& Bart. in l. ſi quis intantam.C. vnde vi.] ex quo ſequitur conſtituendum id pro reg. in ſtatutis & conſuetudinibus, fœminum ſub maſculino non comprehendi. Cuius regulæ manifeſta ea eſt ratio,quòd ſtatuta & conſuetudines ſtricti iuris ſunt [iuxta l.quod conſtitutnm.ff. de teſtam.mil. l. cōſtitutionibus.vbi Bar.ff.de iuſt.& iur.]igitur extenſiuam interpretationem minimè admittunt, qualis eſt ea vt ſub maſculino & fœmininum intelligamus [l.quicquid aſtringendæ. de verb. oblig.] Quare non aliam ſtatuti adhiberi oportet interpretationē, quam quæ ex verborum contextu percipitur, & qui oculis non intellectu mentis conſiſtit[l.1.de his quę inteſta.del.vbi Bal. & Ang.in l.ſi ita ſcriptum.de lib.& poſth. facit tex. in l. 1. ſi tab. teſt. mil. extab.] ex quo conſtat id quod ex coniectura percipitur, propriè ex litera ſeu ſcriptura non eſſe [not.Alex.cōſ.45.habita pro viribus. col.1.vol.7.& con.153.viſo themate.col.2. eodem vol.]

Ex his miras deciſiones colligere ſolent interpretes noſtri, quarum profecto bona pars non eſt apud me ſatis explorata. Imprimis Archid.in c.ſi quis ſuadēte.17.quę. 4.tradidit ſtatutum,quo mater à filiorum ſucceſsione excluditur, ad filiarum ſucceſsionem nil pertinere, nec ab ea matrem cenſeri excluſam. Quam ſententiam ſequitur Alb. in citata l.1. de verb. ſignif. & Immo.in d.l.ſi ita ſcriptum.Gemi.in c.generali de elect. in 6. Eodem argumento Bal.& poſt eum Corneus peruſ.in l. illam in prin. C. de colla. tradidit, à ſorore non cenſeri matrem excluſam ex ſtatuto, quo cautū extat patruum matrem excludere. Vnde in his ſtatutis non eſt locus argumento à contrario ſenſu ducto, vt docet

Bal.in l.2.de cõdit. in. nec ſub ſimplicibus continetur mixtum vt per Ang. in d.l. ſi ita ſcriptum de lib.& poſth.

His tamen non obſtantibus, puto hoc in caſu eam adhibendam eſſe diſtinctionem, ſiquidem ſtatutum cum iuris communis regulis conſentiat, vel ſit prẽter ius cõmune, arbitror concludendum eandem interpretationem licitam eſſe in ſtatutis, quæ licet & in iure cõmuni. Itaque & argumentari in illis à contrario ſenſu tunc licebit.[Bar.& cẽteri in l.omnes populi.in 6.quæſt. princi. & expreſsè Alex. con.29. præclarè col.3.vol.3.] Quare etiam admittetur ea interpretatio, quæ maſculinũ ſolet fœmininum cõcipere: vt ſi ſtatuto cautum extet nequis noctu incedat, niſi cum lumine: ego etiam comprehendantur fœminę[ſecundum Bar.in l.iura.ſub fi. ff. de legibus Cy.Bal.Saly.& reliqui.in citata l. quicunque.] Idem & in ſtatuto quo ob vim armis illatam, pœnam cõſtituit.[Bal. & Immo. in l.ſi conſtãte.§.vlt.ff.ſol.matr. Quod & moder.Mediol.referũt, in alleg. l.ſiquis id quod. de ſtatuto quo interdicitur vſus certæ ſpeciei veſtimẽtorum] Cæterum vbi ſtatutum ſeu conſuetudo contra ius commune diſponit, ſub diſtinguendum ita arbitror: vt ſi maſculinum per appellatiuum ſingulare proferatur, fœmininum nõ includat. eo enim quòd cum iure communi pugnet, minimè eſt extendendum. finge(verbi gratia)ita ſtatuto cautũ, vt patruus auum maternum in ſucceſsione inteſtati nepotis excludat. ſanè auiam maternam nõ excludet: Neque amita hũc maternum auum. Pugnat enim cum iure communi, quo conſtat auum auiámque etiam materni generis, & coniunctione ſanguinis, & iuris prẽeminentia potiores patruis ſemper fuiſſe, illoſque nil peccaſſe, vnde ea ſucceſsione priuari debeãt [Bal.& Paul.in citata l. quicũque. fa. deciſio. Bal. poſt Butrig.in l.quod verò.ff. de legibus.]

Ego tamen omnino crediderim in quibuſcunque ſtatutis, etiam iuris communis diſpoſitioni contrariis, fœminium perpetuò ſub maſculino contineri, vbi eadem in vtroque ſexu ſubeſſet ratio, Qualiter fieri diximus in iure cõmuni. Nõ ex eo quidem vt dixi quod ex proprio vocabulorũ ſignificatu id accidat, ſed ex vi regulæ antiquę ſcriptę in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. Vbi inquit Bal. quòd ſi ſpeciali ratione aliquid cõtra ius ſtatutum ſit, illud ad ſimilem caſum trahi debere, vbi eadem id ſuadet ratio. In quam rem ſum ſolitus adducere l.ait diuus.ff.de iur.fiſ.ibi: quencunq; accipere debemus, tam maſculum quã fœminã tex.eſt in citata l.ſi quis id quod notat Archid.in d.c.ſi quis ſuadẽte. Quibus in locis, conſtat edictum eſſe pœnale, & in l.ſi quis in tantam: & tamen ad fœminas extẽdi, dictante id eadem ratione. Quinimo quoque exiſtimo etiam in iiſdem pœnalibus ſtatutis appellatione fœminarum contineri & maſculos, vbi eadem ſemper ſubeſt in vtroque ratio: vt ſi ſtatuto cautum ſit vt capræ, in alieno paſcentes agro pro noxa ac damno duodecim numos mulctæ nomine pendant: hirci quoque alienum fundum ingreſsi, paſcendi cauſa, huic penę ſubiacebunt. Quod facilè ex mente ſtatuentis coniici ſolet. Quæ res nõ diſplicuit Alb.in quęſt.104.1. par.ſtat. Conſtat enim de damno quod etiam ab hircis non ſecus atque à capris infertur, quodquidem ſtatuto cauſam dedit, non ſpecies animalis, quòd putà, capra eſſet vel hircus. Nihil enim hoc ſtatuentis refert. Quare perpetuò, vt monui, mens vt legiſlatoris, ita ſtatuentis erit attendenda[iuxta l.vxori.§.vlt.de leg.3.& l.illis libertis.ff. de condi.& demonſtr.facit.in eam rem. l. illud.ff.ad l.aquil. Quam etiam firmat Butrig.in c.vlt.extra de conſuetud.]Nec alia de cauſa facta non eſt hircorum mentio, quod non ita horum frequẽtes eſſent greges, perinde atque caprarum [facit glo.in c.1.in verb. prẽſidentes extra de reſcript. & glo.in l.vna. in ver.ſponſum.C. de rap. virg.]Vnde deſumitur ea regula vbi perſonæ, gratia frequẽtioris tãtum vſus ſunt expreſſę, non cenſẽtur cæteræ, quarũ mẽtio facta non eſt ob rariorẽ vſum, excluſę.

His accedit elegãs Ioh. And. deciſio tit. loc.§.1.in ver.in prin.de colono partiario, qui ea cõditione vinẽa colit, vt quartã vini quod ex his naſcetur, ferat: quemadmodum ferè fit apud aurelianenſes, quibus is mos inualuit, vt nedum vini partem habiturus ſit colonus, ſed & fructuũ omnium qui in his vitibus quas colendas ſuſcepit, naſcituri ſunt. Nam quòd de vino tãtum actum eſt, id frequẽtioris vſus gratia: ideo eius expreſsio, cęteros fructus non excludet.[Corſe.in ſing.incip.maxima frequẽtatione.] Quod etiam alia ratione cõprobari poteſt: quia ager eſt plantatus vitibus & quæ in eo plantantur arbores, ſunt velut quædam acceſsio. Quare illarum fructus cedent vitibus, diuidenturq; fructus

arborum pro rata vuarum[l.nomẽ.de leg. 3.idem Bar.Bal.& Floria.in l.certo generi in princ.de ſeruit.ruſtic.prędi.]Sed vt ad alteram vltimæ ſubdiſtinctionis partem veniamus,quando ſcilicet in ſtatuto vel conſuetudine maſculinum commune appellatiuum eſt,hoc dubitationem nullam habet vt fœmininum quoque contineat,cuiuſmodi eſt illa vox homo,quæ etiam ex propria ſignificatione vtrunque ſexum comprehendit[l.hominis appellatio.ff.de verb.ſignifi.]idem in cæteris ferè omniũ animantium nominibus, vt eſt bos, & ſimilia[l.inter ſtuprum.§.vlt.ibi,quaſi commune nomen vtrumque ſexum cõtineat, eodem tit.Vide Alex.in alleg.con.24.animaduerſis.num.13.col.2]vnde ſtatutũ, quo pœna eſt prodita in boues,ſues,& canes agrum alienum depaſcentes, aut vaſtantes,habebit locum & in vaccis & cæteris fœminis. Quam rem ſubtiliter ſanè temperat Immol.[in citata l.ſi ita ſcriptũ] niſi huic vocabulo communi adiiceretur ſignum,aut adiectiuum maſculinum,putà ſi fingas his verbis conceptum eſſe ſtatutum:Si vnus homo, vel ſi quis bos, dãnum dederit.quòd indeterminata, vt ait, ad ſpecificata trahantur, & ſecundum ea declarantur[l.Titia.§.Lucius.ff.de leg.2] Hęc & ſi vera ſunt, nunquam tamẽ potui adduci, vt crederem ea in propoſito locũ habere vbi eadem procedit ratio. Quid enim cedo magis ridiculum,aut quid intereſt,detne damnum porcus an porca? Aut pecus an aries?vt nos proximè amplius cõmonſtramus non eſſe in huiuſmodi ſtatutis faciendam ſexus differentiam.

Cætera quæ ad eam rem pertinent, tu ipſe, ſi lubet, aut vacat, petito ex locis quos ad infinitum propè ſuprà cõmemorauimus.

Tertius præcipuus caſus eſt, Quando nomen illud maſculinum à teſtatore profertur. Qua in re hoc pro regula traditur vt fœmininum cõtineat:quod multarum legum argumentis conſtat [ac maximè l.ſi ita ſcriptum.de leg.2.l.qui duos mulos. & l.de ſeruis legatis. ff. de leg. 3. ſi quis ita ſub prin.de teſta.tut.& l.iuſta verb. ſigni.]

Quam tamen reg.Accurſ.[in citata l.ſi ita ſcriptum]ita temperat, vt in odioſis locum non habeat vnde exhęredatio filio poſthumo,ſi filia naſcatur,exhęredata nõ cenſebitur:[vt eſt tex.in l.1.§.ſedet ſi incertum.ff.de vent.in poſſeſ.] Conſtat enim exheredationem ſummè legibus inuiſam & odioſã eſſe [l.cũ quidã.de lib. & poſth.]

Quartus caſus. Quando à contrahente profertur illud maſculinum nomen. In quo hoc pro reg.firmato,ſecũdum magis communem opinionem: in contractibus maſculinum non concipere fœmininum. Traditum ſiquidem eſt,ea tantum venire in actus qui ſtricti iuris ſunt, de quibus inter contrahẽtes eſt expreſsè actum[l.quicquid aſtringẽdæ.de verb.oblig.l.3.§. Idem ſcribit.ff.de pen.l.1. C.ſi plur. vna & eadẽ ſenten.plenè Alex.con.125.attentis verbis col.1.vol.5. & con. 24. Conſideratis. num.9.vol.2.idem con.113.viſo. inſtrumẽto.eodem vol.]

Quintus caſus eſt. Quando appellatio maſculina effertur à iudice. in quo licet Arch.[in c.ſi quis ſuadẽte]concluſerit idẽ ac ſuprà in primo caſu diximus,cum ſcilicet profertur à lege: ea inductus ratione, quòd iudex nihil aliud ſit quam legis miniſter: Immola tamen hunc caſum accuratius perſcrutatus, ita definiendum cẽſuit, hac breui adhibita diſtinctione,vt ſiquidẽ illud nomen maſculinum à iudice in ſententia ferenda prolatum ſit,tunc fœmininum non includere exiſtimet. Eò quòd ſententia ſtricti iuris vulgo habeatur[iuxta l.Iul.verum debitorem.ff. de cõdict. indeb.& in l.1.ſi plures vna & eadem ſenten. C.& Cy.in l.ſi libertinam.C. de interdic. matrim.]Cæterũ ſi ſtatuendo, vt quia ſtatuat ac vetet,ne quis noctu niſi accenſo lumine ambulet,tunc maſculorum appellatione,& fœminæ contineantur.

Quod ad arbitrum pertinet, negauit Alex.maſculũ complecti fœmininũ [con. 1.Ponderatis col.5.vol.5.

Sextus caſus. Quando à ſuperiore profertur.quem diuidit Immola in duas partes:reſcripta,& priuilegia. Quod ad reſcripta pertinet,ita concludit:vt ſi maſculinũ in reſcripto proprio nomine adiiciatur,fœmininum minimè comprehendat. Vltra enim perſonam,in cuius gratiam emiſſum eſt,nõ porrigitur.[Rodulphus de reſcrip. c.ſignificauit.eodem tit.] Cæterũ vbi ſub nomine appellatiuo profertur,maſculorũ appellatione veniant & fœminæ.[l.ſi quis ita:in princ. iuncta glo. de teſtam. tutel. Quæ diſtinctio ferè pertinet ad caſus ſuprà enumeratos·Vnde ſi reſcripto mandatum ſit vt Titius citetur, nõ veniet Titia citanda. Quòd ſi Titium & alios citare mãdetur, fœminæ quidem rectè comprehendentur. [c.ſignificauit.de reſcript.vbi

latè Ioh. And. Immol. & duo Siculi, poſt Frãciſ. in c. cum in multis. de reſcrip. & in c. generaliter. de elect. in 6. Spec. tit. de reſcript. §. vlt. verſ. ſed quæritur. Quod porrò ad priuilegia pertinet. Bal. [in c. ad audientiam. in vlt. col. ibi. quæro nunquid in priuilegiis. de reſcript.] tradit ſub maſculino comprehẽdi fœmininum: quod vſu veterum cõprobatum affirmat. & eum ſequitur Gemy. [in citato c. generali. col. 4. verſ. tertio caſu. de elect. in 6.] & ante eos. Arch. [in alleg. c. ſi quis ſuadẽte. adducitque. l. vlt. de conſt. pecu. vbi beneficia principum latiſsimè ſunt interpretanda.] Sed ea in re meritò Archid. ab Immola reprehẽſum arbitror, quòd Archid. inter principũ priuilegia & beneficia, differentiam non perpenderit: quam tradit Ioh. And. [in c. olim. de verb. ſignifi. & latius moder. mediol. in citata. l. vlt.] Nimirum conſtat beneficia quæ ſolum concedentis præiudicium reſpiciunt, nec iuri cõmuni aduerſentur, latiſsimam recipere interpretationem [d. l. vlt. de cõſtitut. pecu. c. cũ dilecti. extra de donat.] Priuilegia autem quæ aduerſus ius commune in ſingularem alicuius gratiam impetrata ſunt, ſtrictè ſunt interpretanda: maximè vbi in tertij præiudicium vergunt. Nam & eo caſu, beneficia quoque, quæ alioqui latè interpretanda ſunt, ſtrictam recipiunt interpretationem. vt notãt Accurſ. & Bar. [in cit. l. vlt. & l. 2. §. meritò &. §. ſi quis à principe ff. ne quid in loc. pub. & l. nec auus vbi Bal. C. de emancip. lib. l. cum filius. ff. de teſtam. & c. ſuper eo. de offi. deleg.] Concludeitaque in beneficiis principum in maſculos collatis, ad fœmininas quoque extendi. in priuilegiis autem minimè.

Drîa inter priuilegia & beneficia.

Ex hoc poſtremo, duo inferre licet. primum. Priuilegium immunitatis, deſcendentibus conceſſum, ad filias minimè pertinere. In quã rem induco tex. in l. 1. §. vlt. ff. de iur. immunit. & in l. ſpadouem. §. libertis. de excuſ. tut. Secũdum. Si quis donatus ſit priuilegio ſpurios legitimandi, non cenſebitur ius habere legitimãdi ſpurias [moder. in citata l. ſi quis id quod. & in l. 2. in princ. de verb. oblig. poſt Signo. de Home. in con. 184. In quæſtione vertente & con. 219. factũ ſic ſe habet.] licet Decy. in rem fœminę col. pen. id expreſſè reprobet. Sed non ſatis rectè meo iudicio. Et in huius rei confirmationem, extant duo celeberrima conſ. ſcilicet Card. flor. in 135. Puto filias. & Decy. conſ. 453. Cõſultum fuit. Qua ratione tradũt in priuilegio cõceſſo nepoti, neptem non venire quoniam id ſi quando accidat, fit non ex verbi proprietate, ſed virtute extenſiua. [Bar. in l. 1. de verb. ſignifi. tex. in l. pnunt1o. in princ. de verb. ſignifi. & in l. 2. de lib. cau. ff. Tex. opt. in l. cum in adoptiuis. in ver. quæ in filio. C. de adopt. Notat Bal. in l. vlt. col. 6. verſ. Item propria locutio. C. de hęred. inſtit.] Verùm quæri poteſt. an idem in beneficiis iuris ſit, vt maſculinum concipiat fœmininum. Bal. [in c. ad audientiam de reſp. ſub fi. & in c. 1. de iudic.] id admitti negat, inquiens eum qui teſtamenti ſui executores, fratres dederit, nõ cenſeri dediſſe ſorores. Rem tamen explicato ex his quæ ſuprà docuimus, ita vt ſi officium ſit huiuſmodi, quod ęquè conuenit fœminis, atque maſculis, horum appellatione & illas venire. Quod ſi legitimè illud gerere non poſsint, minimè. vt notat Decy. [in citata l. fœminæ. ff. de reg. iur.

Quæ de fœminis ſtatuta ſunt, ad maſculos nõ extẽdũtur.

Cæterùm ecõtrario fœmininũ nomen maſculinum non cõcipit. vnde pœna mulieri infra annum luctus nubenti ob nimiam feſtinationem impoſita, ad viros nõ pertinet. vt plenè Decy. in l. 1. prin. C. de ſecund. nupt.

Quo itaque rem omnem ſemel finiam id pro conſtanti habeto, omnem diſpoſitionem à iure ſtatutóue aut conſuetudine emiſſam, qua maſculorum tãtum facta eſt mentio, & eorum qui ex his deſcenderẽt, ad fœminas & quæ per fœmininam lineam veniunt non pertinere. Et maſculorum appellationem non modo fœminas nõ cõtinere, ſed nec eos, etſi maſculos, qui ex his deſcenderunt. Quemadmodũ feudorum diſpoſitio quæ maſculos ſolos ſucceſſores conſtituit, ad fœminas trahi nullo modo poteſt. [c. 1. §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poſ. c. 1. §. quinetiam epiſ. vel abbat. & c. 1. §. filia vero. de ſucceſſ. feud.] Cuius rei ratio iandudum prodita eſt, nempe fauor conſeruandæ agnationis [l. 1. §. pen. de ventr. inſpic. & l. Titia cum teſtamẽto. §. Lucius. vbi Bal. de leg. 2. idem Bal. in l. 16. qui bonis vbi tex. fing. de his quæ ad lib. perue. non poſ. Cy. & Saly. in l. 1. quę ſit long. conſuet. Et Ioh. And. in addit. ad Specul. in rub. de ſucceſſ. ab inteſt.] idem quoque in vltimarum voluntatum diſpoſitionibus concludendum cenſeo, vt ſi teſtator filios maſculos hęredes inſtituerit aut fideicommiſſo aut legato particulari donauerit, non veniant fœminę, nec

qui ex his deſcendunt.[ita concluditur in addit. Ioh. And. ad Specul. in rub. de teſta. Tradit Bar. in l. cum auus. vbi Socy. in repet. de condit. & demonſtra. affatim Paulus caſt. & poſt eum Alex. in l. gallus. §. nūc de lege velleia. ff. de lib. & poſth. Bal. con. 40. quidam magnus nobilis. lib. 3.] Idem quoque iuris in contractibus procedit, vt in emphiteuſi ab aliquo ſibi filiiſque maſculis ſeu per maſculinam lineam deſcendentibus conceſſa: in eam enim conceſsio nem nec filiæ nec qui ex his naſcentur nepotes venient.[vt expreſſé tradit Paul. caſtr. in l. gallus. §. nunc de lege velleia. ff. de lib. & poſth. Specul. tit. loc. §. nunc aliqua. quæſt. 146. & Bal. in l. 2. de condit. inſert. C. Paul. Bal. & Iaſ. in l. Sed ſi hac. §. liberos ff. de in ius voc. Et rurſus Bal. in auth. ſi quis ruinas. ſub fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. in l. ex facto. §. vlt. ad Trebell. & Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 4. ff. de iuriſd. omni. iudic.]

ARTICLE SECOND.

Enfans mineurs, par mariage ſont reputez maieurs : deſlors peuuent eſter en iugement, contracter, eux obliger, & ſont capables de faire tous actes legitimes que pourroiēt faire maieurs.

§. SECVNDVS.

Minores iuſtis vxoriæ rei peractis maiores habentor. Iam poſthac legitimam in iudicio ſtandi perſonam ſuſtinento, cōtrahunto, obligantor, actuſque omnes legitimos non ſecus atque maiores agunto.

SVprà de emancipationis beneficio quod adfert matrimoniū ipſum, copioſè egimus. Nūc de altero eiuſdem cōiunctionis beneficio diſpiciendum eſt, quo minores pro maioribus habentur, & legitimam perſonam cunctos actus ciuiles gerēdi accipiūt. Quod beneficium ſanè vt in multorū gratiam & vtilitatem introductum eſt, ita & ſæpe in ruinam & grauem iacturam minores ipſos præcipites agit, vt non leui experientia, nec ſine magno quorumdam damno ſatis in dies comprobatum videmus. Porrò ad faciliorē huius. §. interpretationem tria ſunt potiſsimum inquirēda. Primum, de huius conſuetudinis vi ac robore. Secundum, hac conſuetudine ſine dubio valida exiſtente, an minor, illius fictione per matrimonium maior effectus, res ſuas immobiles alienare ſine decreto poſſit? Tertium, an ille in his actibus læſus, iure minoris reſtitutionem in integrum impetrare poſsit? Quæ ſingula ſuis locis ordine proſequemur.

An iure ſuſtineri poſſit hæc Conſuetudo.

A prima itaque queſtione initio ducto, qua dubitatum eſt iure ne ciuili poſſet hęc ſuſtineri conſuetudo, rem aliquanto dubiam reddebat quod ferè traditum ſit, ætatis veniam indulgere alium à principe nō poſſe.[l. 2. C. de his qui ven. æta. impet. & l. 3. in princ. de minor. ff.] Sed quæ princeps ipſe ſuæ maieſtati reſeruauit non poteſt nec tollere nec concedere conſuetudo aut ſtatutum.[vt refert Bar. in citata l. 3. & l. non ambigitur. ff. de ll. Idem vberius in l. omnes populi. in 3. quęſt. princ. ff. de iuſt. & iur.] fa. quod in eam rem tradit Ang. & poſt eum moder.[in l. ſi quæramus. ff. de teſtam.] quo loco concludunt teſtandi poteſtatem ſtatuto dari non poſſe impuberi, quandoquidem id conceſsionis ius princeps ſibi reſeruauerit. Quam ſententiam pro expedita habet Pont.[in l. more noſtræ ciuitatis. ff. de acquir. hęred.] Contrariam tamen opinionem ſecutus eſt Ang. eodem in loco, hac inductus ratione quòd vt minor abſque tutoris auctoritate non obligetur, à iure ciuili introductum conſtat. At tantę eſt auctoritatis ac virtutis ſtatutū, vt iuri ciuili derogare poſsit: vt ſcilicet & minor annis 25 teſtetur, & vt contra iuris cōmunis diſpoſitionem, citra tutoris conſenſum, legitimè contrahat, ac obligetur [iuxta l. ius ciuile & l. omnes populi. iunctis his quæ eo in loco copioſè à doct. tradūtur. ff. de iuſt. & iur. Porrò Frāciſc. Aret. inter cæteros iuris interpretes iudicio perſpicaciſsimus, ea in re tres potiſſimùm caſus conſiderauit.[in citata l. more.] Primus, quando ſtatutum vel conſuetudo minorē legitiſſum reddit ad omnes actus gerendos, perinde ac ſi maior eſſet.

Quam legitimationem, quoniam ætatis veniæ impetrationē continet, quæ ad ſolū principem pertinet, nullius cēſuit eſſe mo mēti: motus auctoritate Bal. [in auth. ſi ca ptiui. C. de epiſ. & cler.] inquientis, minorem qui ita ſtatuto factus eſt habilis, non poſſe aduerſus actum qui ætatis veniam inducit, reſtitui. [l. 1. C. de his qui ven. æta. impet.] Secūdus, cum ſtatuto quis minor efficitur habilis, non vt maior, ſed ſimpliciter ad contrahendum, vel aliquid gerendum, tunc valere huiuſmodi ſtatutum cēſuit, vt quia non videtur eo caſu ętatis venia conceſſa. Tertius, quando ſtatutū reddit minorem habilem, non in vniuerſum ad actus omnes gerendos, ſed ad aliquam tantum contractus ſpeciem: quo caſu valere quoque hoc ſtatutum tradidit, quia princeps ętatis venię cōceſsionē ſibi generatliter reſeruauit, non in caſu quo de aliqua tantum cōtractus ſpecie ageretur. [d. l. 3. ſub prin. ff. de minor.] in quam ſententiam videtur flectere Alex. [in d. l. more.] inquiēs ſtatutū quo in vniuerſum minori bus rerum ſuarum adminiſtratio indulta eſt, nullius eſſe momenti: Secus ſi ad certam actus ſpeciem tantum, minorem reddat habilem. Ex his ſatis apertè colligitur, conſuetudinem hanc noſtrā quæ vult minores ex matrimonio pro maioribus haberi, generaliter ex quibuſcūque actibus, ſiue contractus ſiue iudicia reſpiciant, non ſatis ſubſiſtere, quum præſertim ipſos minores reſtitutionis in integrum beneficio priuare videatur.

Quæ reddāt conſuetudinem omnino validam.

Verum ſuperflua meo iudicio eſſet diſputatio ſuper huius cōſuetudinis viribus, cum conſtet eam iam legitimo tempore præſcriptam, cuius initij memoria nō extet: & totius populi Bleſenſis conſenſu haud dudum confirmatam, quam etiam in dies in vſum venire videmus, nullo omnino refragante, & quam nouiſsimis temporibus ſupremi ſenatus decreto ſtabilitam ſcio: approbante etiam regia maieſtate in hunc conſuetudinum noſtrarum codicē redacta eſt, ita vt hodie pro lege apud nos inuiolabiliter cuſtodiatur. Quare ea res dubitationem nullam habet. habent enim ea quæ ſuprà cōmemorauimus, vim expreſſæ principis approbationis, [iuxta l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſtiu. tex. eſt in l. 1. & 2. de aq. plu. arc. & c. 1. de præſcript. in 6.] Maxime vbi accedit principis cognitio, ac earum rerum ſcientia, quæ vim habet conſtituti. [l. 2. C. de ſeruit. & aq. Immo. in c. bonæ. 2. extra. de poſtul. prælat. & in c. conquerente, de off. ordin. facit quod tradit Iaſ. in lect. l. cunctos populos. in 3. char. de ſum. trin. & fid. cat. inquiens nihil referre an conſuetudo expreſſe à principe approbata ſit, an tacitè, vt quia ſcit & patitur. Ideóque priuilegium concedere videtur, niſi ea ad regalia pertineat.] Sed de his nos infrà latius. Quare etſi huiuſmodi conſuetudo tam eſſet à iure aliena, quàm quod alieniſsimū, illa tamen in vim conſuetudinis ſaltem in vim priuilegij valeret.

Nec obſtant quæ nos in contrarium adduximus, quale eſt de venia ætatis, cuius indulgētiam princeps ſibi reſeruauit, quæ ſtatuto vel conſuetudine induci non poteſt. Nam conſtat ea quæ princeps ſibi reſeruata habet, duplicis eſſe ſpeciei. Nam aut in ſignum ſupremæ ſuæ poteſtatis reſeruauit: & hæc quidem nulla temporis intercapedine quantumuis longa, nec cōſuetudine legitimè præſcripta, ſtatutóue tolli poſſunt. [text. in l. cōperit. C. de præſcrip. trig. vel quadr. ann. eſt gl. ſing. in c. 1. de ſacroſ eccleſ. & in l. vlt. de iuſt. & iur. & in repetit. l. 1. col. 9. de emancip. liber. & in l. 2. de vſucap. & in l. ſicut. vl. col. de pręſcr. trig. vel quadr. ann.] Quædam verò quæ principis poteſtati reſeruata ſunt, quæ ad ſupremam eius auctoritatem nihil pertinent, ſed in ſpeciale tantum priuilegium, vel propter cauſę grauitatem ac magnitudinem, aliámue iuſtā rationem. & illa quidem vel præſcriptione vel conſuetudine aut ſtatuto tolli poſſunt. [text. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. extr. de verb. ſign. vbi Alb. & in c. cum à nobis. col. 1. ſub fi. de præſcr. & Bar. in l. ſi publicanus. §. vl. ff. de off. leg. Butr. in c. cum contingat. vlt. char. de for. comp. ex. & Aret. l. more. col. 4. de acq. hæred. & Iaſ. conſ. 208. videretur prima animaduerſione, col. 3. vol. 2.]

Ex hoc patet id arg. nil obſtare huic cōſuetudini. Nam ætatis veniam, in ſignum ſupremæ ſuæ maieſtatis non cēſetur princeps ſibi reſeruaſſe: ſed propter tanti præiudicij gruitatem, ne res minorū ita facile venia ætatis impetrata peſſum irent. Quo fit vt rarò etiam princeps id cōcedat. [tex. in l. 3. ff. de minor.] Sed non prohibet quominus ſtatutis & cōſuetudine in cōtrariū diſponi poſsit, licet aliter viſum ſit Saliceto [in l. omnes. C. de his qui ven. æta. imp.] Sed non tanti eſt apud me Saliceti auctoritas, vt à vero diſcedere me cogat.

An minor per matrimonium maior effectus possit sine decreto immobilia alienare.

Altera quæstione dubitatum est, Num posset minor, qui hac cõsuetudine est maior effectus ob matrimonium, res suas immobiles absque decreto alienare. Qua in re paucis est concludendum, minorem pro maiore in omni contractu gerundo haberi, etiã quo ad alienationes: nec quicquam decreto opus esse. Ex eo enim quòd consuetudo illorum contractus cõfirmat, censetur alienationes quoque ab iisdem factas approbare, absque vllo iudicis decreto. In quam rem videtur casus in auth. si captiui. de episc. & cler. vbi Bald. Nam sicut minor ętas per illam auth. limitata facit minorum contractus valere, etiam super immobilibus, ita & in proposito casu, matrimonium tempus minoris ætatis finiens, efficit vt ab eo tempore incipiant minorum actus valere. Quam rem post multam disputationem tandem concluſit Iaco. de Belloui. in illa sua disput. incip. lege perusina. quam sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de restitut. in integr. §. quis autem. vers. saluo. qui eodem in loco dissoluit ea quæ in contrarium adducuntur, vt in his lex quidem limitet ætatem, sed gesta id ętatis non confirmat. vt fit expresse, in hac natura consuetud. Quod tradidit etiam Paul. Castr. [in l. omnes. C. de his qui ven. ætat. impetra.] asserens minimè necessarium esse decretum, in alienatione rerum immobilium, quę facta est tẽpore limitatæ minoris ætatis. Et quod ad id quod obiici solet de venia ætatis, qui eius effectus esse non solet, respondit ętatis veniam per rescriptum impetrari, quod longe minus est fauorabile quàm lex municipalis, seu statutum, quo legitimatio qua minor pro legitimo ac maiore habetur, solet extendi ad quoscunque contractus: ita vt in illis gerendis nulla sint adhibenda huiusmodi solennia, quæ in actibus minorum requiruntur. Quinetiam ait ille minores ex statuto maiores aliqua de causa effectos (vt hic per matrimonium) si rem suã malè tractauerint, & substantiam suam consumpserint, non posse ætatis minoris prætextu restitutionẽ in integrum petere. Quod ad sequentem quæstionem pertinet, in qua istud explicabo. His adde quod egregiè docet Bal. [in c. 1. in prin. per quos inuest.] inquiẽs nusquam iudicis decreto opus esse ad confirmandos cuiusuis personæ contractus, quos lex seu consuetudo approbat. Cuius rei rationem adfert in c. 1. princ. qui feu. dar. poss. Quia scilicet consuetudo vim habet decreti. [§. vltim. in auth. de vsur. naut. collat. 9. & quæ eo loco not.] Nam & dicitur consuetudinem vim quoque habere iustitiæ: nimirum, q̃ det iurisdictionem. [l. vt viros. C. de diuers. off. lib. 12. & c. cum contingat. ext. de for. compet.] Vnde nihil mirum consuetudine induci posse vt liceat minori res suas sine decreto alienare, cum id quoque statuto effici possit, secundum Angelum, [in l. diuturna. ff. de leg.] Facit & id quod pro regula traditur, legis dispositionẽ nullam exigere solennitatem. solet enim dici vulgo: factum legis, loco solennis facti hominis succedere. [l. si pecunia. §. si seruum. ff. de condict. ob caus. & l. causam. ff. mand. ita Bald. con. 108. domina Ioanna. sub fin. volu. 3. Bart. in l. si duo. §. si quis iurauit. ff. de iureiur.]

Minor, maior ex cõsuetud. factus, an in integr. restituatur.

Quod ad tertiam quęstionem pertinet, qua quæri solet an minor huius consuetudinis fictione ex matrimonio factus maior, si læsus sit, iure minoris possit restitutionem in integrum petere. Et primò videtur concludendũ, licet censeatur sublata decreti solennitas, vt in præced. quæst. diximus, non tamen videri sublatum restitutionis beneficium si læsus ex contractu reperiatur. [vt asserit Accur. in l. vnica. C. si de moment. poss. fuer. appell. & in auth. si captiui. C. de epis. & cler. & quod eo loco notat Bal. Quæ res valida ratione suaderi potest. Nam vbi denegatur appellatio, potest nihilominus in integrum restitutio peti. [vt docet eodem in loco Accur. & Bald. in l. vnica. C. ne lic. ter. prouoc. & Bar. in l. minor. §. sed etsi. ff. de minor.] In cuius sententię comprobationem adduco reg. quam tradit Salic. & post eum moder. Mediol. & Papien. [in l. postquã liti. C. de pact. & in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. si infanti. sub fi. C. de iur. delib.] scilicet quãtumcunq; generalis sit statuti dispositio, non tamen beneficium restitutionis in integrum, iure speciali vel iudicis officio cõpetens, excludere censetur. vt ait Accurs. in cit. l. vnica. si de moment. possess. Secũdò, cõsuetudinis nostræ fictio maioris auctoritatis esse non potest, quàm curatoris auctoritas seu iudicis decretum, quæ in cõtractibus minorum necessario interuenire oportet, ex iuris cõmunis dispositione. [vt videtur casus in l. omnes. ver. ita tamẽ. & l. eos. C. de his qui ven. æta. impetr.] Attamen certum est eas legis prouisiones super contractibus minorum, restitutionem

in integrum non tollere. [de curatoris auctoritate, tex. eſt. in l. 2. C. ſi tut. vel cur. interue. de iudicis decreto eſt tex. in l. ſi quidam. C. de præd. minor.] Vnde ſatis eſſe videtur ſi tantum poſsit hæc conſuetudo ad cõfirmandos actus à minoribus geſtos, atque curatoris authoritas & iudicis decretum. Et propterea non eſt ad aliud contra regulas iuris communis trahendum, cum ex tali extẽſione emergeret iuris correctio. Tertiò in hanc partem facit quod ſtatuta & cõſuetudines ſecũdum ius commune intelligi debent: ne ſcilicet ius commune lædatur, & ne quis etiam indebitè damnum patiatur. [iuxta l. ſi ſerui veſtri. C. de noxal. act. & notat. Accurſ. in l. vlt. §. in computatione ſub fi. de iure delib. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. & in c. cum dilectus. ext. de cõſuet.] Niſi forte ex tali interpretatione reſultaret ſuperfluitas. l. vlt. ad municip. Huius verò interpretationis cum iure communi conſentientis quatuor adduci poſſunt exẽpla. Primum, Iuramentum eam vim habet vt minorem pro maiore haberi efficiat. [auth. Sacramenta puberũ. C. ſi aduerſus vendit.] Nec tamen ex huiuſmodi legis fictione, minor neque prudẽtior neque ſagacior redditur. Nam ea fictio locum habet duntaxat in his quæ in iuris arte conſiſtunt: non in his quæ ſunt naturę, vt quia immutabilia ſũt. Ait enim Ariſt. mulieris conſilium inualidum eſſe: ac puberis, qui legitimã adhuc ætatem non attigit, imperfectum. [refert Bal. in rub. de rerum permut.] Vnde licet in re propoſita, iuramentum minorem aſtringere lex iuſſerit, non tamen denegandam putauit ei in integrũ reſtitutionem. Secundum, Si minor iam grãdior & legitimæ ætati proximus, vt quia vigeſimum iam ſuæ ætatis annum attigerit, in ſe compromitti paſſus, ac auditorium receperit, ei reſtitutione in integrum ſuccurrendum reſpondit Calliſtr. [in l. cum lege. §. vlt. ff. de arbit.] Idem in hoc noſtræ conſuetud. caſu faciẽdum quis non iudicauerit? Tertium ex priuilegio militi conceſſo certum eſt eum beneficium reſtitutionis in integrum nõ amittere. [l. ſi Ruffinus. ff. de teſtam. milit.] nec hîc quoque videtur beneficium illud fictionis, vt quis pro maiore habeatur, tollere reſtitutionem in diſpendium non leue minorum. Quartum, Si filiusfa. annis minor, matre nolente ac recuſante, hæreditatem adierit, licet ea in re licentiam à iure conſequatur, nihilominus ius ipſum & reſtitutionis in integrum petitionem non denegat. [caſus eſt ſing. in l. vlt. §. fin autem. 2. C. de bon. mater. Paul. Caſt. con. 172. non eſt dubium. in nou. & Lud. Pont. con. 90. viſo. themate.]

Porrò Aret. nihilo his validiſsimis & ferè concludentibus, rationibus adductus concluſit [in l. more noſtræ ciuitatis. ff. de acq. hæred.] in caſu huius noſtræ conſuet. quæ ætatem minorem, non annis, ſed matrimonio metitur, ceſſare omnino beneficium reſtitutionis in integrum: cum minorem, ratione matrimonij, in omnibus actibus pro maiore habendum diſponat. In quam ſentẽtiam multos graues authores iuiſſe teſtatur. Ac maximè Iac. de bellou. in dicta ſua diſputatione & Ioan. And. in tit. de in integ. reſtit. & Bald. in cit. auth. ſi captiui. & ita ſolis horum auctoritatibus nixus, eam ſequutus eſt ſentẽtiam. Quam etiam Angel. (cuius mẽtionem non facit) veram credidit, aſſerẽs id pro regula, quod vbicunque minor in omnibus ac per omnia pro maiore habetur, ſiue legis ſiue ſtatuti fictione, eum non poſſe reſtitutionem in integrum petere, ſicut nec maior: ſecus ſi ad certam cauſam vel cõtractus ſpeciem tantùm, pro maiore fingeretur. Exẽplum fingit in minore quem in cauſis ſpiritualibus pro maiore haberi certum eſt. [c. ſi annum. de iud. in 6.] qui tamẽ ſi læſus aut deceptus fuerit, quia in reliquis omnibus cauſis & actibus iure adhuc minoris vtitur, poteſt in integrum reſtitutionẽ poſtulare [vt notant gl. & Abb. in c. ex parte. de reſtitut. ſpoliat.] Et ſi tamẽ in hoc exemplo contrarium ſenſerit Accurſ. [in l. ait prætor. in princ. ff. de minor.] Sed non ſatis rectè ſecũdum Ang. ſicut & firmat quoque Alb. [in cit. c. ex parte quo loco docet Accurſ. hac in re ab omnibus confutari.] & Angel. id vſu apud florentinos inualuiſſe teſtatur. qui vbi 18. in ſuæ ætatis annum attigerũt, pro maioribus omnino habentur, ita vt iure minorum reſtitutionem in integrũ petere non poſsint. Hanc ſequuti ſunt ſententiam Bal. in alleg. l. cum lege de arbit. ff. Paul. de Caſt. & Saly. in l. omnes. C. de his qui veniam ætat. impet. & Pont. in l. more de acq. hæred. & ante eos Iacob. Butrig. & Huber. vetuſtiſsimi iuris interpretes, quos referunt Alb. & Bal. in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr. In cuius comprobationem adduco, quod egregiè tradidit Bal. [in l. minor. in veteri lect. ff. de procur.] inquiẽs minorem, qui à lege vel prin-

cipe accepit legitimam maioris perſonam, non poſſe in integrum reſtitui. Nam contra diſpenſationem legalem, papalem & imperialem, negat omnino beneficiũ reſtitutionis in integrum peti poſſe. [not. in l. 1. de his qui ven. ætat. impet.] Ne qui cum tam illuſtribus perſonis contrahunt lege vel principis auctoritate circunſcripti videantur: vt eo loco docet expreſsis verbis imperator. Idem in ſimili not. Specul. tit. de auctore. verſ. ſed pone q̃ filius abſente patr. Quæquidem minime procedere fatetur, vbi quis ab inferiore legitimatus eſſet, vt puta, à iudice vel alio à principe vel lege: tunc enim non ceſſare reſtitutionem in integrum ait. Quam ſing. & egregiam traditionem plurimi æſtimo, & veriſsimam eſſe contendere auſim: & quæ etiam apud noſtri fori togatos recepta eſt.

In ſumma cõcludito, quod ad hanc conſuetud. pertinet, hîc beneficium reſtitutionis in integrum omnino ceſſare. Quãdoquidem, vt ſuprà monui, ætatem minorem non tãtummodo limitat, ſed vlterius procedit: conſtituens vt minores in omnibus actibus tam iudiciariis quàm extra iudicium, per matrimonium maiores habeantur. Qua ex re diſſolui poſſunt quæcunque in contrarium obiecta ſunt. vt ſcilicet in illis limitata quidem ſit ætas: ſed nihil vltra: nec actus poſtmodũ geſti, ita expreſſe, vt hîc, confirmantur. In quam rem hæc induci poteſt neceſſaria ratio q̃ ſublatum ſit expreſſe hac noſtra conſuetudine impedimẽtum, quod obſtabat minoribus, ne legitimam perſonam contrahendi & obligandi gererẽt: quippe minor ætas: quę matrimonio limitata eſt, vt ſupr. diximus. Quę ſanctio generalis eſt, [iuxta l. vlt. ſub fi. ibi quia generalis eſt determinatio. ff. de milit. teſtam.] Quare nihil eſt iam quòd obſtet, quo minus maiores facti contrahere poſsint, & in iudicio ſtare, vt quoque nominatim cauet hæc noſtra conſtitutio. Ita conſultum extat à Bal. [conſil. 107. in Chriſti nomine quæritur vtrum. vol. 4.] Nec eſt quòd obiicias hanc cõſuetudinem vt plurimum damnoſam eſſe minoribus, qui libera de ſuis rebus diſponendi facultate abutentes, ſubſtantiam ſuam abliguriunt omnem. Qua ex re hanc plærique damnauerunt. Sed certè ſatis arroganter & temerè. Non enim imperiti illi conſiderarunt legem quę vltro citróq; & ad commodum & ad damnum referri poteſt, ex eo præiudicialem minimè cẽſeri, nec damnoſam: quum ſatis ſit iacturam commodo compenſari. Eſt in eam rem tex. in c. 1. de not. oper. nuntia. vbi Alb. in 4. not. Quare ſi quandoque incidit minores ea rerum ſuarum libera adminiſtratione conceſſa abuti, vel aliquando circunueniri & lædi, non eſt quòd conſuetudinis diſpoſitioni imputemus: qua habita multorum vtilitatis ratione, ſancitum eſt, vt minores quo melius & commodius rei domeſticę, ſuęq; familiæ vacarent ac cõſulerent, omnes legitimos actus gerere poſſent, non attento eo raro caſu quo contingit aliquando nõnullos decipi. Nam & videmus vſucapiones in multorum vtilitatem, ac reipublicæ fauorem introductas. [l. 1. ff. de vſucap.] Quid tamen magis à natura alienũ, quàm cum iactura aliena locupletari? [l. iure naturæ. de regul. iur. & l. nam hoc natura. ff. de condict. ind.] Quod tamen lex minimè attendit. Quare ſi quod ex hac conſuetudine incurrat damnum minor, ſuæ facilitati imputetur. Præterea, cum duæ alicuius conſtitutionis cauſæ permiſcentur, quarũ altera præcipua, ea minus principalem ad ſe trahit. [l. quæritur. ff. de ſtat. homi. & l. ſed & quæſitum. de lib. & poſth.] etiamſi hęc illam vinceret numero vel frequentia. [ita notat Gemy. in c. ſi duo. de offic. delegat. in 6. facit text. in c. quod in dubiis vbi Alb. in 2. notab. extra. de conſecrat. eccleſ. vel altar.] Quam rem latius ego perſequar infrà eod. in verb. contrahere.

¶ Minores.

MInorum appellationem æquiuocam eſſe oſtendit Rom. Pont. in c. in præſentia. extra. de probat. inquiens duobus modis intelligi poſſe, videlicet & eum qui impubes ſit, id eſt, maſculũ infrà decimum quartum annum: & fœminã, quæ ad duodecimum nõdum peruenit: & eum quoq; qui eas ætates attigerit, intra tamen vigeſimum quintum annum, minorum nomine contineri. Vnde eo ſimpliciter prolato, dubia oritur probatio, an minor ſcilicet pubes intelligatur, an impubes: vt eo loco affatim tractant Canoniſtæ. In propoſito huius conſuetudinis caſu, quo de matrimonio agitur, minoris appellatione intelligetur, qui puberes annos iã attigerit. [tex. eſt, iũct. gl. in l. quod ſeruus. ff. de cond. ob cau. vbi plenè Alex.] Cuius rei neceſſario eſt argumento, quòd ea ætas pro legitima definita ſit ad contrahendum matrimo-

nium.§.1.inſt.de nupt. Nota & minorum appellatione, venire tam maſculos quam fœminas,idque non ſolum apud gramma ticos authores,ſed & apud iuris ciuilis ſcri ptores.

¶Iam poſthac.

Ex nunc & ex tunc.

HIc venit in mentem dictionum impu rarum,exnunc & extunc:quas quoniam à barbaris canoniſtis & tabellionibus non rarò vſurpantur,explicare nõ abſurdũ erit.Igitur ſi hę dictiones ſimul iungantur hoc modo,Titium excommunicatum denunciamus,exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc: Vel hoc modo, vt ſolẽt tabelliones in obligatoriis inſtrumentis.Is ſe ſoluturum idus martias promiſit:quod ſi non ſoluiſſet,exnunc prout extunc & c.extremitatem tẽporis ad initium & initium ſubinde ad extremitatẽ trahi denotãt.[vt in clem.1. vbi glo. & interp.de cõcef.prebendę & Bal.in all.§. nũc de lege velleia. Ang.& moder.in l.1.de codicil.Bar. in l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. ff.de verb. oblig. hanc rem abſolutè tractat Ang.in l. huiuſmodi. eo. tit. & Alex.con.3.pſpectis litteris.col.vlt.vol.6.& Fely. in c. licet cauſam &. col.4. extra de probat. Aduerte tamẽ vnum, quòd ſi his verbis concepta ſit excõmunicationis ſententia,niſi infra pręſcriptum diem ſoluerit,exnunc prout extunc excommunicatus ſit:ex hac ſententia nondum excommunicatus cenſetur debitor,ſed ſuſpenditur excommunicatio in tempus lapſi termini,in quẽ collata erat. Nec quidẽ retro trahitur ad tẽpus quo lata eſt,ſed tum demum incipit,cum eueniẽte ſolutionis die ceſſauit debitor. Quæ res non eſt ſine ratione.Nam ſi ea excõmunicatio retrotraheretur, iudex ferre condemnationem in futuram culpam videretur,quod fieri iure nequit. [vt docet Innoc. in c. prętera requiſiſti.extra.de appel.] Quodquidẽ fieri dicunt eo quòd illa dictio, exnunc, prędedat:ſecus ſi poſtponeretur dictioni extũc. Tunc enim concludunt futurum tempus ad pręſens reduci, & excommunicationis ſententiam retrotrahi ad tempus quo lata eſt. Quod accidit vel propter conſenſum partium, vel iudicis præceptum.huc facit Guid.pap.in deciſ.delph.q.508. Clericus confeſſus eſt.

¶Legitimam perſonam ſtandi.

Hoc eſt,etiam ſine patris curatoriſue,ſi quem habet,auctoritate ac conſenſu.Fruſtra enim id conſtitutum fuiſſet,vt poſſent ij ſtare in iudicio, niſi per ſe, nec expectato cuiuſpiam conſenſu.

¶Contrahunto.

Contrahere ſignificationis latiſsimæ.

COntrahendi verbum (vt quando eſt latiſsimæ ſignificationis) hîc & in.§. ſequenti, generaliter & largè ſumitur, & quaſi contractus, aliósve quoſlibet actus, vnde oritur ius obligationis, comprehendit.[l.hęres abſens.§.1.& l.omnem obligationem.& l.interdum.§.vlt.ff.de ind.Item pactum: quod quidem verè non eſt cõtractus.[vt declarat Accurſ. in l.1. in princ. in gl.mag.ff.de act.& oblig.ſecundum interpretationem Iaſ. in l. iuriſgentium.§. ſed cum nulla. 4. col. in verſ. 2. principaliter not.ff.de pact.]Tertio tranſactionem:quæ non niſi impropriè contractus nominatus dicitur[vt eſt gl.1.in l.contractus.C.de fid. inſtr.vbi Bal. & Saly.]Quarto ſtipulationem:quæ non niſi ſumpto largiſsimè contractus vocabulo venit. [Bar in l. ſi donationis.C.quod met.cau.plenè Pont. & vterque Immo.in l. ſtipulationum aliæ.ſub princ.ff.de verb.oblig. & Alex.in l.1.ff.de pact.]Quinto compromiſſum: quod ſpeciem tranſactionis habet, [Alex. & Iaſ. in l.ſiue apud acta. C. de tranſact.] & ita impropriè contractus dicitur.[Bar.in l.quòd ſi Epheſi.§. interdũ. ff. quod cert.loc. Bal. in rub.de rerũ permut. Inno.in c.ſi quando.de off.deleg.]Sexto donationem: quæ nec propriè contractus appellatione venit [vt docet Accurſ.in cit.l. contractus.vbi interpret. Idem Bal. latè in auth. Sacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.in verſ. vlterius quæritur. Et Pont. in l. pactum dotali.C.de collat.vlt.col.]Septimo, donationis iam factæ ſuppletionem, quæ non modo contractum, ſed ne alienationem quidem ſignificat.[Abbat.in c. per tuas ex.de donat. quem ſequitur Bal. in marg. in verb.Alienatio.ver.vlt.]Octauo,donationẽ quæ cauſa mortis fit.quæ licet mixtam habeat cauſam ac ſimilitudinem cum actibus inter viuos, ac vltimis diſpoſitionibus, magis tamen ad vltimas voluntates refertur.[l.vlt.C. de donat.cau. mort. Anchar.conſ.384.dubium in iſta. quęſtione.Alex.in l.2. deleg.1. Aret. l.2. de verb. oblig.] Nono, liberationem ſeu acceptilationem quam vulgo quictantiam galli ap-

pellant: ea enim nomine contractus propriè non venit. [Bar. Bal. Ang. & copiosè Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Bar. in l. Mæuia. §. vlt. in fi. ff. ſol. matri. Accurſ. in l. 3. §. contrarium. in ver. liberationem de contrar. iud. tut. Bar. in rub. C. de pact. & in l. pactum quod dot. C. de collat.] Decimo, ad renunciationem, ſeu, quod vulgo dicitur, refutationē: quæ non niſi largo modo quaſi contractus appellari ſolet. Oritur enim ex ea obligatio ex parte tantum eius qui renunciauit. Quæ res mouit dubitationem, an ad huius. §. diſpoſitionem extendi deberet. Verum quia eadem eſt ratio ferè in renunciatione ac in puro contractu, identitas rationis efficit vt etiam ſtatuta à iure exorbitantia, extendātur [glo. in cl. in verb. eligatur. de elect. & in auth. minoris debito. C. qui dar. tut. poſſ. Ita doctè Pōt. in l. pactum dotali. vlt. col. C. de collat. poſt Bal. qui id expreſsè confirmat in rub. & in l. 1. C. de pact. quęſt. 21.] Et ſi Ponta. parum ea in re ſibi conſtans, contrarium ſenſerit, in l. mutum & l. ſi quis mihi bona. §. quod ſi mandauit. de acquirend. hered. Sed prima ſententia mihi ſemper viſa eſt, & verior & æquior. Quam etiam vltra ea quæ ab illis traduntur, ea ratione confirmo, quòd iſta renunciatio non ſit alienatio, cum nihil de bonis repudiantis in alium transferatur. [l. magis puto. §. ſi fūdus legatus. 1. reſp. ff. de reb. eor.] Neque enim pauperiorem eum fieri conſtat, qui non acquirit. [l. ſi ſponſus. §. ſi ſponſus. de don. inter. vir. & vxo.] Nec ſanè in ea re quoque ſibi conſtitit Bal. ſed variauit plerunque ſuam ſententiam. vt teſtantur Alex. & Iaſ. [in l. ſiue apud acta. C. de tranſ.] Vndecimo. hæreditatis additionem. Et ſi enim qui hæreditatem adiit, quaſi contrahere cum ipſis legatariis videatur [§. hæres quoque. inſt. de oblig. quæ ex quaſ. cont. naſc.] Id tamen non niſi improprièt [vt copiosè tradunt Bal. & cæteri. in l. more. ff. de acq. hæred.] Duodecimo, ſi deiuſsionem ſeu interceſsionem: quæ improprièt quoque contractus appellatione venit. [Bal. in auth. Sacramenta puberum in ver. vlterius quæritur.] Tredecimo, feudum, qui contractus eſt anomalus ac improprius, vt nos infrà docebimus in rub. de feud. Et ita cenſuit Bal. [in c. quæ in eccleſiarum. ex. de cōſuet. col. §.] Verius tamen eſt feudum magis proprio nomine, gratiam quandam ac beneficium quàm contractum nominari. Nam plus ineſt gratiæ & lucri quā oneris, in feudo. [Bal. in prælud. feud. col. 6. verſ. viſo ergo. & Alex. in l. gallus. §. inſtituens. in vlt. col. de liber. & poſth. ff. & Aret. in l. continuus. §. ſi ab eo. ſub fi. ff. de lib. & poſth.] de qua re nos latius infrà in rub. de feud. & in §. 8. & ſeq. de ſucceſ. Quarto decimo, diuiſionem: licet propriè contractus non ſit. [vt tradit Alex. de Im. & doct. in apoſt. ad Barbat. vbi Iaſ. in l. ab emptione. ff. de pact. Bar. in l. diuiſione eodem tit. quo loco docet, diuiſionem nomeneſſe generis, ideo contractus ſpeciem dici non poſſe, nec nominati nec innominati. Quam tamen puto mixtam cauſam habere, hinc atque inde cum contractu at diſtractu.] Quindecimo, conſenſum: qui nec eſt propriè contractus cum aliud longe ſit vendere, aliud vendenti conſentire. [l. aliud. in princ. ff. de reg. iur.] Vnde qui alienationi conſentit, alienare non videtur ſed tantum fauori renūtiare. [vt inquit Bar. in l. cum pater. §. libertus. de leg. 2. Quod intellige verum, niſi alienanti rem ſuam propriam conſentiret. Nam eo caſu pro alienante & principaliter contrahente haberetur [tex. eſt ſing. in l. ſi liqueat. ibi. con ſentiente domino C. de inoff. donat.] Decimo ſexto, iuramentum: quod nec propriè cōtractum quis dixerit, ſed quaſi contractum, vt refert Pont. & mod. [in l. eum qui §. 1. de iureiur.] Poſtremo omnem diſtractum: & ſi nomen ipſum ſatis refragari videatur. [vt eſt gl. 2. in c. vlt. vbi interpre. canon. extra de for. compet.] Eadem ſiquidem procedit iuris ratio in contractu atque in diſtract. l. neque 2. C. de nupt. In his itaque actibus omnibus, etſi qui ſint ſimiles, qui contractus naturam referant, habet locum ea contrahendi licētia ac libera facultas, quam huius §. conſtitutio minoribus coniugatis indulget: idque ea potiſsimum de cauſa, quòd eadem in omnibus verſetur ratio [arg. gl. ſing. in l. 3. §. contrario ff. de contra. tut. iudi. vbi Bal. & Bar. & alij. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit.]

Verum aduerſus huiuſmodi extenſiones inſtant plærique, quòd in ſtatutis & conſuetudinibus verba ſint propriè ac ſtrictè accipienda, vt quam minimè poſsint ius commune lædant [l. ſi ſerui. veſtri C. de nox. act. c. cum dilectus vbi omnino canon. extra de cōſuet.] Maximè vbi cōſuetudo ipſa cum regulis iuris communis pugnaret vt eſt tex. iuncta glo. in l. ſiquando

C de inoff. teſt. vt nos ſupra in prœmio copiosè docuimus. At nemo eſt qui neſciat quam iuri communi auerſa ſit hæc noſtra conſuetudo, que minoribus 25 annis licẽtiam cõtrahendi ac de rebus ſuis liberè diponendi indulget: quod nequaquam leges ciuiles admiſere, citra adminiſtratorũ conſenſum & auctoritatem. Quo fit vt magis ea reſtringẽda, quam adeo fusè extendenda. Qua de re diu multumque ac longis altercationibus inter iuris interpretes certatum eſt, hanc noſtrã opinionem veram affirmantibus Bartolo ſin l. more noſtrę ciuitatis. ff. de acq. hęred. & in l. apud Iul. §. vlt. ff. ex quib. can. in poſſeſſ. eatur.] Põtan. ſcon. 394. præſuppoſito quod vnica voce.] & nouiſsimè Ialſin l. Barbarius Philippus in 2. col. de off. prętor. & latius in §. omnium. inſt. de actio.] Contrariã autem partem acerrimè tutantibus Bal. Ang. vtroque Imm. quiſin l. mutuum.] conſtanter negant contractum ad diſtractum extẽdi in cõſuetudinibus præſertim cũ iure communi pugnantibus quæ nullã omnino extenſionem ferunt. Et quoniam ea res ad ſequentis quoque §. interpretationem multum conducit, vt quo prohibeatur mulier etiam nupta contrahere citra conſenſum mariti, quare & dubitari poterit, num ea contrahendi prohibitio, ad diſtrahendi quoque inhibitionem extendatur, & an contractus diſtractũ comprehendat, ideo noſtram ſentẽtiam paulo altius repetitis fundamentis cõfirmabimus. Primùm ex ſolemni dicto Accurſ. ſin l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.] inquiẽtis id de iure retinendum eſſe, quod veriſimiliter ſuper eo interrogati legum vel ſtatutorum conditores reſpõdiſſent, licet expreſſe lege cautum, nec conſuetudine receptũ, nec ſtatuto expreſſum ſit. Atqui dubium non eſt maiores noſtros harum iuris ſubtilitatum prorſus expertes, cõtractuſque & diſtractus differentię ignaros, ſuper ea re interrogatos, reſponſuros fuiſſe, licere quoq; minori coniugato diſtrahere: quippe cum ſit eadẽ in vtroque ratio. Ita quoque in ſequenti §. iudicandum: vt mulieribus videlicet nuptis, neque cõtrahere, neque diſtrahere, nec alium quemuis ciuilem actum gerere liceat, citra viri auctoritatẽ ac conſenſum legitimè adhibitum. ſl. Barbarius ff. de off. prętor.] Secundò, vtrumque huius conſuetudinis caput, vt verbis generalibus primum eſt inductum, ita eadem verborum vniuerſitate in hoc volumen conſcriptum eſt. Quo fit, vt conſuetudine minimè contractus à diſtractibus diſtringuente, nec nos illos actus ſeparare debeamus ſl. de precio. de publica.] Siquidem certa eſt iuris regula, eum qui totum ponit nihil excludere videri ſl. à procuratore vbi Bal. C. manda. l. Iulianus. de leg. 3. c. ſolitę de maior. & obed. & can. ſi Romanorum. 19. diſtinct.] Idem ſi indefinitè cum indefinita eam habeat vim, quam & vniuerſalis ſl. ſi pluribus vbi Bar. de leg. 2. gl. in c. circa. de cleri. in 6.] Manifeſtum autem eſt generaliter ac indefinite hoc §. datam eſſe minoribus contrahendi licentiã, quinetiam & generalius omnes actus gerendi qui à maioribus geri poſſunt, quinetiam & in §. ſequen. cõſtat generaliter his omnibus contractibus prohibitam eſſe vxorem, abſque viri auctoritate & cõſenſu: Quapropter cum vtriuſque conſuetudinis generale ac vniforme ſit ſancitũ, generaliter ac vniformiter vtranque intelligendam eſſe nemo dubitauerit. ſiuxta l. regula. §. ſi quis vbi id expreſſe Bar. ff. de iur. & fact. ignoran. & c. maiores. de baptiſm.] Tertio vtraque hęc conſuetudo fauorem continet. Conſtat ſiquidem in matrimonij fauorem eam tam latam contrahendi licentiam introductam eſſe, vt ſcilicet tãtę libertatis ſpes ac emancipationis prę mium ad matrimonia capeſſenda plures magis induceret: vt quia ea legitima coniũctio, vt pote ex qua repleatur liberis ciuitas, reipublicę noſcatur eſſe ſaluberrima. His itaque beneficiis ac prę miis conati ſunt maiores noſtri adoleſcentiã ad ducendas vxores inuitare. quę res ſanequam fauorabilis. hinc etiam legumlatores multa ſpecialiter in eam rem conſtituerunt, vt conſtat ex his quæ traduntur in l. 1. ff. ſol. matr. Et quod ad alteram conſuetudinem pertinet. §. ſequenti ſcriptam, non minus reipub. vtilis eſt, cuius ſummè intereſt ne quis ętatis vel ſexus imbecilitate decipiatur. Quod ne eueniret, cauerunt maiores noſtri, perſpicaſsimi ſanè homines, ne liceret mulieribus abſque viri conſenſu quicquam contrahere: ne ſua imbecillitas ſibi damno eſſet. Mulierbri enim leuitate ducte, aduerſus propria commoda vt plurimum laborare vidẽtur, vt inquit Imperator. ſl. ſi patri. C. de ſponſal.] ex quare eam fragilitatem viri auctoritate non immerito ſtabiliri oportuit, quam huiuſmodi ſtatutis ferẽdis, cauſam dediſſe conſtat, quę in totâ ferè Italia vigent: quibus etiam &

illud in his locis cautum eſt, vt mulieres viri expertes non poſsint ſine duorũ propinquorum præſentia & cõſenſu contrahere, vt teſtatur Bar. [in l. tranſactionem. C. de tranſac. meminit horũ Bal. in l. 2. C. de adopt. & in l. 2. C. de reſcind. vẽdi. Põt. & Aret. in l. mutũ ff. de acq. hæred.] Quarto & illud conſtat vbi vnica cuiuſuis conſtitutionis ratio poteſt tantum reddi, illa pro expreſſa debet haberi, ita vt ex ea quoque liceat extenſiuè etiam argumentari, [vt eſt tex. in l. milites agrum. ſub princ. de re mil. & Accurſ. in l. quãuis vbi expreſsè Bal. & Paul. C. de fideiuſ.] Nam vt tradit Bal. [d. l. quanuis] huiuſmodi interpretatio, quæ ex ratione ſumitur, extẽſiua non tã dici deberet, quàm intellectiua. Quare ſenſit ex identitate rationis licitum eſſe argumentari ad eum caſum qui ſub quantumuis lata ac impropria ſignificatione continetur. [vt eſt glo. *in* auth. vt qui obligat. perhib. ſub princ. in verb. ad curationem. quod & eo loco notat Angel. eſt & glo. in cl. 1. in verb. eligatur. vbi Paul. Leaz & reliqui interpretes de elect.] At nemini eſt incognitum, in hoc & ſeq. §. eandem omnino ſubeſſe rationem, in contractu, diſtractu, ac quaſi cõtractu. Nec diuerſam puto aſsignari poſſe rationem, cur quod eo loco de contractibus diſpoſitum eſt, locum quoque vendicare non poſsit, in diſtractibus. Et ita quoque credidit Accurſ. [in l. 3. §. cõtrarium. ff. de cõtrar. iudic. tut.] Bal. [in rub. ex. de iureiur.] Bar. & cæteri in auth. ſacramenta puberum. col. vlt. C. ſi aduerſ. vendit.] Quæ enim ad quærendum ex contractu inducta ſunt, eadem ad renuntiandum ex diſtractu adhibenda ſunt. [l. nil tã naturale. ff. de reg. iur.] præſertim vbi eadẽ ſubeſt ratio, vt hîc. in quam rem tex. eſt ſing. in l. ſi ad reſoluendum. C. de præd. minor. Quamuis aliud crederim vbi diuerſa ſubeſſet ratio, & ita intelligitur locus Baldi contrarium ſentientis, [in l. tres fratres. ff. de pact.] Vide Bar. in auth. econtra. in 2. not. de repud. in l. & ideo. ff. de condict. fur. quo loco docet contractus reſolutionem eiuſdem eſſe naturæ ac contractum ipſum. Vnde quemadmodum dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, illum irritat, ita contractus reſolutionem [per l. de tutela. & quæ ibi not. C. de in integ. reſt.] de qua re idem tractat Bar. [in l. in ſumma. ff. de condict. indeb.] Quintò quod in vtroque. §. non ſine myſterio, poſt verbum cõtractus, ſubiectum eſt verbum obligationis, cuiuſquidem latior eſt ſignificatio quàm contractus: qui quidem ex propria ac gemina ſignificatione quaſi cõtractum non comprehendit, vt ſuprà dixi, & not. Bar. [in l. apud iul. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. idem in l. more. & l. mutuum. de acq. hæred.] Obligatio autem propriè & contractum & quaſi contractum continet. [vt inſtit. de obligat. §. vlt. & l. omnem. ff. de iudic. Alex. con. 294. puto circa dubium. col. 1. vol. 6.] Ex quo videtur iam abſque dubitatione diſſoluta hæc quæſtio, vt ex vi illius ſignificationis obligationis, qua contractus ac diſtractus æquè continentur, habeant locum hę noſtrę conſtitutiones in diſtractu. Ad tollendam enim omnem controuerſiam quæ ex verbo contractus oriri potuiſſet, addiderunt maiores noſtri verbum obligationis, generaliter omnes actus ex quibus quis obligatur comprehẽdens. Sextò moueor authoritate Accurſ. & Bal. in l. cõtractus de fid. inſtru. & in l. vlt. de reb. eccl. non alien. gl. & interp. in c. vlt. ex. de for. cõper. concludentium ſtatuta quæ ſuper contractibus diſponunt, ad diſtractus extendenda eſſe, & quaſi contractus. In quam rem faciunt quæ not. ab Alc. in l. Labeo. de verb. ſignifi. & moder. mediol. in cit. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Poſtremò, omnium illud mihi validiſsimum videtur, quòd hîc ea verba adiecta ſunt, quæ omnem funditus dubitationem tollunt. quibus ſignificatur minores omnium actuum legitimorum per matrimonium capaces eſſe perinde atque maiores. Nemo enim negauerit actuum legitimorum appellatione, venire quoque quaſi cõtractus ac diſtractus. & quicquid ex iure ciuili inductum ſeu confirmatum eſt. [l. ius autem ciuile. ff. de inſt. & iur. & plenius in l. actus legitimi. ff. de reg. iur, & reg. actus legitimi illo tit. in 6. vbi gl. & doct. vbi maximè de ſtipulatione, hæreditatis aditione, & acceptilatione, qui proprie cõtractus non ſunt agitur: licet illic de actibus legitimis quæſtio ſit.] Nec obſtat quòd nonnunquam ex tam lata licentia minores decipiantur. Ea enim ſola attenditur ratio, quæ conſtitutioni cauſam præcipuam dedit, non ea quę contingere poteſt. arg. l. inter ſtipulantem. §. rem ſacram. ff. de verb. oblig. vbi euẽtus minimè conſiderandus eſt. Traditũ quippe eſt cauſam principalem ac naturalem perpetuò attendi, non autem accidentalem. Quòd ſi concurrant, ſemper prę uale-

bit naturalis vt docet Ang. in l. ſi eadem de off. aſſeſ. Bar. in l. 1. de curat. fur. Hinc idem Bar. in alleg. l. qui exceptionem tradit regulam tritã, ex qua dignoſci poteſt, an exceptio odioſa ſit, vel fauorabilis: vt ſcilicet inſpiciamus illius cauſam principalem, non ſecundariam, ex qua videlicet poſſit in conſequentiam redundare fauor vel odium. Tum quòd etiam vbi duę cauſæ concurrunt, quæ potentior eſt ſemper inſpici ſolet. [Abb. in c. cum non ſit. in 3. not. ex. de decim.] Quod ſi iuſtes, vbi contingit duarum cauſarum concurſus, quarum altera prodeſt, altera nocet, hæc non illa attẽdi debet. [l. 3. §. vlt. vbi Bar. & Accurſ. & Põt. ff. ad Silleia l. Fulcinius. §. cũ hoc. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. & l. 2. §. ſi a pupillo. ff. pro empt. Aret. in l. ſi vxor. ad Vellei.] Quod & confirmari videtur ex eo quod tradit Bal. in l. 1. in princ. de cõſti. pecun. inquiens, vbi in priuilegio concurrit fauor & odium, cẽſetur illud odioſum eſſe. Sed certè facilis eſt meo iudicio vtriuſq; obiectionis diſſolutio. Nam quod ad priuilegium pertinet, nil eſt mirũ quod odioſum dicatur, habita ratione eorum, aduerſus quos cõceſſum eſt. licet reſpectu eius cui indultũ eſt, fauorabile ſit. Attenditur ſiquidem [teſte Bar. in d. l. 3.] quænam cauſarũ potentior ſit: nec refert profitne illa an noceat. Quæcunque enim illa ſit, perpetuò debiliorẽ obliterat, vincitq; [l. ſi vxor. ff. de donat. vbi Bar. & l. non intelligitur. §. ſi quis palã. ff. de iur. fiſc. Alex. con. 100. Ex inſpectione. num. 7. & 17. vol. 3.] Quod pertinet ad l. fulcinius. reſponde quòd ideo cauſa illa quæ nocitura eſt, ſolum attenditur ſpecialiter in odium doloſi, qui in fraudem creditorum res ſuas occultauerit. At in hoc noſtrę cõſuetudinis caſu, nihil ſimile verſatur. Nam hæc conſtitutio nihil minus inducta eſt in odium pœnam, damnúmve eorum qui in minori ætate matrimonium cõtraherent, ſed tantum eorum qui nuptias iniuerunt fauorem reſpicit: vt ſcilicet hi ſui iuris efficerentur, ac plenam contrahẽdi libertatem, ac de rebus ſuis diſponendi facultatẽ conſequerentur. Quæ cauſa potiſsima cẽſenda eſt, quæ eos qui cõſuetudinem hanc introduxerunt, mouere potuerit. Quare ea quoque omnino fauorabilis iudicanda eſt. [vt eſt gl. ſing. in l. venia. C. de in ius. voc. et in c. ſi propter tua debita. de reſcript. in 6. & in c. ſciant cuncti. de elect. eodem lib.] Prætereà nihil obeſt ſi dicas huius cõſuetudinis occaſione, minores quoque annis 25. lædi poſſe. Traditum quippe eſt occaſionem inter cauſas non ſolere enumerari, cum ea cauſam remotiorẽ ſignificet. [Bar. in l. 2. de aur. & argen. leg. Ioh. And. in addit. ad Spec. tit. de iureiur. §. ſequitur. Bal. in c. ſolus. de maior. & obedien.] inſuper occaſio re ipſa ſemper falſa eſt, licet veritatis ſpeciem ac velamẽ gerat. Quòd ſi quis obiiciat, hanc noſtrã conſuetudinem cum regulis iuris communis pugnare: reſpõde, multum quidem intereſſe inter ea quæ iuri communi contraria ſunt, & quæ ſunt exorbitantia. quam differentiã ſcitè tradit Immo. [in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr.] licet enim reuera hæc conſuetudo noſtra, à iuris communis regulis exorbitare dicatur, non tamen iuris correctoria cenſenda eſt. [arg. l. arrogare. ff. de verb. ſignifi.] Nã nec in his quæ à iure exorbitant extenſio fieri prohibetur. [vt refert Bar. in l. ſi conſtante in princ. 9. queſt. primę part. princ. ff. ſol. matr. & Immo. in cit. l. ſi verò. eo tit. & Alex. in l. qui ſe patris in penul. col. C. vnd. lib.] At correctoria nulla ratione extendi poſſe proditum eſt: etiam ſi maior ac fortior id ſuadeat ratio. [Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Occaſio inter cauſas nõ numeratur.

Hęc conſuetudo fauorabilis eſt.

Ex his itaque liquidò conſtat, hanc conſuetudinem hîc, & in §. ſequenti, ad contractus & diſtractus pertinere: nec vllo modo odioſam eſſe, ſed matrimoniis & mulierum facilitati, planè fauorabilem.

Obligantor.

OBligatiõis verbũ interpretatur Paul. iuriſ. in l. omnem obligationem. ff. de iudic. pro omni contractu. Vbicunque enim quis obligatur, & cõtrahere videtur. Ex quo ſatis apertè colligere licet, obligationis appellationem longè latius patere quam contractus. Nam veniunt obligationis nomine, ad quæ ex contractu vel quaſi, delicto vel quaſi, obnoxij ſumus. vt inſt. de oblig. §. ſequens. de quo nos pluribus egimus proximè offerente ſe ſe iuſta occaſione.

Actúſque omnes legitimos.

Actus legitimi qui.

ACtus legitimi ſecundũ Ioh. And. qui refert Ioh. monà. in reg. actus legitimi in mercur.] dicũtur effectus potentiarum lege vallati vel approbati. Actus ſiquidem de potentia egreditur: & idcirco effectus

potẽtiæ dicitur. legitimum autem dicitur, quod obuenit vel firmatur à lege. [l. lege obuenire. ff. de verb. signifi.] Alex. autem, con. 75. visis. mun. 1. vol. 1. docet actuum legitimorum appellatione, venire eos qui à iure ciuili inuẽti sunt. Inde cõcludit exulem, quem vulgo bannitum appellamus, non amittere ius succedendi quod illi iure naturali vel gentium competit, sed his tãtũ priuari beneficiis ac iuribus quæ à lege vel statuto ciuitatis qua extorris factus est inducta sunt. de qua re planè agit Bar. in l. ex facto. §. facto. vbi etiã Ang. & moder. ff. ad Trebell. & idem rursus Bar. ac Cy. in l. 1. C. de hered. instituend.

Cæterum, quod ad hunc §. nostrum pertinet, vndecim actus legitimos placet ordine referre, quibus iure antiquo interdicti erant minores, quorũ tamen hodie hoc consuetudinis beneficio illis est restituta licentia. Primò, minores 25. annis olim, vt plurimum, iudices esse prohibebantur. [l. quidam consulebant. ff. de re iud.] Quod tamen intellige iuxta tria minoris ætatis tempora. Siquidem (vt ab vltimo minoris ætatis termino incipiamus) minor iudex esse non poterat etiam si vigesimum iam suæ ætatis annum excessisset, nisi quidem specialiter is datus fuisset. Quodquidem fieri poterat, etiam ab inferiore à principe, nec adhibito partium litigantium consensu. Deinde hæc regula procedebat etiã in minore decimum octauum ætatis annum agente. Is enim à principe iudex dari poterat, non autem ab inferiore, nisi ita litigantes cõsentirent expressè. Præterea qui minor erat decimo octauo, iudicis officio fũgi non poterat etiam cõsentientibus partibus. [vt declarat vterque Immo. in d. l. quidam consulebant.] Quam rem etiam apertè videtur declarasse Rom. Pont. in c. cum vigesimum. de offic. deleg. Cui constitutioni omnino stãdum credidit Immo. etiam in foro ciuili. cum dubitatio ciuilis à iure canonico interpretationẽ assumat, [vt notatur in. c. licet. extra de foro compet. & in c. per venerabilẽ. qui fil. sunt. leg. Secundo, arbiter minor vinginti annis ex lege iulia iudex esse non poterat. [l. cum lege Iulia. ff. de arbi.] Eadem ratione arbitrator quoque esse vetabatur. [vt docet Abb. in d. c. cum vigesimum.] eò quòd arbitri appellatione venit & arbitrator. [l. societatem. §. arbitrorũ. ff. pro socio.] Qua motus ratione Ioh. And. [in c. vno delegatorum. de off. deleg.] trahebat id quod colo. co de arbitro constituebatur, ad arbitratorem. Secus autem in arbitris, qui ex iuris dispositione in causa suspicionis eligũtur. Propterea idem omnino iuris obseruatur, perinde atque in iudicibus ipsis. [Bal. in d. c. cum vigesimum.] Tertio. assessoris munere fungi nõ poterat minor annis decem. secũdum Bal. in cit. c. cum vigesimum. Ad eam autem dignitatis speciem patebat supra eam ætatem aditus, eo quòd assessoris officium iurisdictionem non habet, sed cõsiliarius est dũtaxat & annexus ei qui iurisdictionem habet. [arg. ff. de postul. 1. §. pueritiam.] Quarto, aduocatus quoque esse non poterat minor annis 17. vt est casus expressus in citato. §. pueritiam. Quare nil vltra addẽdum. Quinto minor annis viginti quinque procurator esse nõ poterat. [l. minor. in princ. ff. de procur. l. exigendi. C. de procurat. & l. 1. & 2. C. qui legitim. pers.] Cuius rei rationẽ reddit Specul. tit. de procur. §. 1. vers. vel itẽ quòd est minor. Quia procurator mandati actione obligatur & condemnatur. [l. si remunerãdi. §. 1. ff. mandat. l. liberto vel amico. ff. de neg. gest.] At si in huius muneris functione, quid perperam à minore gestũ est, nullam patitur condemnationem, tutus beneficio restitutionis in integrũ. Qua ratione ne cum aliorum incommodo suis à lege concessis priuilegiis abuterentur minores, interdicti sunt procuratoris officio in iudiciis, licet quantum ad negotia quę extra iudicium geruntur, quælibet ferè ætas capax sit, modo negotium cui præficitur, possit mente ac intellectu comprehendere. [vt ff. de instito. l. sed & si quis. §. vlt. Bal. in alleg. c. cum vigesimum. de offi. deleg.] Sextò, nec decurionis quoque ordinibus fungi potest minor, hos vulgo Scabinos appellamus. Nec enim salubre pro republica tuenda ac administranda consiliũ per ætatis imbecilitatẽ capere potest. [tex. in l. non tãtum. ff. de decur.] vsque adeo vt si quem in decurionatum eligi cõtigisset, suffragium tamen ille non prestabat. Neque ex ea electione amplius quam sportulas consequebatur. [l. spurij. §. minores. eo tit.] Quæquidem decurionatus prohibitio, generaliter ad omnia quæcunque publica munera quæ ad reipublicę gubernationem pertinebant, extẽdebatur, siue illa dignitatis & honoris tãtum gratia essent, siue officia, quæ hodie ex ambitiosa quorumdam affectatione venalia instar patrimonij sunt. Septimò, ex eo quod proxi-

mè diximus rectè ſequitur minorem quoque non poſſe in rectorē vniuerſitatis eligi,[vt docet Bal.in auth.habita.C. ne fil. pro patr.] Octauo,nec tutoris nec curatoris munere fungi per ætatem minori licebat.Inciuile ſiquidem ac ridiculum videbatur,vt qui rebus ſuis adeſſe nōdum per ætatē poſſunt,alienis prȩficerentur:& qui ſub tutore aut curatore adhuc agerent, aliorum curam gererent.[§. minorum.inſt. de excuſ. tut.] Nono, eadem ipſa ratione qua minor tutelæ vel curæ officio arcebatur, prohibebatur quoque teſtamenti eſſe executor:cum hæc duo equiparētur.[not. Nico.de neap.in lect.Bar.in l.1.in princ.de rebus.eor.& Ang.Aret.inſti. de fiduc. tute. in 2. col.] Decimo, nec minor quoque pro alio intercedere aut fideiubere poterat.[l. de die ponēda.§.1.ff.qui ſatiſd. cog.] Et hoc ideo quòd quaſi vicariam fidem beneficio reſtitutionis in integrū eludebat, vt eo loco notat Accurſ.& ſcrib.vt eſt expreſſè cautum l.titius & ſeia.ff.de fideiuſſ. Poſtremò, nec legitimam quoque ſtandi in iudicio perſonam habebat.[l. ſi minor vigintiquinque annis. ibi cum ſui non eſt legitimus defenſor.ff. de bon. auth. iudic. poſſ.] Quod ſic accipiēdum erat ſi abſque tutore aut curatore ſaltem liti dato id effi cere contēderet.[l.qui habet.§. ſi pupillus. ff. de tutel. & Inſt. de curat.§. Itē inuitus.

Hi ſunt vndecim caſus à me hinc inde cumulati & in compendium redacti. Plures diligens lector euoluendo ſedulò infinitos veterum interpretum commētarios colliget. Sed ea in re nonnihil labori parcendum eſſe duxi, cum ſcirem ſatis eſſe ſi qui in eam rem frequentius contingunt caſus,à me enarrarentur.

Sed reſtat tollēdus leuis ſcrupulus, potuerintne contraria conſuetudine tolli, ea omnia quæ iure introducta eſſe diximus. vt ſcilicet minor contrà quàm iure communi receptum eſſet,poſſet eſſe iudex,arbiter,decurio,tutor & ſimilia officia gerere? Et quidem conſtat huiuſmodi introduci moribus potuiſſe. Quod pertinet ad iudicia, & in conſequens arbitria quæ inſtar iudiciorum ſunt, confirmat Bar. & plæriq; alij,eum ſequutiſi in l.quidam conſulebant.ff.de re ind.Bal. & cæteri canon. in alleg. c. cum vigeſimum de off. deleg.] Idem quoque de decurionatus munere quod gerere etiam poſſit minor,iuxta conſuetudinem & alia omnia publica ciuitatis munia, probatur ex tex. ſing. in l. non tantum.de decur. vbi Accurſ. præſertim ſi temporis neceſsitas & virorum penuria id exigat,ſecundum Abb. in d.c. cum vigeſimum annum. Cæterùm quod ad tutelę & curæ officia pertinet, conſtat quidem id noſtræ ciuitatis moribus receptum eſſe: poſſéque & hoc, conſuetudine introduci pertinaciter contendere auſim, cum Accurſ.[in l.2.in prīc.ff.de eo quod cert. loc.] licet negauerit Bal.[conſ.107. in Chriſti nomine. Quæritur vtrum domina Franciſca.vol.4.]qui id examinat in matre quę decimum octauum ætatis annum attigit, an ea poſsit ſublato ætatis impedimento per ſtatutum,filiorum tutelam gerere. Et negat poſſe, licet minor ętas eſſet decem & octo annorum tempore limitata, inquiens longè aliam eſſe contractuum, aliam tutelæ curam. id quod multis iisque validiſsimis rationibus comprobat. Quę tamen apud me pondus tantum non habent, vt non exiſtimem in caſu noſtrę conſuetudinis, cum qui per matrimoniū maior eſt effectus, cęterorum minorum tutelam ac curā ſuſcipere poſsit. Ceſſat ſiquidem(vt nemini non conſtat) hoc caſu minor ętas quę matrimonio contracto expirauit. Licet non negauerim Baldum quidem in caſu à ſe propoſito rectè locutum. agit enim de ſtatuto, minorem ętatem in certis caſibus ibi enumeratis limitāte. At huius noſtrę conſuetudinis longè generalior eſt diſpoſitio,de omnibus actibus legitimis,qui licent minoribus coniugatis:inter quos eſt etiam ipſum tutelæ officium, vt ſuprà diximus, & vt expreſsè tradit d. & gl.in reg. actus legitimi.de reg. iur.in 6. Quod ad reliquos actus ſupra à me commemoratos pertinet nullam omnino habēt dubitationem. Ideo non eſt quod diutius inſiſtamus.

Maiores.

HAEc maiorum appellatio multipliciter accipi ſolet. nam maiores plærumque eos dicimus, qui dignitate, diuitiis,ſcientia, ac nobilitate præcellunt, nec non & ætate[vt traditur in glo. c. lex eſt cōſtitutio.2.diſtinc.] Cuius meminit Abbas in c.dudum.de elect. Prætereà & verbum maiorum ad eos quoque propriè refertur, qui patrię poteſtatis iure liberati ſūt,vnde & filij & ſerui, licet maiores annis 25 ſint,quia tamen ſui iuris non ſunt, maiorum appellatione non continebun-

tur.[gl.in eam rem ſingularis, in c. mulieres in ver.ſui iuris non ſunt.extra de ſentent. excommunic.] in caſu tamen huius conſuetudinis, maiores eos intelligimus qui vigeſimum quintum ætatis ſuæ annũ exceſſerunt,ſuique iuris ſunt effecti. Vulgare enim ac tritum illud eſt in iure, vt cũ de maiore annis vel ætate perfecta fit mentio, vigeſimum quintum annum intelligamus.[vt C.de his qui ven.ætat. impetr. l.vltima & l.cũ filia.§.filio.de leg.3.] Quãuis aliter apud multas gentes atque nationes pro iurium ac morum varietate obſeruetur: Quẽadmodũ apud Lõgobardos, qui ætatem legitimam ~~fecer~~ & octo annis metiuntur.[vt teſtatur Accurſ. in l. 2. in princ.ff.quod cert.loc.] Et ferè is mos conſtituendę legitimę ætatis apud Italos inualuit.

ARTICLE III.

Femme mariée eſt en la puiſſance de ſon mary ſans l'auctorité duquel ne peult eſter en iugement, contracter, ne ſoy obliger: ſinon quelle fuſt marchande publicque, & ſur le fait de ſa marchandiſe ſeulemẽt: ou que leſditz coniointz feuſſent ſeparez de biens, & que la ſeparation ſoit publiée au proſne de la parroiſſe ou ilz ſont demeurans, dedans le ſecõd dimanche du iour qu'elle eſt faicte. Et excepté en matiere d'exces & d'iniures.

§. III.

Mulier quæ vxor eſſe cœpit in mariti mancipio ita eſto, vt, eo non authore, mulieri neque in iudicio ſtare, neque cõtrahere, neque ſe obligare liceat: extrà quàm ſi ea de re ſolum agatur, quę ad inſtitoriam negotiationem ſpectet, quam palàm exerceat: vel ſi coniuges ipſi diuerterint, diuortiumque illud ſolemnibus inter ſacra preconiis altero die dominico in coniugum paroëcia habitis inuulgatum ſit: vel ſi quid etiam mulieri factum dictúmue ſit iniuriæ.

HAc conſuetudine tẽperatur muliebris ſexus leuitas, qui ſuaptè natura rixoſus plus æquo, virili conſtantia moderãdus eſt. Qua ratione optimè conſtitutum eſt, vt mulieres non niſi accerſito viro eoque conſentiẽte, quem iudicio prouocare poſſint: nec hę quidem prouocatę legitime aſsiſtere poſſint: omni iudiciorum autoritate, quæ grauiſsima eſt, in virum tranſlata. Quam conſuetudinem apud gallos omnes in vniuerſum obſeruatam teſtatur Io. Fab. [in l. non ſine. C. de bon. quę lib. & idem rurſus inſtit. ad Tertull. ſub fi. princ.] Cui conſentit quoque optimus gallicę practices interpres Maſuer. [tit. de iureiur. §. Item filia vxorata & in tit. de poſſeſ. §. item maritus.] Quam quoque apud longobardos populos Italiæ finitimos in vſu eſſe adfirmat Accurſ. [in l. velles. C. de reuoc. donat.] Teſtis eſt quoque Alber. [in l. aduerſus. C. de crimi. expil. hered.] aſſerens hãc è longobardiæ legibus eſſe deſumptam.

Conſuetudo hodie generalis.

Ratio huius conſuetud. & origo.

Huic autem introducendę conſuetudini cauſam eam potiſsimam dediſſe videtur illa leuis de mulieribus vulgo cõcepta eſtimatio, cũ per mulieres, agnatiões nullo modo conſeruari videamus, quinimò perire, & in alienam familiam trãſire, certiſsimi iuris ſit. [l. pronuntiatio. §. vlt. ff. de verb. ſignifi. l. qui in adoptionem. ff. de adopt.] Quæ res apud vulgus mulierũ auctoritatem plurimum diminut. [Bar. in l. 1. C. de priuileg. ſchol. & Socy. in conſ. 30. quamuis. lib. 1.] huc ſpectat quod frater dicitur quaſi ferè alter. ſoror autẽ quaſi ſeorſum nata: quòd à domo in qua enata ſit ortumque traxerit, vt primum nuptui tradita eſt, ſeparetur. vt eſt apud Gellium lib. 13. c. 10.

Nec deſunt ſanè multi non pœnitendæ eruditionis viri, qui hanc cõſuetudinis originem ab alto repetendam duxere, inquientes, ex diuini iuris prouidentia primum emanatam. Ita iubente deo à principio fabricatę machinę huius, vt mulier quę ita ad peccandum procliuis virum deceperat, tandem iuſtas ſuę fragilitatis pœnas luens, perpetuò viri authoritati humilis ſubiaceret. vt ſcriptum extat Geneſ. 3. ſub hęc verba. Multiplicabo ærũnas tuas & in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Budęus preterea ſagax totius antiquitatis reſtitu-

Virorum poteſtas in vxores.

tor,contẽdit hanc viri in vxorem poteſtatem etſi legibus ac iure ſcripto minimè cõſtaret,omnium tamen ferè gentium atque nationum moribus ab antiquo receptam ac obſeruatam confirmat: ita vt quicquid ſua ſponte inconſulto viro agerent, id pro rato nõ haberetur. Quam poteſtatem virorum nedum vxores agnoſcebant,ſed & fœminæ omnes vt ex Ciceronis verbis cõſtat,in oratione quam pro Cecinna habuit in Senatu:quæ ſunt eiuſmodi. Cui filius agnatus ſit eius teſtamentum non eſſe ruptum iudica,quod mulier ſine authore tutore promiſerit,deberi ipſe nunquam auderet iudicare: deberi, viro dotem quam mulier nullo authore dixiſſet. Et in oratiõe pro L.Flacco.Emptionis,inquit, falſas prędiorum præſcriptiones, cũ mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Tutor his rebus græcorum legibus aſcribendus fuit.Item pro L.Murena.Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij,in tutorum poteſtate, maiores eſſe voluerint.

Hæc porro eò pertinent, vt liquidò conſtet,mulieres nuptui traditas,in viri poteſtatem tranſire.Etſi nõ me fugiat legibus Romanis nonnihil diſsimile eſſe receptũ. Siquidem apud iuriſconſultos noſtros receptum eſt filiam etiam viro traditam, in patris nihilominus ſacris remanere. [Vlp. in l.1.ſub.fi.& l.ſeq.ff. de lib. exhiben. & in l.quoties.ff.Sol.matri.& in l.1.§.1. ff. de lib.agnoſc.& aliis ſexcẽtis in locis.] Quæ res tamen ita temperanda eſt vt filia viro tradita in illius quidem poteſtatem non tranſeat,niſi vt interpretum verbis vtar, quoad debitum carnis & operarum, id eſt vt vxor in hoc ſubiiciatur viro,quo gerẽdę ſobolis deſiderio ſatisfaciat, ac debita obſequia marito exhibeat. [Accurſ. in citata l.Si vxor.C.de condit.inſert.& in §.1. inſtit.ad Tertul.vbi Angel. Aret. & Bar. in l.reiiudicatę.§.vlt. ff. Solu. matrim.] & huiuſmodi ſeruitia maritalia appellauit, cuiuſmodi ſunt,res mariti diligenter cuſtodire, eorum quæ ad eius victum veſtitumque pertinent,curam gerere,parareque, ac curare omnes res domeſticas. vt expreſſe declarat Abb.[in c.litteras.col.pen.extra. de reſtitut.ſpol.]adducitq; duos ſing. tex. in c.hęc imago & c.eſt ordo.33.queſt.5. vbi diſpoſitum eſt vxorem quaſi viri famulam eſſe, vt pote qui illius corporis ius omne habeat.[c. non debet extra. de conſang. & affinit.] In cuius ſeruitutis teſtimonium cẽſuit Bal.vxorem virum ſuum domini appellatiõe honorare debere [per l.lucius.§. quæ marito. de leg. 2. & tex. in l.vxorem.§.teſtamẽto.de leg.3.] Sic etiam legimus in veteri bibliorũ codice. Saram, Abraham maritum , dominum honoris cauſa appellaſſe. Quod non abs re annotauit D. Petrus ſentiẽs vir diuinus,in omni honore ac debita reuerentia habendum eſſe maritum ab vxore. In quam ſententiam extat ſapientiſsimi Socratis dictum elegans, inquientis, viros legibus ac moribus ciuitatis parẽre oportere, virorum aũt moribus vxores. Quinetiam legum noſtrarum ciuilium latores exiſtimauerunt ipſas quoque operas exibere debere, [l. ſicut.de oper. libert. vbi Accur.] Cenſuere quoque interp.omnia quæcunque ipſę acquirerẽt non ſibi ſed viris acquiri.[Innoc. in c. Cum in officiis ex. de teſtam. Cy. & Bal.in l.1.C.de bon.quę lib.& in l.ſi vxor. C.de cõdit.inſert. Bal.rurſus in l. ſi inuita. C.de nupt.C.in c.1.§. decedenti. qui feud. dar.poſſ.& in l.vlt.C.de lib.exhib. Cuius meminit Alex. con. 209. Ponderatis his col.3.vol.6.]

Ex his porro manifeſtè pro reg. colligitur vxorem cui adhuc eſt pater,duplici poteſtatis iuri ſubiectam eſſe,patris nimirum & mariti. Verum id diuerſis quidem rationibus. Nam & hę diuerſe ſunt poteſtates. Mariti quippe poteſtas ea concernit quę ad matrimonij obſequia pertinent,vt rem domeſticam ac familiarem diligenter curare,mariti res conſeruare, eique in omnibus morem gerere,quæ ad cõmune thorii ius ſpectant.Item eiuſdem valetudinem ſedulo curare, in quibus magis eſt vt viro quàm patri ipſi proſpiciat:iuxta D. Pauli ſententiam, monentis vxorem vt relicto patre viro adhereat. Cæterum patria poteſtas in his tantum conſiſtit, quæ iuris ciuilis ſunt,vt notat.inſtitut.de patr.poteſt. in quibus certum eſt filiam magis patri ſubiectam quàm marito. Quam differentiam ſcitè doctéque explicauit Bal. [in l.ſi inuita.C.de nupt.Paul. caſtr. in l. rei iudicatæ.§.vlt.ff.Sol.matr.Bart. Item Ang.& Saly.in citata l.Si vxorem.C. de cond. inſert.] Vtranque autẽ poteſtatem Lacæna illa non illepido reſponſo declaraſſe videtur,licet ſub diuerſa tempora.Cum eſſem, inquit,puella parenti obedire didici,feciq; id ſedulo.At nunc mulier facta,viro.Nam & Lacones ipſi,omnis alioqui ſolidæ philoſophiæ cultores, adeo ſolis maritis vxores addicebant deuouebántque, vt vulgo

dicerẽt eas omnino à quoquam ignorari, prẽterquam à solo viro debere. Vsque adeo vt ne laudare quidem alienam vxorẽ apud exteros sinerent. Et sanè constat ex Strabonis nobilis scriptoris testimonio priscis illis seculis longè duriorem grauioremque virorum potestatẽ in vxores obseruatam fuisse. In mariti quippe manu in cõiugem iuxta ac in liberos seruosque vitę necisque potestas erat.

Porrò id vnum vereor (vt iocosè simul & seriò agamus) ne cõtraria apud nos (malum) irrepserit cõsuetudo, vt non iã vxores in maritorũ potestate sint, sed mariti, vxoris iugum non sine magna naturę cõtumelia agnoscant, idque sponte. Quod molle ac effeminatum hominum genus dicteriis multis non illepidè sanè infectantur [Pet. & Cy. in l. 2. C. de test. spec. & Io. And. In tit. de test. §. 1. vers. Sed quid de vxore & viro. Abb. in c. in litteris, extra. de test. Alex. con. 156 viso processu. col. 2. vol. 5.] Hactenus satis superque dictum sit de virorũ in vxores potestatis iure, quod non sine causa in modum preuiæ cuiusdem inspectionis adduxi. Ad huius itaque interpretationem nũc commodè deueniendũ.

Sed vt ne illotis (quod aiunt) pedibus rem tam grauem tractemus, discutiẽda est primò huius consuetudinis validitas. Secundo, an exceptio quę vxoribus ex ea oritur, sit fauorabilis odiosaue. Has duas quæstiones tractauit quidẽ Boher. super simili consuetud. Bituricensi. Sed meo iudicio non satis sese explicuit: nos fortasse facilius, si non melius, aut doctius. Quod ad primam quæst. pertinet, vt vnà explicatũ quoque habeamus huius consuetud. contextum, duo in summa continet. Horum primum est, vxorem per matrimonium in mariti potestatem trãsire: Alterum ab hoc dependet, vxorem non posse absque viri authoritate, vllos actus legitimos exercere, cuiusmodi sunt stare in iudicio, contrahere, obligarine & si qui sunt his similes. Primum satis confirmatum extat lege diuina, qua vxor viri potestati subiecta est. Genes. 3. & ad Ephes. 5. & c. cum causa: extra. de rapt. vbi scriptum est, vxorem statim vbi se viro deuouit, iã in sua non esse potestate. Hinc creditum est in huius subiectionis testimonium, mulieres velato capite incedere, quo velo seruitutem suã viro declararent quæ seruitus à prima illa culpa, qua primęua parens tentationi dæmonis succubuit, emanauit. [c. mulier 2. 33. q. 5. facit c. ordo. e. q.] Cum itaque iure primæuo, naturali, ac diuino instituta sit virorum in mulieres potestas, licuit fane maioribus nostris eam subiectionem, moribus populi confirmatam, certis regulis definire, ac interpretari. Nemini siquidem dubium est, consuetudine ipsa, ius diuinum augeri, diminuique, ac distingui posse, non secus atque lege ciuili, quam positiuam appellant. Quid enim (quæso) aliud est cõsuetudo, quàm lex non scripta? [l. de quibus. ff. de leg. c. consuetudo. 1. distinc.] Quod nominatim cõfirmat Innoc. & post eum moder. in c. vlt. ex. de consuetud.] Cæterùm quod ad alterã huius consuet. reg. pertinet, qua viri authoritas ac potestas in vxores declarata est pendet vt prẽmonui ex prima reg. qua de authoritate viri in mulierẽ cõclusum est. Satis enim sequitur auctoritẽ viri, in cuius potestatem transiuit vxor, necessariam esse ad integram eam restituendámque illius personam coniugali potestate diminutam. [tex. in l. vlt. 9. necessitate. vbi Bart. Bal. & alij. ff. de bon. quæ lib. & nominatim Bal. in l. 2. quæst. 9. C. de rei vendic. & in l. 2. sub fi. C. de adopt. Bart. in l. si quis proco. & l. cũ lex. de fideius. & in l. is cui bonis sub fi. ff. de verb. obligat.] Quod vero ad alteram quæst. pertinet, qua quæritũ est, num esset hæc consuetudo fauorabilis? Ea in re præmittendum est, quod à Bart. & Ias. pro regula tradi solet [l. qui exceptionem. ff. de cõdit. indeb.] Item & à Bal. & Deci. [l. venia. C. de in ius voc.] inspiciendum quippe esse ante omnia causam potissimam ob quam inducta sit consuetudo. Nam, vt res exemplo declaretur, non est qui nesciat, exceptionem senatusconsulti maced. in filiorumfa. fauorem inductam fuisse. Quia tamen principaliter odium creditorum ac fœneratorum respicit eam omnino odiosam iudicabimus. Quemadmodum & conuentio licet senatusconsulti vellei. in quandam consequentiam redundet in odium creditorum, quia tamen principaliter mulierum fauorem respicit, in totum fauorabile dicetur. Quare cõcludendum censeo, hanc consuetud. omnino pro fauorabili habendam: vt quæ principaliter in mulierum fauorem inducta sit. huc spectat quod notat Bal. [in l. si quis in conscribendo. in 3. col. ibi. Sed qui modo cognoscant. C. de pact.] omne statutum ad suppl-endam naturæ imbecillitatem inductum, fauorabile esse. verum quis non videt quàm rectè

hac consuetudine sexus muliebris fragilitati sit consultum, vt neita temerè obligarentur mulieres, adhibenda esset virorum auctoritas. Quemadmodum & in iis tradi solet qui per ætatis imbecillitatem rebus suis adesse non possunt vt cēsuit Bal. in l. impuberē. C. de adopt. Fulg. con. 29. Ad id de quo quęritur. in vlt. col. Pont. & Aret. in l. mutum. de acq. hæred. Qui & hanc solam huius cōsuetud. rationē reddi posse contendunt, proinde pro expressa haberi debere, vsque adeo vt ex ea argumētari liceat, quod aiunt, extensiuè. [iuxta l. milites agrum. sub fi. princ. ff. de re milit.] Infiniti autem propè sunt loci quibus de muliebris sexus imbecillitate agitur. Nam & Arist. in polit. ait pueri cōsilium imperfectum, mulieris autem inualidum. Hinc quoniam imperator mulierum lapsus, sexus fragilitate euenire nouit, [vt est tex. in l. imperialis. sub princ. C. de nupt.] non sine magna ratione plura priuilegia mulieribus quā viris indulsit [iuxta l. vlt. C. de don. an. nupt.] ne scilicet muliebris sexus fragilitas in eius perniciem conuertatur vt Iustiniani verbis vtar. [in. §. 1. inst. quib. alien. lic. vel non.] Hinc etiam legislatores nostri prudentissimi viri, non satis ingenio mulieris vt leui ac vario confidūt. [l. §. sexum. ff. de postul.] Easque nimium ausuras pro sexus pudicitia præsumunt. [l. quisquis. C. ad l. de maiest.]

Mulierum imbecillitas.

Proinde si ad confirmationem alicuius actus minoris vel mulieris, qui aliâs sine tutoris vel viri auctoritate cōtrahere non possunt, parentum amicorúmve cōsensus à lege vel statuto requiratur, fœminæ, quæ ei sit parens, cōsensus, actum non firmabit. [Bal. in l. 1. col. vlt. in vers. sed quid si statutum. C. qui admit. Alex. de imm. con. 74. animaduersis. vlt. char. vol. 2. Angel. l. vlt. C. de verbo. signif.] huius rei manifesta est ratio. Cum enim hac consuetudine diffidatur maximè consilio mulieris, etiam in facto proprio, absurdum foret eam præstare alieno facto auctoritatē. [l. vlt. de legit. hæred. Qua ratione moti legislatores sanxerunt ne mulieres filios in potestate haberent. [mulierem. C. de adopt. §. fœminæ inst. cod.] Quin nec filij matri sui hæredes dicuntur, sed extranei [vt docet Bal. in l. sicut certi. C. de testam. mil.] Vsque adeo vt nec filij maternorum bonorum domini matre viuente cēseantur sicut & paternorum patre etiam superstite. Nec eorundem maternorum bonorum in eos dominum continuari dicimus, vt fusè declarat Bal. in l. in suis de lib. & posth. Quo factū est vt eorum prętieritio à matre facta testamento non irrito pro exhæredatione habeatur. [§. vlt. inst. de exhæred. liber.]

Igitur vt ad rem redeamus, ex hac secūda princ. quęst. licet id colligere, vt cum conclusum sit hanc consuetudinem esse summe fauorabilem, exceptionem quę ex ea oritur fauorabilem quoque non immerito censeri. vt nominatim docet Bart. & post eum moder. [in l. qui exceptionem. ff. de condict. ind.] Quo fit vt mulieres, hoc statuto quicquam agere prohibitæ, non censeantur in suam vtilitatem stipulari aut acquirere interdictæ, dictāte iuris reg. Quod in alicuius fauorem est inductum, nō debet in eius damnū conuerti. [l. quod fauore. ff. de leg.] Suadet & alia reg. qua dici vulgò solet, inducta ad vnū effectum non debent in contrarium effectum conuerti. [l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Quod confirmo ex. con. Ang. 345. affirmantis in casu similis statuti, inhibentis mulieres contrahere vel minoribus sine consensu duorum propinquorum, posse eosdem vtiliter contrahere. [Quod censuit rursus idē Ang. in l. plures apochæ. C. de fid. inst. Et Pont. con. 316. circa propositam.]

Exceptionē quæ ex hac consuet. oritur fauorabilem esse.

Prohibita in fauorem cēsentur concessa ad vtilitatem eorū qui prohibētur.

Ex quibus constat hanc nostram consuetudinem ea interpretatione esse accipiendam, vt si quid egerit mulier quod suę vtilitati cesserit, etiam absque mariti authoritate, id irritū non sit. Idem tradūt de aditione hæreditatis, quæ si lucro pupilli cesserit, nō irrita cēsebitur, vt docēt Ang. & vterque Immo. & moder. [in l. mutum de acq. hæred.] Idem receptum est in minore contrahere prohibito, sine propinquorum presentia. [Pōt. con. 453.] Simile in bonis ecclesiæ, quæ etsi alienari prohibita sint, in ecclesiæ tamen vtilitatem distrahere, nil minus prohibentur. [Bal. & glo. in l. quicunque. C. de bon. quæ lib.] Simile in prodigo, cui etsi bonorum administratio interdicta sit, si tamen quid in suam vtilitatem administrarit, gesseritque, id ratum habebitur. Cui enim à lege vel iudice bonis interdictum est, non censetur capite minutus [l. 1. §. item exigit. ff. de bon. possess. secundum tab. & Iaf. in l. 16. cui bonis col. 1. ff. de verbor. oblig.]

Quæ autem de contractibus & obligationibus à mulieribus cōtractis dicta sunt, habēt locū & in iudiciis: vt si mulier iudicium in suam vtilitatē sortita fuerit, etiam

absque mariti auctoritate, illud infirmari non posit, prætextu absentiæ mariti & non adhibiti eius consensus. Secus si in eius præiudicium lata esset sententia. Quẽ admodum valebit quoque sententia pro filiofa. lata eo iudicio quod citra patris cõ sensum intentauit. sita expresse Cy. Saly. & Fulg. in cit. l. non eo minus. ff. de procurat. Et Accurs. in l. 1. C. qui legit. pers. Specul. tit. de actor. §. 1. vers. Sed nũquid in casibus qui à mino.] Cęterùm quod Bal. nouel. in tract. dotium. in 6. singulari dotis, & 47, & seq. tradit, mulierem, quæ alioqui ex consuetudine, lege statutóue, citra viri authoritatem in iudicio stare non potest, posse quidem in causa dotis; id mihi nõ satis placet. Neque enim specialiter ab hac consuetudine causam dotis exceptam videmus, sed in vniuersum quoscũque cõ tractus, forensiaque iudicia indistinctè cõprehendat, hisque omnibus mulieres absque mariti auctoritate interdictæ sunt. Quo fit vt causam dotis comprehensam intelligamus, per l. in fraudem. in vlt. vers. ff. de testam. mil. vbi docet Bal. generalem diffinitionem, omnes casus cõprehẽdere, vsque adeo vt nulla à iudice fieri debeat exceptio. [l. 3. sub fi. ff. de offi. pres. Quàm sententiam sequutus est Deci. in tit. de reg. iur. l. 1. col. 2. & l. nemo potest. in prin. de lega. 3. & l. quo tutela. §. 1. & in l. 1. col. 4. vers. vlt. not. C. de sentẽt. quę pro eo quod inter.]

Sententiam in rem mulieris lata ex iudicio citra mariti auctoritatem inito valere.

Causam dotis ab hac cõ suetudine nonexceptã.

¶Vxor esse cœpit.

Nam quę nõdum vxor esse cœpit, consuetudine non comprehenditur: veluti sponsa, etiã si verbis præsentibus matrimonio cõsenserit. disputatur id à Saly. [l. cum inte. C. de donat. ant. nupt.] In consuetudinis enim statutiq́ue interpretatione, verba propriè ac strictè perpetuò accipienda sunt, maximè vbi consuetudo cum iure cõmuni pugnat. Quo fit vt vxor hic pro fœmina quæ legitimo ac perfecto matrimonio coniuncta est, accipiẽda sit, omni solemnitatis nuptiarum forma obseruata. Hanc tamen Saly. sententiam, omnino aspernatur Paul. Cast. [in l. cum fuerit. ff. de condit. & demonstrat.] Adducitque casum contrarium, secundũ Bal. in l. deo nobis. C. de epis. & cler. Quo motus contendit consuetudinem qua de vxore cauetur, locum habere etiam vbi matrimoniũ tantum per verba de presenti esset contractũ, nec necesse consummatũ illud fuisse viri cognitione, aut nuptiarum solemnitate. Sed Pauli pace dixerim istęc sua opinio admittenda non est. In contrariam siquidem sentẽtiam à pluribus itum est, [Abb. con. 1. vol. 1. Saly. in l. cũ in te. C. de donat. ant. nup. & in cit. l. deo nobis. & in l. mulierem. de rit. nupt. Cui assensit quoque Bal. in l. non sine. de bon. quæ lib. in princ. & con. 184. si qua inquit mulier. & Ang. in l. 1. de impo. luc. descrip. lib. 10. C. Idem cẽ fuit Cinna. in l. de diuisione. & plenius in l. si cum dotẽ. §. transgrediamur ff. sol. mat. Anchar. in c. 1, de sponsal. lib. 6. Abb. in c. tertio loco. de præsũpt. & in c. ex publico. de conuers. cõiug. & in c. si inter. de sponsa. & in c. 2. per illum tex. de desponsa. duo. & postremò Socy. in cit. l. cum fuerit.]

¶Mancipio.

MAncipium quid sit, explicat Budęus ad Pandectas. Significat dominium & possessionem, vel dominij traditionẽ. vetus est verbum, à manu capiendo dictũ. Et mulier quæ in viri manum cõuenerat, in eius manu mãcipioque esse dicebatur: eratque materfilias. vnde hîc mulierem in mãcipio mariti esse dictũ est, pro eo quod galli dicũt, estre en la puissance de son mary. Eodem sensu dixit Bar. [l. vlt. C. de priuileg. schol.] vxores, quamprimũ nupsere, se ad alium omnino transferre dici, ac statum suum omnino mutare. [l. mulieres. C. de dignitat. lib. 10.] atque in viri familiam migrare [l. quicunque vbi Bar. de re milit. eo lib.] necnõ in eius domicilium [l. cum quædam. ff. de iurisd. o. iud. vbi scribens.] quod & soluto morte viri matrimonio retinet, quandiu vidua permanet. [l. filij. §. vidua. ff. ad municipa.] gaudętq; ipsa priuilegiis omnibus mariti defũcti, donec ad secundas conuolauerit nuptias. [l. quoties. in princip. de priuileg. schol. l. mulieres. de incolis. lib. 12. C.]

Porrò circa hanc potestatem disputatum est à multis, ac maximè Bar. & vtroque Immo. [l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica.] num viro liceret manus violentas in vxorem iniicere. Et tandem conclusum est vt si iam reipsa maritus vxoris maritalem quam vocant possessionem adeptus fuerit, habeat ius iniiciendi in eam manus. Secus si eam nõdum domum traduxisset. Tunc enim ea inuita potiri non poterit, nec propria auctoritate eam arripere. Nã in raptus crimen incideret. l. vna. de rapt.

virg. not. eo loco Cy. in 2.col. & Bal. in l. raptores. de epiſ. & cler. Idē in l. benignius ff. de leg. concludētes à traductione licere marito vxorē pro animi arbitrio afficere.

Licere maritis honeſtis & non atrocioribus modis vxores caſtigare.

Porrò in eam rem extant ſingularia in vtroque iure gloſſemata quibus vxorum honeſta caſtigatio maritis concedit, ſi quid commiſerint vnde pœnam aliquam mereātur. [Accurſ. in l. ſi quæcunque. §. vlt. ff. ad l. aquil. & in auth. vt lic. mat. & au. §. quia verò quædam mulieres. in ver. ſuffice re. eſt & gl. vlt. in cap. quemadmodum. extra. de iureiur. & in can. cauſas. in verb. ſeruum 25. diſt. in c. cum beatus. 45. diſt. in ca. ſicut alterius. vbi Archid. 7. queſt. 1. & in c. nullus clericus. 17. 4. in c. hæc imago. in ver. & penè famulas. 33. q. 5. Gand. in tract. malefic. tit. de pœn. reo. col. vlt. Bal. in l. filius. de pat. poteſt. & in l. nec patruus. C. de ope. libert. idem con. 176. Cecilia. Luc. de Penna. in l. quæcunque 2. & 3. col. de re mil. lib. 12. C. & Pont. ſing. 4. licet vxorem delinquentem.]

Hęc autem intelligenda ſunt de leui tātum caſtigatione. Neque enim ſupra modum viro in vxorem ſeuire conuenit. Iniuſtius quippe foret, vxorem cōſortem q; durioris eſſe conditionis, quam ſint ſerui, in quos ne ſeuire quidem iure ciuili licebat. §. In poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Nam & nimiam præceptoris erga diſcipulum ſeuitiam, in culpa eſſe traditū eſt [l. 2. ff. ad l. aquil. Cæterùm, ſi quid gra

Vxorem grauius peccantem, non mariti ſed iudicis arbitrio plectēdam.

uius admiſerit vxor, vnde acerbiorē pœnā mereatur, ea apud iudicem deferenda eſt. Nam & ita cautum reperimus in ſeruis, in aſperioribus delictis cōprehenſis, in quos maius etiam poteſtatis ius habēt domini, quam viri in vxores. [cit. §. in poteſtate. inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. iur.] Cēſuit tamen Abb. [in c. quemadmodum. extra. de iureiurand.] licere marito vxorem in priuata vincula coniicere, ſi quid in illius vitam incidioſè machinata ſit, aut quid aliud indignum facinus attentauerit. Sed de his ſatis.

¶Mariti.

HVius vocabuli maritus interpretationem non aliunde deſumendum arbitror, quàm ex huius correlatiuo (vxor) quod nuper expoſuimus vt is ſcilicet pro marito habendus ſit, qui per verba de preſenti vxorem duxit, ac in vſus ſuos vt ita dicā recepit domumq; traduxit. Quo ſit vt in ſtatutis & conſuetudinibus appella

Appellatione mariti propriè ſpōſum non venire.

tione mariti non veniat ſponſus vt tradūt Bal. & cęteri [in l. ſi ante. ff. ſol. matr.] vnde Ang. [in l. ſolet. ff. de his qui not. inf.] docet maritum qui ex ſtatuto tertiam dotis partem lucratur, ſponſum non comprehēdi. Nam non niſi poſt contractū conſummatumq; matrimonium, quis propriè ac legitimè maritus dicitur. [l. non ſine ratione. C. de bon. quæ lib. & l. 1. ff. pro dot.] Siquidē per deſponſationē inchoatur duntaxat matrimonium, non autem perficitur. Perfectionem enim producit ipſa naturalis ſeu carnalis copulō. Luc. de pen. [in l. vlt. de incol. lib. 10. Quo loco egregiè docet viri appellationem quatuor modis cōſtare. Primò, ſexu quo naſcitur: vir enim, eo quod maſculus ſit, appellatur. Secūdò, lege, vir enim dicitur qui vxorem duxit. Tertiò, ætate, vt pote cum à iuuentute ad virilem ætatem peruenit. Quarto, animo ſeu ſtrennuo vigore, quia viribus pollet.

¶Auctore.

AVthoritatem eam accipere debemus, quæ à viro ſuper vxoris actu interponitur, adhibita eiuſdem præſentia & conſenſu. Quod conſtat ex Bal. [con. 290. hęc queſtio. vol. 3. & in l. mater. ſub fi. verſ. C. de reſc. vendit.] Qui refert & ſi huiuſmodi conſenſus à marito adhibitus, nō ſit vera &, vt vocant, immediata cauſa transferendi dominij, prębet tamē cauſam habili tandi perſonam eius qui transfert. Cæterùm gl. & Innoc. in c. dudum. de reb. eccl. non al. referunt auctoritatem propriè eſſe aſſenſum, vt eorum verbis vtar, authoriſabilem ratione officij alicui competentem. Hîc itaque auctoritatem accipe, pro cōſenſu authoriſabili mariti, qui ex hac conſuetudine ad iudiciorum, contractuū, obligationumq; vxoris confirmationē requiritur, ſicut & patris conſenſus ac licentia, in omnibus quæ à filio geruntur. [Gl. Dy. & alij in l. 1. de author. prēſt. & in l. non ſolum. §. neceſſitate. C. de bon. quę lib.] Non autem de ſimplici conſenſu auctoritatem non preſtante, [Ita Bal. docuit in ſtatutis auctoritatē eſſe accipiēdā in cit. con. 290.] Pluris quippe eſt auctoritas, quā ſimplex conſenſus. Auctoritas ſiquidem maiorum eſt, qui ius poteſtatis in illum cui eam prę ſtant, habent: inferiorum autem eſt conſenſus, [Innoc. in cit. c. dudum. & nominatim Bal. in l. quæcunque. C. de bon. quæ lib. & l. ſi quādo. §. illud etiam. C. de inoff. teſta.]

Viri auctoritas ſignificat eiuſdem preſentiam & cōſenſum

Plus eſſe auctoritatem quàm conſenſum nudum.

His adiicẽdum eſt quod Innoc. [in cit. c.dudum.] docet quam plurimum intereſſe inter decretum, authoritatem, & conſenſum. decretum enim ait ſentẽtiam eſſe, quæ ſuper rerum alienationibus à iudice vt plurimum interponitur, idque actum diſtractionis præcedere debet, nec ſatis eſt ſi ſubſequatur. [l. magis puto. §. nec paſsim &. §. ſeq. ff. de reb. eor.] Authoritas autem eſt quam quis ad quaſi integrandam eam perſonam quæ ſibi ſubiecta eſt, preſtat: vt pater filio auctoritatem alicuius rei gerendæ præbet, maritus vxòri, dominus ſeruo, & ſi qua ſunt ſimilia. Bal. auctoritatem eſſe definiuit conſenſum cum preſentia, ad aliquam perſonam ſuper actu authoriſandam. Quam quidem auctoritatem ſciendum eſt in ipſo actu exigi id eſt dum ipſum negotium geritur, aut ſaltem incontinenti. [l. obligari. §. tutor. vbi Accurſ. de auth. preſt. &. §. tutor. inſt. e. Interp. in l. qui bona. §. iuſſum. ff. de acq. hæred.] Conſenſum verò, collaudationem ſeu approbationem præcedentis actus dicunt, ſine quo tametſi actus non poſsit ſubſiſtere, non tamen neceſſariò in ipſo actu interuenire oportet, ſed ex poſtfacto adhibitus ſufficit. cum etiam ex interuallo præſtitus conſenſus precedentem actum confirmet. [l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. prædi. l. receptum. ff. comm. præd. & c. prudentiam. ex. de off. deleg.] quam differentiam inter auctoritatem & conſenſum tradit Alex. con. 106. quoad præſens. vol. 1. quo loco ait conſenſum ſeorſum ab obligationis actu efficaciter interponi poſſe. [per l. ſi autẽ plures. vbi Bart. ff. de aq. plu. arc. & idẽ in l. is qui. §. 1. ſub fi. ff. de mort. cau. donat. vbi etiam Bart.] At authoritas in ipſo actu interuenire debet, [vt in cit. §. tutor.] Præterea & horum trium vocabulorum ſignificationem apertius & melius meo iudicio declarauit Bald. [in c. edoceri col. 3. ex. de reſcrip.] ait enim quoſdam eſſe actus in potentia cõualeſcentiæ: id eſt qui, etſi à principio nulli ſunt, conualeſcere tamen poſſunt, conſenſu poſtea adhibito. Cæteri autem qui in conualeſcendi potentia non ſunt, ex ſuperueniente conſenſu non confirmantur. [l. receptum. ff. comm. præd.] Quam rem ſatis obſcuram his exemplis declaratam accipe ex decreto, auctoritate & conſenſu. ſiquidem in quibus actibus authoritas alicuius eſt adhibenda, ea ſi non à principio interuenerit, in cauſa eſt vt actus non ſubſiſtant. Authoritas enim eius eſt adeo ſimplicis naturæ, vt neque diem nec intercapedinem vllam recipiat. In ea quippe totius actus vis, ac fundamentum cõſiſtit, tum & ſubſtãtia originis. Traditum ſiquidem eſt ea quę pro validitate confirmatoria actus requiruntur, ſubſequi quidem actum poſſe, quia retro fingũtur & à prĩcipio interueniſſe. [vt. C. ad maced. l. vlt. & c. circa. ex. de iur. patro.] At ea quę retro non finguntur, rata haberi non poſſunt. [l. bonorum. ff. rem. ra. hab. l. vlt. eo. tit. & not. l. talis ſcriptura. de leg. 1.] Quod verò ad decretũ pertinet huius exemplum eſto. finge ab epiſcopo decretum interpoſitum ſuper diſtractione rerum eccleſiaſticarum: hoc aliis conſenſum aliis authoritatẽ placuit appellari, ſed non ſatis recte meo iudicio. Decretũ ſiquidem à principio venditionis interuenire debere nemo negauerit. [vt, ex. de conſuet. c. cum conſuetudinis. & c. dudum. de reb. eccleſ. non alienand. in 6. not. in l. inſtar. de iur. fiſ. lib. x. C. & l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. & l. 1. C. de pedan. iud.] at auctoritas in ipſo actu interuenit, tum & conſenſus ex poſtfacto ſubſequitur. Porrò triplicem conſenſus ſpeciem Baldus tradit [in c. cum conſuetudinis col. vlt. ex. de conſuetud.] precedentis ſcilicet, inhærentis, & accedentis. Præcedentis exemplum fingit in alienationibus rerum earum quæ prohibitę ſunt alienari. vt res minorũ, res eccleſiarũ, quæ non niſi cum iudicis epiſcopi ve conſenſu diſtrahi poſſunt: & is omnino diſtractionem præcedere debet. Idem in omnibus actibus qui à filiofa. ſine patris conſenſu perfici non poſſunt. Qui conſenſus à principio horum contractuum interponendus eſt generaliter, ſpecialitérve, aut per literas. [l. honores. §. vlt. ff. de decurio.] Conſenſum autem inhærẽtem eum dicit, qui actui inſit p modũ ſubſtãtiæ, qui à ſuo ſubſtãtiato (vt verbis logicorum vtar) ſeparari non poteſt. Cuius exẽplum præbet matrimonium, in quo contrahendo ſi interrogatus vir, num puellam hanc in vxorem accipere vellet, annuerit, poſtea puella idem interrogata minimè protinus reſponderit, longa tamen intercapedine annuerit quoque, non cenſebitur recte contractum illud matrimonium. Conſenſus enim ille qui eſt ſubſtantię matrimonij, ex interuallo interpoſitus eſt. Cęterùm conſenſus accedens, qui vel approbatorius vel confirmatorius dici poteſt, etiam ex interuallo ac ex poſtfacto interuenire poteſt,

Decretum non rectè conſentum nec auctoritatem appellari.

dummodo actus principalis consumptus non sit.[l.vlt.ff.commu.pred.& ex.de iure pa.c.cura.] Quo fit vt quia simplex tantum patroni consensus in conferendo sacerdotio requiratur,nihil interfit an à principio,an ex postfacto interuenerit.[vt docet expressè Hostien. in summa.de iure patr.§. vlt. sub fi. quid si ecclesia.per cit. c. cura.&c. suggestum eodem tit.latius prosequitur Abb.in sua disputa.incip.Augerio.col.10.]Et Card.florēt.[in cl.1.in prin. col.8.de supl.neglig. prælat.] contendit in hac re non requiri consensum patroni per modum auctoritatis, sed per viam simplicis consensus. Ideoque nihil referre si ante collationē vel post interuenerit. In quam rem Abb. adducit l. per fundum.de seru. rust. præd. Cuius manifesta mihi ea videtur ratio,quòd patroni consensus titulum non prestet,sed quiddam velut preambulum ad tituli acquisitionem:vel, quod verius est, quoddam medium acquirendi tituli: vt in simili notat Alex. con. 93. visis & ponderatis.col.1.vol.2.Idem receptum videmus in aliis rebus ad episcopatum pertinentibus,quæ sine consensu capituli alienari non possunt seu tractari.[c.cum nos. ex. de his quæ fi. à præl. vbi doct. & in c. circa. in ver. postea consensum. ex. de iure patr. & Bart. in l. si plures. ff. de aq. pluu. arc. & Bal. in l. quicunque de bon. quæ lib. C. & Socy. con. 15. visis. vol. 1.] Idem dicimus in casu pacti super alterius successione interpositi,quod nisi demum accedente eius cōsensu de cuius successione agitur,nō valet.[l.vlt.C.de pact.] Quē quidem cōsensum ex postfacto subsequutū sufficit. Bal.& Saly.in l.vlt. in vlt.col. de pac.arg.l.vlt.C.ad maced.&l. si fundus §.1.ff.de pignor.] Quæ sententia solet reeipi in quibuscunque actibus, qui alioqui ob non adhibitū alicuius consensum, non subsistunt. Hi enim solent ex superueniēte consensu confirmari.[vt in cit.l.Si autē plures. vbi Bart.de aq.pluu.arc.l. ratum. ff. de solut. Scrib. in l.si quis mihi bona.§. iussum.de acq.hered. Alex.con.113.perspectis his.num.18.vol.6.] Igitur,vt ad rē propositam redeamus, hoc nostrę consuetudinis casu non nudus aut simplex mariti cōsensus exigitur,sed vt verbis interp. vtar authorisabilis. Ideoque duo in eo prestando interuenire oportere arbitror. Viri qpe presentiā,eiusdemque consensum, quo auctoritatem rei gerendę vxori prestet. Quare non sufficiet eum postcontractum negotium, ex postfacto, quod aiunt, adhibitum: Quod nec rathabitione subsecuta conualescere poterit. Quinetiam & oportet maritum presentem & expressè suum prestare consensum. [l.1.§. penul. in ver.non tantum loqui. ff. de tut. quod & eo in loco confirmat Accurs.tum & Bart. & alij in l.3.ff.de auth.tuto.& in cit.§. iussum.] Idque ea ratione quod huiusmodi consensus interponatur ad integrandam (quod aiūt) mulieris personam, vnde nec tacitum sufficere ex non contradictione arbitrarer[ex l.1.§.& vlt.& l.3.vbi Accur. & Bart.ff.de auth.tut.ita nominatim tradiderunt Bal.Raph.Cu. Paul. cast. Pōta. vterque Imm.& Ias.in l.2.§.voluntate. ff. sol.matr.per illum tex. in ver. videri consentire,& in ver.voluntate.]Cuius rei manifesta ea est ratio quòd consuetudinum statutorumque dispositiones in actu tacito & sic ficto minimè verificantur. [l.3.§. hæc verba ff.de neg.gest.l.vlt.C.de his qui yen.eta.impetr.refert nominatim Bal.in l.si fine. in 2.quest.C.ad vellei.& Alex.cō. 218.ponderatis col.1.vol.6.]

Patroni consensum titulum non prestare.

In præstanda ea auctoritate quam lex hic exigit, oportere expressū mariti presētis cōsensum in ipso actu interponi.

Hinc inferre licet post Aret.[in cit.§. iussum col.5.] hanc mariti auctoritatem non satis esse si per epistolam, seu literas interponatur.[confirmant Arch.c.2. 65. dist. & Abb. in c. cum parati. col.1. ex. de appellat.] Item, nec per procuratorem [vt placuit Bal.in l.1.sub fi. vbi etiam moder.C. qui admit. & Aret.in l. minorum. C.de præd. min. & Alex.con. 189. viso statuto.in princ.vol.5. & Socy.con.48.in præsenti.lib.1.] Quibus & illud adde non posse actum à muliere, absente viro, gestum, sequenti ratihatione cōfirmari. Vulgatum siquidem est, vbi lex alicuius personæ contractui resistit ob consilij infirmitatē, quod postmodum ad huius actus confirmationem adiicitur, pro nullo habendum esse.[tex. in l. si minor 25. annis. ff. de seru. export.] Vnde cum lex nostra municipalis ad supplendam mulierum infirmitatem, viri auctoritatem adhibēdam sanxerit, non satis erit, si ex postfacto interponatur,cum iam actus à principio nullus fuerit, sicut nec qualitas postmodum accedens aliquem releuat.[l.si in delictis.§. extraneus.ff.de nox.act.]

Mariti auctoritatem per literas imponi non posse. Nec procurat.

Ex quibus constat toto cœlo(quod dicitur) errasse Boherium.qui in.§.4.de iur. pers. in consuet. Bitur.putauerit nihil referre an viri auctoritas præcederet subsequeretúrve,allegans c. cum in veteri. ex.

de elect. & l.1.§.prodeſt.quor.leg. verū his duobus iuribus conſenſus exigebatur tātum in modum conſilij ac ſimplicis voluntatis. At hic cōſenſus (quod aiunt) authoriſabilis ad integrandam mulieris perſonā requiritur. Et idcirco non immeritò traditum eſt auctoritatem in ipſo actu interuenire debere vt docent Accurſ. & Bart. [in l.1.§.1.ff.de auth.tut.] Licet parum ſibi conſtans Accurſ.diuerſum tradiderit in l. vbi non voce ff. de reg.iur. ſed perperam. Prętera cōtra Boh.ſententiā facit quod tradit Bart.in cit.§. iuſſum. inquiens eum qui auctoritatem pręſtat non dici propriè conſentire ſed conſenſus authorem eſſe, ideo plus eſt longè authoritas quam conſenſus, qui tamen eſt ex obligationis ſubſtātia [l. obligationis ſubſtantia.ff.de act. & obligat.] facit & altera vrgentior ratio quam tradit Bart. [in l.cunctos populos. C.de ſumm.trinit. & fid.cath.in 6. quęſt. princip.] inquiens vbi ſtatuto quis cōtrahere inhibetur niſi certa ſolēnitate ac forma adhibita, huiuſmodi ſolēnia è ſubſtātia actus eſſe nemo negauerit, quæ tanquam altera pars contractus cenſebitur, qui nec ſubſiſtet quoque niſi adhibita quam primum auctoritate, nec erit ſatis eam poſtmodum ſubſecutam. Qui enim poterit id quod nullum vnquam extitit, confirmari? Quod autem huiuſmodi auctoritas ſit ex actus ſubſtantia, probat Bal. triplici ratione. Prima. quòd ea ſit omnino actus fūdamentum, ſine quo non ſubſiſtit. Secunda, quia ſolēnitas eſt & forma ab hac noſtra municipali lege introducta, quæ dat eſſe rei, vt dicunt logici. Tertia quia eſt actus legitimus qui pēdere non poteſt, nec in incertum euētum remitti, ſi ſcilicet maritus conſenſerit. Quare in ipſo actu interuenire debere concludendum eſt. faciunt quæ not.Bart.in l.tam is.§.1. ſub fi. ff.de donat. Alex. de imm.in l. ſi cum dotem.§. eo autem tēpore poſt princ.ff. ſol. matr. Quinetiam Angel.in cit.§. iuſſum. cenſuit nec pręſentiam quidem mariti etiam expreſsè conſentientis ſufficere, Sed magis putat vtendum eſſe viro auctoritatē vxori præſtante verbis, non conſenſum tantum, ſed auctoritatem ipſum ſignificātibus. Idque ex mente Innocentij colligi.in c.cum conſuetudinis. extra. de conſuet. in qua ſententia fuere Archid. 77. q. 4. & Bal. in l. vlt.§. neceſsitate de bon.quæ lib. & .quæcū que.ſub fi.eo.tit.in cuius confirmationem adducit l.ſi pater. ſub fi.ff.mand. vide Iaſ. in cit.§.iuſſum.

Verum & illud ignorandum non eſt quæ hactenus de auctoritate interponenda ſuper aliquo actu dicta ſunt, ſic accipienda, quādo ea auctoritas ad actus ſubſtantiam, ac validitatem exigitur: ſecus autem vbi ad actus tantum confirmationem adhiberetur. Vt, verbi gratia, apud nos moris eſt ne ſcabini ſeu ſyndici creentur ſine auctoritate Bleſenſis gubernatoris, aut qui eius vices gerat. Hæc ſane auctoritas poſt adhibita, creationem ſyndicorum confirmat. Quæ res præterquam quòd lōgo iam vſu approbata eſt, ſuaderi poteſt ex l.2.de iu.fiſ.lib.10.C. & l.ſi quos de decur.eodem lib.ad populum ſiquidem tribunos plebis, quos hodie ſcabinos vulgo appellant, creandi ius pertinet licet ij à ſuperiore confirmandi ſint. [§. interim. in auth.de defenſ.ciuit. Abb.in c.edoceri.ſub fi.de reſcrip.not.Bart. in l.actor.ff. rem rahab.] Vnde mēs ſtatuentium ſic accipi debet, vt ſuperioris auctoritas in cauſam confirmandi tantum actus adhibenda ſit [l. 1. & 2.C. de confir. tut. In ea opinione fuere Bal.ambo Imm.& Aret.in cit.l.quicunque.de bo. quæ lib. & l.1. col. antepen. C. qui admit.] Vnde Bal. rem non multo abſimilem tradidit inquiens auctoritatem quæ ad actus eſſentiam requiritur, ſtatim in ipſo actu interponi debere. [l. obligari.§. tutor.de author.tut.] Cęterùm ſi ad eſſentiæ tātum executionem, tum poſſe ex interuallo actui accedere. [l. vlt. ſub fi. C. arb. tut.] Et quo huic tractatui de authoritate finem tandem imponamus, tria quam breuiſsimè per ſumma tantum rerum capita deducam, ne rem non ita obſcuram, neceſſariam tamen in immēſum ducamus. Primum eſt, quid ſi maritus vxori actum aliquem gerere volenti auctoritatem denegauerit, vel præſtare non potuerit morbo forte & aduerſa valetudine animi corporiſve detentus, quomodo vxori ſuccurrendum erit? Et, vt paucis me aperiam, in ſumma concludendum puto, iudicem tum ad eundum, qui negotio diligenter expenſo, cognoſcet cōtradictionis cauſas, vt ſiquidem vxorem nouerit vtiliter contrahere velle, etiam marito inuito, ei ſuam præſtet auctoritatem. Sin non ita è re cōiugis contractum iri viderit, maritum iuſtè auctoritatem ſuam denegantem aduerſum vxorem defendet. Ita docuit Bart. in l. ſi cum dotem.§. eo autem tēpore.ff. ſol. matrim. Cuius ſententiam ſunt omnes ſequuti ſe-

Auctoritatē quę ad actus tantum confirmationē adhiberetur ſatis eſſe ex poſtfacto ſubſecutam.

eundum Alex. de imm. eodem in loco. Et quod illi de contractu, idem & de iudicio tradiderunt, Bal. in l. transactionem. C. de transact. Pont. & moder. in l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acq. hæred. & idem Bal. in c. 1. col. 3. de consuet. rec. feud. & in l. 1. per illum tex. C. de nupt. & in l. 1. sub. fi. C. qui admit. vbi Iaf. Fely. in c. cum accessissent col. 8. de constitut. Et Pont. con. 36. visa desceptatione.

Auctoritatem mariti in contractu à filia cũ patre gesto non requiri.

Alterum est, quod in dubitationem cadere potest: an necessaria sit mariti auctoritas in cõtractu quem filia cum patre gerit? Bal. & post eum Pont. in l. pactum dotali. C. de collat. Et idem Pont. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mand. ff. de acq. hæred. responderunt auctoritatem mariti eo casu minime requiri. Sicut nec in renunciatione quam ipsi patri facit. Quam tamen sententiam non satis pro explorata habet Iaf. in cit. l. pactũ dotali. vlt. char. eamque contrariis rationibus confutare pro virili nititur, quas breuitatis studio non referam. Concluditque tandem contrarium apud practicos receptum. Cuius rei testis ero.

Tertium est, si vxor cum marito contrahat, an possit maritus ea in re authoritatem suam præstare. Quam quæst. satis per se intricatam ac obscuram in locum alium remittere cogor ne in nimis iustum volumen hæc huius. §. interpretatio protandatur. nos de ea plene agenus. j. de donat. §. 4. qui proprius est huius rei locus.

Supereſt tollẽda alia difficultas: an mulier per procuratorem contrahens viri authoritatem requirere debeat, qua in re responsum est in simili casu statuti ab Alex. con. 189. viso statuto. vers. Sexto probatur. lib. 7. viri auctoritatem minimè necessariam. Cum vere is cõtraxisse non intelligatur qui per alium contraxit. [l. 1. §. defecisse. ff. de vi & vi arm. & l. item si obstetrix. sub princ. &. §. 1. ff. ad l. aquil. l. si pr. vbi Accurs. ff. quæ in fraud. cred. & l. ita autem. §. gessisse. ff. de admi. tut. vbi qui per alium rem gessit, gessisse ipse videtur, non quòd propriè gesserit. Ea enim verba sunt improprietatis ac fictionis notæ. l. 3. §. ex cõtrario. vbi doct. ff. de acq. possess. l. si qui pro emptore. vbi Bart. col. 8. ff. de vsucap.] Sed Alex. pace dixerim ille suo isto responso viam manifestam fraudi mulieribus aperiret quæ cum sentirent se rem aliquam pro animi arbitrio ex sua persona gerere non posse, negante marito authoritatem suam præstare, statim ad procuratores confugerent. Ita consuetudini huic manifesta fraus fieret. Quæ vt euitetur concludendum arbitror perpetuò adhibendam esse mariti auctoritatem in omni muliebri negotio, siue ipsa per se, siue procuratorem gerat. [arg. l. pupillus. §. 1. ff. de author. tut. & l. fraus. & l. cum lex. ff. de leg.] Nec obest quod adducebat Alex. de fictione. Nam licet mulier per procuratorem contrahens, nõ ita verè eandem ipsam contrahere certum sit, iuris tamen artificio, ac subtilitate per se contraxisse iudicabitur. Iuxta tritam iuris regulã qua quis ipse fecisse existimatur, quod per alium fecerit. [cit. l. ita autẽ. §. gessisse de administr. tut.] Nam & certũ quoque est dispositionem statuti cõsuetudinisue de persona vera ad fictam quæ veram representat, trahi. [l. postulãte. in prĩc. vbi Bart. ff. ad trebell. facit l. libertum. §. senatus. ff. de ri. nupt.] facilius autem dispositio de vero contractu ad fictum trahetur vt refert Bart. [in l. 2. §. libertis. ff. de leg. prę̃st.] inquiens eum qui contrastatutum quo inhibetur ne cũ exule contrahatur, commisisse, qui per procuratorẽ cõtraxerit cum illo. Quod in casu ferè simili, quippe in muliere contrahere vetita sine duorum propinquorum consensu, cõfirmat Aret. in l. mutuum. in vlt. col. C. de acq. hęred. Abb. & moder. in c. mulieres. extra. de senten. excommunic. Quamuis non ignorem alias regulariter dispositionem exorbitantem super contractu vero, locum non habere in ficto. [casus est, in l. si quis in legatione. vbi Bal. ff. de iudic.]

Nil referre quoad viri auctoritatẽ an mulier per se vel per procuratorẽ contrahat.

¶ In iudicio stare.

HAec ita accipe vt mulier citra viri auctoritatem legitimam personam stãdi in iudicio non habeat nedum seculari, sed nec ecclesiastico. Quanuis contrà senserit Ioh. Fab. in l. 1. C. de bon. mater. Sed ita apud gallos vsus inualuit. Quod & tradidit nominatim Bal. in c. 1. An marit. succed. vxor. col. 10. Quæ res etsi hac consuetudine non satis innotesceret, posset tamẽ facili hac ratione comprobari. Certũ quippe est mulieres quæ viros agnoscunt, etsi ex legitimo matrimonio, laicas esse. At hæc consuetudo est à laicis inducta, ideo mulieres in quouis foro agant, astringit. Quinetiã tenebitur iudex ecclesiasticus eam sequi [vt annotauit Bart. in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fid. cathol.

Hanc consuet. intelligi etiã in foro ecclesiastico.

Et cano.in eccleſia S.Mariæ.ex.de cõſtit.

Sub tempus litis conteſt. virum ſuam auctoritatẽ mulieri in iudicio agenti præſtare debere.

Verùm hic recte & oportuno loco quęritur. Qua litis parte hæc viri auctoritas mulieri in iudicio agenti præſtari debebit. Et reſponſum eſt ſub ipſum litis conteſtatę tempus,eam interponi debere.[Tex.eſt in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore. ff. ſol.matrim. idem cenſuit Accurſ.in l. vlt. §.neceſsitate.in gloſſemate mag.C.de bonis.q.lib.] Hinc conſtat nõ ſatis eſſe ſi huiuſmodi conſenſus adhibitus ſit poſt litẽ iam conteſtatam. Nec enim potuit vxor, iuxta huius conſuetudinis conſtitutionẽ citra viri auctoritatẽ litem conteſtari,quę prima ac potiſsima eſt iudicij pars. Nam hic cõſenſus pro forma &ſolẽnitate ipſius iudicij ſine qua conſiſtere non potuit requiritur,vt nos ſupra pluribus docuimus. Quæ enim nos illic de contractibus ad obligationibus mulierum diximus, eadẽ & hic repetenda ſunt de iudiciis, [vt cenſuere omnes ferè interp.in cit.§.neceſsitate.vbi Accurſ.& Bart.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acq.hęred.Bal.& poſt eũ moder.in cit.§.eo autem tempore. Specul. tit.de act.§.1.verſ.ſed pone.lis eſt conteſtata.& verſ.Quid ſi filius.cum duobus verſ. ſeq.domini de rot.deciſ. 120. vide Imm.in c.cum conſuetudinis. extra. de cõſuetud. & in c.cũ vos.de his quæ fiunt à prę. Bal. in l.ab executore.in ſ.col.C.de execut. rei iudic.Cy.& alij in l.ſeniũ. C. qui teſt. fac. poſſ.Bal.in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſol. matr.& in c.cauſam de iudic.]

Quam quidem rem ita accipe, vbi auctoritas exigeretur ad integrandam perſonam quæ legitime in iudicio ſtare non poſſet, ſecus ſi ratione eius quod partis intereſſ.vt in cit.§. eo autem tẽpore. Superueniens ſiquidem conſenſus poſt litem cõteſtatam,adhibitus,retro traheretur ac mãdato æquipararetur.[l.vlt.C. ad Maced.] ita vt precedentes actus alias inualidos cõfirmaret.[vt docuit Bart.in cit.§. neceſſe.]

In præparatoriis iudiciorũ fruſtra adhiberi mariti auctoritatem.

Verum vnius te admonitum velim, in quo plerique etiã magni nominis viri hallucinantur. In preparatoriis quidem iudiciorum non requiri conſenſum ſeu auctoritatem mariti, ſicut nec patris in cauſa à filiofa.intentata:ſed ſufficit,ſi ea in litis cõteſtatione adhibeatur. Quo fit vt vxor & filiusfa. aduerſarium in ius vocare etiã ad interrumpẽdam præſcriptionem poſsint, tum & libellum offerre.idque citra viri patriſve auctoritatem,[vt docet Bal.in l.1.in 3.oppoſ.C.qui admit.] ~~Nec ea res impedit~~, quominus ſi ijdem à litis initio vel horum quæ ad litem pręparatoria dicũtur auctoritatem ſuam interpoſuerint, non eſſe aliam poſtmodum neceſſariam. [Bal.in l. inbonus per illum tex.C.de emancip.lib.]

¶Contrahere.

HVius vocabuli ſignificationem nos ampliſsimè ſuprà in prox.§. proſecuti ſumus, vbi tractatum eſt an appellatione contractus venirent & quaſi cõtractus ac diſtractus. Eo itaque recurrẽdum. quæ enim illic dicta ſunt, & hîc locum habebunt. Nam & hoc loco dubitari poteſt an mulier hac cõſuetudine prohibita abſque viri auctoritate contrahere poſsit, eadem, diſtrahere vel paciſci,tranſigere, ſtipulari, donare,liberare,renuntiare & denique cęteros actus gerere, qui non niſi largo modo contractus appellatione veniunt.

An hæc cõſ. locũ habeat in vltim. voluntatibus.

Verum maior hîc ſubeſt difficultas, an quæ hic de contractu aguntur, locum habeant in vltimis voluntatibus. Et ita, an mulier teſtari legare,codicillos facere,mortis cauſa donare, & cæteros actus vltimos ſine mariti auctoritate celebrare poſsit. Primo in partẽ affirmatiuã facit quod tradit Iaſ. [in l. ex facto. in 3. col.ff. de vulg.] inquiẽs quæ ſtatuto cauta ſunt ſuper contractibus mulierum,eadem eſſe ad vltimas voluntates trahenda, eo quod in vtriſque eadem ſit ratio. Quam ſententiam ſequitur Boher. in tit de ſtat. perſon.in.§. 4.in conſuet.Bituric. Eorum tamen pace dixerim crediderim ego aliter omnino concludendum. Verbum enim contraxerunt, de quo hic in contextu, ad ius teſtandi non pertinet. [vt eſt expreſsè cautum in l. verba contraxerunt.ff.de verb. & rer.ſignif.] Vnde docebat Ang. [in l.tale pactũ. §. vlt. ff.de pact.]actus contrahendi qui fiunt inter viuos realiter ac eſſentialiter, vt ait ipſe,differre ab actibus q cauſa mortis fiunt. Nam non abs re nulla in hoc contex.facta eſt actus teſtandi mentio, ſicut contrahendi,obligandi, ac in iudicio ſiſtendi: quos ſi comprehendere voluiſſet lex, vtique eos expreſsiſſet,ſicut & cæteros actus qui fiũt inter viuos[arg.l.1.§. ſin autem ad deficientis.C.de cad. toll. & c.inter corporalia ex. d. tranſlat. epiſ. & c. ad audientiam ex.de decim.] Facit & vrgens hæc ratio. Quòd non ſicut viuentium ita & morientium actus ab alieno depẽdere poſsint arbitrio. ll.captatorias & l. illa inſtitutio ſub pr. ff.

Actum contrahẽdi omnino ab actu teſtandi differre.

de hæred. inſtit. & not. in l. tam is. §. 1. de donat.cau.mor. & l.ſeruum C.qui teſtam. fac.poſ.] Tum & nominatim Bal. in l.1.de lege fuſ. can. toll. id ſatis confirmat: hanc generalem adferens reg.in ſtatutis & conſuetudinibus, quæ de contractibus diſponuntur,ad vltimas voluntates non extendi, nec econuerſo. Ea enim (vt eius verbis vtar)tantum diſponunt, quãtum loquũtur. Quam ſententiam probat Alex.[in l. ſeruũ filij. §.eum qui chirographum. ff.de leg.1.]Et id quod tradidit in contrariã partem Iaſ.minus circumſpectè à Boh. adducitur. Nec enim voluit Iaſ.ſtatutum, quo mulieres prohibentur contrahere,ad teſtãdi ius extendi,quod putauit Boh. Verum omnino diuerſum intendit. Eo enim loco diſputat tantum. An ſtatutũ inhibens mulieribus teſtandi facultatem citra viri auctoritatem,eas quoque contrahere prohibeat. Vt ſi,verbi gratia, fingas hoc plębiſcito ſancitum ne mulieribus liceat abſq; viri conſenſu teſtari, quærit Iaſ. valeretne hæc conſuetudo. & concluſit minimè valituram.vt quæ liberum tollat teſtandi arbitrium[vt probat Paul caſt.in l.ex facto: ſub princ.ff. de vulg. Quo loco docet ne id quidẽ pruncipi licere,multo minus per conſuetudinem. Quam ſententiam eodẽ loco ſequũtur Aret.& Alex.& idẽ Alex. rurſus con.155.viſis & accuratè conſideratis.col.2.vol.2.] Eſt & alia nõ minus vrgens huius rei ratio,[quam Alex. in cit. l. ex facto.colligit. ex verbis. Bart. in l. omnes populi. in 3.quæſt.princip.ff.de iuſt.& iur.]Nam certa iuris eſt regula id per ſtatutũ fieri non poſſe,quod nec per pactum. [l.non impoſsibile puto.ff.de pact.]At pacto.effici non poteſt vt mulier ſine viri cõſenſu teſtari non poſsit,cum iſtud cum bonis moribus pugnet.[l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. oblig.]Igitur nec per ſtatutum nec per conſuetudinem induci id poterit. Tertiam rationem, cui non video quomodo ſatisfiat,adducit Aret. in d.l.ex facto.in 8.not. Certum ſcilicet eſſe ſtatuto captatoriam diſpoſitionem confirmari nõ poſſe, id eſt vt in alterius arbitriũ ac voluntatem cõferatur.Ergo longè minus id efficere poterit conſuetudo, vt ſine viri auctoritate non liceat mulieri teſtari. Cuius argumenti vim, vt facilius capiant pragmatici in hoc cõſiſtit, Quod cum vltima teſtantis diſpoſitio pẽdet ex alterius conſenſu,facilius illa toleratur,quã ſi cautum eſſet,vt ſi maritus nolit,nõ liceat mulieri omnino teſtari. Grauius quippe eſt quem vetitum eſſe niſi ille cõſenſerit, quã vetitum eo conſentiente teſtari. [vide eũdẽ Aret.in c.2.de probat. & copioſè doct. in l.1. C.de ſumm.trinit.] Quam ſententiã omnino pro explorata habendam cenſeo.Sed argumentis tamen in contrariam partem adductis ſatisfaciemus.

Non poſſe ſtatuto fieri vt quis adhibito alterius conſenſu teſtetur.

Non obeſt itaque primum quo mouebatur Iaſ.quòd ſcilicet lubrico ac fragilitati ſexus prouide huiuſmodi ſtatuto cõſultum eſſet,ſi ad teſtandi iura extenderetur. Quam rationem ait perinde procedere in vltimis voluntatibus ac in contractibus. Item,quod libera teſtandi facultas mulieribus eo ſtatuto non adempta videretur, ſed maior duntaxat ſolemnitas adhibita, ob ſexus imbecillitatem. Quæ duæ ratione vnico reſpõſo tolli poſſunt,ſola aſſumpti negatione. Quis enim neſcit aliã eſſe contrahentis,aliam teſtantis voluntatem? hęc enim,non ita vt illa,ex alieno pendere poteſt arbitrio,nec in alterius auctoritatẽ conferri.[l.ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig.de vltimis. voluntate tex. eſt in l. captatorias.ff.de leg.2. & l.captatoriæ. ff. de hęred.inſtit.]Præterea in cõtractibus ſtrictior fieri ſolet interpretatio,quam in vltimis voluntatibus.[c.cum dilectus.extra.de donat.& l.in teſtamẽtis. de reg.iur.] Quo fit vt Iaſ.argumentum de contractibus ad vltimas voluntates nõ procedat. quòd ea omnino ſint diſsimilia, ~~quę~~ ex quibus argumentari non licet.[l.Papinianus exuli. ff.de minor.l.vlt.de calũniat.doct.in l. naturalit.§.nil cõmune.ff.de acq.poſſeſ.] huius argumenti vim de contractibus ad vltimas volũtates vberius explicat Alex.con. 61.ſuper eo. vol.1. Item in teſtamentis vt plurimũ verſatur teſtantis liberalitas,quę à mulierum genere eſt quam maximè aliena.[l.ſi ſtipulata.§.1. ff. de donat.] At non item in contrahendis negotiis. Quod verò ad alteram Iaſ.rationem pertinet,(pace tanti viri dictum id velim)planè mihi ridicula videtur. Quis enim dixerit auctoritatem viri ad tm̃ſtorum ſolemnitates pertinere, immo vero ad ipſius diſpoſitionis ſubſtantiam? Nam,ſi Iaſoni credamus, voluntas mulieris teſtari volentis tota poſita eſt in mariti authoritate,ſine qua teſtandi facultatem non habebit: non igitur ea authoritas pro ſolemnitate habenda erit, ſed pro ſubſtantia. At certiſsimi iuris eſt id ſtatuto induci non poſſe, quo teſtamenti ſubſtãtia mutetur, [vt eſt gl.fing. in c.nõ

putamus.ſub med. magni. gloſſem. ex. de conſuetud. & l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de nou. oper. nuntiat.] diuerſa ſiquidem res eſt ſubſtantiæ defectus a defectu formæ ſeu ſolemnitatis. [notat Innoc. in c. quod ſicut. in gl. mag. de elect.] Quare auſim cõtendere falſo credidiſſe Iaſ. id poſſe ſtatuto induci, vt non liceret mulieri citra viri auctoritatem teſtari. Licet eius opinionis fuerit Bal. in l. ex duobus. §. vlt. ff. de vulg. & pup. & con. 139. Statuto cõmunis aſsiſij. & Ang. cõ. 88. Præmitto primo. & cõ. 126. teſtamẽti factio. Nam & idem Iaſ. ipſa tandem veritate compulſus, hanc magis communem confeſſus eſt. Quam etiam aliquando eſt ſequutus in l. non idcirco. C. de codicil.

¶Se obligare.

Qualiter obligatio in conſuetudi. interpretationibus accipienda ſit.

IN huius vocabuli interpretatione, ante omnia hîc videndum eſt, num hæc diſpoſitio in ſumma de omni obligationis genere intelligatur. Et videtur quidem ita generaliter accipienda hîc obligatio, cũ tex. indefinitè loquatur. [per l. ſi ſeruitus. de ſeruit. vrb. prę̃d.] Quod tamen admittendum non cenſeo. Tunc enim demum verũ eſt indefinitã æquipollere vniuerſali, quando eadem eſt ratio & conditio particularium rerum ſub indefinita comprehenſarum, qualis in vniuerſali: aliâs vero ſecus. [not. Dy. in rub. de reg. iu. & in l. ſi pluribus. vbi etiam Pe. & Bart. ff. de leg. 2.] Itẽ quia verba quibus ſtatuta conſuetudineſque concepta ſunt quam propriiſsimè accipienda, vt nos pluribus docuimus ſupra in præm. At indefinita vniuerſali nõ æquipollet ex proprio ſignificatu, ſed extenſiuo, ſeu (quod aiunt) interpretatiuo. vt colligitur ex cit. l. ſi ſeruitus vbi Florian. & Bar. in cit. l. omnes populi. in 6. quæſt. princip.] Et Bal. [in l. vlt. §. in computatione. de iure delib.] in ſumma docet in ſtatutis indefinitam nõ æquiualere vniuerſali. vbi ſubeſt diuerſa ratio includẽdorum vel excludendorum terminorum. Quãdo enim ſtatutum indefinitè loquitur, loqui quidẽ ſecũdum naturam indefinitæ intelligitur. Et proinde cum indefinita locutio reſtrictionem à proprietate verborũ citra abuſionem recipiat, non id quidem quod ſermo generalis ex neceſſaria ſignificatione importet (vt verbis doct. vtar) ſed ex contingenti. Quo fit vt hanc conſuet. indefinite diſponentem ſecũdum iuris communis regulas interpretandam reſtringendãque cenſeam, conſiderandumque ea omnino mente hanc conſuet. eſſe introductã quo muliebris ſexus fragilitati ac imbecillitati ſuccurratur, non autem quo illæ captioſè cum aliena iactura locupletentur. [vt in l. 2. ff. ad. vellei. extat deciſio vulgaris in l. adigere. §. quamuis. de iur. patron. & l. quamuis. de in ius. voc.] Quapropter cenſeo ego hoc verbum obligari intelligẽdum de obligatione ciuili, quæ verbis, vel litteris, aut conſenſu contrahitur. Non autẽ de ea quæ ex re, aut ex delicto, vel quaſi, deſcendit. Quam rem probari poſſe puto ex comparatione mulieris cũ pupillo pubertati proximo, ac doli capace. Quę quidẽ rectè deducitur ex ætatis ac ſexus imbecillitate, ac vtriuſque fragilitate cõſilij. [Põt. in l. nõ omnis. §. ſi pupillus. ff. ſi cert. pet. & ibi Alex. & Iaſ.] Cum itaque certũ ſit pupillum in obligationibus quæ re contrahuntur vt in mutuo, cõmodato, & depoſito, etiam ſine tutoris auctoritate obligari poſſe tam naturaliter quam ciuiliter. Et naturaliter quidem cum nullum damnũ ex eo patitur, [ꝓbatur inſt. quib. mod. contrah. oblig. vbi Accurſi.] Item naturaliter & ciuiliter, quando eſt factus locupletior. [l. pupillus. ff. de author. tut. & l. 3. ſub pr. ff. commod. Accurſ. & Bar. in cit. l. 1. ff. de nouat.] Ita idem definiendum videtur in vxore, vt ſi quid mutuo commodatóue acceperit, vel in depoſitum, abſque mariti authoritate, obligetur quidem naturaliter & ciuiliter ſi ex hoc locupletior facta ſit. Naturaliter quidem ſi nullum dãnum paſſa ſit. Quo poſteriore caſu licet huiuſmodi naturalis obligatio non ſit potẽs & efficax ad actionem directam producendã ex huiuſmodi contractu aduerſus mulierem, Alio tamen remedio ei, qui cum ea cõtraxerit, ſuccurrit videlicet cõdictione ſine cauſa, vel actione ad exhibendum [in ſimili de pupillo eſt tex. in l. 3. ſub princ. ff. commod.] quod cõfirmari poſſe arbitror ex tex. in l. certi conditio. §. quoniam igitur. ſi cert. pet. Quem quidem Vlpiani locum ſic ad propoſitum diducẽdum duxi. Te viro abſente numeraui vxori tuæ decẽ nomine mutui. Eaque mihi reddi ſum ſtipulatus, Spopondit ipſa notario preſente. Conſtat hic duos eſſe contractus, illum qui re, hũc qui verbis fit. Quanquã poſterior qui verbis factus eſt inutilis ſit ob huius conſuetudinis diſpoſitionẽ, qua vxori nõ licet citra viri auctoritatẽ negotiũ aliquod gerere. Nihilominus ex priore con-

Vxorem et cõtractibus qui re celebrantur obligari ſine viri auctoritate ſicut & pupillus.

tractu q numerationē continet agi poterit in ipsā, & sic numerata pecunia condici.

Pupillū doli capacem ex omni delicto obligari ita & vxorē.

Cum item in delictis constet pupillum pubertati proximū dolique capacem pro furto ac iniuria teneri.[l.pupillū.ff.de reg. iur.& l.impuberem.C. de furt.] & in vniuersum ex quacūque specie delicti.[vt eodem in loco docet Accurs. est & tex. sing. in l.excipiuntur.ff. ad Syllei.] Ita quoque mulierem ex delicto non habita ratione vírne consenserit necne, obligari manifestum est. In cæteris autem actibus omnibus vxorē sine mariti auctoritate aliquid contrahentem agentémve minimè obligari, nec naturaliter nec ciuiliter certum est ex huius consuetud. dispositione. Vsq; adeo vt si rem suam facto ipso alienauerit non adhibito viri cōsensu eius dominium non transfert. eius enim traditio pro nulla habetur. Quod & speciali ratione constitutum est. Nam etsi res distracta ac tradita penes emptorem periret, hoc periculum ad emptorem pertinebit. Quādoquidem qui cum alterius vxore contraxit sine mariti auctoritate, cēsetur id mala fide fecisse. vt & is qui cum pupillo contraxit non vocato tutore. [l. vlt.C. pro empt.] Sicut in simili refert Pont.in cit.l.non omnis.§. pupillus. ff. pro emp. quem eodem loco sequūtur Alex.& Ias.de equo quem mulier citra viri auctoritatē distraxisset qui post quatriduum penes emptorē perierat. Censet enim eum emptoris periculo periisse, quanuis eius dominium nunquam fuisset nactus: sed & imputandum quod non cautius contraxerit, ita vt in mala fide versatus existimetur. Poterit & altera subnecti comparatio de muliere ad filiumfa. quem nec sine patris quoque auctoritate, in cuius potestate est, cōtrahere aut quicquam aliud agere non posse certum est. sicut nec hîc vxor, sine viri consensu. At indubitati iuris est eundem filiumfa. aliquid gerentem re ipsa obligari. Quinetiam patrem teneri ex illius gestione. [l. filiussa. ff. de neg. gest.] vnde ex depositi qui re contrahitur, filiumfa. sine patris consensu. obligari dubium nō est. l.1.§. filiumfa. ff. depos. quo respōso cautū quoque extat eūdem filiumfa. ex dolo circa rem depositam ab eo cōmissō teneri: & sic ex delicto. Quare & idem censeo concludendum in vxore, vt & ipsa ex iisdem causis obligetur sine viri consensu cōtractis & maritus quoque (quemadmodum in patre diximus) teneatur quoad vires peculij ipsius vxoris ac bonorum paraphernalium. [arg. cit.l.si filiussa.de neg. gest.] Iniquum quippe foret si mulier quæ viro absente ac peregre profecto à vicino mutuam pecuniam acceperit (vt crebro apud nos faciunt curialium ac aulicorum nostrorū vxores, dum illi in aula principis degunt) vel aliquid commodato acceperit, aut, finge, in depositum ac custodiam, ad restitutionem non teneri, & ita re sua immerentem vicinum defraudare, in gratiam scilicet ac remunerationem beneficij accepti. Nec sane ita accipienda est hæc nostra consuetudo vt rem tam iniquam suadeat, mulieres scilicet quarum fragilitati succursum voluit cum iactura aliena locupletari, hoc suo beneficio tam insigniter abutentes aduersus naturalem æquitatem. [arg. l. naturaliter. §. vlt. & l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.] In cuius sententiæ nostræ confirmationem adduco responsum in eam rem expressum in l. 2. ff. ad vellei. sub hæc verbā, infirmitas enim mulierum non calliditas auxilium sumit.

Vxorē rem distrahētem dominium non transferre.

Quomodo autem his casibus in quibus obligatur mulier, executio fiat constante matrimonio in bonis vxoris, expressè cautum id extat, ff. de matrimonio. §. 4. vbi nos eam rem luculenter tractabimus.

Rem à muliere sine viri auctoritate distractam emptoris periculo perire

Quæst. An mulier ex hac const. donare prohibeatur sine viri cōsensu.

Cæterum non abs re hic dubitari potest, an mulier quę sine viri consensu contrahere non potest, nec possit eadem donare? Dubitandi rationem præbet manifestam, quod in causa simili ex velleiano senatusconsulto mulieres obligari quidē prohibebātur, at eodem senatusconsulto non censebantur donare prohibitæ, nec ex titulo donationis dominium rei donatæ trāsferre. Eo quod facilius mulier se obliget quā donet. [tex. in l.si ego. sub fi. ff. ad vellei. vbi Accurs. ait genus mulierum longe auarissimum. Est & tex. in l.si à sponso. C. de donat. ant. nup. vbi raro contingere ait iurisconsultus vt mulier donet, & si donet, id esse contra sexus naturam. l. si stipulata. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.] Et ita in casu similis statuti consultum est ab Aret. cō. 54. in causa A. Blasij de Cortona, quòd scilicet vxor prohibita ex statuto, sine cōsensu mariti obligari, non censetur prohibita donare.

Filiumfa. ex quocunque contractu qui regeritur obligari.

Et ex delicto.

Hęc etsi quàm vero proxima sint, mihi tamen cōtraria opinio semper magis placuit, quod ad hanc nostram cōsuetud. pertinet, qua omnes mulierum contractus sine cōsensu viri gesti ac eorundem effectus

Mulierē sine viri auctoritate donare non posse.

omnino irritantur & ipſa prohibitio perſonas reſpicit. At nemo eſt qui neſciat verbo contractus donationem contineri, vt nos ſupra pluribus docuimus.in.§.2.ſuper verb.contrahere.Nec obſtant quæ in contrariam ſententiam adducta ſunt. Quale illud de ſenatuſcon.velleiano. Nam preciſe diſponit l. de obligatione tantum non cæteris contractibus. Ideo non mirum ſi obligationis appellatione non veniat donatio. At hic & perſonæ prohibentur contrahere,& cõtractuum effectus(qui eſt obligatio)irritantur. Quod ad deciſ.Aret. pertinet in cit.con.54.eodem'reſpõſo tolli poteſt. quòd eo ſtatuto de quo Aret. non poteſt vxor nec in iudicio nec extra iudicium obligari. Et ſic de obligatione tantum loquitur. At hæc noſtra conſuet.expreſſe perſonas ipſas prohibet,nedum contractus irritat.

¶Liceat.

HAec verba in caſu ſimilis ſtatuti inhibentis mulieri vel minori contrahere interpretatur Bart. in l. cum lex. in verſ. Sed iuxta premiſſa quæro.ff.de fideiuſ. vt per ea, inhibitio facta huiuſmodi perſonis videatur,ne vendant vel cõtrahant: vſque adeo vt ex ea prohibitione impediatur quominus naturalis obligatio oriatur.[l.1 & 2. C. quæ res vend. non poſ.] Statuere ſiquidem ne huiuſmodi perſonæ contrahant,nihil aliud eſt,quàm eis contrahendi facultatem auferre.Nam verbum licet vel poteſt cui præpoſita eſt negatiua, vt hîc, præciſam neceſsitatem inducit ac potentiam priuat.[gl.in c.1. in verb. non poteſt de reg. iur. in 6.] Quam tractant fuſius Bart. Bal. & Moder.[in l. gallus in pr. de lib.& poſth. Iaſ. in l. 1.C. qui adm. & in l. vlt. in vlt. col. C. de fideiu. & in l. 1. ff. de iniuſt.& irr. fac. teſt.] Negationem quippe, quicquid reperit, deſtruere dicit Paul. caſt. [in l. Iulianus verum debitorem. 4. col. ff. de condict. ind.] qui in hoc adducit gl.fi.ſub fi.in l. hoc. genus.ff. de condit. & demõſt.Ex his inferebat Bart.[in l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſ. & in l.is cui bonis ſub fi.ff.de verb.oblig.] minores vel mulieres qui ſine cõſenſu duorum propinquorum contrahere ſtatuto prohiberentur quicquid contraxiſſent, fore id ipſo iure nullum,nec obligationem quidem naturalem naſci,& id confirmat quoque Bal. [in l.ad exactionẽ.C.de dot.promiſ.] Quinetiam idem Bart. multis ductus rationibus concluſit, huiuſmodi cõtractus ab vxore ſine mariti conſenſu geſtos contra edicti formam, nullos omnino ac ne iuramẽto quidem confirmari. Quam ſentẽtiam præter eum confirmari poſſe arbitror ex l. ſi mulier.§.1.ff.quod met. cauſ. quem tex. citat Accurſ.in l.hoc genus.ff. de condit. & demonſt. vbi quod contra edictum geſtum eſt, id pro cauto non eſt habendum, ſicut nec id quod contra legem factum erit. [l. nõ dubium.C.de leg.] Idem & in eo quod contra conſuetudinem fit.[ſing.tex.in l.ſi emptione. §. omnium. ff. de contra. empt. ibi. Vel mores ciuitatis commercio exuerunt nulla eſt venditio.]

Contracta contra ſtatuta geſtos iuramẽto minime confirmari.

Verum non me prẽterit aduerſus hanc Bart.ſententiam, communem interp. canoniſtarum ſcholam inſurgere, cum hoc ſua vulgari religione, iuramentum quod ſine animæ diſpẽdio ſeruari poteſt nõ eſſe infringendum.[c. ſi vero aliquis. de iure. extra.] Sed huius litis,quæ adhuc ſub iudice eſt,dirimendæ authorem non me præſtabo. Longiorem enim orationem quam ſcholia noſtra patiantur,deſiderat. Vt tamen ſemel proferam quid ſuper ea re ſentiam,contenderim ego Bart.op.veriſsimã eſſe,vt contractus inualidi,prohibente ſtatuto ne mulier ſine viri auctoritate cõtrahat,non poſsint iuramẽto firmari. Idque hac vnica motus ratione, quod videmus nedum huiuſmodi contractus ex cõſuetudine noſtra omnino irritos,ſed & prohibitas quoque ipſas perſonas, ne quid contrahant. Quo caſu indubitatum eſt nil profi cerere iuramentum.[iuxta l.non dubium. de leg.& cõfirmat Bal.aduerſus canoniſ.]

Porrò hinc octo quam valde notatu digna ex hac(vt ita loquar)nullitate contractuum à mulieribus citra viri conſenſum, geſtorum,licet etiam interceſſerit iuramẽtum infero. Horum primum eſt, dominiũ rerum ex his cõtractibus alienatarum minime trãsferri.[l.1.ne lic.habit.metropol. lib.12.ſub. hæc verba. Per qualemcunque contractum ſuarum terrarum dominium poſſeſsionemque transferre, in quam rem extat & deciſ.Pont.in l.non omnes.§. pupillus.ff.ſi cert. pet. quã ſupra retulimus.]

Ex cõtractu vxoris ſine viri auctoritate geſto dominium nõ transferri. Nec poſſeſſionem.

Alterum eſt,nec ex huiuſmodi contractibus nedum dominium, ſed ne poſſeſsionem quidem transferri.[vt expreſſe traditur in cit. l.1. ne lic. habit. met. vbi Penna & Plat.] Cui ſimilis eſt reg. quam tradit Ang.[in l.is cui bonis.in 2. not.ff. de verb. oblig. quem eo loco ſequitur Paul. Caſt.]

inquiens eum qui cum alio contrahendo obligare ſe non poteſt, nec rem quoque tradendo eundem poſſeſsionem amittere. Quam regulam docet trahi debere ad ſtatuta quibus certæ perſonæ cõtrahere prohibentur. Et quam Ang traditionem (licet à Pont.nõ probetur in l.1.§.ſi vir vxori.ff. de acq. poſſeſ.) veram eſſe contenderim ſecũdum declarationem Alex.& poſt eum modernorum. Nam & eodem loco Bart.ſcite tradidit ex inutili contractu vt à pupillo vel eccleſia geſto, poſſeſsionem non amitti.[vt ſunt tex. prope infiniti in l.pupillus.ff.de acq.rer.domi.in l.iubemus ſub fi.C. de ſacroſ. eccleſ. Qui in eam rem ſunt expreſsi preſuppoſita comparatione inter vxorem & pupillum.]

Tertium eſt,huiuſmodi contractus ſine viri auctoritate à muliere geſtos titulum ad præſcribendum non præſtare, vt docet Accurſ. & Bal. in l. vbi lex. ff. de vſucap. poſt Az. in ſumma. C. de vſucap. ℘ empt. Illoque in loco tradidit Bart. vſucapionem prohiberi vbicunque à lege prohibetur alienatio. Quæ concl.ob ſtatuta noſtra perpetuo menti tenenda eſt, confirmatúrque tex.aperto, in cap. imperialem.§. 1. de prohib.feud.alien. per Feder.ſub hæc verba. In irritum deducimus nullius temporis præſcriptione impediẽte. Cuius rationem eo loco reddit Accurſ. ex vulg. illa reg. Quod à principio non valuit ex poſt facto confirmari non poteſt l.vlt.§.pen.ibi vt nec vſucapio nec longi temporis præſcriptio procedat.C.comm.de legat.

Nec preſcribẽdi cauſam præſtari.

Quartum. Quemadmodum vſucapio ex his contractibus non procedit, ita nec fructus quoque emptori acquirẽtur, cum ſecundum Bal.& Accurſ.[in l.2.C. ſi quis igno.rem.mino.]& fructuũ lucrum, & vſucapio ab eadem cauſa & ab eadem potentia producãtur. Quam rem tamen intellige iuxta ea quæ ab eodem Bal. Alex. & moder.traduntur in l.1.§.ſi vir vxori.ff. de acquir.poſſeſ.

Nec fructuũ lucrum.

Quintum,ex eodem contractu non datur emptori regreſſus euictionis, etiam ſi nominatim de euictione idem fuerit ſtipulatus.[gl.multum celebris in c.imperialem de prohib.feud.alien. per Feder.]Et ratio ſecundum Bal.ea eſt,quia contractus is eſt contra legem: at euictio, & ſtipulatio acceſſorie veniunt ad contractum. Quo fit vt ſi principale non ſubſiſtat, nec valebit quoq; ſtipulatio,quæ acceſſoria eſt.[l.non dubium. C. de leg. l. à diuo. Pio. ff. de rit. nupt. tex. eſt in l. non quemadmodum.ff. de agric. & cenſ. lib. 11. C.] Nec eſt quod obiicias, l. ſi fundus. C. de euict. quia illic contractus non eſt cõtra legem factus. At hic ſecus eſt, vt liquido conſtat. vnde nec precium repetit emptor, nec retinet venditor ſed fiſco applicatur:quandoquidem fiſcus dici ſolet ſucceſſor eorum quæ perperam ac iniuſtè quæſita ſunt. [l. Lucius. ff.de iur.fiſ.ſecundum cit. gl.in d.c. Imperialem.]Cui tamen ſentẽtiæ (quod ad hũc locum pertinet)non indiſtincte ſubſcribere velim,Sed vbi caſus is occurret, recurrẽ dum cenſeo ad ea quæ in eam rem tradidit Bart.in l.cum lex.ff.de fideiuſ.& Fab.in §. vlt.inſt.de empt.vt ſcilicet pro re nata aliquando competat preçij repetitio,aliquãdo eius quod intereſt perſecutio. Pretium autem nequaquam ex ſimili contractu ab vxore citra viri auctoritatem geſto, fiſco applicatur, cum rei ipſius quam illa alienat non ſit prohibitum commercium, ſed alienatio tantum,ipſius fauore, vt in fundo dotali obſeruatum eſt ex lege iulia.[vt inſt.quib.alien.licet vel nõ.ſub princ.]Vnde fit vt ſi ipſa cõtra legem hãc, rem ſuam diſtrahat,non habeat emptor contra ipſã regreſsũ de euictione nedũ pro re ipſa, ſed ne ad recuperãdum quidem pretium: Excepto hoc vno caſu ſi illud in rem ſuã verſum fuerit.[vt conſtat ex his quæ tradit Bart.in cit.l.cũ lex.Et Cy.Bal.& alij poſt Accurſ.in l.ſi prędiũ.C.de iur. dot. & in l. cum vir.ff.de vſucap.Fab. in §.vlt. inſt. de empt.& in tit.quib. alien. non lic. inſt. faciunt quoque in arg. quæ not. in l. ſi prędium.C.de pręd.mino.]

Mulierem contra hanc conſuet. diſtrahentem non teneri emptori de euictione.

Rea à muliere vendita euicta, non tenetur illa pretium reſtituere, niſi in rem ſuam verſum eſſe oſtendatur.

Sextum,ex his contractibus ius, quod vendam appellant, ſeu laudimias & renouationes,non deberi quæ hodie ex vſu ac cõſuetudine gallorum exigũtur,cum res feudales vel cenſuales diſtrahuntur. vt in tit. de obuent. feudal. & in tit. de cenſ. & obuent.cenſual.textus apertus l.2 verſ.& qui octauam vel aliquid vectigalis cauſa ſuſceperit.C.de eunuch.& Põt.con.78.licet communi iure. Quem tex. ibidem. in eam rem expendunt Bal.& Saly.]Cũ itaque conſuetudinibus noſtris cautum extat vt laudimię & gabellæ perſoluantur, ita accipiendum eſt vt intelligatur ex contractibus validis.Cõtractus ſiquidem qui inualidus ac nullus eſt,contractus non cenſetur.[Pont.in cit.conſ.qui in hanc rẽ adducit l.2.ſub fi.ff.quemad.teſt.aperi.l.4.§: condemnatum.ff.de re iud.& l. non puta-

Ius laudimiarũ ex his cõtractibus non deberi.

Contractus inualidus contractus non dicitur.

uit. §. non quæris. ff. de bo. pos. cont. tab. facit expressa in eam rem decis. Bart. in l. vnum ex familia. sub fi. princ. ff. de leg. 2.] Sed de his pluribus agemus in §. 4. in verb. vendere. de obuent. feudal.

Fundus Emphyteuticus à muliere alienatus non cõmittitur.

[Septimum. Ex huiusmodi contractu nullo, nullum quoque sequitur commissum seu pœna caducitatis, vt nominatim decidit Bal. in l. 2. C. de epis. audient.] inquiens, si mulier per consuetudinem contrahere prohibita sine consanguineorum consensu (vt apud longobardos obseruatur) res suas emphiteuticas distraxerit, nõ propterea iure suo emphiteutico cadit licet alias regulariter per alienationem res emphiteuticæ committi dicantur. [iuxta l. 3. C. de iur. emphiteut.] Quandoquidem venditionis verbum absolutè prolatum venditionem quæ nulla est, non comprehendit. [d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.] Actionem reuocatoriã frustra ad hos actus infringẽdos ad luberi.

Octauum, ad infringendum hos contractus à muliere gestos, nõ est opus actione reuocatoria. Cum frustra ea reuocemus quæ nulla sunt [ff. de iniu. & irr. fac. test. l. non etsi sub cõditione vers. post defectum. & ff. de capi. diminut. l. 2. sub fi. Põta. expressè con. 171. pro decisione consultationis. & Accurs. quoq; & Saly. idem cẽsuere, in l. si ab eo. C. de lib. caus. in 3. fol.] Hos contractus non cõualescere etsi mulier in viri potestate esse desierit.

Postremum, sciendum est huiusmodi contractus minime cõualescere, etsi postmodũ sui iuris effecta sit, vt quia mariti morte matrimonium dissolutum sit. [probatur ex l. si seruo. ff. qui & quib. & ex reg. non firmat. de reg. iur. in 6.] & tradit Dy. eam heredis institutionem quæ à principio nulla fuisset, ob personę testantis defectum, vt pote quia adhuc impubes esset, non cõualescere licet adoleuerit testator: vel si dum filiussa. esset, postea in patris potestate esse desierit. [l. eius in princ. & l. filiussa. ff. de testam. & l. 1. §. 1. de leg. 3. Faciunt & quæ tradũtur à Bart. in l. cum vir. ff. de vsucap.] Memini tamẽ Chassaneum Burgun. consuetudinem interpretem, aliquando enixum contrariam sententiam suadere, in §. 1. in. 18. limitat. In quam rem eos quos supra retulimus authores allegat sed imprudenter lapsus est. Nam Bart. eo in loco de exule contrahente agens, non præsupponit quidem (quod ille putauit) nullitatem contractus sed tantum remoto obstaculo quod contractus executionem impediebat, ipso facto sine alio adminiculo reconualescere. Idem decidit Abb. de collatore qui manus (quod dicitur) habebat ligatas intra mẽsem, quò transacto mense conualescat collatio. Secus si intra tempus deuolutum contra statutum contulerit sacerdotiũ inferioris, nempe quod etiam postmodum ad collatorem superuenerit ius deuolutionis, non tamen conualescit collatio ante aperturam deuolutionis, vt eo loco plenius Abb.

¶Extra quam.

EXtraquam, nisi, præter, præter quam dictiones exceptiuę sunt de quarum significatione multa cumulauere Bart. & Alber. & cæteri ferè omnes l. si eum §. quĩ iniuriarum. ff. Si quis cautionib. & in l. actione. C. de transact. & idem Alb. in suo diction. in ver. præter. & in verb. nisi post. & Archid. in c. ebron. 13. q. 2. Et Oldr. de Ponte in con. 49. cõsueuit dubitari. Lud. Pont. con. 328. prẽsens consultatio.

Naturam dictionum exceptiuarum esse ad contrarium inducere nõ ampliare.

Ex infinita propè traditionum in eam rẽm congerię pauca quam breuissime potero, colligam, quæ ad harum dictionum exceptiuarũ significationem pertinebũt.

Igitur ante omnia sciendum earũ hanc esse vim, ac potestatem, vt actum regulę contrarium inducant in casu excepto. [l. nam quod liquide. §. si cui. ff. de pen. leg. ii. penus omnis legata fuerit præter vinum, omnis penus penitus ad legatarium pertinebit, excepto vino.] Non autem è natura earum est ampliare. [l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. vbi in legato quo vsus fructus domus relictus est & omnium rerum qui ibi sunt excepto argento, per hãc legati exceptionem non augetur legatum adhoc, vt merces & panni venales, qui in domo sunt comprehendantur.]

Notandum & illud est quod tradunt Bart. Bal. & expressi. Aret. in l. actione C. de transact.] dictiones exceptiuas posse in triplici consideratione accipi. Nam aut actũ respiciunt, aut potentiam, aut terminos, (quos vocant illi prędicatum & subiectũ. Si actum, tunc distinguendum est ita, vt si oratio sit negatiua, dictio exceptiua quæ subiicitur, affirmat actum prius negatum: vt si ita proferatur, nullus hominum currit præter Platonem. dictio exceptiua supponit Platonem currere. Et si è conuerso dicat quis omnes homines currere præter Platonem supponit Platonẽ non currere.

Si potentiam respiciat & ea quidem affirmatiuè pronuntietur siue negatiue, affirmat seu negat potentiam quam ponit

vel negat præcedens oratio, non autem actũ. Vt ſi verbi gratia quis dicat in ludis olimpicis nullus currere poterat, prꝛterquã Hercules. Tunc illa dictio exceptiua negat tantũ potentiam, nõ actum. vt probatur ex l. Titia. §. vlt. ff. de mãumiſ. teſtam. vbi ita cauerat teſtator, ne liber eſto, niſi rationes prius reddideris. Ea enim prima oratio negatiua non negat actum, ſed principaliter potentiam. Quaſi dixiſſet teſtator, non poſsit is eſſe liber niſi rationem reddiderit. Quæ verba ita accipi neceſſario ſuadet indubitata ratio. Nam ſi ea ad actum referas otioſa erunt, nec quicquam operantur. Quia ſeruo libertas quam ipſe non habet adimi non poteſt [l. decem de verb. obligat.] Et hoc facit ad quæſt. quam mouet Bart. [in cit. §. qui iniuriarũ.] de eo qui mihi ſtipulanti ſpoſpõdit ſuas ędes nemini venditurum prꝛterquam mihi: vt ex hac promiſsione nõ teneatur preciſè ſuas ille ædes mihi vendere, ea ratione, quod illa dictio exceptiua actũ non ponit, quod ſcilicet mihi vendere promiſit, ſed potentiam, quod ſcilicet vendere non poſsit niſi mihi. In quam ſententiam ab omnibus ferè itum eſt [in cit. §. qui iniuriarũ. & in cit. l. actione. Ang. & Immo. in l. qui Romę. §. hęredes. ff. de verb. obligat.] Quod ſi addãtur eæ exceptiuę dictiones ad terminos orationis, hoc caſu conſtituitur deriuatiua inter has duas dictiones prꝛeter & niſi. Nã quod ad dictionem præter, ea adhibenda eſt diſtinctio vt ſi oratio præcedens complectatur id quod ſpecificat illa dictio præter, tũc ſi illa affirmatiua fuerit, dictio (prꝛeter) negatiue ac priuatiue accipiẽda eſt: & hoc ſiue ꝓferatur à lege, ſiue à teſtatore, ſiue in cõtractu. de primo, caſus eſt in l. ſi tutor. reipub. §. vlt. ff. de tut. & rat. diſtrahẽd. ibi cæteræ actiones præter tutelam aduerſus tutorem competunt. Nam tutelę agi non poteſt, niſi finita tutela. [l. niſi. eodem tit.] de ſecundo, quando à teſtatore profertur, caſus eſt eam rem expreſſus in l. nam quod liqu. §. ſi cui. ff. de pen. leg. Quod ad tertium pertinet, eſt regula qua dicitur valere argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, præſertim vbi eadem ſubeſt ratio. Idem quoque in ſententiis. Cæterũ ſi præcedens oratio negatiua ſit, tũc dictio, præter ponit ac includit. vt eſt tex. in c. adiicimus. 16. q. 1. & c. tranſferunt 24. q. 3. At è conuerſo quando oratio præcedens id quod dictio (prꝛeter) exprimit non complectitur, vel (vt clarius dicam) quãdo ſpecies quam regit dictio (præter) ſub præcedenti genere non continetur, tunc aliam ſibi aſſumit naturam quam expoſcat germana ſua ſignificatio: vt ſcilicet implicatiue ponatur pro vltra, vel ſupra, & ſic auget ac includit. vt ſi teſtator legauerit omnem ſuam ſuppellectilem præter fundum tuſculanum, quia fundus ille nomine ſupellectilis non venit, cenſebitur legatus vna cum ſupellectile ipſa, ne quid otioſe poſitum videatur. Nam verba debent aliquid, vt dicitur, operari. [iuxta l. ſi ſtipulatus. de vſur. ff. & l. ſi quando de leg. 2.] Et hæc indiſtinctè ſe habent, ſiue proferantur à teſtatore. [vt in l. quicunque vbi Aret. in 2. notab. & de ſeru. fug. l. plenum. §. præter. ff. de vſ. & habit. & in l. 1. ſub fi. vbi Bart. ff. de pig.] ſiue in contractu [vt in cit. l. 1. de pig. act. vbi Accurſ.] Quam ſententiam ſequitur Pe. [in l. veteribus. de pact.] Sed eam non admittit Alber in ſuo dict. in verb. prꝛeter in contractibus, vt in donatione cenſuit quoque Accurſ. [in cit. l. 1. de pig. act. Cum donare ſit perdere. [l. filiuſſa. ff. de donat.] at neminẽ ſuum iactare præſumitur. [l. cum de indebito. ff. de probat.] Quorum tamen opinio non ſatis probatur. Nam certum eſt dictionẽ præter idem ſignificare quod vltra. [l. 1. C. de epiſ. & cler.] Quod ad cæteros contractus pertinet putarim ego cum Alber. habendam eſſe rationem valoris rei ac pretij, vt diſtinxit quoq; Dy. & Bart. in ſimili in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. ſuper dictione vſque, vt vſque ad illam domum, ſeu vſque ad illam arborem. & cæteri quoque ſcribentes in re ſimili in l. vtrum. §. quæſitum. ff. de reb. dub. & l. qui ſolidum. §. 1. de leg. 2. Ex quorum traditionibus licet colligere in quæſtione propoſita an dictio (præter) veniat incluſiue vel excluſiue, in venditionibus, metiendam eſſe rem quæ venit cum pretio, ex reg. quã tradit Bart. poſt Accurſ. in l. ſemper in ſtipulationem. ff. de reb. dub. Alex. con. 15. Cõſider. verbis lib. 4. & Aret. con. 6. viſo inſtrumento diuiſionis. Sicut dicimus pretij quantitate facile diſtingui emptionem à locatione. [l. 1. §. 1. de ſuperfic. & quod in ſimili refert Ang. in l. quicquid aſtringendæ de verb. obligat. de figulo qui vaſa omnia vendidit an ſi quæ habeat argẽtea & illa cõprehendãtur. Quã rem diſcernit precij quãtitas.]

Dictionem præter aliquando augere ac includere.

Quicquid autem hactenus de huius dictionis (præter) extenſione dictum eſt, limitandum eſt in rebus odioſis, in quibus

hoc pro regula firmandum eſt, dictionem (præter) perpetuo ſtare excluſiue: quale eſt in ſtatutis, quibus inhibentur vſuræ præter duos denarios pro libra. [vt eſt gl. in cl. 1. in ver. facere de vſur.] Idem & in diſpenſatione quæ fit contra ius commune, vt ſi cum aliquo diſpenſatum fuerit vt ei liceat ſacerdotum hoc ſibi habere, vna cum his quæ iam obtinuerat ſeu præter ea quæ obtinebat, non videtur de pluribus ſacerdotiis diſpẽſatum. [vt docet Archid. in cit. c. ebron. 13. quæ 2. Bart. & cæteri. in cit. §. qui iniuriarum.] Nam ſi incluſiue acciperetur reſultaret fauor in eam rẽ, nempe ſacerdotiorum pluralitatem, quam iura odio habent. vt docet Pont. [in cit. con. 328. vbi plures alios huius dictionis ſignificatus cumulat.]

De altera exceptiua (Niſi) pluribus agit Bart. [in d. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. in l. actione. de tranſact. & in l. 1. §. verſ. Tertio quęro. de condit. & demonſtra. Dy. in reg. peccatum. de reg. iur. in 6. Et elegãter Bal. in c. cum acceſsiſſent. col. 3. ex. conſtitut.] In cuius explicatione repetenda eſt ea diſtinctio proxime à nobis tradita, in interpretatione dictionis (præter) vt ſi ſcilicet actũ reſpiciat ſuo proprio ac naturali fungitur officio, quod eſt auerſari omnino præcedenti orationi, vt ſiquidem orationi negatiuæ ſubiiciatur, affirmet, ſin affirmatiuæ, econuerſo neget. [vtrunque ſatis conſtat ex cit. l. actione. faciunt quæ notat Bal. in l. athletæ. §. dat remiſsionẽ. ſub fi. de excuſat. tut. Sinautem potentiam reſpiciat, ponere vel negare potentiam intelligitur, & nõ actum. Quod propoſitis his duobus exemplis facilius cõſtabit. Finge me tibi ſtipulanti ſpoſpondiſſe fundum meum alij non venditurum niſi tibi. Hæc dictio, niſi, actum non ponit vt ſcilicet tenear tibi vendere, ſed potentiam tantum vt non poſsim alij vendere niſi tibi. verum quidem id eſt ſi alij vendidero, tibi obligari ad præſtandum id quod tua interfuit rem à me non tibi venditam fuiſſe. [l. ſi ſterilis. §. pen. ff. & act. emp.] Et hæc fuit primum Bart. ſententia quam omnes vno fere conſenſu ſunt ſequuti in locis ſupra citatis. & Ang. ac Immo. in l. qui Romæ. §. coheredes. de verb. obligat. eo præſertim caſu vbi concepta eſſet obligatio per verbum obligatorium, quale eſt tenearis. vel res iã vænalis eſſet. Qui enim rem venditioni expoſuit, cogeretur quidem illam mihi iuſto precio vendere. nec iam locus illi eſt pœnitentiæ. [Accur. in l. non enim. ff. de rer. amot.] licet in contrarium itum ſit à Decy. & Alb. [in l. 1. C. de epiſc. audient. Alterum exẽplum eſt huiuſmodi. Si mulieri cuidam promiſero me nõ aliam in vxorem ducturam, niſi ipſam: Ex hac promiſsione non aſtringor preciſe illam in vxorem ducere, nec his verbis inducuntur ſponſalia vt vocãt de præſenti. Intelliguntur enim ſecundum potentiã ſeu diſpoſitionem & habitum: vt ſcilicet ea verba hunc habeant ſenſum. Ego huius ſum ſententiæ ac propoſiti, vt ſi vxorem aliquando ducam, non ſum aliam ducturus, præter te. ita refert And. Butrig. in c. ex parte extra. de ſpoſil. Quo loco Card. & Abb. contrarium ſententiam tenuere, poſt Ioh. And. in addit. ad ſpecul. exiſtimaueruntq; his verbis contrahi omnino matrimonium. Quorum ego ſentẽtiam probauerim ſi illa verba interueniſſent, nõ ita ex quadam animi leuitate aut iocoſo propoſito extra vllũ matrimonij tractatũ. Secus vbi ſerio de matrimonio tractaretur in præſentia parẽtum & conſanguineorũ vtriuſque, coram quibus vir animo matrimonium contrahendi hanc feciſſet mulieri ſponſionẽ. & ita not. Spec. in tit. de ſponſal. ſub princ. quẽ ſequitur Iaſ. in cit. §. qui iniuriarũ. Et Dy. in d. l. actione. Cuius rei argumẽto memini à me iudicio defenſum quemdam nobilem, quem honoris cauſa non nomino, qui à puella quadam in ius vocatus, quod diceret ſe in vxorem ab eo acceptam ſub hæc verba: Promitto me nõ aliam vnquam in vxorem habiturum niſi te. Sed ipſa ſuis iniuſtis & captioſis votis me pro adoleſcente agente cecidit: docebã enim in ea cauſa nulla niſi laſciuè dicta ac impetu quodam libidinis emiſſa, nec animum cõtrahẽdi matrimonij ad fuiſſe. Nã non niſi quodam leui calore potiũdi puella verba prolata erant. & ea quidem quæ matrimoniũ non inducerent, quòd fierẽt extra tractatum. Quæ res ſanè magnã rationem habet. Nã & videmus in dies nobiles multos adoleſcentes, captioſis matrũ quarumdam adoleſcentularum dolis decipi, quæ quo in ſuos inducant laqueos, teſtes clandeſtinè ſupponunt qui adoleſcentis incauti verba excipiãt, qui dum vritur inſano amore, nec ſpes eſt vlla reliqua leuandi doloris quem adfert amor, emittit imprudens, quo puella adamata potiatur. Ita miſelli quam infeliciter cruciãtur, vbi ſuæ ſponſionis quam nedum vix parieti-

Hæc ſpõſio non aliã ducam in vxorem niſi te matrimoniũ nõ inducit.

bus ipſas innotuiſſe credebāt, à magno teſtium numero conuictos ſe tandem norūt. Sed vt ad rem redeam, res quidem aliter ſe haberet, ſi adoleſcēs ille cuius deffenſionem ſubieram, hæc emiſiſſet verba vt puella illa ſuo libello cōminiſcebatur, Nō volo aliam vxorem niſi te. Ea enim verba expreſſam continent promittentis voluntatem in eſſe (quod dicitur) & in actu, & non in ſola diſpoſitione aliquando volendi. ſecundum Butrig. in cit. c. ex parte.

Quod ad tertium pertinet vbi ſcilicet hęc dictio exceptiua, niſi, apponitur circa terminos: Siquidem illa ſubiiciatur alicui termino ſub prima oratione non contento: tunc aliam omnino accipit ſignificationem à propria natura. Quam rem, quia ſatis obſcura ex ſe eſt, ita diſtinguendam rectè puto. Aut enim in lege, aut in vltimis voluntatibus, aut in contractibus, aut in ſententiis & cæteris actibus iudicialibus, aut in ſtatutis & conſuetudinibus apponitur. Primo caſu quando apponitur à lege, tunc non ponit nec excipit. [ſecundū Bar. in locis ſupra citatis licet diſſētiat Dy. in reg. peccatum. de reg. iur. in 6.] vt cū lex dicit, non remittitur peccatū niſi reſtituatur ablatum: dictio, niſi, non ponit quòd reſtituto ablato peccatum remittatur & inultum remaneat, ſed quòd diſpoſitio illa quæ remiſsionem impediebat, euaneſcat, vt peccàtum remitti poſsit. Cuius rei ratio ea eſt, quòd ſi ea dictio niſi poneret vbi à lege profertur, lex quidem omnino inepta ac manca foret. Et ita innuere videtur. Accurſ. in gloſ. l. diuus. ff. de petit. hęred. Altero caſu quando ſcilicet in teſtamentis vſurpatur dictio, niſi, ſciendum eſt eam in cauſa eſſe vt tota teſtantis diſpoſitio conditionalis reddatur, ſtetque ſuſpenſa ac dubia, donec conditionis euentu confirmetur. [vt tradit Accurſ. in l. 2. ff. de in diem addict. & Bart. in l. 1. de condit. & demōſt. tex. eſt in l. quibus diebus. §. quidam Titio. eo tit. & l. ſi legatum pure. de adimend. leg. & l. fideicommiſſa. §. quāquam de leg. 2.] Tertio quando apponitur in contractibus, eam putauerunt eo caſu adhibendam eſſe diſtinctionem Accurſ. & Bart. vt ſi præcedens diſpoſitio ſub verba preſentis temporis concepta ſit, vel etiam pręteriti, ea pura quidem remaneat, quæ tamen in conditionis euentum reſoluēda ſit. Vt ſi, finge, tibi ea conditione fundum vendam, niſi alius intra mēſem meliorem offerat conditionem: Tunc quia emptio verbis preſentis temporis contracta eſt pura intelligitur, ac ſtatim perfecta, licet exiſtente conditione vt alius poſtmodum intra ſtatutum tempus pinguiorem adferat cōditionem, reſoluatur, reſque pro inempta ſit. [l. 1. §. ſi in diem. ff. pro emp. & l. 2. ff. & in di. addict.] Cęterum ſi contractus geſtus ſit per verba futuri temporis, tunc cō tractus non purus, ſed conditionalis omnino intelligitur, vt puta ſi ſub hanc verborum formā conceptus proponatur emptionis contractus. Ille fundus meus tibi emptus erit, niſi intra diem certum alius meliorem obtulerit precij cōditionē [probatur ex l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de act. & oblig.] Qua in re non puto rectè admittendam eorum ſententiam, qui exiſtimant diſtinguendum eſſe, An dictio (niſi) pręcedat, ſubſequatione, [vt Bart. poſt Dy. in cit. §. qui iniuriarū.] Ordo quip pe ſcripturæ vix aut nunquam in iure, noſtro attenditur. [l. neque enim ordo. ff. de ſolut.] Et hanc quam ſequimur opinionē aliquando probauit Bart. parum ea in re ſibi conſtans. [in cit. l. actione. & in l. 1. de condit. & demonſtrat. vbi cæteri ferè interp. & Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicommi.] Quarto, quando dictio niſi, apponitur in ſententiis & actis iudicialibus, qualiter præſertim contingit in commiſsionibus executiuis & ſaiſinis feudalibus, cenſualibus & reditualibus, Item in excōmunicationibus niſi cauſam &c. hac in re ferè concludunt doct. omnes, maximè Canon. [in c. pręterea requiſiſti: de appellat.] his caſibus conditionem ſignificare, quemadmodum & in vltimis voluntatibus: quia ſententia perinde atque vltima voluntas, ex vno tantum dependet arbitrio. ac tunc ſententiā & vltima voluntas æquiparantur. [l. non eſt mirum: de pignor. act. & not. Bart. in l. centeſimis. §. penult. in vlt. col. de verb. oblig. itaque ea in ſententiis appoſita iudicatum ſuſpendit, [vt aperte docuit. Imm. in cit. l. 1. de cōdit. & demōſt. Aret. in l. impoſsibilis. ff. de verbo. obligat. ſub fi. 1. col.]

Ordinē ſcripturæ nō attendi.

Porro vbi vſurpatur dictio, niſi, in actibus aliis, ab his quos ſupra retulimus. quàm ſignificatum habeat ex actuum diuerſitate dignoſcitur. Vt ſi in literis excōmunicatoriis apponatur ſub hęc verba, niſi infra mēſem ſoluerit is excommunicatus ſit, quę res dubitatione non caret, quā mouet Accurſ. in l. obligationum ferè. §. conditio. de act. & oblig. & Canon. in cit. c.

prętereа requiſiſti.de appella. Quibus in locis tandem concludunt omnes, eam dictionem,niſi,hoc caſu eam vim habere, vt excommunicationem vt dicunt retro cõditionalẽ efficiat, eumque habeat ſenſum perinde ac ſi dicatur.Si non ſoluerit, eum excommunicauimus. quòd conditionem manifeſtam habet, qua excommunicatio ipſa differtur in tempus in ea pręſcriptum, intra quod ſi ſolutũ eſt,nullas vires habet excommunicatio:ſin ſolutum non fuerit, fingitur à die emiſſæ excommunicationis vires habuiſſe. Hactenus igitur de varia huius vocis,niſi, ſignificatione. Quibus addere potes dictionẽ, ſaluo, apud Barbaros eandem ferè obtinuiſſe ſignificationẽ atque dict.(niſi)vt ſcilicet reſtringat, temperet,ac (quod aiunt) modificet præcedẽtem orationem.[in id ſolent allegare locũ illum Accur.in l. item labeo. §. 1. ff. famil. herciſ.in verb.pur. vbi Bal. & in l. ſi debitor.§.1.ff.quib.mod.pig.vel hyp.tac.Ang. in con.26.pro deciſione.ſub fi. & con. 42. prout patet.col.pen.& latius conſ.289.cir cumſcripta:col.3.eſt.& tex.in c.preſentata extra.de teſt.& in c.raynaldus.extra.de teſtam.in ver.ſaluo.tex.in tit. de pac. cõſtan. §. amplius. in ver.ſaluo, vbi etiam Bal. & idem in l.terminato.in vlt.col.C.de fructu. & lit.expenſ.] Sed & per hanc dictionem proteſtantis animum declarãt, & quæ fuerit illius voluntas in reſeruãdis iis, quę illi dictioni ſubiiciuntur, [l.3.§. pen.de lib. agnoſ.& l.penul.ff.de aq. quot. & æſt.] Nã Iaſ.eam proteſtationis cõſeruatorium appellauit[in l.nõ ſolum.§.morte. ff. de nou. oper.nuntiat.ſub.fi.tex.eſt in c.cum lõge. 63.diſt.ibi ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque prouincię] Docet item Bal. [in l.3.de edic. d.Adr.toll.in 4.q.]hanc dictionem, ſaluo, conditionis vim omnino habere. Quare ſi ita concipiatur in bonorum poſſeſsionem miſsio,ſaluo iure poſsidẽtis,ita eſt accipiẽdã,vt locum non habeat ſi alius legitime poſſediſſe rem deprehẽdatur, in quam fit miſsio. Ita cenſuit Accurſ.in l.illę à quo.§. 1.ff.ad Trebell.quo loco docet ſi iudex ad vlteriora procedit, reſeruatis exceptionibus quæ altiorem requirebãt indaginem, iſta exceptionum reſeruatio,eã habet vim, vt.ſi poſtmodũ appareat exceptiones eſſe veras & iuridicas,quicquid factum eſt pro nõ facto haberi.[per d.l.ille à quo.& l.prętor.ſub princ. & l.qui vias. §.1.ff. de dam. infec.] Sciendum eſt tamen quamuis hæc dictio,ſaluo, exceptiua ſit, ſicut & dictio niſi & pręter,nihil tñ ponere, nec quicquã de nouo pręcedenti orationi addere, vt ſupra oſtendi.ſed tantum in cauſa eſſe vt cõſeruetur ius,quod proteſtans habebat tempore reſeruationis.ita Ang.in l. oẽs. C.de pręſcript.trig. vel quad.ann. Vnde infert ex huiuſmodi reſeruatione,non quæri ius de nouo ſed tantum antiquum conſeruari [citat. l. ſcripturus. C. qui pot. in pign. hab.& auth.quas actiones.ſub fi. C. de ſacroſ.eccl.eſt ſing.tex.à nullo adhuc, quem viderim,in eam rem adductus,in l.ſi in vẽditione ſub fi.ff.comm.pred.Alex.con.28 viſis & accuratè ponde.vol.1.]

Dictio Saluo.

¶ Quæ ad inſtitoriam negotiationem.

VT ſenſum huius cõſuetudinis clarius peſpicias noſſe oportet quid inter ſit inter negotiatores,artifices, & officiales, quarum vocum differentias tradunt Accurſ.& Bart.[in l. legatis. ff. de leg. 3. & in rub.de nauicul.lib.11.C.] Negotiatores ij ſunt quos vulgo mercatores appellamus, id eſt qui quęſtuariam negotiationem exercent, ſeu qui negotiationis exercendę quæſtuſq; inde faciẽdi cauſa merces emũt vt ſubinde vendant forma interim rerum minimè mutata. Artifices autem ij intelliguntur eſſe qui res emunt vt ſubinde diſtrahant forma quidem immutata. vulgo artiſani appellãtur. Cuiuſmodi ſunt ij qui ferrum comparant vt enſes,galeas & ſimilia cudant:qui ligna, vt ſuppellectilem ligneam conficiant, vt ſunt fabri lignarij. Qua appellatione veniunt ij omnes operarij, vt vocant,mechanici,qui ſuas operas aliis in dies locant.[hanc differentiam tradit Pont.in l.ſi publicanus.§.1 ff.de public. & nominatim Bart.in tract.de teſt. verſ.35 mercatorem.vbi docet eum qui mercator ſit non eſſe artificem.Nec item mercatorẽ ex euentu appellari,vt qui vrgente neceſſitate ac rei familiaris anguſtia domũ mercatur ac diſtrahit, ſed qui perpetuo huic mercãdi arti ſe addixerit, exercetque. Nã & idem Bart.in rub.de nauic.eos candelarios rectè appellari docet & qui candelas conficiunt & qui vẽdunt. Prætereа & eos quoque qui nec cõficiunt,nec vẽdunt, ſed ea in re magnã fortunarum ſuarum partẽ collocatam habent. Cenſet tamen magis propriè eum candelarium dici qui candelas conficiendi artem,ac peritiã callet, quã eum qui vendit,cum illud ſit magis artificij quam negotiationis nomẽ, quanuis in

Qui negotiatores dicantur.

contrarium senserit Accurs. & idem Bart. sibi ea in re non constans. in l. semper. §. negotiatio. ff. de iur. immu. Quo loco docet immunitatē concessam mercatoribus, his quoque competituram qui maiorem partem fortunarū suarum in illo genere mercium constitutam habent. vt est ibidē tex. & in l. nauicularij. ff. num. & honor. Quā sentētiam sequitur Alex. con. 193. visis & ponder. col. 1. vol. 7. idem & in statuto dicendum est quo ij qui pannorū mercaturā exercent certis donantur priuilegiis quo nedum cōtinentur ij qui pānos conficiūt sed qui per se vel per institores vendunt. Porro officiū generale nomē est ad omne ministerium seu artificium æque pertinēs: licet in specie differant officium & artificium. Officium quippe est quod à natura sine doctrina insitum habemus. huius generis sūt Agaso, mulio, opilio, saltuarius, armiger, dapifer, coquus, pistor & cæteri innumerabiles qui sine arte exquisita domino operas prestant. At artificiū sine arte ac doctrina exhiberi nō potest. Quo fit vt officio artificiū dignius sit, ac prestantius, & ex illo honestior quæstus, ex hoc vilior percipiatur. Item & officia solēt ad tempus duntaxat pro rei familiaris necessitate subiri. Qua ex re videtur concludēdum hanc nostram cōsuetudinem quæ de mercatrice muliere agit esse in proprio vocabuli significatu accipiendam, nec ad artifices officialesque trahendam. Cum statuta non nisi strictā recipiant interpretationem vt sæpius est inculcatum. Quam sententiā nominatim confirmat Pont. in cit. l. si publicanus. §. 1. de public. Crediderim tamen ego quicquid tradiderint celebres illi iuris interp. in huius consuetudinis nostrę dispositione mercatricis appellatione ex quadam interpretatione venire quoq; omnes opifices, ac artifices cuiuscunque generis. Nam maiorum nostrorum mens ea fuisse intelligitur, vt mulieres ad artis alicuius exercitiū inuitarent: quæ ratio in quocunque artificij genere procedit: pro expressa itaque habēdam censeo [iuxta l. milites agrum. sub fi. prin. de re mil. ff.] ita vt ex ea liceat arguere etiā quod aiunt extēsiue, [vt docēt Accurs. & Bart. in l. quāuis C. de fideius. & idē Bart. in l. maximū vitiū. C. de lib. prēter. & nominatim Pōt. in l. mutum. ff. de acq. hęred.] Quinetiā dici potest hanc interpretationē, extēsiuam nō esse de casu ad casum. Quia [vt argutè inquit Bal. in l. de quibus. ff. de leg.] Vbi in pluribus casibus eadem subest ratio eos omnes decidit ipsa, & non quidem ex extēsione, sed vt genus omnes sub se suas continet species, ita gñralis ratio diuersas emergentium casuum species. At cū species ratione ipsa inter se differāt, tūc eæ extēsione rectè ad alias trahūtur. [Idem cēsuerūt Cy. & Pet. in l. iura non in singulas. ff. de leg. Paul. Cas. cōs. 84. presens casus. in nouis.] Tū & magis ea vrget ratio quod vulgari loquendi modo negociatores ac artifices in eandem significationem vsurpantur. & mercatores quoque iidem appellantur. Vnde quicquid sub hoc vulgari vocabulo continetur, in eandem venit dispositionem. vt docet Bart. in l. si quid earum. sub princ. de leg. 3. Quo loco notat vulgus respuere eam differentiam quam obseruant iura inter eas voces emere & comparare. Item inter filios & liberos vt idem Bart. in l. liberorū sub fi. ff. de verb. signif. Qua ex re vbi de alicuius plebisciti interpretatione disputatur vulgi opinioni standum esse duxit Bal. in l. 1. col. 1. C. de rer. permutat: in quam rem mihi videtur tex. expressus in l. sciendum. §. illud. ff. de ædil. edict. vbi si quispiam, artificem promiserit, vel dixerit, eum vtique perfectum præstari nō oportere. Sufficeret itaque talem esse quales vulgo artifices dicuntur. Quare non absque ratione concludēdum arbitror hac cōsuetudine comprehendi quoque mulieres quæ aliquo artificio officioue vitam sibi quęritant vt ea in re absque mariti authoritate legitimam gerant personam. Quam sententiam nostram probo ex sing. tex. in l. 1. sub princ. ff. de tributor. Sed aliquando dubitatum est num ea quoq; mulier quæ publice fœnus exerceret hac nostra cōsuetudine cōprehenderentur. Et mihi semper visum eam non cōtineri. Etenim mercatoris appellatione non veniunt, eo quòd pecunia in merce nō sit. Cum hodie aliud sit merx. aliud pecunia. [l. 1. ff. de contra. empt. & vend.] Quæ autem mercis appellatione proprie veniunt, abundè tibi supeditabit Alex. lectio. in l. mercis, ff. de verb. & rer. signific.

Officium Artificium.

Mercatrices opifices & artifices hac consuetudine comprehendi.

Pecuniam aliud à merce.

Quam palam exerceat.

Palàm siue publice negotiationē exercere eam intelligemus, quæ publice solita sit mercari. Id quod non vno actu dignoscitur, sed ex pluribus frequenter iteratis,

ac ſubinde repetitis. [probatur ex l. 1. §. 1. ff. de tribut. act. vbi Accurſ. in verb. omnes inquiens, negotiationem ex vno tantum contractu non intelligi. Bart. in l. legatis. §. ornatricibus de leg. 3. & in proœm. ff. col. 3. & Abb. in c. 1. in penul. col. de iudic.] Publicæ autem eam ob rem vocantur, tum quod publicum quaſi officium gerere dicantur, vt ait Bal. in rub. de conſt. pec. in cuius rei confirmationem facit ſing. tex. in l. qui ſub pretextu. C. de ſacroſ. eccleſ. Nam & vulgo dici ſolet nomina quę à profeſsione emanant, profitendo acquiri. Quę verò ex cõſuetudine ſeu ab actuum generalitate dicta ſunt, vſu ac pertinaci exercitio acquiri, non vnico actu. Vnde in aleatoris inuiſum nomen nõ incurret, qui ſemel alea luſerit: nec lectoris merebitur nomẽ qui ſemel legerit: nec receptator cui ſemel receptaſſe contigerit. & ita de ſimilibus iudicandum cenſuit Luc. de penn. in l. 1. in 2. col. de deſertor. & occultat. lib. 12. C. quo loco hanc rem vberrimè tractat. & in l. vnica de colo. traceñ. lib. 11. At nomina quę reſpectu actuum in genere non denominãtur, ſed vnius duntaxat actus, cuiuſmodi ſunt homicida, adulter, & cęteri vno tantum actu verificantur. in quam partem eſt tex. in l. 3. de epiſ. audient. In eam fere ſententiam ſub aliis tamen verbis locutus eſt Bart. in l. mariti. §. quęſitum. ff. de adult. &. §. ornatricis. l. legatis. ff. de lega. 3.

¶ Tantum.

HVnc ſenſum huic conſuetudini reddit vis iſtius dictionis taxatiuæ Tantum, vt mulier nullius actus gerundi legitimam habeat perſonam, extra caſum mercaturæ publicæ. tex. in l. quæcũque. §. eum tamẽ & l. in eũ. §. vlt. ff. de inſtitor. quibus locis idipſum quod cõſuetudine noſtra cauetur, inſtitorem ſcilicet dominum tantum obligare in eo in quo eſt præpoſitus. Quod in muliere quoque mercatrice dicendũ videtur vt colligitur ex his quæ tradit Fab. in §. 1. inſt. quod cum eo. qui ea fere omnia quę de inſtitore introducta ſunt, eadem locum habere in vxore mercatrice ait, meminitq; eo loco nominatim huius noſtræ conſuetudinis. Quæ autem hic de muliere mercatrice cauentur, eadẽ ferè decidit Bal. [in l. vlt. C. ad maced. & in l. 3. §. ex hoc edicto ſub. fi. ff. Naut. Caup. ſtabula] de filiofa. mercatore, vt extra caſum mercantiæ non obligetur. Nam cum verba iſta (mercator, & ſimilia) qualitatem quandam ſignificent, neceſſe eſt eam factum principale reſpicere: alioqui nil operabitur. [arg. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de nox. act. in quã rem induco & ſing. tex. in l. procuratoris. §. mercis nomine adiicitur. ff. de tribut. vbi ea verba mercis nomine merito adiiciuntur, ne omnis negotiatio cum eo facta tributoriũ inducat.] Vnde quicquid cum vxore alicuius contrahitur extra cauſam mercãtiæ quam exercet, obligationem non parit. [l. ſed etſi pupillus. §. itẽ ſi plures. ff. de inſtit. Paul. Caſt. in l. 1. §. in filiofa. ff. ad maced.]

Quinetiam etſi hac conſuetudine expreſſe cautum non eſſet, vxores citra viri authoritatem obligari, ſuper his quæ ad mercantiam quam publicè exercent, pertinent, tamen hoc ſubintelligẽdum fuiſſe limitandámque eo caſu noſtram conſuetudinem putarem. confirmo ex l. vlt. C. de iuriſd. omn. iud. ex quo reſponſo colligit Accurſ. Cy. Bart. Bal. & Ang. ibidẽ quod ideo ſtatuitur de prefectis artiũ vt de cauſis eorum qui ſui ſunt collegij vel ſocietatis cognoſcant, intelligendum eſſe de eo tantum cauſarum genere, quæ illius artis ac profeſsionis occaſione emergunt, non autẽ ad alias cauſas extẽdendum. [Quam ſententiam ſequutus eſt Ponta. con. 300. in caſu propoſito facit quod not. Io. And. in addit. ſpecul. tit. de inſtrum. edit. in. §. nunc dicendum in add. mag. in ver. priuatorum & Pont. rurſus con. 24. pro diſcuſſione & veritate thematum. & con. 25. in puncto propoſito. & Aret. con. 33. Conſultatio præmiſſa. col. 1. Quibus in locis hoc ſtatutum quo cauetur rationibus ac libris mercatorum fidem eſſe habendam, ita interpretantur, in his quę ad negotiationem mercatoriámque artem ſpectant. Cuiuſmodi dicas ſi ſcribat mercator, tot pannos alicui vendidiſſe, pecuniámque accepiſſe. non autem ſi mutuum ſe dediſſe vel rem penes aliquem depoſuiſſe ſuis rationibus contineatur. Ita cẽſuit Alex. de Immo. in l. admouẽdi. ff. de iureiur. in 28. col. & Iaſ. in l. age cum Geminiano. C. de tranſact. & Pont. con. 319.] Sed quæri poteſt, num iſta exceptio qua vxor publica mercatrix obligatur, extendatur quoque ad ea quæ ipſi mercatoriæ arti connexa ſunt. Et reſpondit quidem Aret. non pertinere. [in con. 29. diligenter & mature. in 6. princip. dubio.] Cuius tamen ſententia nũquam mihi placuit, cum certiſsimi iuris ſit idem

Mercatorũ libris creditur in his tãtum quę ad mercaturam pertinent.

esse iudicium de connexis seu cohærentibus ipsi mercantiæ, ac ipsa mercantia. [vt not. in l. eum actum. ff. de neg. gest.] Potest autem Aret. sentētia saluari, quod loquutus ille sit in casu omnino diuerso, vt potè à iure communi exorbitanti, vt facile tu ipse colliges ex citati sui consilij lectione.

¶Diuerterint.

INtelligēdum est quoad bona. Nam cum illa communio, seu bonorum societas, quę est inter virum & vxorem ex dispositione consuetudinis emanauerit, potest contrario plebiscito separari. At secus se res habet quoad torum. nulla enim hominū sanctione effici potest vt matrimonij coniūctio, quæ est diuina prouidentia instituta, separetur. Matrimonium siquidem indiuiduam vitæ cōsuetudinem continet. [inst. de pat. potest. §. 1. Et hoc proclamant vbique iura diuina vt Mat. 19. & Genes. 2. c. gaudemus. de diuort. ex. & c. quos deus coniunxit. 33. q. 3. plene in c. debitum ex. de bigam. & in tit. de diuort.] Quod vsque adeo obseruatum est, vt etsi coniuges ex causa fornicationis (quæ sola excepta est) matrimonium dissolui contingeret, non tamen ex eo coniugum diuortio, cēseretur abolèta illa nuptialis confœderatio. [c. 1. 2. & 3. & c. omnes causationes. 32. quęst. 5.] sicut nec baptisma, nec ordo abolentur, ex quacunq; causa. [c. quod quidem vers. videamus. 1. quæst. 2. gl. in c. 2. ex. de diuort.] Quæ locum habent vbi matrimonium iam esset carnali coniunctione cōfirmatum. Alioqui dissolui posse ex Rom. Pont. dispensatione arbitror. [ex decis. Bal. in l. deo nobis. C. de epis. & cleric. & Petr. de Anchar. in comment. c. canonum statuta. ex. de constitut.]

Sed quæri potest, quis hanc bonorum separationem inter virum & vxorem facturus est? Et à pluribus quidem respōsum est, id ad iudicis ecclesiastici officium pertinere. Cum constet matrimonium ad forum ecclesiasticum spectare. [c. causam matrimonij ex. de offi. deleg. & c. ex tenore ex. de for. compet.] Obtinuit tamen sententia existimantium iudicem secularem competenti iudicio de ea bonorum separatione cognituru. Illa enim nihil omnino ptinet ad matrimonij fœdus nec principaliter quidem nec accessorie, sed tantum de bonis quæ mere temporalia sunt, diuidendis agitur. Vt cum scilicet maritus vergit ad extremam inopiam, bonáq; communia dilapidat dissipátque, tum solet vxor iudicem adire, cui hanc suorum bonorum decoctionem renunciet. Iudex itaque cognoscet sitne iusta causa inducendæ bonorum separationis, & super ea re suum interponet iudicium, cuius authoritate bona separabuntur. Et ita facile est videre nihil ex his ad iudicem ecclesiasticum pertinere, cum nulla interfit spiritualis causa. [gl. sing. in c. de prudentia. ex. de donat. int. vir. & vxor.] Tametsi non ignorem satis arroganter quidem ac illegitime iudices ecclesiasticos bonorum separationis causam sibi vēdicasse, secularibus quidem creditum iudicium subtrahentes. vt in simili dicit iurisconsul. [in l. consulta diualia. de testa. & l. repetita. C. de epis. & cler.] Qua tamen illegitima vsurpatione prohibiti sunt tandem Parisiensis senatus cōsulto, idque nō multis abhinc annis.

Iudicis secularis auctoritate bonorum separationem mouet nec ad spirituale quicquam pertinere.

Parœcia.

IVris pontificij interpretes huius vocabuli significationem etymologiámque tradiderunt in rub. ex. de parroch. vt sit scilicet locus certis constitutus limitibus, in quo populus diebus festis professisque conuenit suo deo sacra rite pro nostræ religionis more facturus. Cuiusmodi est, rem sacram audire, iussáque oblationes facere. vt in c. 2. eodem tit. Etymologiam quidem addiderūt illi, sed plane frigidam ac ridiculam, vt omnia. Parochia nomen est grecum quod largitionem latinè significat: tractum quidem à verbo parochos, qui dator seu largitor latinis dicitur. Ita ex eo appellatur quòd parochi erant qui aduenis ac peregrinis salem ac ligna porrigebant, iuxta illos Horatij versus, in princip. sermo.

Quid parochia.

Vnde parochia dicta sit.

Proxima campano ponti, quæ villula tectum
Præbuit, & parochi qui debent ligna salémque.

Quæ res facile ad Christianismi nostri ritus non incōcinne accommodari potest. vt quibus sapientiæ salem ac sancta iustitiæ ligna ex officio porrigere est, ij parochi antiqua appellatione vocentur.

At Budæus in posteriore annotationū in pendect. libro super l. vlt. in ver. defensores de muner. & honor. non parochias recte hodie vocari, sed parœcias appellandas censet: quod paroici accolę sint quī fa-

Non parochias sed parœcias authore Budęo appellandas.

num aliquod incolũt, vnde & paroeci eiuſdem ſani conſortes dicuntur. Et paroecia ille accolarum conuentus & accolatus ſacráque vicinia. Ego ſane nolim cum Budæo inter gallos eruditiſsimo pertinaciu⁹ decertare, crediderim tamen vtramque dictionem recipi poſſe in eum ſenſum, quo vulgo parrochiani hodie vocãtur, & parochiã ante penultima ſyllaba correpta, à prębitione ſeu largitione quæ eſt quam curam noſtri hodie appellant. & parochũ pro curato. Sed parochiã dici cum domus plures continguæ ſunt. Cęterum Budęus in loco nuper citato parochias has noſtras verbo latino donat: curias enim rectè latinéq; appellari cẽſuit, & parohianos ipſos curiales: Curam autem curionatũ: & huius rectorem quem vulgo curatum appellamus curionem: Eum denique cuius auctoritate curia, curiales, curionatus, ac curio regantur, curionem maximum. Quæ ſanè hodie latinis vſurpanda nomina cenſeo cætera enim quibus vtimur planè mihi barbara videntur.

Verum inter cætera omittenda non eſt rationis inueſtigatio ob quam hac conſuetudine ſancitum eſt vt ſeparatio bonorũ inter coniuges ſi qua contingeret, die dominico publicetur idque in prono parrochiali (ita enim vulgo appellant eã admonitoriam concionem quam habet curatus ſub rei diuinę celebrationem.) Et puto nõ aliam ſubeſſe rationem quod eo die feſto conueniant omnes curiales ſeu parochiani ſacra audituri. Vnde id hodie receptum eſt, vt ſi quid in publicum emittendũ, denunciandumque ſit, eodem modo die dominico publicetur, vt & antiquitus publica proſcriptio in publico & conſueto loco fiebat [l. ſed etſi pupillus. §. proſcribere. ſub princ. & verſ. puto fieri ſecundum loci cõſuetudinem. ff. de inſtit.] Vnde fab. noſter Galliæ conſuetudinum fidelis interpres, cum doceret differentiam inter notorium & manifeſtum [in 2. inſt. prœm. col. 5.] dicit illud notoriũ appellari quod in eccleſiis diebus feſtiuis populo congregato indicitur. Quinetiam Bal. refert [in l. etiam col. 5. C. de except. rei iudic.] ſi ciues & alicuius vrbis incolę, ſuas fores occludant publico nuntio, ne ad eos perueniat citatio, aut ad eos ſeditioſos vel facilis vel tutus non pateat acceſſus, ſatis erit ſi edictum ſeu citatio in loco viciniori vel pro foribus proximioris eccleſiæ affigatur. Id quod olim pro roſtris fieri dicebãt.

Publica edicta citationes ac denũtiationes ꝑ foribus eccleſiarum aut locorum huiuſmodi publicorum recte proponi ſicut olim ꝑ roſtris.

Eccleſiam ſiquidem locum eſſe patentem ac publicum cõſtat. cl. cauſam. de elect. & in aut. quomodo oport. epiſ. in ver. illorum vt ſinguli. Quo loco probatur neminem præſumi ignoraſſe ſchedulam ſeu citationem valuis eccleſiæ affixam.

Sed quod ad rem pertinet obiter quærendum eſt, quid ſi domus, quam coniuges communem habebant, in duarum paroeciarum confinio ſita ſit, aut ſi eius pars anterior ad vnam paroeciam pertineret, poſterior ad aliam, quales ſunt vt plurimum ædes locupletum. In quanam ex his debeat fieri publicatio? Et primoquidem caſu conſtat haberi rationem frequentioris ingreſſus ac aditus ædium. ex quo facile diiudicabitur ad quam paroeciam pertineant. Quod ſi iam ab ipſo limine ædes ad duas paroecias ſpectant, conſiderandum erit quam eccleſiam ipſi coniuges frequentius adeant. [tradit expreſſe Bart. in l. prædiis. §. qui domum. de leg. 1. & in l. quod cõ claue. ſub fi. ff. de dam. infec. vbi ſcitè ait aditum domus vel fundi tantæ eſſe conſiderationis, vt omnia ad ſe trahat. Plenius Bal. in c. 1. col. 4. de mil. vaſ. qui cont. eſt & Pont. in cit. l. quod conclaue.] Quod ad poſteriorem caſum pertinet, vbi ſcilicet binę ædes eadem domo continuantur eæque diuerſæ paroeciæ, Maſuerius practicus gallus in tit. de tailliis & collectis. verſ. Itẽ non refert. apud gallos id cõſuetudine receptum vt inſpiciendum ſit quoad vectigalia, quæ per paroecias imponi ſolẽt, quas domus partes habitent coniuges, vt illius paroeciæ cenſeantur, cuius & ædes ſunt. Quæ ſententia mihi æque placet.

¶ Altero die.

HAec dilatio ad publicationem conceſſa, etiam ſecũdum dominicũ diem continet intra quem proſcriptio publica fieri debet. [vt not. Gemy. in c. pia. de except. in 6.] Ita vt ſatis ſit proclama illud factum fuiſſe quacunque die intra illum ſecundum dominicum diem, eo etiam numerato, modo is dominicus vel feſtus ſit. Quod his diebus aſtringantur paroeciani in ſuam paroeciam conuenire. [c. 2. ex. de paro.] Quo fit vt ſi die profeſto ac feriato denuntiaretur proclama, nullius eſſet momenti. [l. ſed & pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtit.]

Sed non abs re dubitatum eſt quid ſi publicatio iſta non ſit intra illum ſecundum

dominicũ diem: ſed finge in tertio, quarto vel vlteriori dominico die an valeat ſeparatio ita publicata? Et viſum eſt quibuſdam non valere. Certa quipe iuris eſt reg. qua cautũ eſt vbi tempus à lege ſtatuitur intra quod res fiat, ſi intra prefixum tempus facta non ſit, pro infecta habenda eſt: quinetiam videtur poſt tempus fieri prohibita. Eo quòd beneficium temporale tempore concludatur. [l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2.] Et quidem ſiue à lege ſiue à iudice ſtatutũ ſit tempus. [l. mancipiorum. ff. de opt. leg. l. ſi ea. C. qui acc. non poſ. & l. titia. ff. de accuſat.] Et ita econuerſo. Prohibitum ad tempus videtur poſt tempus eſſe permiſſum. [l. imperatores. ff. de poſtul. not. Bart. in cit. §. ſtichum] Mihi tamen ea in re maturius cogitanti, contraria ſententia magis tandem placuit vbi tamen res adhuc integrę eſſent, nec ad ſeparationem bonorum proceſſum ex eo proclamate eſſet. Cuius rei manifeſta ea eſt ratio quod noſtra cõſuetudo non prohibitiue (quòd aiũt) diſponit nec procedit vltra, annullãdo actum: ſed ſimpliciter cauet, publicationem intra certum diem fieri oportere: vt ita in hunc modum publicata ſeparatio populo innoteſcat. vnde ſi intra præſtitutum diem facta non eſt, non eſt pro nulla habenda, quin poſsit poſt diẽ mora purgari. [l. ſtatutis. iunc. l. 2. C. de ſentent. ex breu. recit. Vbi Bal. & Saly. reſpõdent ad l. nõ dubium. de leg. C. quod ea lex diſponat prohibitiue, & vltra procedat annullatiue. Ita cõſuluit Alex. con. 24. inſpecto proceſſu. 4. vol. Ex quibus manifeſte conſtat publicationem ſeparationis quæ fit poſt ſecundum diem dominicum valere, & quidem ex eo tantum die quo facta eſt. Nec enim retro trahetur. [arg. l. obſeruare. ff. de offic. proc.] Quo fit vt ſi inter hæc vbi ſcilicet nondum perfecta eſſet ſeparationis publicatio maritus ſeſe obligaret, vxor conſeretur huius obligationis particeps. Secus ſi poſt publicationem licet intra ſecundum diem dominicum facta nõ eſſet. Nam licet actus nondum abſolutus omnino ſit, aliúdque expectet, interim tamen quis eum nullum recte non dixerit, ſed eſt in pendenti, donec perfectus ſit.

¶ Inuulgata ſit.

Hanc publicationem ex forma hic preſcripta faciendam conſtat. Nec enim ſufficit ſeparationem bonorum factã niſi eadem populo innoteſcat, ne contrahentes cum altero ex cõiugibus circumueniãtur. Quam quidem publicationem etiam de iure neceſſariam cenſuit Paul. caſt. in l. is cui bonis. in antepen. col. ff. de verb. oblig. motus ex l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere & §. de quo ff. de inſtit. Cuius ſententiam ſcio vſu communi receptam: quicquid contra eum contenderit Alex. immol.

¶ Iniuriæ.

HInc manifeſta ratione ſequitur vxorem in iudicio criminali abſque viri auctoritate agere conuenirique poſſe. In quam rem ſolet adduci auth. ſed hodie C. de offic. diuerſ. iud. & auth. ſed nouo iure de cuſtod. re. C. Mihi magis videtur facere ad cõſuetudinis huius comprobationem tex. in l. vlt. ibi licere autem vel vxori C. de iniur. Cuius rei ratio rectè deſumetur ex l. ſed ſi vnius. §. ait pretor. ff. de iniur. vbi filiusfa. iniuriarum quas etiam pater remiſerit, agere poteſt. [l. in perſonam. ſub princ. vbi Accur. ff. de pact.] Nam & idem poteſt etiam inuito patre iudicium criminale intẽtare cum ſuam iniuriã proſequitur, [arg. l. cum rationibus. C. qui acc. non poſ.] Siquidem & idem poteſt ratione pro prij delicti conueniri [vt docet Bart. in l. quotie. 2. de nox. act.] Qua ex re manifeſta colligitur differentia inter iudicium ciuile, & criminale, vt qui in alterius eſt potestate non poſsit in illo legitimè ſtare, ſine auctoritate eius cuius iuri ſubeſt, poſsit autem in hoc, adhibita tamen Accurſij diſtinctione. in l. inter liberas. §. filiusfa. ff. ad l. iul. de adult. Quam tradit quoque Bal. in l. vlt. §. neceſsitate. verſ. quæro nunquid iſte. §. locum habeat in criminalibus. C. de bon. quæ lib. Quod ſenſiſſe quoque videtur Boher. in cõment. conſuet. Bitur. Qualiter aũt fiet executio cõtra vxorẽ iudicio condemnatam, nos infra dicemus in tit. de matr. §. 4. qui proprius eſt huius rei locus,

Hactenus itaque ſatis ſuperque dictum ſit de iure perſonarũ, in cuius tituli enarratione ſi prolixiores fuerimus, iuſtam ſanè excuſationis cauſam nobis præbitura eſt illa communis patrum cõſuetudo qua ſolent vt plurimum primo genitas filias ampliore dote donare: quòd primæ nubiles occurrant. vt teſtãtur interp. maximè Cy. in l. 1. c. de ſũm. tri. & fi. cath. & l. 1. c. de ſer. fug. Quorum morem, & nos imitati maiore explicationis copia & vberiore interpretatione hunc primum titulum exornare tentauimus, mira in ſequentibus breuitate hanc prolixitatem compenſaturi.

Vxorem habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio crãminali citra viri auctoritatem.

Filiũfa. agere poſſe iniuriæ quam pater remiſerit.

HAec nomina iure communi ad officium tutelæ nil pertinuiſſe conſtat, tex. iuncta gl. in l. qui aliena. §. quanquam. ff. de neg. geſt. quod & eo in loco notauit Bal. inquiens, nomen cuſtodis, qui vulgo gardianus appellatur, ad tutelæ officium nō trahi. In quam rem tex. eſt in l. ſed ſi hoc. in fi. ff. de condit. & demonſtrat. quo in loco Accurſ. huiuſmodi curā ad correctionem, & caſtigationem pertinere cenſet. Quam Bal opinionem refert May. in l. manumiſſiones. j. col. ff. de iuſt. & iu. Mihi vltra May. occurrit Bal. alio in loco voluiſſe in l. omnē. C. ad Tertul. hęc verba potius alterum ſollicitudinis genus, quam tutelam ſignificare, ex d. l. qui aliena. Idem Bal. cōſil. 294. dicta particula teſtamenti, vol. 5. Iſtud idem diſputauit, tandémque cōcludere videtur his verbis non cēſeri matrem datam tutricem, ſed filij ſollicitudinē tantum commiſſam. Propterea quòd cuſtodiæ vel curæ nomine tutela, quæ quid maius eſt, non venit [quod not. Bart. ex l. tutoris. §. 1. ff. de adminiſt. tut. Et tradit Aret. conſil. 76. Viſo puncto. Et Deci. in c. ex parte. 3. ex. de appellat.] Et licet ea in re pede velut fixo ſtent, doct. ego tamen exiſtimo etiam iure ipſo, hanc legitimam adminiſtrationem liberorum, quam pater habet, cuſtodiam & gubernationem vocari. quæ verba in eum ſenſum hoc toto tit. vſurpātur. Ita enim vſus eſt imper. in l. fi. C. de ſenten. paſſ. ibi. Quem ſi comperta integritas, vt natura, ita officio liberis reſtituerit, ei gubernacula rerum tradenda ſunt, Cuius ad imitationem publici iuris prouiſa cuſtodia eſt, quæ niſi bonis patribus detur, luctuoſior erit filij reditus, quàm diſceſſus. Vbi Accurſ. hanc cuſtodiam interpretatur gubernationem. Et iuriſconſ. eleganter docet tutores honorarios, velut obſeruatores & cuſtodes eſſe datos. In l. 3. in princ. verſic. Nec putet. ff. de admi. tut. Vnde apud noſtrates communi loquendi modo vſurpatum eſt, vt legitimos tutores gardianos, & legitimam tutelam gardiam vulgo appellemus. Quorum verborum vſus non caret ratione. Gardiæ enim verbum pro defenſione, ſeu protectione in vniuerſum accipitur. [c. generali. vbi Archid. in 1. col. de elect. lib. 6. & cap. propterea. 2. de iu. patr. c. ad aures. de exceſſ. prel.] hinc Ioh. de Plat. [in l. fi. C. de erog. mil. ann. lib. xij.] vulgari francię cōſuetudine dici ſolitum refert in ſalua gardia ſuperioris poni, id eſt in tutelam & defenſionem conſtitui. Porro apud Bleſenſes vulgari idiomate differt gardia à baillia, & gardianus à bailliſtra. his enim verbis conceptus eſt hic titulus. Gardia ſiquidem (quam vel legitimam tutelam aut adminiſtrationem magis latine licet appellare) ea eſt quæ patri matriue, item auo vel auię, & deinceps cæteris aſcendentibus, ex cōſuetudine defertur ad defendendum eum, qui per ætatis imbecillitatem rebus ſuis adeſſe nō poteſt. Ex qua re gardiani nomen acceperūt, qui eam vim ac poteſtatem rebus impuberum ſuccurrendi habent. Baillia autē quę non exiſtentibus aſcendentibus ad exemplum legitimæ ſucceſsionis proximioribus collateralibus deferri ſolebat. Iuxta auth. Sicut. C. de legit. tut. & in corp. vnde ſumitur. Et qui hanc bailliam habēt, bailliſtrę appellabātur. Verum hæc baillia hodie ſublata eſt, & quę moribus introducta erat, ad ius commune redacta, vt not. j. eodem §. 7. ea potiſsimum ratione, quòd illa magis in damnum quam vtilitatem minorum vergeret. vt conſtat ex §. prox. j. codē. Quæ res ſanè à legiſlatoris propoſito plānè aliena, qui ante omnia voluit pupillis ſua lege conſultum iri. [C. de confir. tut. l. ſi vt proprius. & arg. l. fi. C. vbi pub. ed. & l. 1. C. de nupt.] Non enim ea ductus ratione tutelas adinuenit, quibus tutoribus prouideretur, ſed in rem minorum. Nec enim dominus in famuli contemplationē eſt, ſed famulus ex domino, vt pote dignior nomē accipit. [l. vetus. ff. de vſufr.] Quę ratio me mouit, vt primus huiuſmodi bailliæ abrogandæ author extiterim, idē operę precium meo iudicio facturus in tollendo gardianorum vſu, ſi per renitentem nobilium factionem licuiſſet. Cæterum etſi quantum ad negotia pertinet, quibus, extra iudicium verſamur, gardiani in locum & officium tutorum ſucceſſerint, non tamen id locum habet in actibus, qui in iudicio fiunt, maximè vbi de rebus immobilibus agitur. In his ſiquidem cauſis adiungēdus eſt curator, vt olim patri adiungebatur, licet legitima liberorum adminiſtratio eo iure eſſet demandata. Iure enim cōmuni receptum eſt vtriuſque authoritatē ſimul & (vt vulgari interpretum verbo vtar) copulatiuè requiri: Patris videlicet

Gardiani & bailliſtri an à tutoribus differant.

Gardiam à baillia differe.

Bailliam in diſſuetudinē abiiſſe.

qui defendendam filij perſonam ſuſcipe-
ret & curatoris qui rei ipſi ſeu cauſæ pro-
ſpiceret,[l.fi.§.neceſsitate: C. de bon. quæ
lib.vbi expreſsè Bart.Bal. Ang. & cæteri
id tradunt. & Ang.rurſus in l. ſi lõgius. ff.
de iudic.] itaque ſi eo caſu patri cui legiti-
ma liberorum adminiſtratio quaſi altera
velut dictante natura, neceſſario adiungẽ
dus erat curator,quo cautius de rebus pu-
pillorum proſpiceretur:multo ſanè magis
in caſu hodiernę noſtræ cõſuetudinis,quo
etiam qui in remotiori ſunt gradu ad hãc
gardiam ſeu legitimam adminiſtrationem
vocantur.Cuius loci confirmatio non a-
liunde petenda eſt,quam à natura ipſa,cu-
ius intuitu lex multum patri confidit.[l
Aurelius.§.Titius teſtamento. ff. de libe-
rat.leg.l.ſi furioſo impuberi.in fi.ff. de cu-
rat.fur.& l.nec in ca.§.fi.ad l.Iul.de adult.
Tritum enim vulgato ſermone apud iu-
riſperitos prouerbium eſt,pietatem pater-
ni nominis conſilium pro liberis capere:
qua ratione non habet filius cui fidentius
ſeſe committat,quam patri,quo nemo in-
tegrior ſeu fidelior vſquam reperiri ami-
cus poteſt.[Accurſ.in l.quidam cum filiũ.
in verb.inſtitueret.ff.de hæredib.inſtit. &
Bal.in c.per tuas.extra.de probat.fa.l.vlt.
in princ.C.de curat.fur. & l.iſti quidem.in
fi.vbi Accurſ.ff. quod met. cauſ.] Qua ex
re finxere iuriſperiti patrem & filium vnã
& eandem perſonã eſſe.[l.fi.C. de impub.
& al.ſubſt.]Curam autem & ardentem il-
lam dilectionẽ eorum qui procreati ſunt,
nedum patribus natura tribuit, ſed & eã
cum matribus cõmunem fecit,cum vter-
que in gignẽdis liberis mutuo naturæ offi
cio fungatur.[l. maximum vitium.C. de
lib.præt.] Qua ratione factum eſt vt illius
erga filios amoris intuitu, eorum gardia
(vt ab illo verbo non recedam) demanda-
retur [glo.in l.furioſę matris. ff. de curat.
fur.& in l.nam etſi parẽtibus. C de inoff.
teſt.quod tractat Alex.conſil.62. Sereniſ-
ſimus.col. pen. vol.4.] licet patris & ma-
tris inęqualis ſit poteſtas,cum mater filios
in poteſtate non habeat [§.fœmina.inſt.de
adopt.]& ideo iura quibus quis ſuus hæ-
res eſt,in eius ſucceſsionibus locum nõ ha
beãt,nec valeat illatio,filius,ergo hæres.[l.
nulla.C. de ſuis & legit.hæred.l. 1.§. ad te-
ſtamenta.ff.de bon. poſ.contr. tab. & in §.
Cæterũ.inſt.de hęr.qual.& dif. Alex. cõ-
ſil.17. in cauſa & lite.nume.2. vol. 6.] Ex
qua re adpoſite quidem Bal.[in l.in ſuis.in
lect. de lib. & poſth.] colligebat differen-
tiã quandam in filio ratione paternorum
& maternorum bonorum. Nam filius-
fa.viuo quoque patre dominus bonorum
paternorum exiſtimatur.Et regis filius ad
quem regni ſucceſsio pertinet, non incon
cinne rex appellatur,vt infra de ſucceſ.§.1.
oſtendam. Quæ bonorum futurorũ ſpes,
non tantum poteſt in bonis maternis, vt
ſuperſtite matre filius eorum dominus cẽ
ſeatur,nec illa defuncta in eum dominium
cõtinuetur. Ideoque neque iure ciuili ne-
que prætorio,ipſum inſtituere vel exhęre
dare neceſſe habebat mater.[inſt.de exhę-
red. lib.§.vlt.]licet poſterius ſit nouo au-
tho.iure correctum,vt eo in loco not.à ſcri
bentibus,Ad primum itaque huius tituli
caput deuenio.

Gardiam liberorum matribus quoque demendatur.

Filium viuẽte patre pro domino haberi in illius bonis. At nõ item in maternis.

Nemo fidelior filius amicus quam pater.

ARTICLE QVATRIESME.

Quand pere ou mere ſoient nobles ou roturiers,vont de vie à treſpas, delaiſſez enfans mineurs de leur mariage,au ſuruiuant appartient ipſo facto ſans autre confirmation, la garde gouuernement & adminiſtration des perſonnes & biens de leurſdits enfans. Et ſi leſditz enfans demeurent orfelins,de pere & mere, ladite garde gouuernement & adminiſtration eſt deferée aux aieux ou aieules deſditz mineurs: toutesfois oudit cas les maſles ſont preferez aux femelles, & les paternelz aux maternelz.

§. I.

Altero ex parentibus nobilibus plebeiisúe vita functo,relictis ex eorũ matrimonio impuberibus liberis,illorum cuſtodia,quam gardiã appellant, curaque ac legitima adminiſtratio tam ratione perſonæ, quam rerum pupillarium,ad eum qui ex cõiugibus ſupererit,ipſo facto citra confirmationem vllam pertinet. Quòd ſi vtroque parẽte pupilli orbati erunt,ea cuſtodia curaque ac legitima adminiſtratio ad auos auiáſque defertur. Atqui in huius muneris functione præferendi erunt maſculi fœminis,& paterni maternis.

HAc consuetudine inducitur noua tutelę species, & legitimæ administrationis, quę nec legitima nec datiua nominanda est: verũ anomala, irregularis & velut extraordinaria, vt pote à cõsuetudine & moribus gallorum, tantum inducta: sicut & tutela matris, & auię iure nouissimo authenticorũ post legem xij. tab. & antiquã iurisprudentiam introducta, [scribẽtes post Accurs. in auth. matri & auię. C. quando mul. tute. offic. fung. Ioh. And. in addit. Spec. tit. de curat. §. vt autem vers. itẽ generaliter. Bal. in l. si quis. de test. tut.] Quod ex his quæ ad huius tituli declarationem pertinent, latius constabit.

Verũ quo res dilucidius pateat quædã sunt à nobis in modum cuiusdã preuię inspectionis disputanda. Primũ an quę in tutoribus à iure cõmmuni requiruntur, antequam demãdatan sibi administrationẽ subire possint, eadẽ exigãtur in gardianis. Quæ Bart. ad quinq; modos perstrinxit. Bal. autẽ ad septem produxit. Ante omnia autẽ primũ agã de his quę à Bart. tradũtur [in l. legitimos. in prĩc. ff. de legit. tut.] Primo, quod hi tutores inuẽtarium cõscribere rẽt. [l. fi. c. de arbit. tut. l. Tutor. q reptoriũ in princ. vbi latè ab eodẽ. de administ. tut.] Secũdo quod sub obligatione bonorũ, & quę vtilia & è re pupilli essent, se facturos: & quę inutilia, planè se omissuros iurarẽt. [l. de creationibus. C. de epis. audient. & in auth. vt hi qui oblig. se hab. perhi. res min.] Tertio satisdarẽt rẽ pupilli saluã fore. [d. l. legitimos. & l. si tutor. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. & l. in dubiũ. & l. vlt. C. de tut. & curat. q non satisd.] Quę tria retulerat primus Accurs. [in d. l. legitimos. in princ.] quẽ Bart. & reliqui sunt vltro sequuti. Quarto quod defensionẽ expresse, & (quod aiunt) specificè promitterẽt. [l. fi. §. defensionẽ. C. de administ. tut.] & subiicit Bart. [in d. l. legitimos] ob prætermissum huiusmodi promissum, plurimas sibi occurrisse tutelas subuersas, eo quod antiqui istud nõ obseruarent, & cõfirmat Ang. in d. §. defensionẽ. Postremo, vt his obiter peractis à iudice administratio, quæ tutoribus incũbit, decerneretur, hoc est, iudex suo decreto facultatẽ administrandi res, & negotia pupilli tutoribus daret. [d. l. legitimos. & d. l. fi. C. arbit. tut. & l. 4. de auth. tut. & si qua sunt iura simi lia.] Baldus [in l. 1. §. item solent. in fi. posterioris lect. ff. de off. pref. vrb.] his quinq; superaddens alia duo, septẽ cõmemorat quæ tutori faciẽda incũberent, 1, personas curare: 2, res custodire: 3, iurare vtilitatem: 4, negotia gerere: 5. inuentariũ scribere: 6. cũ decreto administrationem suscipere: 7. satisdare nisi ex inquisitione vel testamẽto dati essent. His velut præmissis, nunc proposite quęst. respondendũ esse duxi. Et primo, quod ad inuẽtarij cõfectionẽ pertinet nihil hodie ex iure municipali in gardianis immutatum, quinimmo aduersus patrem vel matrem inuentario abstinentes, est & hoc iure prodita noua pœna. j de matrim. Quantum spectat ad secundũ, quartũ, & quintũ, quæ in tutoribus requisita sunt, illa hodie à nostris gardianis minimè exiguntur ex dispositione huius. §. in ver. ipso facto. satisdatio vero nec hodie ab his exigitur, sicut nec olim eam prestare tenebantur testamẽtarij tutores, quorũ fidem, & diligentiã à testatore sufficiebat fuisse approbatã. Et ab eo quoque onere tuti erãt eadẽ ratione hi, qui ex inquisitione dati essent. Præsumũtur siquidẽ idonei electi. [§. 1. instit. de satisd. tut.] Gardianorum enim personas elegit ipsa consuetudo, & electos approbat cõfirmatque ratione sanguinis, vt not. de patre in l. vlt. C. de bon. quæ lib. vbi iurisc on. patrẽ à satisdatione excusat paternę pietatis intuitu, qua esse solet in liberos, sed nõ itẽ de matre existimandũ est, quę pręcisè ad satisdationẽ cogitur. Fulg. in d. l. de creatiõibus. C. de epis. aud. quod in eã sententiã à se consultũ testat ex sola Azonis authoritate, cũ nullius respõsi aut glo. testimoniũ. in eã rẽ supperet. Verum quod cõclusimus gardianos ab onere satisdãdi liberatos, nec sub hypotheca bonorũ de idẽnitate pupilli nil cauere, videt à iuris equitate alienũ. vt patet ex iuribus supra adductis. Ex quibus sequitur hanc nostrã cõsuetudinẽ vt planè iniquã omnino respuendã. Respõde tñ quod quẽadmodũ bona tutorũ sunt nomine cuiusdã tacitè hypothecæ ipsis pupillis obligata. [l. pro officio. C de administ. tut.] ita etiã bona istorũ gardianorũ, qui sunt velut pro tutores, & loco tutorũ subrogati. [vt expresse cautũ est in l. dabimus. §. 1. & in l. si quis negotiũ. ff. de priuil. cred. & in l. fi. ff. de tutel. & rat. distra. l. cũ oportet. §. sed cũ tacitas. de bon. quæ lib.] Quo fit vt ex hac parte nihil securitati & idẽnitati pupilli detrahatur. Quibus adde si isti gardiani perperã aut negligẽter in rebus pupillorũ suorũ versentur, aut ad inopiã ver-

An quæ in tutore requisita sunt, eadem & in gardiano exigantur.

Inuentariũ sicut olim in tutoribus ita hodie gardianis conficiendum.

Gardianorũ satisdando exemptio.

Dubitatio mota ex his quæ de satisdatione dicta sunt.

Hodie bona gardianorũ sunt tacitæ suis pupillis obligata.

gant,poteſt quis illos interdicere adminiſtratiõe, ſicut & cæteris tutoribus. Quod iure communi etiam in patre filiorum curam gerente receptum eſt,[l. fi. C. de ſent. paſſ. l. Imperator. ff. ad Trebel.]de qua re tamen conſulito Bal. in l. cum oportet. §. non autem.de bon.quæ lib.

¶ Parentibus.

ID eſt patre vel matre. Pro cuius rei euidentiori cognitione huc neceſſario referenda ſunt ea,quæ iure communi cauta erant ſuper adminiſtrationibus parentum in rebus liberorum. Et imprimis circa patris perſonam,qui duobus modis res filiorum adminiſtrabat. In iis quippe, vel vt legitimus adminiſtrator, vel vt tutor datus verſabatur. Primo caſu cum ſe pro legitimo adminiſtratore gerebat in bonis quæ ad liberos pertinerent,ſiue ex ſucceſsione materna,ſiue aliunde ex cauſa aduentitia, quorum & vſumfructum habebat,nec ſatisdare, nec rationẽ reddere cogebatur. [l. 1. & l. cum optimũ. C. de bon. quę lib. & in l. 1. C. de bon. mater. vbi ſcribent. & Ioh. fab. in §. igitur. inſt. per quas. perſ. & notat. in l. placet. vbi Bart. & Alex. de imm. ff. de acq. hęred. quod à nobis quoque ſupra tractatum eſt,in proximo tit. §. 1.] Cæterum ſi pater tutor liberis datus fuiſſet, quod tunc fiebat cũ ab eo emancipabantur, tũc rationem geſtorum reddere tenebatur,nõ ſecus atque alius quilibet extraneus tutor alicunde in pupillorum tutelam accitus. Vnde nec fructus ſuos faciebat [vt probatur in l. Imperator. ff. ad Trebel. l. ſi ſuperſtite. C. de dol. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liber. leg. l. licet. C. ad l. falc. & l. vlt. C. de ſent. paſ.] Et eam differentiam inter vtramque tutelam ſcribit Bal. in l. Orphanotropos. in vltimo notab. C. de epiſc. & cler. & in citata l. ſi ſuperſtite C. de dol. Adde Bart. in l. litis §. fi. ff. de neg. geſt. vbi adpoſite quod ad propoſitũ pertinet, docet eo caſu quo pater filiũ iam à ſe emãcipatum domi retineret,magnis in eũ collatis donationibus, rerũ donatarũ vſumfructum ſibi non quæri, quinimmo filio rationem reddere tenetur. Ex qua re colligit idem iudicandum in omnibus quæ filio aliunde quæruntur,quorum patri non acquiritur vſufructus. Vnde ſi pater alicuius ſacerdotij fructus,quod filij erat, collegerit,tenetur illi negotiorum geſtorũ rationem reddere. l. ſacroſanctę C. de epiſ. & cler. quo loco traditur ſacerdotia,ſiue prebendę ſiue curæ vt vocant,ſint,loco caſtrẽſis peculij,haberi. Et in eius differentię cõfirmationẽ faciunt plurimum quę à Bart. & Io. imm. traduntur in l. fi. §. 1. de verb. obligat. vbi cõcludunt iura noua in manus patris legitimam contuliſſe adminiſtrationẽ earum rerũ, in quibus vſumfructũ habet[l. 1. C. de bon. mater. l. cũ non ſolum. §. vbi autem de bon. quæ lib.]in aliis autẽ in quibus non quęritur vſufructus, non cenſetur legitimus adminiſtrator. [vt traditur in auth. excipitur. C. eodẽ, & in corp. vnde ſumitur. vt lic. mat. & aui. in princ.]

Pater duobus modis rem liberorũ adminiſtrat.

Cęterum,quod ad matrem pertinet,repetenda ſunt ea quæ de patre præſuppoſita ſunt. Scilicet duplici modo matrem pupillorum tutelas gerere. Primo tanquam tutricem legitimam. nam & mater legitima quoque tutrix dicitur. [l. ſi mater. C. in quib. cauſ. pig. tac. contrah.]in quo genere tutelæ omnibus aliis qui ad tutelam venire poterant, pręferebatur, nec alius ab ea quantũuis proximus dari poterat [l. quod dicis. C. qui tut. dar. poſſ.] Ex quo Bart. [in auth. mat. et. au. in vlt. quæſt.]ſingularem hãc tradit deciſionem:nempe ſi iudex ignorante matre alium tutorem decernat, quanuis etiam reuera mater in mora ſubeundi delatam ſibi à iure tutelam eſſet,vel tutores nomine filij petendi, nil minus tamen conſiſteret huiuſmodi datio tutelę, niſi in decernẽdo tutore de manifeſtiori matris negligentia iudici cõſtitiſſet: vnde mouetur Bart. vt exiſtimet tutorem dari non poſſe pupillo, niſi matre vocata, quod tamen Bal. non placet. De his diffuſius Alex. in conſ. Ibi ſuper primo. col. 2. vol. 5. & in auth. matri. & auię. C. quando mul. tutel. offic. fung. & in l. omnem. C. ad Tertul. Secundo modo non vt legitima, ſed vt datiua tutrix mater rem pupillorũ adminiſtrat: quando ſcilicet in locum teſtamentarij tutoris remoti vt ſuſpecti, vel excuſati ſubrogatur. [l. 2. §. his illud. eodẽ tit.] Quoquo verò modo mater tutrix ſit, huiuſmodi materna tutela, vt alio loco ſupra admonuimus, irregularis & annomala dicebatur, propterea quod multa eſſent in ea contra communes iuris regulas ſpecialiter conſtituta. Nimirum quia iure digeſtorum mater tutrix filiorum eſſe non poterat. [l. fœminæ. ff. de tutelæ.] Idque licet ex teſtamento patris relicta, ſine iudicis decreto data eſſet ei tutela. [l. iure noſtro. ff. de teſt. tutel.]eáque potiſsimum ra-

Matertutrix

Tutela materna irregularis.

tione prohibetur mater à tutela, quod virile eſſet officium. [l.1.C.quando mul. tutel.offic.fung.& in l.fœminę.ff.de reg.iur. & cap.dilecti.ex.de arbit.] licet iſtud à principe beneficio quodam ſingulari impetrari potuiſſet, [d. l. fœminæ. in fi.] Sed iure codicis ampliata eſt hæc poteſtas. Quo iure ſi mater maior erat, nullúſque impuberi filio à patre teſtamento relictus eſſet tutor, vel ſi relictus, excuſaſſet ſe ab onere tutelæ, vel ſi legitimus tutor non ſupereſſet, in defectum eorum poterat filiorum tutelam ſubire, iuramento interim prius ab ea præſtito, ſe ad ſecundas nuptias non conuolaturam, item & facta renuntiatione fauori ex ſenatuſconſulto Velleiano fœminis conceſſo, idque cum tacita rerum ſuarū hypotheca. [l.2.& 3.C.quando mul. tutel.offic.fung.] Demum nouiſsimo iure authēticorum ſtatutum eſt, vt liceret matri tutelam filiorum deficientibus teſtamentariis agnoſcere, vſque adeo vt legitimis datiuiſque tutoribus præferretur. Ita demum ſi tribus renuntiare parata eſſet. primo ſecūdis nuptiis, & hoc tantum ſimplici verbo tenus, id eſt citra iuramentum vllum. Secundo, ſenatuſcōſulti Velleiani beneficio. Et tertio, cuicunque alij legum iuri, & auxilio in fauorem ſexus introducto. Ex qua triplici renuntiatione euenie-

Adequatam iure auth. fœminarum conditionē cum maſculis quoad tutelas.

bat, vt ad ius commune cum maſculis adæquarētur, reiecto omni ſingulari fauore, quo decoctis liberius ac diſsipatis ſuorum pupillorum rebus ſe inique tuerentur. Ita prærepta omni male verſandi in tutelis anſa, matres curam filiorum gerebāt. [quæ omnia probantur ex auth. matri. & auiæ, & auth. ſacramentum autem. C. quando mul. tutel. offic. fung. poſ. & in auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ex his. & in auth. vt ſine prohib. mat. tut. ger. §. quia vero.] Quæ tamē materna tutela quam primum ad ſecundum matrimonium conuolaſſet, ſoluebatur, quaſi è viuis exceſsiſſet. [d. §. quia vero.] Porro iure noſtro municipali (ad quod perpetuo decurrendum eſt tanquam extremam anchoram) hæc facultas matribus in tutelas filiorum conceſſa latius patet, nimirum ipſo facto, ſine iudicis decreto, non expectato iuramēto, non requiſita vllius ſui beneficij renuntiatione, bona filiorum adminiſtrant. Quæ omnia à iure communi exigebantur vt conſtat ex his quæ ſupra diximus, & infra prox. §. latius diſputabimus in verſ. citra confirmationem. Eſt & hoc adiectū in fœminis nobilibus, vt rerum pupillorum fructus faciant ſuos vt in citato. §. ſequen. Quod etiam cum regulis iuris cōmunis pugnat, quo mater filij tutelam gerens rationem reddere tenebatur, cum nullum in bonis filiorum vſumfructum haberet. [l.filio.ff. de ſolut.l.qui aliena.§. quanquā.ff. de neg. geſt.] Quinetiam Bal. [in l.cum oportet.§. fi.c.de bon.quæ lib.] docet matrē & auiam teneri rationem adminiſtratæ tutelæ liberorum reddere, in his quæ geſſerūt, vel gerere debuerūt, ſiue iuſtę tutrices, ſiue non. [ex l.Neſennius.de neg.geſt. & tradit expreſſe Accurſ. in l. ſi quis prioris.verſ. vlt. in gl. vlt. c. de ſec. nupt.] Quod de ad matrem pertinet confirmat Anchar. egregio illo conſil.316.in cauſa. vbi notat matrem temerarię cuiuſdam audaciæ, quæ vbi ad ſecunda vota nuptialia tranſiiſſet, ratione adminiſtratę curę filiorum prius non reddita, nec tutore ipſis petito, ab eorum cura ac adminiſtratione non receſsiſſet, quo fit vt eius dos, quæ nomine ſuſceptæ tutelæ tacite hypothecata erat, recipi poſsit. vt diffuſe proſequitur Soc. conſil. 180. col. 2. & Deci. conſ. 349. cōſuluit. vlt. col. Quorum traditio ita tamen temperari debet, vt verum non obtineat vbi de leuioribus ac modici momēti rebus quæſtio eſſet. [vt ff. de condit. & demonſt. l. quanuis.] Nifi tamen ad ſecunda vota tranſiiſſet. Tunc enim ad exactam rationem reddendam cogitur. [vt in auth. nupt. §. ſi ante tutelam. & refert Bal. in citata l.cum oportet.§. vlt. C. de bon. quę lib.] Et vt ſemel finiam, colligere eſt ex his omnibus, hodie, quod ad plebeios pertinet, iure iſto factam eſſe patrum deteriorem cōditionem, quàm olim eſſet. Et ex diuerſo meliorem matrum nobilium, quàm iure cōmuni fuiſſet. Quippe ex diſpoſitione. §. 6. ĵ. eodem, pater plebeius hodie vſumfructum bonorum filij non habet. Mater verò nobilis quandiu conſtat gardia, vſufructuaria eſt. vt ĵ. c. §. proximo.

Matrem & auiam adminiſtratę filiorum ſuorum tutelæ rationem reddere debere.

¶Impuberibus.

ID eſt pupillis, qui licet impuberes, ſint, deſinunt in patris poteſtate eſſe, quod contingit morte, vel emācipatione. [l. pupillus in prin. ff. de verb. ſignif.] Et aduerte hic etiam iuri communi id conſuetudine eſſe additum, vt ſi mater decedat, hęc conſuetudinaria tutela patri deferatur. quod iure communi non obtinebat, cum eo caſu pater tutelam filiorum non ſuſciperet,

ſed legitimam tantum adminiſtrationem. qua ratione ſuos faciebat fructus, quos ex bonis quæ ex materno genere proficiſcebantur percipiebat, & aliis aduentitiis quę ad filios pertinebant. Hoc ſolo caſu excepto, videlicet quando filios emanciparet, ſuſcepta eorum tutela. quod alio in loco à nobis declaratum extat proxime in verb. parentibus. eodem. §. in princ.

¶Ipſo facto.

HAec verba interpretatur Bal. in ſtatutis, vt ſignificēt, hoc ipſo facto, non requiſito vllo iudicis miniſterio. [l. 1. in verb. infamis. C. de ſecund. nup.] Cum etenim iſta verba ipſo facto idem ſignificent ac ipſo iure, nulla expectatur ſententia. [vt eſt tex. ſing. in c. 1. §. fi. vbi not. Gemi. de homic. lib. 6. & in l. fi. C. loc.] vnde Bart. [in l. 1. ff. de his qui not. inf. & l. meuius. §. duobus. de lega. 2.] & Bal. [in aut. inceſtas. de inceſt. nup.] docent ea verba ipſo facto ſeu ipſo iure eiuſdem eſſe ſignificationis. Ideo promiſcue à indiſcriminatim his verbis vti ſolemus.

Idem ſignificant ipſo facto, & ipſo iure.

¶Citra confirmationem.

HOc noue inductum eſt in hac noua & quaſi irregulari tutela, vt hi gardiani ſine decreto & cōfirmatione adminiſtrēt. quandoquidem in contrarium ſunt regulæ iuris cōmunis. [l. 3. §. vlt. ff. de admi. tut.] licet alio modo, vt infra ſubiiciam. Etſi enim ad aliquem deuoluta eſſet tutela vel cura, non tamen ſua ipſius authoritate bonorum adminiſtrationem capere poterat, ſed hæc omnia iuris ſolennia obſeruanda erant, quæ colligit Bart. in l. legitimos. ff. de leg. tut. vt nunc ſpeciatim declarabo. Quod maxime rationi cōſentire videbatur. Idem enim obſeruari vſu videmus in prælatis, & rectoribus eccleſiarum qui ſimiles ſunt tutoribus. [c. ſi primatum. 12. quæſt. 1.] qui etiam poſt acceptum titulum ad adminiſtrationē temere non proſiliunt, niſi prius à ſuperiore eis adminiſtratio decernatur, obtenta ſcilicet confirmatione. Alias ſi ſe inconſulto intruſerint, ipſo iure priuantur. [c. qualiter. ex. de elect. c. auaritiæ. eo tit. in 6.] Quod in rebus prophanis receptum quoque eſt in quibus & ſi quis titulum habeat, non tamen ex hoc ſtatim adminiſtrationem, & vſum nāciſcitur rei. Noua enim domini voluntas in apprehenda rei poſſeſsione accedat oportet, ſine qua, qui ſibi poſſeſsionem temere vſurpat tanquam predo habendus eſt. [l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſ. & l. minus inſtructus. C. eodem] Verum quo omnia dilucidius diiudicentur, quomodo iſta inducta ſunt tam iure communi, quàm iure noſtro municipali (vtrumq; enim ius hodie incorruptum, ac integrum manet: videlicet ius conſuetudinarium in legitimis deſcendentium tutelis, in reliquis verò ius commune) pręmittendæ ſunt formulę iure communi traditæ circa iſtas confirmationes, & decreta & adminiſtrationes, ex quibus patebit in quibus differat noſtra conſuetudo à iure communi. Et imprimis quod ad teſtamentarios tutores pertinet, hi ſunt qui teſtamento relicti ſunt, à patre vel auo, qui filios nepotéſque in poteſtate habent. [l. 1. ff. de confirmat. tut.] qui licet teſtamento creentur, & fiant, hi tamen adminiſtrationem à iudice accipiunt. [l. 1. & toto fere tit. ff. &. C. de teſtam. tut.] Sin autem inutiles dati ſunt in teſtamento, vt quia filios nepotésve in poteſtate non haberent, quibus tutorem relinquebant, decretum iudicis neceſſario in eis cōfirmandis intercedere debebat. [d. l. 1. & toto pene tit. ff. de cōfirm. tut.] Quod ſi teſtamento matris tutores dati eſſent, hoc inutiliter quidem fiebat. Nam matres teſtamēto tutores dare non poterant. [d. l. 1. & 2. ff. de confirm. tut. & l. 1. C. eod. & l. mater. C. de teſt. tut.] & hoc ideo, quia filios non habēt in poteſtate. [§. fœminę. inſt. de adopt.] Iura enim patriæ poteſtatis, non in matre ſed in patre aut auo conſiderantur. [§. ius autem. inſt. de patr. poteſt.] quia filius patris familiam ſequitur non matris. [§. 1. inſt. de legit. ag. tut.] Qua ratione conſtitutum eſt, vt filiis tutorem teſtamento dare non poſſet, eo argumēto quòd qui filios in poteſtate non habet, ius dandi tutores non habet. [§. permiſſum. inſt. de tutel. Accurſ. in citata l. matris. C. de teſt. tut.] Hoc vno tamen caſu mater filiis teſtamento tutorem dare poteſt, quo ſcilicet illos hæredes inſtituiſſet. [d. l. matris.] Idem tamen ius videtur procedere, cum ſimpliciter tutores filiis reliquiſſet. Vtroq; enim caſu inquirēdum eſt à iudice, an idonei dati ſunt, qui idonei viſi ſunt, confirmantur. [citatis l. 1. & 2. ff. de confirm. tut. vbi Accurſ. in l. 2. ſpecifice iſtud cōfirmat, licet in alleg. l. ſi matris. non ſibi cōſtet.] Hinc facile eſt perſpicere notam differentiam inter tutores

Non licere in tutelam ire ſua authoritate.

Qui filios in poteſtate nō habet ius dāndi teſtamēto tut. non habet.

Mater filiis à ſe hæredibus inſtitutis tutorem dat.

teſtamẽto datos à patre, vel à matre. Quia dati à patre, ipſo iure ſunt tutores abſque vlla alia inquiſitione: dati vero à matre, tutores quidem nõ ſunt: ſed ſi ex inquiſitione idonei iudicati ſunt, iudex ſuo decreto eos cõfirmabit. [l. peto. §. mater. ff. de leg. 1. & in l. 1. de cõfirm. tut. & l. 3. ff. de teſt. tut.]

Secundo loco, quod ad legitimos tutores pertinet, ſciendum eſt eos à lege etiam creari & fieri, legitimos enim tutores nemo dat, ſed eos conſtituit lex. [l. legitimos. in princ. ff. de leg. tut.] licet autẽ à lege ordinati ac omnino creati ſunt, adminiſtrandi tamen poteſtatem non habent, niſi à iudice decernatur. [l. vlt. C. arb. tutel. & plenè traditur à doct. in l. cum eorum. ff. de poſtul. & l. 1. C. de tutor. & curat. illuſt. & al. leg. l. legitimos. in prĩc. & in §. in legitimis. vbi latiſsimè à Bart. ff. de leg. tut.]

Forma in dandis tutoribus ex inquiſitione à lege præſcripta.

Tertio, Quod ad datiuos attinet, conſtat, formam quæ in eis dandis obſeruatur à lege pręſcriptam & diffinitam. l. naturali §. ſi queratur. ff. de confirmat. tut. vbi poſt debitam inquiſitionem, an ſcilicet is dederit qui dare potuerit: Ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus ſit, cuius dandi facultas erat, inſuper ipſorum dignitas moreſque & facultates perueſtigare oportet vt ſuppleatur ex l. ſcire oportet. §. 1. de tut. & curat. dat. ab his. Tandem pronuntiato ſup his iudicis decreto cõfirmantur.

Quarto quantum pertinet ad iſtos gardianos, ſeu tutores conſuetudinarios, de quibus hoc §. agitur, ſi ius commune ſpectes, ipſi ſunt contra communes iuris regulas poſiti, quos anomalos appellamus. Nam, vt facilè intueri licet, lex municipalis eos facit, & creat tutores ipſo iure, ſicut de tutoribus teſtamentariis & legitimis diximus in 1. & 2. notab. Et quod plus eſt confirmatione non egent, nec adminiſtrationem à iudice petunt, ſed eam ſua ſponte adeunt: quod ex diametro cum iure cõmuni pugnat [citatis l. naturali. §. ſi quæratur. de confirmat. tut. & l. legitimos.] Vnde merito dubitatum eſt, an huiuſmodi cõſuetudo, quæ tutelam dat ſine vlla iudicis confirmatione valeret. Quam quæſt. tractãt Bal. Ang. & vterque Immo. in l. moribus. in princ. ff. de acqu. hęred. concludunt; eã valere. Ex his breuiter enarratis puto cuiuis pragmatico in prõptu eſſe omnẽ tutorũ cognitionẽ, ſiue quod ad ius ciuile ſiue municipale pertinet, quorum differentias huc atque illuc varie diſperſas, in hoc breue verborũ cõpendiũ redegimus.

¶ Auos.

CErtiſsima eſt iuris regula non ſolùm patrem, ſed & quemlibet alium aſcendentem, qui deſcendentes in ſua manu ac poteſtate habet, eorum dici legitimum adminiſtratorem. [vt in l. 1. C. de bon. mat. & in l. patri. in princ. ff. de minor.] Quinimo iure communi, quanto quiſque in linea aſcendentium ſuperior, ſeu quod dicitur, de ſurſum remotior erat, is in legitima deſcendentium adminiſtratione cæteris qui proximiores eſſent præferebatur: veluti auus patri in legitima adminiſtratione nepotis, & in reliquis quę ad ius patrię poteſtatis pertinent. [inſt. de pat. poteſt. §. Item qui ex filio.] Nam illud exploratiſsimi iuris eſt, ad illum legitimam adminiſtrationem deuolui, apud quem ius eſt patrię poteſtatis. [l. filiũ habeo. ff. ad maced. Bal. in l. ſi permittenti. C. eo.] Diuerſum tamen iure iſto obſeruatũ eſt. Pater enim auo, & reliquis deinceps aſcẽdentibus in hac legitima adminiſtratione ſeu gadia pręfertur.

¶ Auias.

COnſtat ex nouiſsimo iure authẽticorum auiæ permiſſam fuiſſe nepotum tutelam, ſicut & matri filiorum. [author. matri & auiæ. C. quãdo mul. tut. off. fung. & in corp. vnde ſumitur, ſcilicet in aut. de hæred. ab inteſt. ven. §. ex his.] quod & iſto iure municipali approbatũ, ac receptũ eſt.

Iure municipali & aut. auia, vt mater filiorum, nepotum tutelam gerat.

Quid de proauia.

Sed hinc non modica reſultat difficultas, quid in proauia iuris ſtatuẽdum eſſet, cuius conſtat nullam haberi mẽtionem in prealleg. aut. matri. & auię nec in hoc quoque capite. quid igitur ſi fingas patrẽ nec matrem, auſum neque auiam extare, an ad proauum ſeu proauiam perueniat pronepotum tutela? Bart. in terminis hãc quæſt. mouet. [in l. cui eorũ. in princ. ff. de poſtul.] Seque conſuluiſſe refert hãc tutelam pronepotum ad proauiam extendi, licet eius nulla fieret mentio in d. aut. matri & auię. Contrariam tamen opin. tutatus eſt Ang. in l. gallus. §. inſtituens. de lib. & poſt. motus ex vi verbi (ſolis) in d. §. ex his. in auth. de hæred. ab inteſt. ven. eo quod illius. §. diſpoſitio ius antiquum corrigat, & quod proauia ab auia differat. Mihi autem opinio Bart. magis ſatisfacit, quam etiam ſequutus eſt Ioh. imm. in citato. §. inſtituẽs. Nec obſtãt rationes Ang. Nam vt reſpondit ipſe Imm. dictio illa (ſolis) caſus ſimiles non excludit. [vt conſtat ex his quæ tra-

dũtur in l. ob æs alienum. C. de pręd. min. & l. illud. C. de sacroſ. eccl.] Quod autem adducit Ang. de materia correctoria. reſpondet etiam ex vi antiquę regulæ in materia correctoria extenſionem fieri poſſe. [not. in l. ſi quis ſeruo. vbi latiſsime à moder. C. de furt.] Nec abſurda res videbitur ſi ex poſteriori lege ſcripta, vel nõ ſcripta, præcedens extendatur. vt in citata l. cui eorum. cõcludit Bart. quod ad præſentem quæſtionem pertinet, idque maxime vbi in caſu expreſſo, & in caſu extenſo, eadem ſubeſſet ratio: ſicuti eſt inter auiam & proauiam, inter quas nullus eſt qui differentem rationem vllam cõminiſci poſsit, qua quod in vna diſpoſitum eſt in alia intelligi non poſsit. Vnde fit vt in ſtatutis etiam exorbitãtibus à iure communi, huiuſmodi fieri poſsit extenſio, vt eo loco declarat Imm. & declaraui ſupra tit. prox. §. 1. & 2.

¶ Præferendi maſculi.

QVod in tutelis præferantur maſculi fœminę, cõſtat manifeſtiſsima ratione, tutela ſiquidem officium eſſe virile nemo ambigit. [l. fœminę. ff. de tutel. l. 2. de reg. iur.] licet aliquando fœminas ad tutelam ius admitti permiſerit, quod ſane ex ſpeciali fauore, & gratia indultum eſt, idque certis tantum perſonis, propter ſanguinis coniunctionem, videlicet in matre & auia. [auth. matri & auiæ. C. quando mul. tut. off. fung.] Quo fit vt pater cui tutela filiorum defertur ex iure communi pręferatur matri, cui competit tantum ex ſpeciali priuilegio. [l. 2. & 3. eodem tit.] Quod iure communi contingere poſſe conſtat, quando pupillus à patre emancipatur. [l. ſi pupillus. in princ. de verb. ſignif.] quod à nobis ſupra proxime declaratum eſt, in ver. parentibus. Nec obſtare Bart. putat in d. auth. matri & auiæ, quod in corp. vnde ſumitur, traditur matrem præferri legitimis. Illud enim de legitimis collateralibus, non de aſcendentibus vel deſcendentibus intelligitur. In quam rem adduco tex. in l. vlt. in princ. C. de curat. fur. vbi conſtat filio patrem habenti, non poſſe alium tutorem dari. Nemo eſt enim qui affectu & vera dilectione patrem vincat, nec in cuius manus & cuſtodiam poſſint tutius res pupillorum committi gubernandæ, vt eo loco docet Imper. Quod tamen de omnibus parentibus in vniuerſum intelligendum non cenſet Bart. poſt Accurſ. ſed vult hoc tantum verum obtinere, quando filius de cuius tutela apud patrẽ agitur, eſſet legitimis nuptiis procreatus. Nam ſi naturalis tantum eſſet filius, non immerito penes matrem eius cura ac tutela remaneret, patrique naturali pręferetur: ſicuti pręferri quoque ſolet à iure in ſucceſsione, vt in §. vulgo. inſt. de ſucceſſ. agnat. Et de tutela videtur cauiſſe Imper. in l. vlt. C. quando mul. tut. offi. fung.

Secundo quærit Accurſ. & Bart. in d. autho. matri & auiæ. quid ſi concurrant auus & auia vter præferetur? Reſpondet Accurſ. vtrumque ſimul ad nepotum tutelam admittendum, cum iure cautum nõ extet auiam per legitimos repelli. Qua in re verſatur in ancipiti Bart. nec quid cenſeat depromere audet. Verum conſtat, vt paucis agam, omnem huius quæſt. difficultatem penitus ſublatam ex huius noſtræ conſuetudinis conſtitutione, qua cauetur maſculos omnino præferendos fœminis. Hæc verane ſint iure ſcripto, non eſt preſentis inſtituti diſcutere. Ideo communi docentium ſcholæ pertinacius diſputandum relinquo.

Tertio in dubitationem cadere potuit, quid ſi concurrãt mater & auus, quis pręferetur? Exiſtimauit Accurſ. auum pręferri matri, vt patet ex huius conſuetudinis contextu. In contrariam tamen opinionẽ iuit Bart. exiſtimans matrem auo pręferri ex gradus prærogatiua: ſicut in ſucceſsione filij eumdem excluderet [auth. defuncto C. ad Tertul.] Igitur & in tutela idem pręlationis ius habebit [ex reg. auth. ſicut. C. de leg. tut. & in auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ex his] Quam Bart. ſentẽtiam, noſtra approbauit conſuetudo. Ideo concludemus gradus prærogatiuam, ſexus cõditionẽ vincere. Ita mater pręferetur auo.

In tutelis deferendis attendi potius gradus pręrogatiuam quam ſexus conditionẽ.

¶ Paterni maternis.

VErba illa non aliud ſignificant, quam vt auus paternus auo materno in nepotum tutela præferatur & auia paterna auię maternæ. Quod etiam lege xij. tab. cõſtitutum erat, quæ iubebat primo agnatis tutelas, ſicut hæreditates deferri, habita compenſatione oneris ad commoda [l. tutelas. ff. de capit. diminut. & l. 1. ff. de leg. tut.] Sunt autem agnati qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre cognati. [l. ſicut. eo tit. & in l. iuriſconſultus. §. inter agnatos. ff. de grad.

cognat.] Vnde proximior ex parte patris ſeu linea paterna, tanquam dignior ex lege.xij.tab. preferebatur. [d.l. tutelas.] Sed quia hodie ſublata omni differentia inter agnationis & cognationis iura, agnati & cognati pari iure ad ſucceſsionem & tutelam admittũtur. [auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ex his. Accurſ. & Bart. & qui eum ſequuti ſunt in l. 1. ff. de leg. tut.] Verum noſtra conſuetudo in ſubeundis tutelis ab hoc nono auth. iure nonnihil receſsit, renouauitque antiquam illam differentiam inter agnatos & cognatos, illis enim præferri hos voluit, vt cauerat lex.xij.tab. quę quod ad propoſitũ pertinet, in viridi manet obſeruantia, ſuadente noſtra conſuetudine. Cuius prouiſionem adprime hoc loco oportunam fatetur Bart. in d.l.1. ſubiiciens ſingulare illud, quod in ciuitatibus in quibus ex ſuis ſtatutis derogatum eſt iuri communi, vt agnati cognatis in ſucceſsionibus præferantur, idem ius cenſeri in tutelis, vt ſcilicet agnatorum prima ſit cauſa in ſuſcipiẽdis tutelis. Ex quibus colligendum eſt eam fuiſſe maiorum noſtrorum mentem, ac propoſitum in ſancienda huiuſmodi lege municipali de prę ferendis agnatis ipſis cognatis, vt agnationes conſeruarẽtur, & familiæ: hinc inter agnatos, maſculos quoq; fœminæ præferri cautum eſt. Vt ſuper ſimili propoſito refert Ang. de quodam ſtatuto florẽtino, in conſ. 222. in 3. col. in animaduertentia ſtatuentium. Cæterum id notatu digniſsimum eſt, has de quibus agimus tutelas ex ſtatutis & conſuetudine inductas, inſtar quaſi legitimarum haberi. [not. Bal. in conſil. 146. Premiſsis verbis. 2. vol.] Vnde de his idem iudicandum eſt, quod de tutelis à iure communi introductis, niſi diuerſum à ſtatuto vel conſuetudine ſancitum expreſſe eſſet, tunc enim à iuris communis regulis recedendum, & ſtatutis, vt poteiuri poſteriori, adhærendum nemo eſt qui ambigat.

ARTICLE CINQVIESME.

En garde de mineurs nobles, les gardiens, ſoient pere ou mere, aieul ou aieule, font leurs les fruictz des heritages deſditz mineurs tant comme dure ladite garde, dont ilz ſeront tenuz vſer cõme bons peres de famille. A la charge de paier les obſeques & funerailles des pere & mere deſditz mineurs ou autres leurs parens auxquelz ilz ſuccedẽt, de nourrir & entretenir leſditz mineurs, de tenir leurs heritages & edifices en bonne & ſuffiſante reparation, de faire les foy & hommage aux ſeigneurs du fief pour raiſon deſditz heritages, paier les feodaulx proffitz s'aucũs en ſont deuz, & d'acquiter leſditz mineurs de toutes debtes. Et à la fin ſi leſditz mineurs ſont maſles, les monter de cheuaulx: & s'ilz ſont filles, les veſtir: le tout ſelon leur eſtat & condition. Et au regard des meubles d'oreſnauant en ſera fait inuentaire ſolennel, & en appartiendra la moitié au ſuruiuant pere ou mere, & l'autre moitié aux enfans. Et n'auront aucune choſe eſditz meubles les gardiẽs, au moyen de la garde deſditz mineurs.

§. 2.

Quiſquis pupillorum nobilium tutelam ſeu gardiam ſuſceperit, ſiue is pater matérve ſit, aut auus auiaue, fundorũ pupillarium fructus ſibi acquirit, quibus velut bonus paterfamilias vtetur fruetúrque, ob ipſum tamen vſumf. ſubiturus onera parẽtandi, funebréſque impenſas parẽtum, aliorúmque quibus pupilli ſuccedent erogandi. Illa quoque eiſdem quæ ad victum curámque corporis pertinebunt prę ſtandi. Inſuper & ędificia, prædiáque reficiendi, atque excolendi, & in his neceſſarias impenſas faciendi. In fidem patronorum ſeu dominorum feudalium ſeſe nomine pupillorum conferendi, feudaléſque penſitationes, ſi quæ debeantur, exoluendi, cóſque omni ære alieno liberandi. Denique cum deſierit tutela, maſculis equitium, fœminis autem mundum, veſtitúmque muliebrem pro modo facultatum & dignitate natalium vtrorúmque ſubminiſtrandi. Cæterum quod ad mobilia pertinet, in poſterum ſolenne fiat inuentarium, quorum dimidia ſuperſtitis, altera liberorum erit, nulla, illius gardiæ prætextu, portione ab his gardianis vendicanda.

ſiones & vt ſemel dicam omnia,quęcũque ſint,emolumenta vndecunque prouenientia. Hanc quæſt. dubiam reddit illa ſepius ac maxime in huius operis proemio à nobis repetita reg. qua concluditur ſtatuta & cõſuetudines ſtricti iuris eſſe. Ideo non niſi ſtrictam ac propriam interpretationem recipere. Quæ tamen reg. non vſque adeo valitura eſt, vt apud me potior & æquior non ſit illa lata interpretatio cõſuetudinis noſtrę,vt intelligamus eam de fructibus omnibus in vniuerſum diſponere, complectiq; generaliter omnes fructuum ſpecies quas proxime retulimus, nedum naturales,ſed etiam obuentiones quę licet quia ex ipſo corpore non proueniant, ſed ex alia cauſa.[vt docet iuriſ.in d.l.vſura pecuniæ.ff.de verb. ſignif. & Alex. in prealleg.l. Diuortio. in pr.ff. ſol. mat.] non niſi ſub lata fructuum ſignificatione veniant, idque ratione mutuæ ſimilitudinis, quæ eſt inter eas obuẽtiones & fructus.[l.prædiorum.ff.de vſur.iuncta l.ſi nauis.& l. ex diuerſo.vbi Bart.ff.de re. vẽdic.eſt & ſing. tex in l. fructus rer. de reg. iur. & in l. loci corpus. §. 1. ſi ſeru. vend.] Hinc dicit Bal. [in l.etiam.col.3.C.de execut.rei.iud.]pręſtationes quę renaſcerẽtur & pullularent, eſſe in fructu: quicquid autem in fructu eſt,poſſideri,vel videri quaſi poſſideri:quę quanuis large ſumpto fructus vocabulo, fructus appellentur.[ex d.l.prædiorum.& Bal.in l. ſi traditio.in fi.C.de act. emp.] ita vt proprie nec fructus dicantur, niſi adiecto hoc nomine(ciuiles)[Accurſ.& Bart. in d.l.fructus & Aret.in d.§.ſi vir.] Tamen fructibus naturalibus equiparantur.[d.l. prędiorum & l.vſuræ vicem.ff.de vſu.& l. ſi is qui bona,& l. ſi Anthypoca.ff. de pig. l.lecta.in fi.ff.ſi cert.pet.] Proinde quo conſuetudo noſtra quãtum proxime fieri poterit, ad ius gentium commune accedat, non abs re erit concludere hanc noſtram conſuetudinem quoſcunque fructus, qui vel etiam tantum ſub lata vocabuli ſignificatione veniant, comprehendere.[Ant. de But.& Ioh. ab Imm.in c.dilectus. in.1. not.arg.illius tex.iunct. gl. ex. de conſuetud.] Et ex hac ratione Alex. de imm.[in conſil.ibi.in cauſa & lite.vol.2.]argumenta quæ contra huius conſuetudinis diſpoſitionem mouentur, diſſoluit, extat & in eandem caſus ſpeciem,qui hac noſtra conſuetudine continetur,conſiliũ Paul.Caſt. 371. Super iſtis dubiis.in nouis. vbi vigẽte hac cõſuetudine in Canodiſtria, quod tutores quorumcunque bonorum pupillarum fructus lucrentur omnibus interim quę ad victum veſtitúmq; neceſſaria ſunt, debitè ac legitimè ipſis pupillis exhibitis, nihil ſibi videri obſtare ait, cur reditus quoque ac emolumenta ex his bonis,quæ extra prouinciam in qua obſeruabatur illa conſuetudo prouenire, ſibi acquirant, vigore illius conſuetudinis:quę vim ſuam etiam ad ea bona quæ tempore ſuſceptæ tutelæ habebat pupillus alio in loco, extendit. Ex qua deciſ. facillimum eſt concludere ex vi huius conſuetudinis, gardianos ſuos facere fructus prędiorum,quę ad pupillum bleſen.pertinẽt, etiam extra prouinciam bleſen. exiſtentium. Quod porro à nobis ſuperius dictum eſt fructus ciuiles recte cum naturalibus comparari, ideo cedere tutoris lucro ex vi noſtrę conſuetudinis, quadam adhibita diſtinctione temperandum eſt.[quam tradit Bal.in c.1. in vlt. verſi. de pac. ten. & in c. domino guerram.§. his conſequenter. in tit. hic finitur lex.] Naturales ſiquidem fructus, ſi pendentes ſint,idem de his iudicatur ac de fundo,cum pars fundi ſint.[l.fructus pendentes.ff. de rei. vendic.] Si vero à ſolo ſeparati fuerint, licet nondum de ſpica excuſſæ ſint ſegetes,vel ex vuis nondum expreſſum ſit vinum, vel de oliuis nondum confectum ſit oleum:tum cum iam nil habeãt cum fundo commune, eiuſdem iuris exiſtimantur vt mobilia: quod vel ex eorum natura manifeſtum eſt. Penſiones autem quia fructus ſunt ciuiles ex vtriuſque participare natura non immerito creditum eſt.vt ſcilicet ſi dies ſoluendæ penſionis ceſſerit, fructibus à ſolo ſeparatis recte æquiparabuntur, Si nondum venerit dies ſolutioni deſtinatus fructibus pendentibus. Cæterum ſi pro parte temporis ceſſerit,pro altera vero parte non:Tunc ad rationem temporis referenda eſt ſolutio,ita vt pro rata temporis nunc his, nunc illis equiparetur. Sequitur vt ex hac diſtinctione pateat differẽtia,qua naturales fructus à ciuilibus diſtinguntur, quo ad eorum productionem ſeu producendi modum attinet. Quippe fructus naturales per ſeparationem eorum à fundo cui inhęrebant, fructuum nomen ſortiuntur, ita vt à ſolo ſeparati iam deſinãt eſſe pars ſoli. [Bal.in l.ſi quis bonorum.ff.de leg.1.l. vlt. §. penult. quæ in fraud. cred. Cuius opin. confirmat Alex. in eadem l. ſi quis bonorum.ex l.in lege fal. placuit.ff. ad l. falc.&

ex d.l.fructus pendentes.]Simile dici ſolet de partu,qui antequã in lucẽ edatur, pars viſcerũ matris cẽſetur. [l.1.§.1.ff.de ventre inſpic.] Quo fit vt ſtatutum de fructibus diſponẽs non pertineat ad fructus pẽdentes,[Alber.de roſa.in 1.parte.ſtatut.quæſt. 226. Pone ſtatuto cautum.] Ciuiles autẽ non niſi ex quo die incipiunt deberi, cenſentur veluti producti, vt cum penſionis ſoluendę dies ceſſerit. Ex quo ſuccedit illa vulgata ac omnium praticorum ſermone trita regula,quod ius in naturalibus fructibus operatur è ſolo ſeparatio, ſeu perceptio,idem operari obligationis ceſsionem, id eſt euentum diei,in quem dilata eſt ſolutio. Quod ſi pro parte temporis ceſsit: pro parte, nõ,~~autem~~ pro rata temporis inter emptorem & venditorem diuiduntur. [l.Iulianus.§.ſi fructibus.bi Accur.& Bar. ff.de act.empt.& l.vlt.§. Triphonio.ff. de iu.fiſ.] Eadem quoque fit diuiſio inter proprietariũ, & vſufructuarium vbi vſufructus expirauit [l.adhuc intereſſe.§. ſi operas & l.qui operas.ff.de vſufr.] Quam rem à me conſultam fuiſſe memini dum adhuc quadragenarius agerem in quadam retractus cauſa, in qua ei qui genus proximior erat iure retractus ſex modia frumẽti annua, ac perpetui reditus quotannis in feſto purificationis ſoluenda à fratre vẽdita,adiudicata ſunt cum fructibus ſecundum prouincię noſtræ cõſuetudinẽ. quod ſcilicet illa penſio eſſet diuidẽda inter emptorem & proximum retrahẽtem pro rata temporis,videlicet quod ex illa penſione,licet dies eius ſolutioni dicta nondum ceſsiſſet,pro rata temporis vſque ad diem citationis cederent emptori.vt ĩ de retrac. cap.6. A die autem citationis retrahenti. In cuius rei cõfirmationem addebam quę Ponta. in conſ. 10. quæſtionis propoſitæ adducit. Verum nihil eſt quod maiorem lucem huic loco adferat, quam diſtinctio illa quam de fructibus ciuilibus ſcripſi infra de obuent. feudal. c.3. quam hic repetere nil attinet.

Verum quãdo innumeræ quotidie ſuper eo fructuum lucro,quod tutoribus cedere diximus,emergunt quæſtiones,quæ graues interdum inter pupillos iam adultos,& tutores ſuppeditant contentiones, ſtatui quanta fieri poterit breuitate perſtringere quæcunque ipſis,quos diximus, gardianis fructuum nomine cedãt. Primo igitur gardiani fructus omnes, qui in fundis pupillaribus coaluerunt,ſibi acquirũt. Hi enim ex vera ac genuina ſignificatione vocabuli, fructus ſunt proprie, qualis eſt glans. Glandis autem appellatione omnis generis fructus ſignificãtur. [l.vna. de glã. leg.& ita not. Bart. in l. qui ſeruandarum §.ſi glans.ff.de preſcrip.verb.]

Quos lucrẽtur fructus gardiani nobiles ex hac conſuet.

Secundo,lucro gardiani cedit quicquid frugis appellatione continetur. Nam ex eadem germana ac vera ſignificatione fructus appellatio & frugem complectitur, ſicut genus ſpeciem.[l. frugem.ff. de verb. ſignif.] Vnde non ſolum frumẽta & legumina,verum etiam quicquid ex eis prouenit, fructus appellatione venit, vt palea. Item quod ex vitibus, ſyluis cæduis,cretifodinis, & lapidicinis, pratiſque percipitur. De frumentis & leguminibus tex. eſt in d.l.frugem. De paleis & ſtipulis,quæ ex his procedũt,eſt in l.ſi vſufructuarius meſſem.quib.mod.vſuf.amit.& ita refert Specul.tit.de decim.§.vnico.in vlt.verſ.Pont. in citato.§. ſi fundum. De vitibus & quod nedum nomine fructuum vina, ſed quæ in vitibus coaleſcunt plantæ, & arborum ibi natarum fruges veniant, facit huius manifeſtæ regulę ratio: Idem de acceſſoriis quod de principali iudicari. l.nomẽ.de leg. 3.tradunt Bart. Bal. & Flor. in l. certo generi.in princ.ff.de ſeruit.ruſt. pred. Quod vero ad ſyluas ceduas,quas vocant germinales pertinet, quæ ſunt eæ quæ ſucciſæ rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcuntur,vt diffinit Seruius [in l. ſylua cedua.ff. de verb.ſignif.]eas quoque conſtat in fructu eſſe,non autẽ arbores non ceduas quæ vel cæſæ, vel vi ventorum aut tempeſtatis impetu diſiectę ſunt:quia eæ in fructu eſſe non dicuntur.[d.§. ſi fundum l. arboribus ff.de vſufr.] Vnde cõductor,emphiteota, fructuarius et gardianus illas incidere non poſſunt.[l.æquiſsimum.§.1.de vſufi.l.fraudem.§.conductor.vbi Bart.de iure fiſ.ff.& in.d.§.ſi fundum latius ab Alex. conſ. 118. in caſu.col.1.vol.5.]Et hoc quidem verum obtinet niſi quatenus ad fructuarij fundique vſum eſſet neceſſarium, [tractatur in d.l.arboribus in ver. materiam.& l.item ſi fundum.§. vlt. & l. proculus.ff. de vſufr.] Sin vero vetuſtate, ſine vi collapſæ ſint, vel ſua ſponte decidant,tunc in fructu eas eſſe certum eſt.Ideo iure communi ad fructuarium & ex conſuetudine ad gardianum pertinent [l. agri. eodem tit. vt ſcite declarat Ponta. in citato.§. ſi fundum.] Præterea quod de cretifodinis dictum eſt idem de aurifodinis, & argentifodinis iu-

Fruges.

Quid ſylua cedua.

Arbores ventorum vi deiectę vel tempeſtate proſtratę in fructu nõ ſunt.

Arbores ſua ſponte vel vetuſtate vel alio vitio collapſę fructuario cedunt.

dicandũ eſt [vt tradit eodẽ in loco Pont.] Idem quoque & de ferrifodinis quorum maximè abundat Pertica, patria nobis vicina. Quæ etiam de lapidicinis dicta ſunt intelligas oportet, de his quæ tempore ſuſceptę gardiæ erant tantum, vt ita dicam, habitu & non inde lapides præcidebãtur, quod fortè adhuc ignotę eſſent [vt eſt tex. ſing. in l. in lege. ff. de cõtrah. emp. Ex quo tex. Bart. & Bal. colligunt paria iura cenſeri hæc duo, non eſſe, & non apparere] idẽ de pratis quoque dicẽdum, vt nedum fœnũ gardiani lucro nomine fructus cedat, [vt docet Vlp. in l. pratum. ff. de verb. ſignifi.] etiamſi immature perceptum ſit, vt de ſylua cedua intẽpeſtiue ceſa, ſeu oliua immature lecta [l. ſi abſẽti. §. vlt. ff. de vſufruct.] ſed etiam ſalices, & reliquæ arbores in prato natæ, vt de arboribus in vitibus enatis proximè concluſimus.

Fruges etiã immature ac intempeſtiue lectas cedere vſufructuario.

Tertio, fructus appellatione veniunt omnes commoditates, atque emolumenta quæ ex rebus pupillorum percipi poſſunt, quæ ſignificatio ab etymologia vocabuli ducta eſt. Fructus enim omnia eſſe quibus fruimur, ſcripſit Varro. Vnde quęcunque ex pecudibus proueniunt vt lac pilus, lana, agni, ſuculi, & ſimilia, in fructu eſſe dicũtur. [l. in pecudum. ff. de vſur. & inſt. de rer. diuiſ. §. in pecudum.]

Venandi aucupandi piſcandique ius eſſe in fructu ideo ad gardianos pertinere.

Quarto, cõſtat ex his quæ diximus venandi quoque ac piſcãdi ius ad gardianos pertinere, hæc enim in fructu cenſentur. l. item ſi fũdi §. aucupia. ff. de vſufr. Quæ res tamen ſanè eſt intelligenda, vt verum habeat cum pupillares fundi adhoc parati ac deſtinati eſſent, qualia ſunt columbaria, ſaltus venatorij, ſeu quas vulgus garennas appellat, ſtagna, lacus, qui & riparię vocãtur: quæ quidem iura apud gallos in terra, gruariæ: in aquis, grarię nominantur. Cæterum hîc adhibenda eſt diſtinctio quam tradit Flori. [in l. diuus. ff. de ſeruit. ruſt. prę.] nempe ſi quis gardianus hęc iura venandi, aucupandi, piſcãdiue, ex tutela, qua fructus bonorum pupilli fiunt ſui, habeat, idque in locis adhoc paratis & deſtinatis: ſi quis ibi ſine ſuo iuſſu venetur, ferã quã capit ſuam non facit. Quod ſi illa loca venationi deſtinata non fuerint, tunc ex iuregentium quo omnia animantia ſunt omnibus cõmunia, quæ fera capitur, eius incipiet eſſe, qui primus eam cepit. Nec enim volucrum aucupium, aut ſimilia prohibentur, ſed ingreſſus tãtum in fundum alienum inuito domino. [§. ferę. inſt. de rediuiſ.] pluribus tractat Ang. [in d. l. diuus] de his venationibus quas grauiter taxare videtur examinátque illud imperatoris reſponſum, quo cauit non licere venatoribus in alienis agris, nolẽtibus dominis, aucupari. Vnde nullo iure immunitatem venatoribus conceſſam certum eſt. [l. venatoribus. de excuſ. mune. lib. x.] Nã & Auguſtinus in c. qui venatoribus. 1. 2. & ſequentibus aliquot capitibus, venatores, vti nefarium hominum genus, **ac ipſam** venandi artem vt nequiſsimam, acerrime inſectatur, ita vt nec abſtineat ab his qui illis quidpiam donant. Ex quo ſequitur Baronum & Caſtellanorum vt vocãt, ſtatuta & promulgationes, quibus inhibent venationem cæteris ſuo ſubiectis caſtro, nullius eſſe momẽti, nec vllum huiuſmodi quæ à iure gentium primo conſtituta ſunt prohibendi ius habere, ſed id ſua authoritate ſibi arrogaſſe. [Ita cenſet Ant. de Butr. poſt Hoſt. & Ioh. And. in c. non eſt. de decim.] Et poſt lõgam diſputationem, hæc ſtatuta prohibitoria à Baronibus emiſſa, ne cui venari liceat nullo iure ſubſtineri poſſe concludit Deci. con. 197. in caſu inquiſitionis, quo in loco recte negat ius venãdi inter regalia eſſe cõnumęrandum, nec ſoli principi iure competere, nec per eundem legitime interdici poſſe, cum ex iuregentium deſcendat. Quod & alio in loco repetit in cõſil. 271. in caſu tranſmiſſo. in princ. Quod verum obtinet etiam in iure piſcandi, & aucupandi, cum illa à iure æquiparentur. [l. item ſi fundi. §. aucupiorum quoque. ff. de vſufr. l. iniuriarum. §. vlt. de iureiu.] hinc concludunt præfati doct. ex huiuſmodi illegitimis principum ſtatutis vim inferri ſubditis. quo fit vt minus liceat præſidibus prouinciarũ huiuſmodi ferre ſtatuta. [l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clã. Fab. in. §. flumina. in fi. inſt. de rer. diuiſ. Guid. Pap. poſt. eum, in ſuis deciſ. delph. quęſt. 414. Vtrum barones & Banneretil] Hanc tamen communem doct. traditionem non ita perpetuam exiſtimo, vt non incidere poſsit caſus, quibus locum nõ habeat: qui duo ſunt, quos refert idem Ioh. Fab. in d. §. flumina. Primus eſt vbi id prohibendi ius eſſet longo vſu, ac legitima inueteratáque conſuetudine ab ipſis præſcriptum: quam quidem in eum caſum à ſupremo ſenatu vbique receptam eſſe teſtatur: vel niſi ij Barones & domini haberẽt illud ex regio priuilegio, & gratia longo temporis vſu confirmata. Tunc enim

Venatio.

Non eſſe ius principi vel baroni inhibendi ſubditos à venando.

Ius venandi inter regalia non haberi.

eos ius quaſi conſuetudine quæſitum habere crederem, quod & in priuatis obtinet qui certis in locis ius piſcandi acquiſitum habent, à quibus cęteros piſcatores arcere iure licet. [Ita cenſet Abb. poſt alios in c. ſignificãte. in princ. de appellat. motus auctoritate Accurſ. in l. ſane. de iureiur. ff. in quam expreſſum ferè extat Martiani reſponſum. in l. ſi quiſq; ff. de diuerſ. & temp. preſcript. vbi Bart. vult, quod magis eſt, ad illud ius prohibendi ſufficere vſum. quod repetiit in l. iniuriarum. 1. §. vlt. de iureiur. hæc latius Deci. in præfato conſ. 271. & conſil. ſeq.] Secũdo id genus ſtatuta ſuſtineri poſſent vbi ſpecialiter emiſſa eſſent, ſuper ſyluis, aquis, aut aliis fundis, ad eos iure dominij pertinentibus. Nam eo caſu etiã cuilibet priuato alium in agrũ ſuum, venandi cauſa, ingrediẽtem prohibere poteſt. [l. diuer. ff. de ſeruit. ruſt. pred.] Quo fit vt barones & domini poſsint, vt vocãt, proclama emittere, ne in ſuo territorio quiſquam venetur, ita concludit Aret. in l. 3. §. Nerua. in 3. col. ff. de acq. poſſ.

Ius columbariorum.

Verum quod ad columbaria pertinet alia longe ac diuerſa ratio eſt. Nemo enim ambigit alienas columbas etiam quæ in ſuum columbarium conuolauerint, capere ſine iniuria non poſſe. Ita vt qui animo fraudandi dominum, eas detinẽt, furtum committant, poſsintque merito furti accuſari. [l. pomponius. vbi Flor. ff. fam. herciſc.] Sed non inconcinne quæri in hoc furti genere poteſt de pœnitentia, An qui furandi animo columbas alienas ceperit poſſit crimen pœnitẽtia purgare, vt cum permiſerit vt effugerent, & in priſtinum columbarium ſeſe reciperent? Cenſuit Bart. [in l. qui ea mente. ff. de furt. col. 1.] pœnam furti & ignominiam pœnitẽtibus remitti. Quam traditionem eleganter temperat Cepol. in eo libro quẽ de ſeruit. vrb. pred. ſcripſit tit. de columbario. 177. vt ſcilicet verum non habeat, cum pœnitentiam dolus malus præceſiſſet, vt quia in columbario certum paſtum compoſuiſſet quo doloſe vicinas columbas alliceret, vt ſæpe vſu venire comperimus. Cuiuſmodi fraudulentam hominum malitiam, quæ furti pœnam meretur, pœnitẽtia ablui non poſſe putauit Cepo. [arg. l. quicunque in fi. de furt. C.]

Fructus iuriſdictionũ.

Quinto (vt ad rem redeam) ad gardianos, fructus, reditus, & obuentiones quaſcunque ex iuriſdictionibus quæ pupillorum ſunt, in vniuerſum pertinent. [l. vlt. in vlt. reſp. vbi expreſsim id tradit Bart. ff. ſol. matr. & l. vſufructu. eodem tit. & l. vſufructu legato. & l. item ſi fundi. §. 2. & §. aucupiorum. ff. de vſufr.] inter quos iuriſdictionum fructus mulctæ, quas emendas vulgus practicorum appellat, & confiſcationes continentur [l. mulctarum vbi Cy. de mod. mulct. quod probat Bart. in d. l. vlt. per. c. 1. quę ſunt regal.] Nam vt ait Bal. [in c. vlt. col. vlt. extra. de conſuetud.] cui cõpetit ius exigendi, quæ vocãt pedagia, ſeu paſſagia, eidem & competit ius erogandi pœnas, ſeu mulctas in quas inciderunt, qui illa pedagia defraudarunt. Qua ratione Bal. [in l. 1. col. pen. C. de fruct. & liti. expen.] tradit gabellarũ (ſic enim vulgo appellant) emptores, pœnas quoque ſeu mulctas eas defraudantium lucrari, quia in fructu ſunt. cõfirmat Cy. in l. creditor. de act. empt. Bal. & Saly. in l. ſi qui ſint. ex illo tex. C. de vect. & comm. & in l. 1. ſi prop. pub. pẽſit. & in rub. de rer. diuiſ. col. 3. verſic. ſed ponamus. Alex. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſ. omn. iud. Ang. Aret. in §. pœnales col. 5. inſt. de act. Decius cõſ. 4. & pro tenui. col. 2. Ex qua re Bart. in d. l. vlt. ff. ſol. matr. ſingularem hanc traditionem colligit. Si vxor caſtrum marito in dotem dederit, contingatque in illius territorio cõſtãte matrimonio aliqua crimina à ſubditis patrari, vnde bonorum publicationis condemnationẽ paſsi ſunt, vel mortis ſententiam incurrerunt, vel aliquam tantum mulctam pecuniariam indictam ſuſtinuerunt, omnia ex his prouenientia emolumẽta mariti lucro cedere certum eſt ratione onerũ matrimonij, quæ ſuſtinet. Ita vt ſoluto matrimonio eos vxori fructus reſtituere minimè compellatur. Et hanc Bart. ſententiam communis doct. ſchola vt verã, eo in loco ſequitur. [maximè Bal. Ang. Aret. Alex. & May. in l. diuortio. §. ſi vir in quinquennium. ff. c. Plenè id ab Ang. tractatur in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. c. Bal. & Paul. in l. 2. C. de epiſ. aud. idẽ rurſus Bal. in l. 1. in 3. col. C. de fruct. & liti. exp.] huc pertinet quod in ſimili ferè caſus ſpecie tradit Bal. [in d. l. vſufructu legato. ff. de vſufr.] quod ſi quis alicuius iuriſdictionis vſumfructum habet, exilia, quæ vulgus banna appellat, à ſe exacta reſtituere nõ teneri, ſicut nec alios fructus aut acceſsiones quæ occaſione illius iuriſdictionis obueniunt, hæc enim omnia emolumẽta ad vſumfructuarium, tanquã lucrũ obuentitium pertinent: licet nõ per modum

HAec cõſuetudo qua nobiles gardiani quoſcũque bonorum pupillarium fructus ſuperlucrantur, ſoluto tamen omni ære alieno, omnique legitimo onere ſuſcepto ſuggerendi ea quæ ad pupilli victum veſtitũque ſunt neceſſaria, viget Canodiſtriæ vt teſtatur Paul. Caſt. cõſil. 37. Super illis dubiis in nouis. Porro cur in huius conſuetudinis capite noua appelletur, verũne ſit hoc videndum eſt: & ſi à decennio tantum recepta, in hoc volumen redacta eſt, quomodo iuſtam conſuetudinis appellationẽ mereatur, quæ non niſi diuturna hominũ approbatione, ac longęuo vſu cuius penè memoria non extet inducatur. [§. ex non ſcripto. inſt. de iur. nat. gent. & ciui & l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. vbi latius ſcrib.] Huic quæſtioni ita reſponderi debere viſum eſt. Quẽadmodum in eo libro quẽ de proceſſu verbali commiſſariorum ſcripſimus annotatum eſt, in compillatione harum cõſuetudinum, quædam fuere totius populi conſenſu abrogatę, quædam non in totum reiectę, ſed reformatę ac emendatę, aliæ verò ſunt nouo populi cõſenſu inductę. Et quidem quo facilius dignoſci, & à veteribus diſtingui poſſent, quæ de nouo additę ſunt, factum eſt vt ſingularum capitibus hoc verbum, noua, adſcriberetur. Quod recténe factum, & licitè diſputat May. in l. de quibus. col. 9. glo. in verb. inueterata. Eodem in loco referi Bart. voluiſſe populum ſimulatque conſenſum & approbationem ſignificaſſet, conſuetudinem inducere poſſe. Et Anto. de Butr. in repetit. c. vlt. extra. de cõſuet. tradit Guil. & Petr. in eandem iuiſſe ſententiam, Si itaque inter populares ſeu ciues conuenit, vt maior natu excluſis fratribus in vniuerſum patri ſuccedat, id, ſtatim vbi approbatum eſt vno ore & conſenſu, conſuetudinẽ legitime fieri concludit Butr. cũ aliis cuius tamen opinionem non ſatis tutam arbitror, nec eam recipit Bart. nec May. ea præſertim ratione, qua conſtat conſuetudinem non niſi longęuo vſu, ac diuturnis moribus vtentium induci. Hinc eſt quod rectè humano corpori ſolet comparari, quod non ſtatim ac repente virile ac robuſtum fit, ſed velut pedetentim ac labentibus annis augetur, ac creſcẽdo vires acquirit: ita cõſuetudo, non vt exiſtimauit Anto. de But. ex illo repentino & velut impręmeditato populi cõſenſu protinus pro lege ſeruanda eſt: ſed ex actibus diu frequẽterque repetitis, & multa tẽporis diuturnitate paulatim popularibus ciuium animis obrepit, vt tandem eam pro lege non ſcripta, ſed quaſi innata vltro obſeruare non recuſent, illo toties iterato habitu in alteram quãdam legis tranſeunte naturã: quo fit vt huiuſmodi conſuetudo legitime pręſcripta, legem ſcriptam vincat. De qua re latius doct. in l. de quibus. ff. de leg. præcipuè May. & Bal. Et vt ad eas quæ hic dicimus nouas cõſuetudines redeam: ego aliquando interrogatus à quibuſdam quibus erat commiſſa publicatio quid in ea re agendum cenſerem: reſpondi has conſuetudines de nouo introductas ſola conſentientis populi voluntate metiri nõ oportere, ſed ex principis conſtitutione, ſuorumque huic muneri pręfectorum decreto, accedente interim populi conſenſu. Qui reſponſum noſtrum nõ aſpernati ita vt viſum erat, ex trium ſtatuum ſuffragiis decreuere, quod & impoſterum in nouis cõſuetudinibus introducẽdis fractitarũt.

Cur hæc cõſuetudo noua ſcribatur.

¶Nobilium.

NObilitatis priuilegia adeo luculẽter & copiosè deſcripſere Luc. de penna poſt Bart. & Ioh. de plat. in l. 1. & l. mulieres. de dignit. lib. 12. C. & nouiſsimis tẽporibus Boh. & Chaſſ. in ſuis cõmentariis in cõſuetudines Biturien. & Burg. editis, vt nihil à nobis addi poſſe putẽ. duo itaque tãtum quæ in eius rei cognitionem quam plurimi facere exploratum habeo, referã. Horum primum ad eius capitis interpretationem planè pertinet: eius enim priuilegij cauſas continet. Alterum licet non ita arctè cũ propoſita materia coniunctũ ſit, quia tamen non minus frequẽs ac quotidianum quã vtile eſt, prætermittere non poſſum. Quod ad primum attinet, conſtat hac noſtra conſuetudine ſancitum eſſe vt nobiles gardiani pupillariũ bonorum fructus facerent ſuos, idque in nobiliũ gratiam & fauorem, quorum conſtat in multis iuris noſtri articulis meliorem cõditionem, fauorabilioremque cauſam quã plebeiorum fuiſſe, quod & in ſtatutis obſeruari paſsim exploratum eſt, [Bart. in d. l. 1. de dignit.] Ideo lex noſtra municipalis nõ immerito neceſsitudini fideique nobiliũ plus tribuit, quam plebeiorum: qua ratione ne velut mercenariam operam pręſtare viderentur, iuſsit fructus ſuos fieri, vt ferè in terminis narratur de fideicõmiſſo Pol-

Nobilitatis fauor huic conſuetudini cauſam dedit.

lidij.[in l.in fideicommiſsi.§.cum Polidius ff.de vſur.]Secundum erit,de eo nobilitatis priuilegio quo ſolẽt nobiles prẽire ipſis plebeis,tum & primas ſedes in templis ſeu locis publicis ſibi ex nobilitatis prẽeminẽtia arrogare,vnde tot offendicula,iniurias ſtrages emanaſſe conſtat. quæ res nonnũquam faceſsit negotium ipſis vrbium prẽſidibus.Ita incredibilem quorumdam audaciã vix compeſcere ſummi ſenatus decretis & conſtitutionibus,quæ in eã rem innumerę ex ſuprema curia ꝓdiere,potuerint.Ita tam vanę & fluxę gloriæ cupida ac pernix vindex eſt huius tempeſtatis nobilitas.Non tamen negarim,immo luben ter aſſeruerim,eminentiorem ac dignioꝛẽ ſedis locum nobilibus iure deberi,vt tradit Accurſ.in l.aliam.de bon.poſſeſ.inſtit, vbi illius tex. arg.docet quæ eminentior & honoratior ſit ſedes,nempe quę principi ſeu domino propinquior eſt. Huius meminit Bal.in l.obſeruare.§. vlt.in fi.antiq. lecti.ff.de offic. proconſulis. & legati. & rurſus Accurſ.in l.1.§.ſicut autem.inverb, ſeruitutem.ff.de aq.plu.arc.admonens inferioris & obſcurioris conditionis homines,vt quos in eminẽtioris dignitatis gradu,vel fortuna vel generis nobilitas collocauit,reuereri & honoranter habere non recuſent,ita vt ſubaddiderit eo loco Bal. qui eum honorem ſeu ſedendi præeminentiam nobili cedere detrectat, teneri actione iniuriarum,poſitque vi & armata manu,eum loco deiicere, cum vnicuique liceat quacunque ratione iniuriam à ſe propulſare,& ei obſtare qui honori ſuo detrectare ac eum vilipendere tentet. Quod tamen Ioh. Fab.in d.§. aliam. ſummopere negat ex l.iniuriarum actio.§.ſi quis de honoribus, ff. de iniur. vbi docet ob honoꝛẽ non exhibitum actionem iniuriarum dari non poſſe,poſſe tamen iudicis officio agi, vt minor cedat maiori ſedẽ, ſeu in officiis aut quibuſcunque aliis actibus [l.1.& 2.vt dign.ord.ſeru.& l.vlt.ff. de alb.ſcrib. & c. extra.de maior.& obedię.vbi id latè à modernis.] Quod & inter priuatos, qui omni publici officij munere ſunt immunes receptum eſt,inter quos ſæpiſsimè immortales honoris cõtrouerſias oriri videmus. Nam quotidie licet intueri nobiliũ vxores pertinaciſsimis altercationibus contẽdere,vtra prior tẽplum ingrediatur, vtra prior munera ſua quæ in templo fieri pro more conſueuerunt,inter oſculandam pacem offerat,vtráue in eminentiori & celſiori loco ſedeat. Qua in re ſum ſolitus contra conſiliarios ſeu cauſidicos noſtros Bleſenſes concludere,qui vbi de ſedilibus templorum contẽditur,ſolent interdictũ retinendæ poſſeſsionis proponere, vbi ea diſturbantur vel è templo eiiciuntur: in ſuorũ enim ſedilium poſſeſsione inquietari proponunt,verum quam parum aptè ipſi viderint. Vbi enim nulla poſſeſsio eſt, quo poteſt pertinere interdictum illius retinendæ:conſtat autem laicis non licere in tẽplis ſedes habere.[c.1.extra.de vi & homic.& Accurſ. in eo ipſo caſu confirmat, in l. nemo apoſtolorum.de ſacroſ.eccleſ.] Tum quia area ipſa quæ ſacra & deo dicata eſt,in nullius cenſetur eſſe bonis, nec ædes ſacrę à nullo poſsideri poſſunt.[§.nullius.& §.ſacræ res.inſtitut.de rer.diuiſ.]Et quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutem non recipit.[l.caueri.ff.commu.præd.] Poſtremo ſiue actionem iniuriarum in eam rem competere dicamus,[vt placuit Bart. in d.l.obſeruare.]ſiue iudicis officium tantum,[vt voluit Fab.& quidem rectius ex his quæ not.Bart.in l.de vſu.de var.& extrord.cognit.ſcilicet quod vbicũque quis in ſeruitutis vſu quem ſolum habet non autẽ ius,turbatur,ei ex officio iudicis ſuccurritur.] neutro caſu competit remediũ poſſeſſorium.Certa eſt enim iuris regula, vbi non eſt petitorium,ſed ſola actio perſonalis, ibi poſſeſſoriũ eſſe nõ poſſe.[tex. in l.vlt.ff.quorum bon.]Et ita vno ore cõcludunt Bal. & reliqui iuris ciuilis interpretes[in l.ſi certis annis.C.de pact.& Cano.in c.quærelã.extra. de electi.] Ac multo quidem minus vbi ſolum iudicis officiũ cõpetit, quod in defectũ actionis, aliuſúe remedij implorari ſolet [vt docet Bart. in l.4.§.hoc autẽ iudicium.ff. de dam. infec.] Sed vt teſtatur idem Fab.in §.retinẽdę.inſtit.de interdic.id non ita obſeruatur apud noſtros aduocatos in foris ſeu curiis. Semper enim concludi ſolet in turbatiua(quęcunque fuerit vis) interdicto vti poſſidetis,pro omnibus aliis interdictis indiſcriminatim vtentes,vt ſolent imperiti medici,qui omne genus morborum vno collyrio curant ac medentur. Verum vt rem omnem ſemel finiam,conſtat ex his quæ diximus pro ambitioſis illis honoris (vt ita dicam)præeminentiis vendicãdis competere iudicis officium quod ſubſidiarium eſt:petitorium vero vel poſſeſſorium nil ad eas ptinere.[vt not.in l.ſi duo patroni. de iureiur.] Quod tamen non niſi hac ad-

Loci eminẽtioris dignitas nobilioribus debetur.

Nulla eſt ſedilium quæ in tẽplis ſit poſſeſsio.

hibita distinctione recipiendum est. Nam huiusmodi honores solent duplici ratione exhiberi: contemplatione videlicet personæ, vel iuris personę adherentis. Si intuitu personæ, vt puta si venerando cuidam, & eximio parochiano ob singulare aliquod benemeritum in ecclesiam seu parochianos ipsos collatum, vel raram aliquã eius virtutem aut eminẽtem authoritatem, datum sit eminentiori loco honoris gratia in templo sedere, tum si quis infimæ sortis homo, vel nebulo quispiam cui nil est magis cordi, quam vt viris probis negotium facessat, eum sedentem deiiciat loco: Tunc cum virtus colenda sit, & honorifice tractãdi ij quibus ipsa inest. [l. etsi virtutum. C. de his qui ad stat. confug.] iudicis officio succurri disturbato oportet, ille enim sedis honor exhibitus, personalis est nec in iure consistit, sed moribus tantum: ideo nullum remedium, nec petitoriũ, nec possessorium competit. Cæterum si in iure personę coherente insit is honor, haberetque aliquam coniunctam vtilitatem: vt si verbi gratia, pagani domino pagi aliquod honorarium certis diebus deberent, vt, finge, par calcariũ deauratorum, par caponum seu quid simile: quoniam res illæ domino redditę, non simpliciter exhibitũ honorem significant, sed & annexam habent aliquam vtilitatem, tunc aduersus paganos qui dominum eo honore defraudare tentarent, competit petitoriũ & possessorium, frustraque ad iudicis officium recurritur, cum paratum habeat aliud remedium. [probatur ex l. si non sortem. §. libertas. ff. de condict. iud. l. honori. de obs. pat. prest. l. ciuitatibus. de leg. 1. l. falsa. de condit. & demonst. & §. 1. quib. mod. feud. amit.] Et hanc duplicem honoris considerationem ingeniosam sanè tradidit Bal. [in c. licet causam. col. 3. extra. de probat.]

¶ Fructus.

Qui sint proprię fructus.

QVid fructuum appellatione veniat, cognitu quam dignissimum est. Sciẽdum itaque fructus ex propria nominis significatione dici naturales accessiones, id est emolumenta illa, quæ naturaliter ex re percipiuntur. vt refert [Accur. in l. qui se debere. §. 1. ff. de cõdict. ob causam.] Ex quo infertur, vt paucis agam, vsuras, census, pensiones, propria fructus appellatione nõ venire, nec in dominio nostro antequam præstentur censeri, sed nobis velut quid debitum videri. Ita argute ac subtiliter Bal. propriam vim verbi considerauit [in c. in genes. col. 2. extra. de elect.] & ideo propriori vocabulo obuentiones dicuntur, [idem Bal. in c. grauis. col. 3. in vers. quid de pensionibus. de rest. spol. Accurs. & Bart. in l. fructus. iuncta. l. ex diuerso. de reiuendic.] Neque hæc ex ipsa re, seu corpore, sed ex alia causa proueniunt [l. vsura pecuniæ. ff. de verb. signifi. Alex. & Aret. in l. diuortio. ff. sol. matr.] Quæ omnia vt clarius innotescant, & ne in æquiuoco laboremus, sciendũ est fructus esse in triplici differẽtia, [quam tradit Accurs. & Bart. in citata. l. ex diuerso. ff. de reiuendic. & l. pro oneribus. ff. de iur. dot.] Sunt enim vel naturales vel industriales, vel ciuiles. Naturales hi sunt, qui, vt dixi, propriè stant in suo nomine: id est quos natura absque vlla hominis cura vel opera ipsis animãtibus quibus vescantur sponte parat, & in quibus, vt dicit Bart. nulla vel modica versatur hominum industria. In quo genere sunt glans, poma, & quos similes sua spõte fert, ac producit tellus inculta. industriales autem fructus hi sunt, quos hominis labor & cura, coadiuuante interim natura, ad viuendi vsum parat, qualia sunt frumentũ. oleum, vinum, & alia id genus. Vnde scitè Bal. [in c. cum Mart. Ferrarieñ. extra de constit.] asserit fructus inde industriales appellatos, quod terra materiam ac alimoniam suggerat, hominis autem industria formam inducat. Nempe si frumentum non mandaretur terræ in semen, illud terram non producturam sponte certum est, quod si speltam seminares nec frumẽtum quoque colligeres, ita mutuis inter se officiis iuuantur tellus, & homo in emittendis, ac colligendis fructibus, quos industriales dicimus. Hinc Bal. [d. c. in genesi. col. 1.] inquit hos propriè esse qui roris infusi beneficio, & addito hominis labore & opera ad ortum & maturitatem proueniunt. Ideo Bart. eos hinc nomẽ accipere refert quod plurimum in his hominis industria versetur. de hac fructuũ specie fit mentio in l. si eius fundi. de reiuend. Ciuiles autem sunt obuentiones quas nõ ipsa natura produxit, sed ex re ipsa proueniunt atque ex hominis prouisione, & cõmerciis, & qui occasione tamẽ rei ipsius quęrũtur, iureq; ꝑcipiũtur. quę descriptio colligitur ex l. si nauis. ff. de reiuẽd. Huius speciei sunt pensiones, salaria, vecturæ nauium, reditus annui & id genus similes.

Vsuras census & pensiones non dici

fructus sed accessiones seu obuentiones.

Fructus naturales.

Industriales

Ciuiles.

[Bal.in l. ancillæ. C. de furt. & in l. pro oneribus.C.de iu. dot. in l. 1. C. de vſur. & fruct.leg.& in l.ſi traditio in fi.C.de actio. empt.] Et hæc ad primam fructuum diuiſionem pertinent. Alteram fructuum differẽtiam paucis attigit Bal. in c. in literis.& in c. grauis. ex. de reſ. ſpo. Quidam enim ſunt fructus rerum, id eſt qui ex rebus ipſis percipiuntur, de quibus in proxima differẽtia eſt tractatum: & ij ex propria fructus appellatione ſunt. Alij ſunt fructus ex actibus & commerciis hominum prouenientes, quales ſunt fructus iuris eligendi. Nempe vt ille ait poſt Imm. in c. cum eccleſia. ex. de cauſ. poſſ. qui eligendi ius habet ſimilis eſt ei, qui poma ex arbore decerpit, cum electio conſumatur ac rurſus renouetur, & ſuo aperiatur tempore. Quæ tamẽ poſterior ſpecies improprie fructus nominatur. Nemo etenim proprie dixerit, tutorẽ, cum ſe authorem pupillo præſtat, nec orphanotrophum cum pauperum curam gerit, fructus ex ſimilibus officiis piis percipere. Sed hæc in commodiorem locum differam tractanda.

Altera fructuum differentia.

Verum nec abſonum fuerit in praticorum gratiam horum trium verborum fructus reditus, & prouentus huc loci differentem ſignificationem congerere. Nec enim me latet plerósque his verbis vt ſynonimis promiſcue abuti, cum interim late inter ſe ſingula differant. [vt teſtatur Pōt. in l. ſi diuortio. §. ſi vir. cui iũgit ſimul vno contextu. §. ſi fundum. ff. ſol. matr.] Primo itaque fructus, vt Pontanus ſenſit, eſt qui cæſus ſubinde renaſcitur. [vt in d. §. ſi vir.] Cui Aret. eius diſcipulus, addit, & qui naturaliter percipitur: vt in prima fructuum differẽtia nuper tractauimus. Reditus autem, & ſi idem ſignificet quod fructus, latius tamen ſe extendit illius appellatio, ſiquidem à fructibus eo differt, quo ſpecies à genere. generalis enim reditus appellatione fructus cõtinentur, quemadmodum partus ancillæ non cenſetur eſſe in fructu [l. in pecudum de vſur.] venit tamẽ appellatione reditus. [l. Paulus reſpondit. §. 1. ff. de vſur. & in l. diducta. §. hęreditatis. vbi id à doct. not. ff. ad Trebell.] Abbas autem aliis verbis cõceptam hanc differẽtiam tradit. [in c. paſtoralis. 1. in not. de decim.] inquiens fructus eos proprie dici qui germinãt, reditus vero qui in terra ſati non ſunt, nec germinant. Vnde dicebat piſtrina, molẽdinaria, proprie fructus non producere, ſed reditus. Poſtremo prouentus appellatio omnium generalior eſt, fructus ac reditus omnino complectens: in cuius rei cõfirmationem Pont. tria iuriſc. reſp. adducit in l. magis puto. §. non paſsim. ff. de reb. eor. ĩ l. vſufructu legato. §. 1. ff. de vſuf. leg. & in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit. Adde l. vſurę. C. de vſur. Nec ſatis ex doct. iuris ciuilis traditionibus cõſtat, quid prouentus ſignificet. Ideo clarius idem Pontanus ait prouentus ſignificare, generaliter lucra vndecunqüe prouenientia. Cui addit Aret. quod licet fructuũ appellatione lucrum non contineatur, venit tamen obuentionum appellatione. [Accurſ. in gl. pen. circa med. in l. ſi vrbana. ff. de cond. indeb.] Bal. autem in c. cum M. Ferrarien. col. 2. ex. de conſtit.] naturam huius verbi ſignificãtius explicauit. cum dixit prouentus nomine, generaliter cõtineri omnes fructus tam naturales, quàm induſtriales & artificiales. vt ſunt penſiones, deductis interim impenſis, ac ſumptibus omnibus. vnde ipſi prouentus veniunt factis hominibus, vt in alendis ſerendiſue agris. [vt. ff. de petit. hæred. l. ſi non à domino. §. vlt. & c. de fruc. & lit. exp. l. 1. & arg. l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib.] & idem eſt ac de emolumentis, quæ deductis expenſis intelliguntur. [cl. ſtatutum. de elect. Ang. in citata l. 1. de fruct. & lit expenſ.] in quam rem plurimũ facit quod tradit Bal. [in c. ex literis col. 2. ex. de iureiur.] tria eſſe nomina, quæ ex proprio ſuo ſignificatu impenſarum deductionem inferunt, fructus ſcilicet, reditus, ac prouentus: quo fit vt non ſolum fructus rerum, ſed & fructus operarum intelligantur deductis expenſis. Idem exiſtimat eodem in loco poſt Bart. de fructibus mixtis. Quod tamen in decimis verum non obtineret, quę integrę ſolui debent abſque vlla impenſarum deductione. [c. tua. ex. de dec. Notant Bart. & alij, in l. fructus. ff. ſol. matr.]

Fructus. Prouentus. Reditus.

His igitur in modum cuiuſdam pruiæ inſpectionis quanta fieri potuit breuitate declaratis, pergo ad noſtræ conſuetudinis interpretationem, quę plus habet difficultatis. An ſcilicet eo loco quo de fructibus à tutore nobilium percipiendis fit mẽtio, intelligãtur generaliter venire omnes fructus, nedum eos qui in ſuo ac proprio nomine ſtãt, qui ex re naturaliter percipiuntur, ſed & illos, qui ex lata vocabuli ſignificatione comprehenduntur: videlicet fructus induſtriales, ciuiles necnon reditus, prouentus, domorum & apothecarũ pen-

De quibus fructibus intelligatur hæc conſuetudo.

vſufructus, ſed proprietatis inſeparabilis. Sedulo tamen ea in re aduertas velim. Licet enim communis interpretum ſchola vno velut pede, in eam ſententiam eat, tamen nonnihil habet dubitationis. Cõſtat quidem quod ad mulctas pecuniarias pertinet, & proſcriptiones eorum bonorum, quæ in rebus mobilibus conſiſtunt, eam plane indubitatam: vt id generis obuẽtiones, iis qui ſuos faciunt fructus, acquirantur: idque, vt itam dicam, irreuocabiliter, id eſt ſine vllo reſtitutionis periculo: cum certum ſit in propoſita Bart. ſpecie, ad maritum omnia dotis incrementa conſtante matrimonio facta, peruenire [l. dotis fructus. de iu. dot. & l. pro oneribus. C. eodem Ang. in l. at vbi. ff. de pet. her.] Idem in patre obſeruatur, ad quem bonorum aduenticiorum filij vſufructus pertinet. [l. vlt. §. filiis autem. C. de bon. quæ lib.] Quod ius ad gardianum quoque tranſlatum eſt, ex cõſuetudinis noſtræ ſanctione. Quod vero ad immobilium bonorum proſcriptiones pertinet, dubitatione, vt dixi, non caret hęc doctorum traditio, quę ita torquet doct. ipſos, vt ſibî parum, conſtent, atque alios in aliam ſententiam abire coegerit. Nam Alber. homo in praxi verſatiſsimus poſt Ioh. de Rauen. in citata. l. vſufructu legato. & l. ſi vero. in 2. col. ff. ſol. matr. & Bal. in d. l. vlt. e. tit. crediderunt iſta immobilia fiſco adiudicata, acquiri vſufructuario vſufructu tenus. Quod vero ad proprietatem pertinet, domino reſeruanda, ita vt apud fructuarium, vel maritum, vel gardianum, de quibus præſens eſt propoſitum, tandiu ſint duratura, quandiu vſufructus manet, matrimonium, vel gardia. his vero functis & abſcedente vſufructu, reuertuntur iſta omnia immobilia, ad dominum proprietatis, cum qua vſusfructus incipit iungi, & conſolidari. Adducitur tex. in l. bouem. §. ſi quis ſeruum. ff. de codicil. ed. quem in eam rem examinat Bal. in l. ſi prædiun. C. e. cui ſimilis extat in l. Item Mela. §. ſi in eo. ff. ad l. aquil. quibus iuribus cauetur re ex cauſa hęreditatis reſtituta, emptorem quoque teneri ad reſtitutionem quadrupli, quod in pœnam raptus, à raptore conſecutus fuiſſet. In qua opin. fuit etiam Dy. vt refert Bal. in d. l. vlt. Quo in loco manifeſtam inter res mobiles, & immobiles cõſtituit differentiam hanc. Si enim inquit quæſtio eſt de banno (quod exilium ſeu deportatio latinis dicitur) quo inflicta eſt bonorum proſcriptio quæ territorio cohæret, tũc reſtituto vſufructu domino, reſtituenda quoque eſt huiuſmodi proſcriptionis pœna: Alias enim non cenſeretur redditum integrum territorium. Cęterum ſi loquimur de bãno ab omni territorio ſeparato & abſtracto, vt ſi verbi gratia alicui irrogata eſt aliqua multa pecuniaria ob delictũ cõmiſſum, quod eo nomine cõdemnationis perceptum eſt, in reſtitutionem non venit. Iſtud enim è fructu & cõmodo iuriſdictionis eſt. Commoda autem omnia quæ aliqua ex cauſa ex re percipiuntur, fructus appellatione continentur. [l. loci corpus. §. 1. ff. ſi ſeru. vendic.] Et hæc diſtinctio plurimum ſanè veritati, & æquitati cõuenit. Contrariam tamen ſententiam ſequi non dubitarunt Bart. & Paul. in d. l. vlt. ff. ſol. matr. & bona pars doct. non contemnendæ eruditionis Bartolo aſſenſerũt in d. l. diuortio. §. ſi vir. co. tit. Et rationi Baldi quæ multũ habet in fronte coloris ita reſpondet argute Paul. inquiens nil ex hac confiſcatione, quę territorio cohęret in mariti vel cuiuſcunque alius vſufructuarij vtilitatem diminui ex ipſo territorio, ſed integrum permanere, nec quicquam iuriſdictioni proprietarij, qui eſt dominus territorij vniuerſalis & iuriſdictionis, non autem ſingulorum bonorum immobilium in territorio exiſtẽtium. Vnde quemadmodum res quæ in territorio ſunt, titulo venditionis, donationis & cęt. cęteris priuatorum contractibus ex aliis in alios tranſeunt, nec tamen immutatur territorium, ſeu vniuerſitas: ita nec ſi ea bona immobilia quod proſcripta ſunt, ad gardianos, ſeu maritos, aut ſimiles vſufructuarios perueniant, interuertitur territorium in quo ſita ſunt. Nec quicquam obſtabit quominus proprietarius recuperato territorio, poſt ſolutum matrimonium, aut expiratam tutelã, aut finitum vſumfructũ, iuriſdictionẽ ſuã ſuper bonis cõfiſcatis exercere poſsit contra maritum, gardianũ, & vſufructuarium eorúmq; hæredes, non minus quam ſi ab aliis ſubditis à quibus per ſententiam ſublata ſunt, detinerentur. Mutatis enim tãtum dominis rerum de perſona in aliam perſonam tranſlatis, res ipſæ permanent, permanet & illæſum ius iuriſdictionis in eas res. In cuius rei confirmationem plurimũ facit d. l. vſufructu legato. ff. de vſuf. quia certum eſt ad fructuarium pertinere huiuſmodi emolumenta, non ſolum profectitia, id eſt quæ immediate ab ipſa rein

An proſcriptio bonorũ immobiliũ pertineat ad cũ qui vſũfr. in eo territorio in quo ſita eſt habet

qua consistit vsufructus proueniunt: verum etiam aduentitia, id est, quæ aliunde & extra rem obueniunt, vt eo in loco censent de domo minãte ruinam, quæ vsufructuario, ob contumaciam non cauendi de domo infecto, adiudicatur.

An feuda quæ in commissum cadunt vsufructuarij lucro cedant.

Sed nunquid idem in commissis quæ in materia feudali, terragiali (sic enim appellant) & emphiteotica eueniũt. Puta, tempore vsufructus vel gardiæ, vasallus feudi dominum abnegauit, ex qua denegatione feudum amittit tam iure communi. [tex. in c.1.§.vasallus qui feudum. &.§. vasallus feudum. vbi à feudorum interpretibus. Si de feud.contro. fuer. inter dom. & agn. & c.1. in fi. de lege Corradi. vbi à præpo. mediol.] quam ex consuetudine nostra vt infra de obuent. feud.§.vlt. vbi latius dicam in vltima parte. Idem in simili si constante gardia vel vsufructu, vtilis fundi terragialis dominus, fundum illum toto nouẽnio non coluerit aut seuerit, fundus domino terragij committitur, vt.ff. de terrag.§.5. Itidem si in solutione pensionis seu canonis rei emphyteoticę per triennium cessatum sit, res ipsa emphyteotica cadit in causam caduci. [l.2.C. de iur.emphyt.c.potuit.ex. de loc.] Quæstionis est igitur vtri ista feuda, terragia, vel emphyteosis, quæ in commissum inciderunt, veniunt applicanda, dominone vero, an fructuario seu gardiano? Ego in hac quæstione puto aliud esse iudicandum, atque in ea quam proxime disputauimus. Hic enim agimus de commissis ex vi directi dominij, quod dominus in feudo, terragio, & emphyteosi habet: & sic ex natura & lege contractus: in precedenti autem quæst. tractabatur de commissis, seu confiscationibus, quæ vi solius iurisdictionis fiunt, & in pœnam maleficiorum quorum animaduersio non ex lege vel natura cõtractus, neque ab ipso domino feudi, terragij vel emphyteosis imponitur, sed ex lege communi, & à iudice ex vi iurisdictionis: inter quæ sane lata est differentia: quãdoquidem proprietas fundorum nil habet commune cum proprietate iurisdictionis. vt expresse not. Bal. in l.à procuratore. C. mand. Et hæc differentia colligi potest ex cons. Oldradi de Põte. 148. Factũ est tale. quidam comes. & rursus altero suo cõs.240. super eo quo quæritur. Vbi inter multa quæ in eam rem ab eo eleganter traduntur, admonet considerãdum esse maxime ista commissa quæ rebus immobilibus adhærent, ideo in fructu non esse, quod fructus sit qui ex rebus immobilibus, vel mobilibus vel se ipsis mouentibus prouenit, & capitur. Quod ipse probat ex l.2. & l. item si fundi. in princ. ff. de vsufr. Præterea quod huiusmodi obuentiones extra rem sunt & seperatim acquiruntur. Et licet occasione rei proueniant, hoc tamẽ fit ratione maioris & directi dominij. ita vt istud incrementum domino rei, non personæ fit. Et ideo alluuionis vel insulę incremẽto recte æquiparatur, quod sane constat ad proprietarium pertinere, saltem quantum ad proprietatem. [l. item si fundi.§.1. & 2. ff. de vsufr.] Præterea istud incrementum ipso iure prouenit, quia talia eodem ipso iure committuntur. [ff. de public. l. cõmissa. & de iur. fis. l.1.§. an bona.] & in nullo interuenit cura, prouisio, vel diligentia fructuarij in acquirendo, & proinde huiuscemodi illi cedere non debẽt. Quanuis secus esset iudicandũ, si sua industria quæsita essent. Item hęc cõmissa iure cõsolidationis, seu vnionis vtilis dominij ad directũ proueniũt. Ex quo vtile dominium, quod feudatarius, terragiarius vel emphyteuta in re commissa habebãt, ex hac cõsideratione de nouo acquiri non censetur: sed ad suam primæuam & antiquam causam reuerti, & vnam ac eandem rem cum illa, cui consolidatur, effici. [vt inst. de vsuf.§.vlt.] Quod etiam cẽsuit eodem in loco Oldradus adhibita præclara similitudine de rectore ecclesiæ sumpta, quem fructuario comparat ex c. ex literis. ex. de probat. Cui tamen ista cõmissa non acquirũtur, sed ecclesiæ. Sed ne diutius vagemur in nodosa, & ancipiti quæstione, eam sic paucis dissoluendam arbitror [ex his quæ traduntur ab Oldr. & Ioh. And. in addit. ad Specul. tit. de loc.§. nunc aliqua quęst.94. in gl. mag. ad fi. & ab Alb. in rub. C. de vsufr. & in l. vsufructu legato. ff. Paul. in l.2. eodem tit. May. in l.3. quæst.5. de iu. emphy. & Gui. Pap. in decis. Delph. quæst.477. vtrum proprietarius quæ.3.] vt quo ad proprietatem hæc commissa de quibus agimus, domino cedãt & acquirantur: eorum vero vsufructus, fructuario & gardiano: hoc est vt rebus commissis tandiu gaudeant fructuarius, & gardianus, quandiu durat vsufructus, vel gardia, quibus finitis res commissæ pleno ac integro iure ad proprietarium reuertentur. Et hęc est verissima, meo iudicio, huius disputationis de commissis resolutio.

Commissa gardiano quoad vsũf. acquirũtur. Gardia autem finita ad proprietariũ pleno iure transeunt.

Sed & ex superioribus alia emergit du-

bitatio quæ nõnunquam ipſis praticis negotium faceſsit, ea eſt huiuſmodi: finge, ſi durãte gardia, aliquod in territorio pupilli, cuius vſufructum eſſe penes gardianum

Quod ſpectãdum tempus in confiſcationis lucro.

iam ſæpius eſt inculcatum, patratum ſit crimen, quod pœnã confiſcationis bonorum mereatur quę tamen non niſi finita tutela inflicta ſeu pronunciata eſt, ad quem hoc confiſcationis vel mulctæ emolumentum peruenturum ſit, an ad gardianum cuius tempore admiſſum eſt delictum ob quod impoſita eſt pœna publicationis bonorum an ad pupillum id temporis puberem & adultum factum, quo lata ac pronuntiata eſt huiuſmodi condemnatoria ſententia? Ambigua ſanéquã huiuſmodi quæſtionis diſſolutio mihi ſemper viſa eſt. Cum tamẽ diu multúmque ſuper inueſtiganda huius rei veritate cogitarem, mihi ſuccurrit ea interpretum traditio vulgaris, quam congeſſere in locum eundem ex quo ſuperiora deprompſi. nempe in l. diuortio. §. ſi vir in quinquennum. ff. ſol. matr. & in l. more. ff. de iuriſ. omnium iud. quo in loco aliam mouẽt quæſt. ex qua noſtra hæc tota, meo iudicio, pẽdet. finge duos, verbi gratia, qui iuriſdictionem aliquã fiſcalem, vt ferè fit, conduxerũt, mutuis forte vicibus habendam, idque in alternos annos. Cõtigit primo anno, quo eorũ alter iuriſdictioni prę-erat, crimen admiſſum ab aliquo, qui huic territorio ſuberãt, vnde pœnam bonorum publicationis mereretur, in ſequentem tamen annum, quo ex ordine alter conductor iuriſdictionem accepit, cõdemnationem dilatam: quæſitum eſt vtri adiudicanda ſit illius pœnę exactio: Et reſpõſum eſt à prudentibus viris ad eum qui primo anno iuriſdictionis iura conduxiſſet, bonorum proſcriptionẽ in pœnam criminis id temporis commiſsi iure pertinere. Ea enim in re æquius viſum eſt rationẽ potius haberi oportere eius temporis quo admiſſum eſt delictum, quam eius in quod pœnę executio dilata eſt. Quæ ſententia à communi interpretum ſchola recepta eſt. [Præcipue Cy. & Bal. in l. vlt. in pen. queſt. de iuriſdi. omnium iud. ff. in cuius confirmationem adducunt l. quęcũque. ff. de act. & oblig. & l. is qui in puteum. §. poſteaquam, quod vi aut clam. facit l. vlt. ff. arb. fur. cęſ. l. 1. §. cum fundum. de aq. quotid. & ęſti. l. 1. de ſtipul. ſeru. l. ſi filius. de verb. oblig. Alex. in conſ. 7. viſis ſubtiliſsimis. vol. 3.] Quorum confirmandæ opinioni addo hanc inconuincibilem rationem. Nam hæc condemnatio in ſequẽtem annum dilata, tanquam quidam finis neceſſariam habet cõſequẽtiam ad ſuum velut principiũ. Ideo merito ſpectãdum eſt tempus delicti, cuius ratione ſequuta eſt condemnatio. l. 3. §. ſcio vbi Accurſ. ff. de min. l. dãni infecti. §. Sabini. ff. de dam. inf. faciunt quę not. Bal. in l. 1. C. de nundin. Vbi refert. Si ex rebus in nundinis emptis nulla gabella ſoluenda veniat, ſi merces quędam in nundinis emptę, finitis iam nũdinis extrahantur, nulla vtique debetur gabella. Itidem queſtionis noſtræ decidendæ plurimum confert quod docet Ang. in l. ſi poſſeſſor. in verſ. redactę. ff. de petit. hęred. Si iudex, inquit, ex vi ſtatuti partem eorum, quę ex ſententiis ſuis & mulctarũ irrogationibus fiſco applicari ſolent, percipiat, & cum iudices eſſent duo, vnus ſententiam cõdemnatoriam tulit ac pronuntiauit, alter verò executus eſt, huiuſmodi lucrũ quod hinc promanat ad eum qui ſententiam dixit pertinere recte putat. Illa enim cõdemnationis executio ſe habet ad ſentẽtiam, tanquam finis ad principium, ex quo tota omnino pendet. Quod ſequitur Deci. conſ. 341. vi ſis. in fi. Ex quo ſequitur pœnę impoſitionem ad tempus delicti admiſsi, ex quo tanquam principio & fonte neceſſariam habet conſequẽtiam, referendam. Porro inter tot tam quæ varia doct. capita, vt plurimum vix vel nũquam non diſcrepantia, non defuerunt qui contrarias tuerentur partes, exiſtimaréntque ſane pœnę indictę exactionem, non ad gardianum vt in prio-

Contrario op.

ri queſt. parte cõcluſimus, ſed ad adultum pertinere, rati quoque non ſententiæ latæ tempus quo durabat gardia, ſed executionis quo pupillus ad pubertatem peruenerat inſpici. In cuius opinionis cõfirmationem multa ſane faciunt. Primo quod dicitur de fera ad mortẽ vulnerata, quæ non ad eum qui & vulnera inflixit, nec ad perſequentem, ſed ad eum qui eam cepit pertinet. [l. naturalem. §. illud. de acq. re dom. & inſt. de rer. diuiſ. §. illud.] Præterea certum eſt ante cõdemnationem, pœnã nondum eſſe commiſſam, neque fiſco, aut cuiuis alij debitam. [l. ſi qua pœnæ. ff. de verb. ſignif. & l. apud. §. inter mulctã. illo tit. & l. iudiciorum. ff. de accuſat. Not. Bart. in l. confertur. §. ſi fiſcus. ff. de iu. fiſ.] Adducit in eam rem & alteram rationẽ Alex. in d. §. ſi vir. videlicet ex patratione delicti pœnam cenſeri tantum velut ſeminatã, quod ſemen fructũ nullum emittit ſeu producit

ante ſentẽtiam, vnde lucro gardiani priuſquam lata ſit ſentẽtia, & executioni mandata cedere non intelliguntur, cum certiſmi iuris ſit eum fructus ſuos nõ facere niſi pro tempore gardię. Sicut in ſimili & vſufructuarius ſi ante fructus è terra ꝓceptos, & collectos deceſſerit, eos non facit ſuos, quanuis terram ex qua nati ſunt excoluerit, & plãtarit. [l. ſi vſufructuarius meſſem ff. quib. mod. vſuf. amit.] Hanc quoque poſtremam opin. ſequutus eſt Gui. Pap. in deciſ. delph. quæſt. 53. Baro quidã arẽtauit caſtrum ſum etiam ex l. qui explicandi. C. de accuſat. in his verbis: Cuius finis in iudicis poteſtate ac motu ſitus eſt. Adducit & l. furti. §. ſi autem. ff. de his qui not. inf. & l. ſi cum poſteriori iudicio. ad Trebell. C. Porro Bal. in l. vlt. in 2. col. verſ. modo quæro. de quadam extrordinaria quęſt. de fruct. & lit. exp. necnon Imm. in d. l. diuortio: verſantur in ambiguo, nec quo ſe vertant tuto depromere audent, licet mihi videantur pronius in eam ſecundam opinionem flectere, quam Alex. poſt multa, in iure defendi poſſe ait. Inter cætera adducit tex. in l. ſuſceptores nom. C. de ſuſcept. & Archid. lib. 12. vbi Bart. quoque. Tandem vtramque opinionẽ adhibita quadam diſtinctione conciliat, quæ etſi contemnenda non eſt, quod ad me pertinet tamen cõtẽderim priorem opin. veriorem. Hei mihi quam grauiter fero non licere per quorundam inuidiam nunc his nunc illis in vtramque partem adductis arg. reſpondere. Quæ omnia è noſtris prioribus commentariis reſcindere me coegit quorundam nimia inſtantia qui quotidiano propè cõuicio hoc opus noſtrum prolixitatis nimiæ infectantur. Sed his iſtud cum bona pace indulgeamus.

Laudimias rachatus ac renouationes gardianis quæri.

Sexto itaque gardianis competunt laudimias rachatus, renouatiões (nec verebor his vulgaribus vti vocabulis quæ fortè cõ ſuetudo ipſa ac vſus vtẽtium praticorum latina fecit) item & quæcunque alia emolumenta, ſeu commoda feudalia & cenſualia quæ ex feudis, & cenſibus pupillorum conſtante gardia eueniunt & quæ ſingulatim deſcribuntur. j. tit. de obuen. feud. & tit. de cẽſibus & obuen. cenſ. Cum etenim jus perceptionis huiuſmodi laudimiarum & obuentionum feudalium, necnon & cẽſualium, quandocunque caſus occurrat, in bonis ſit. [l. bonorum ff. de verb. ſign.] licet illæ prẽſenti die non debeantur, quia tamẽ ſpes eſt eas debitũ iri quãdocunque aliena tionem vel renouationem fieri continget. [arg. l. ſpem. C. de donat. & l. is qui. ff. de act. & obligat. l. in poſſeſſionẽ. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. ea. & §. ex conditionali. inſtit. de verb. oblig.] & proinde cũ iſtis gardianis rerum pupillarium immobilium vſufructus ſit à lege noſtra municipali conceſſus, dubium non videtur quin & in cõſequentiam huiuſmodi iurium, vſus & cõmoditas illis cenſeatur conceſſa, cum rei fructus vtilitas ſit ex re, vel occaſione rei, vt dicunt propter rem, quomodocunque proueniẽs. [l. fructus. de reg. iur. vbi doct.] Quo fit vt quæcũque vtilitatis perceptio etiam ex rebus incorporalibus proueniẽs, iſtis gardianis debeatur perinde atque fructuariis [vt. ff. de vſuf. leg. vxor. in princ.] Verum bene erit, ſi duo, quæ ſuper hac re in dubitationem cadere poſſunt, diſſoluamus, in frequenti enim & quotidiano vſu verſantur. Primum videre eſt in pluribus inueſtituris iſtud maximè cõtineri, vt in ſolemnem dominũ ſui aduentũ quo celebratior reddatur, vaſallus, excepto hilariter domino, equũ offerat, ſeu par aliquod calcarium deauratorum, vel ſi fœmina ſit, equum gradarium, aut monile aliquod in honorem ſui aduentus: quęſtionis eſt, cui huiuſmodi emolumentum cedat, pupillone qui dominus eſt verus, an gardiano qui vicẽ gerit domini ratione vſufructus, quẽ ex gardia in bonis pupilli habet? Nec abſone aut incongrue ex ſuperioribus colligi poſſe videtur ad gardianum pertinere. ex l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol. matr. Quo in loco tamen contrarium cenſent Bal. Paul. & vterq; Imm. Aret. & Iaſ. poſt Oldr. de Ponte. in conſ. 129. in quæſtione qua quæritur: Vbi cõcludit illud quod ſolitum eſt preſtari Archidiacono Campanię in eccleſia Leodien, in gratiã & honorem ſui aduentus, ad locatorem fructuum archidiaconatus (quem fermarium vulgo appellamus) non pertinere, ſed ipſimet Archidiacono obuenire. In quã rem plura iura adducit, quæ tamen non videntur vt eo loco teſtatur Aret. planè eius deciſionẽ concludere. Tametſi illam quam veriſsimam auſim contendere ex ea potiſsimum ratione, quod iſtud honorariũ emolumentum in gratiam & contemplationem perſonę exhibeatur: non autem ratione iuriũ quæ ipſi archidiaconatui inſunt. Vnde ſicut ea honoraria in quæſtum non veniũt, ita nec mercis appellatione deturpanda ſunt. [vt traditur in l. 1. §. vltim. ſi menſ. fal.

Munera honoraria quæ domino in ſui aduẽtum offeruntur pupillo non gardiano cedere.

mod. dix. vbi Bart. & rurſus in l. vlt. §. diuus. de variis & extrord. cognit.] item nec in fructu continentur: fructus enim ad lucra pertinẽt. [Anchar. in repet. c. ſi propter tua debita. in 3. queſt. princ. de reſcript. lib. 6. & glo. prag. ſanct. tit. de annali. in verſ. fructibus. in fi.] Secundũ quæri poteſt an id quod diſponit in §. 10. j. de obuẽt. feud. vt ſcilicet dñs feudi poſsit exigere à ſingulis ſuis vaſſalis equũ ad eſtimationẽ, ſexaginta ſolidorũ taxatum. Idque ſemel toto vitę ſuæ tempore: poſsit id ius gardianus tempore gardię ſibi vſurpare, ſinguloſque equos à ſingulis vaſſalis petere ratione vſufructus ſibi debiti in rebus pupillaribus. Licet nullam ego ſuper ea re motam controuerſiam fuiſſe meminerim, puto tamẽ ius iſtud exigendorum equorum, quod ſemel in vita domino debeatur, ſemel à gardiano exactum, amplius à domino exigi non poſſe. [l. bona fides. de reg. iur.] Qua ratione crediderim gardianum hos equos non facere ſuos, ſed ſi exegerit, pupillo reſtituẽdos, iuxta l. ſi ex lapidicinis ff. de iur. dot. Nec enim fructus nomine rectè conti neri poſſunt: quod enim ſemel percipitur ſine ſpe renaſcendi, in fructu eſſe non dicitur. [l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſol. matr.]

Quod ſemel in vita debetur, in fructu & lucro gardianis non eſſe.

Septimo ad gardianos pertinet fructus iuris patronatus, ſeu iuris prę ſentandi ad ſacerdotia, quæ in pupilli, quã voçant, prę ſentatione ſunt, & tempore gardiæ vacãt. Sed quoniã locus iſte dubitatione non caret, ita vt ſæpius cecutiant vel calligent in ſole pratici noſtri, idcirco paulo altius repetenda res eſt. In hanc itaque propoſitę concluſionis noſtræ partem facit ea viuax ratio, quod gardiani pro tutoribus exiſtimantur. vt conſtat ex his quæ ſupra deduximus. Vnde cum ipſi pupilli in eorũ poteſtate ſint, curamque perſonarum gerãt. [inſtit. de tutel. in princ.] & in cõſequentiã eorum res, iuraque omnia adminiſtrent, quæ velut ad perſonam accedere creduntur. [c. præcipimus. 12. quæſt. 1. & in reg. acceſſorium. de reg. iur.] vſque adeo vt eorum domini cenſeantur. [l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. de furt. l. qui filiũ. in princ. verſ. itaque. ff. de manumiſſ. teſtamẽt.] & in eos plenariam, vt dicunt, & abſolutam poteſtatem habere dicantur. [notatur in l. cum in vna cauſa. §. tutor. ff. de appellat, vbi Accurſ. tutoris poteſtatem violentam appellat.] videtur concludendum vacante ſacerdotio patronato, tempore pupillaris ętatis, in eo prę ſentandi ius habere gardianum. Secũdo propoſita noſtra concluſio altera cõfirmatur ratione. Certum eſt iſtis gardianis ſaltem nobilibus, cõſuetudinem noſtram plus iuris tribuiſſe, quam iura cõ munia ipſis tutoribus: quod vel ex eo con ſtat quod fructus faciant ſuos, At ius patronatus eſt in fructu. Sępius enim renaſcitur. l. diuortio. §. ſi vir in quinquẽnium. ff. ſol. matr. quo loco teſtantur iuris ciuilis interpretes id fuiſſe expreſſe à dom. de rota confirmatum. deciſ. 10. Immol. in c. conſultationibus ex. de iu. patr. & expreſſe Bal. in c. 1. col. 3. de off. deleg. inquit in publiciana venire fructus, ideo ius preſentãdi habere, quia fructus ſit: Vnde cum gardiani fructus faciant ſuos, ſequitur eos & eligendi & preſentandi ius habere tempo re gardiæ. Cum iura illa preſentandi vel eligendi nihil aliud ſint, quã his frui offerente ſe tempore. Bal. in c. quærelam. col. 7. extra. de elect. in c. cũ olim. extra. de maiori. & obed. Tertio, tutor homagia, vt dicunt, fidelitatem, & iuramenta pupillo ſuo debita excipit, necnon & cætera, quæ ad ius honorificentiæ pertinent, exequitur [c. grandi. de ſupplend. negl. pril. Bal. conſ. 376. Ex his etiam concludũt. vol. 5.] Ex quo etiam gardianum hoc ius patrona tus libere exercere poſſe, quod eſt ius honoris & dignitatis, vt patet ex illius diffinitione quã poſt Ioh. And. tradit Alb. in rub. de iur. patr. & Roch. de Cur. not. in li bro quẽ ſcripſit de iure patronatus. Quar to ius patronatus tranſit cum vniuerſitate, vt extãt iura in eam rem expreſſa [l. in modicis. vbi Accurſ. ff. de contrah. empt. c. ex litteris. c. cum ſæculum. & c. de iure. extra. de iu. patr.] igitur & in iſtos gardianos, qui vniuerſorum bonorum pupillarium ſunt adminiſtratores, & quaſi vt diximus domini. Quinto, gardiani cum ſequeſtris in hoc rectè ſolent cõparari. Quẽ admodum enim ſequeſter is dicitur, penes quem cauſa cuſtodiæ (quam vulgus generali gardiæ nomine appellat) res deponitur. [l. intereſſe. ff. de acq. poſſeſſ. l. proprie in ſequeſtro. ff. depoſ. & l. ſequeſter. ff. de verb. ſignifi.] & idcirco ſequeſtri vulgo gardiani appellantur. ſic & his municipalibus tutoribus gardianorum nomen inditũ eſt, quod à legibus municipalibus cuſtodes perſonis & rebus minorum dentur. Sed id pro certo & conſtanti eſt habendũ, vacationis caſu, tempore ſequeſtri occurrente, ſequeſtrũ ad ſacerdotium vacãs habere preſentãdi ius. [Imm. & Ioh. de lig. in

Ad gardianos ius patronatus pertinet.

c.examinata.ext.de iud.vbi post eos And. Barb.col.16.vers.tu pondera.Immol. in c. vlt.de cõcess.preb.Gemi. in c. nemo deinceps.col.3.de elect. lib. 6. Fely.in d. c.cum Bertholdus. in vlt. col.de sent. & re iud. Roch.de curt.in tractat. de iure. patrona. in vers. ipse vel is quæstio. 31.]. Ex qua re idem iudicari de gardiano oportere quod de sequestro habita comparationis ratione,videtur.qui locus à comparatis concludens est vt tradit Bart. cum aliis. in l. 1. de leg.1.& in l.si quis seruo.C.de furt. Postremo,hanc partem suadere videtur status ac qualitas personę.Nẽpe quid agat hęc ætas nihil pensi habet,& vt plurimũ in malum prona est flecti iudicium.[2.quæst.7.c.tria. & c.1.12.quæst.2.l.contra pupillum. ff. de reiud.]Vnde traditũ est clericum intra pupillarem ætatem non eligere, ergo nec vt patronum præsentare posse consequens est. Potius enim est ius eligendi ac longè potentius iure presentandi. Licet contra sensserit Anchar.in cl.plures. de iur.patr.

Altera opinius patronatus gardiano non quæri.

Verum inter tantam doct.turbam, nõ desunt qui contrariam tutentur partem, existimantes hoc ius patronatus in gardianum pupilli non transire,ea præsertim ratione moti,quod pupillus verus sit dominus illius iuris patronatus, & ideo ei ita inherere,vt ad gardianum seu tutorem nõ transeat[ex c.cũ Bertholdus.& Ioh.And. & Gemi.in c.ex eo.de elect.lib.6.] Cui rationi addo & tres comparationes, quibus validissime hęc posterior opinio cõfirmari põt. Primo,quod ius patronatus in creditorem non transit.Casus [est in d.c. Cũ Bertholdus. vbi Host. & cæteri notant & Butrig. Imm. & Alber. in c. vltim. de conces.preb.]Cuius decisionis rationem Bal.in d.c.cum Berthold.eam reddit: quia creditor nullum commodum aut lucrum ex re credita percipere debet, quam quod in sortem solet imputari.Sed quia presentatio compensationem non recipit,in sortem non computatur:& ideo licet cũ vniuersitate vtilis vel directi dominij trãseat ius patronatus, non tñ cum vniuersitate pignoris.Secũdo hoc ius presentãdi simili ter in conductorem non transit,seu vt voeant arrentatorem.secundum Paul.Cast. in cons.331.venerabilis vir.in antiq.ni mefallit veteris codicis numerus, Quando enim aliquis intercedente pecunia locat sacerdotij sui reditus,vel locum cuius causa illi competit ius patronatus,in conductorem transire non solent nisi quę mere temporalia sunt,videlicet fructus, reditus, & prouẽtus,non autem quæ spiritualia sunt, vel spiritualibus annexa.[c.vltim.ne prel. vic.su.iuncta ibidem glo.& in c.cum venerabilis.de relig.domi.& c. quia cleric. & c. de iure.extra.de iur.patron.] Nec in generalem quoque vẽditionem huiusmodi iura venire intelliguntur.[l.obligatione generali & l.denique. ff. de pig.& C. quę res oblig.non pos.l. alumnos. & l. penult. de priui.credit.] Pręterea locare vel arrentare nihil aliud est, quam à domino fructus rei suę colligere.[Bart.in l.cotẽ. §. qui maximos.ff.de public.& vectig.]Vnde in tali velut venditione fructuum, non censetur distractus fructus iuris patronatus: qa manifesti iuris est ius pręsentandi sicut nec vendi,ita nec locari posse.[d.c.de iure. extra.de iur.patr.] Quam tamen Paul. traditionem intelligendam puto de arrentatore seu cõductore ad modicum tempus. [c. vlt.ne prel.vic.suas. vbi à scrib. plenissimè not.]Eo enim casu in huiusmodi conductorem momentaneum,neque dominium vtile,neque vera possessio, sed quędam tãtum detentio transit:quandoquidem conductor vel colonus neque naturaliter, neque ciuiliter sibi possideat,sed domino. [l. non solum.§. quod vulgo. vbi Accurs. & Bart.ff.de vsu & in l.1.in fi.prin.ff. de acq. possess.]Cęterum vbi locatio fieret in longum tempus,aliter iudicandum esse existimarem,crederemque in conductorem qui vt ita dicam fermam in lõgum tempus accepit, trãsire omnino dominiũ vtile ac possessionem [l.1.§.qui in perpetuũ.& l.3. vbi Accurs.si ager vect.vel emphit.ff.& in l. 1. §.quod autem ff.de superf.] & in cõsequẽs ius quoque patronatus. Et ita crediderũt omnes ferè interp.in citato c. cũ Bertholdus.de reiud.& in c.ex literis. extra. de iur. patr. Tertia comparatio cui innititur hęc secũda opinio,est de marito:in quem licet rerum dotalium dominium transeat.[l.dotis ancillam.C.de reiudic. & in l. in rebus vbi latè doct.de iur.dot.C.]& quod magis vrget rerum dotalium fructus propter onera matrimonij quę sustinet, faciat suos [l.pro oneribus.C.de iur.dot.l.vlt.in prin. de dol. mal. & me. except.] Nec tamen in eum transit ius patronatus seu pręsentandi ad sacerdotia,quod vxori competit. ex c.cum Bertholdus vbi Ro.pontif.hoc expresse cauet tale ius nõ nisi vero & genuino domino competere. Nec obstat, maritũ rei dotalis fructus suos facere, & quod

Ius patronatus in creditorem non transire.

Spiritualia in conductorem non transire.

Ius patronatus nec vendi nec locari posse.

Conductor rẽ neque colonũ sibi sed dño à quo rẽ conduct. habent possidere.

Rei dotalis dominiũ eiusq; fructus propter onera matrimonij marito acquiri non tamẽ ius patronatus q̃ in re dotali erat.

Ius patronatus non nisi vero domino competere.

præſentandi ius inter fructus poſſeſsionis communerari poſsit [not.in c.conſultatio nibus.de iu.patron. & c.cum olim. de maior.& obed.& in c.in literis.de reſtit.ſpol.] quia ſecundum Butr.in d.c.vlt.de conceſſ. preb.fructus iuris patronatus ſeu præſentandi diuerſus eſt ab aliis fructibus. Ius enim patronatus eſt honorificētię & quod, quantum ad actum preſentandi pertinet, ad onerum matrimonij ſuſtentationē nil conferre poſsit. Et idcirco à ceſſante ratione in maritum non tranſire creditur, ſicut nec iure pignoris in creditorem, eo quod non poſsit cum debito compenſari. Et ita comprobatam habeo hanc & alteram opinionem ex tam concludentibus ac neceſſariis argumentis, vt non ſatis in promptu ſit in vtram flectendum ſit partem. Si tamen licet iudicium noſtrum interponere, ego mediam quandam viā ſecutus, in tertiam quandam me conferam, quam poſt multas vigilias tandem collegi ex his quæ rectè à Ioh. And. traduntur in d. c. ex eo. de elect.lib.6. Nimirum huiuſmodi ius patronatus ad gardianum tutorem & maritum, velut accumulatiue tranſire, ſed non priuatiue (vt his verbis quo res clarius demonſtretur, vtar) ita vt illi in caſum vacationis ſacerdotij, in quo vel pupillus vel vxor ius patronatus habent, poſsint quidem preſentare, reſpectiue tamē: ita vt minor ſi maior ſit ſeptennio, vel vxor à preſentatione non prohibeantur. Quinimo vt concurrētibus & eo qui à gardiano præſentatus eſt, & alio qui à pupillo, hic illi omnino præferetur, tanquā cauſam habens potiorem, nempe à vero domino. [ex d. c. cum Bertholdus.] Nec deeſt quo hanc noſtram opin.confirmemus, primo, eſt tex.in c.decernimus.16.quæſt.7. quo iſtud quod de pupillo dicimus, affirmat multiſque rationibus comprobat Archid. Cui conſentit Gemi.in prealleg.c.ex eo. Cald.conſ.9. Populus. Butrig.conſ.29. Viſo puncto. & quæ ſcitis. Anchar conſ.355. Viſis puncto & quæſitis. Curt.in prædicto libro quem de iure patr.ſcripſit, plures alios non contemnendæ authoritatis ſcriptores refert, multaque alia de præferendo præſentato à pupillo, vel vxore ei qui præſentatus eſt à tutore, vel marito ſcribit in quæſtio.4 & quæſt.28. Licet eodem in loco in hoc vltimo de preſentato ab vxore preferendo, ab eo q à marito præſentatus eſt plurimū dubitet, itaque vt cōtrariæ parti potius adhereat. Sed hæc noſtra opin. videtur lōgè tutior vt viſum eſt Alb. in d.c. vlt. de cōceſſ. præb. quam eo in loco in indiuiduo confirmat Imm. poſt Butrig. & Fely. poſt Paul. deleaza. in c. cauſam. in 4. col. de preſcript. Nunc ſupereſt vt reſpondeamus hic, quæ in contrarię opinionis cōfirmationem adducuntur. Ac primum quidem ad id quod deriuatiue de fructibus rerum dotalium, quos maritus ſuos facit pro ſuſtinendis oneribus matrimonij. facile ac clarum patet reſponſum. nimirum, quòd fructus iuris patronatus non eſt (vt ita dicam) proportionabilis oneribus matrimonij: id eſt nil iuuat, aut confert ad ſuſtinenda matrimonij onera, propter quę maritus fructus lucratur. Quod reſpōſum ſatisfacit etiam ei quod de gardianis in propoſitum inducitur vt ſcilicet hoc ius patronatus, nil leuat gardianū oneribus quibus ex conſuetudine noſtra ſubiicitur ad educationem pupilli. vt ſupra velut per tranſennam attigi. Ad id vero quod ſecūdo loco adductum eſt, de pupilli incapacitate: reſponderi poteſt, nos loqui, vt iam monuimus, de eo qui ſeptennium egreſſus, proximus eſt pubertati, qui apud iuriſperitos doli ac conſilij capax dicitur. In hoc enim, vbi de ſacerdotiis agimus, non attenditur tutorum nec curatorum authoritas, ſicut nec minor ætas. [c. indecorum. ex. de ætat. & qual. & quæ à doct. eo loco notantur. & in. c. ex parte. de reſtit. ſpoliat. & c. ſi annum. de iudic. in 6.] Poſtquā enim ſeptennium, qui eſt infantiæ terminus, exceſserint, iam idonei ad minores ordines ſuſcipiendos exiſtimantur. ex. c. de his 20. diſtinct. Vnde gl. in c. nullus. de temp. & qualit. ord. in 6. ex illis iuribus infert. pueris qui ſeptennium attigerunt cōferri poſſe tonſuram. In ea enim ætate incipit puerilis ætas, quæ doli iam capax exiſtimatur. vt ſcribitur in gl. in c. ſuper inordinata. ex. de præbend. Quo loco probatur pueros qui ſeptennium exceſſerint iam eſſe capaces eorum ſacerdotiorum, quibus non incumbit aliqua animarum cura, vel dignitas, vel perſonatus. Hæc igitur de fructibus, qui ad gardianos ex rebus pupillaribus proueniunt, dixiſſe ſatis ſit.

Qui ſeptem annos attigit minoribus ordinibus ſuſcipiēdus idoneus cenſetur.

Velut.

HAE dictiones velut veluti, ſicut, quaſi, tāquam, perinde, quemadmodum & ſimiles quas ex grammaticis petere licet, ſimilitudinis eſſe nemo ignorat, vt in-

fra ex pluribus capitibus docebimus ſuo loco. Sed cum ſecundum philoſophũ nullum ſimile ſit idem. [vt in l. ſi idem. C. de codicil. & in l. ad ſimilitudinem. C. de epiſ. & cler.] Ideo illæ dictiões ſimilitudinariæ, non ſemper omnimodam ſimilitudinem ſignificant, & proprietatem, ſed vt plurimum fictionem quandam vt Bald. tradit in l. vlt. c. de patr. qui fil. ſuos diſtra. vbi docte cenſuit omnem ſimilitudinem eſſe quoddam rei figmentum, non rem ipſam. Congeritur etiam à doct. in l. meminimus C. de legit. hæred. ſimilitudinarias dictiones fictionem ſignificare. Vbi autem eſt fictio, nõ eſſe veritatẽ terminorum cõſtat.

Dictiones ſimilitudinarias fictionẽ magis quàm veritatem ſignificare.

Idcirco ad euidentiorem huius rei cognitionem præmittẽda ſunt ea quæ à Bal. appoſite traduntur de tribus modis ſimilitudinis [in conſ. 9. Factum tale eſt. anno domini 388. in fi. vol.] Videlicet quaſdam eſſe quæ entis ſimilitudinem habent, quæ tamen ens non ſunt, ſic chimera, ſic hypocrita, ſic falſus prælatus, vt inquit ipſe, itẽ falſus tutor, & falſum teſtamentũ. [l. Paulus de verb. ſignif.] Quędam autem ſunt quæ vere ſunt ens, ſed veram entis ſimilitudinem non habent, verum abuſiuam, & (vt dicitur) imaginariam. Sic eſt bonorum poſſeſsio, quæ agnoſcendæ litis cauſa fit, & inueſtitura quæ per annulum, pileum vel baculũ conceditur. Ea enim poſſeſsio quæ his fictitiis modis transfertur, abuſiua dici poteſt, habita comparatione ad verã illam, & naturalem inueſtituram ſeu poſſeſsionem, quæ pedibus & corpore fit iuxta l. 1. de acq. poſſeſ. [In eam rem gl. eſt ſing. in l. Papinianus. §. 1. incip. tres ſunt bonorum poſſeſsiones. ff. de inoff. teſt.] Quandoquidem hæc inueſtiturę forma, ita longe differt ab ea quæ plena & realis eſt, & tantum ſe habet ad eam quantum via ad terminum, & nauis ad portum, obligatio ad dominum: non vt poſſeſsio realis. Nam ex huiuſmodi inueſtitura vtiles actiones in eum qui in eum modum eſt inueſtitus, tantum transferuntur ad poſſeſsionem realem auocandam. vt plenius Bal. in d. cõſ. Quo fit vt in vniuerſum cõcludere poſsimus harum ſimilitudinũ vocabula improprietatem quãdam ac fictionem ſignificare. Et ideo vbicunque in aliqua diſpoſitione apponuntur, in ea non obtinet ſtatutum, vel conſuetudo: nimirum quod ad fictos aut improprios caſus non extendatur. [l. ſi is qui nauem. ff. de exerc. act. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. c. in noſtra. ex. de iurei. et not. Bar. in l. 1. & l. liber homo. & l. apud Iul. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. Bal. Ang. & Aret. in l. more. ff. de acq. hęred. Et in ſpecie Alex. conſ. 15. Viſo proceſſu. num. 7. vol. 1.] Hinc Baldus in c. nonnulli. 3. col. de reſcript. tradit. Si ſtatuto cautũ fuerit, vt quis ex aliquo inſtrumento perperam ſcripto puniatur tanquam falſarius, non intelligendum venit hoc ſtatutum de pœna quæ ex lege cornelia falſariis præſcripta eſt, ſed de pœna arbitraria iniungenda ex libero iudicis arbitrio. quod confirmat ex illo tex. & interpretatione Ioh. And. qui vt falſariũ cẽſet illũ puniendũ, nõ tanquã falſarium. [Plura videto de dictionibus tanquam & quaſi in conſil. 2. Alex. viſis codicillis. col. 2. verſ. deciſio probatur. & conſ. 9. verſ. non obſtat decimum argu. vol. 1. & gl. vbi Bar. & planè Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. & copioſius idem in l. 1. C. de hęred. inſt. Bart. Item in l. ſi vero. §. itẽ quicquid. ff. ſol. matr. & in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de adminiſt. tut.] Dictio tamen ſicut non ſemper vt cæterę omnimodę ſimilitudinis nota eſt. Id oſtenditur expreſsè in c. damnamus. extra. de trin. & fid. cath. quo tex. explicantur illa duo ſacroſancta euangelij prędcepta. Volo vt ſint vnum ſicut & nos ſumus. Item eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. vt hęc prima verba eo ſint intelligenda modo, Sint vnum, vnione charitatis in gratia, ſicut vnum ſumus identitate vnitatis natura. Ita & alterum prędceptum ſic explicatur. Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter perfectiõe naturę. De hac quoque dictione tex. eſt elegans in l. item ſi fundi. §. vlt. in fi. ff. de vſufr. vbi quod dicitur licet vſufructuarius vti poſsit re in qua habet vſumfructum ſicut faciebat paterfamilias: ad modum non ad qualitatem vtendi referendum eſt, quę verba in eum ſenſum rectè interpretatur Accurſ. vt ſignificare velit iuriſconſ. quod vt bonus vir vti debeat, non qualiter dominus vtebatur. Dictionem quoque quaſi improprietatis & diminutionis ſignificatiuam eſſe conſtat, vel ex eo quod verbis poſſeſſionis, & dominij rerum incorporaliũ adiici ſolet, in quibus illa propriè, & vere cõſiſtere non poſſunt. [ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & in l. ſeruus. §. incorporalis. ff. de acq. rer. domin. vbi Accur.] Sic dominioſi adiũxerimus dictionem quaſi, vtile tantum ſignificamus, & non plenum ſeu

Quaſi.

Statuta ſeu conſuetudines ad fictitios & ſimilitudinarios caſus non extendi.

directum.[Specul.tit.de loca.§.nūc aliqua. ver.45.] forma. Sic eleganter dixit iurisconſ.ciuitatē aratrum paſſam, quaſi morte vſumfructum amittere. [l.ſi vſufructus ciuitati.ff.quemadm.vſufr. amitti.] De dictione perinde traditur in l.ſi qui vi in princ. ff. de acq. poſſeſſ. vbi Pont. refert eſſe quoque improprietatis notam, nec omnimodam ſimilitudinem ſignificare, ſeu eandem per omnia æqualitatē, ac comparationem. Idem de dictione quemadmodum. notat Bal. in prealleg. l. in ſuis, de lib. & poſth. Tertia autem ſimilium ſpecies eſt eorum, quæ aliquando ſimilitudinem habent, iunctamque intra ſe perfectam eſſentiam. vt quando per actus exteriores ſignificantur veri habitus rerum, vt verbi gratia per floccum & tonſuram ſignificatur monachus, qui verę profeſsionis votū emiſit: per clericalem, clericus: per ſtigmata fabricenſis: per armillas aureas, vel cingulum militare, miles: & ſi qua ſunt ſimilia. Quæ ſiquidem ſimilitudines verè exprimuntur & ſignificantur, quādo hæ dictiones ſimilitudinariæ in ſuo proprio ſignificatu accipiuntur: id eſt cum adiiciuntur vt expreſsiuę veritatis. [Exēpla ſunt in auth. vt omnes obed. iudic. §. ſi vero. vbi Accur. in verb. tanquā, tex. not. in c. cum pro cauſa. extra. de ſent. excommunic. vbi glo. in verb. tanquam excommunicatum, l. ſicut ff. de vſufr. l. frater. C. de legit. tute. l. 1. de tranſact. l. mulier. §. vltim. ff. ad Trebell. vbi glo. Bart. in l. ſi ante nuptias ff. ſolu. matr. & l. 1. ff. de receptat. tex. in l. 2. ff. de codicil. l. quemadmodum. de agric. & cenſ. l. cum oportet C. de bon. quæ lib. Plura de his à Bart. & doct. in d. l. ſi ante. Solut. mat.]

Perinde.

Tertia ſimiliuu ſpecies.

¶Bonus paterfami.

ET recte quidem hoc adiectū eſt. Nam cum iſti gardiani fructuariis comparē tur, in hoc quod fructus faciāt ſuos, vt nuper diximus, rationi maximè conſentaneum eſt, vt bonis pupillaribus vti debeāt, tanquā boni patresfa. ſicut & vſufructuarij tenentur, qui propterea cautionem prę ſtare ſolent, ſe boni viri arbitratu re, in qua vſusfructus cōſiſtit vſuros fruituroſque: quam cautionem iuriſconſ. in l. 1. ff. vſufr. quemad. cau. interpretatur deteriorē cauſam rei in qua vſumfructum habent ſe nō facturos ſed præſtaturos ſe quæ in rebus ſuis facerent, id eſt quę faceret diligens & prouidus paterfa. ſecundum Accurſ. in eo loco, & in verb. ſi quis non boni viri arbitratu. Hæc cautio duo capita continet, quod ſcilicet facienda non omittat, & ab his quæ facienda non ſunt abſtineat. Ideo nec arbores frugiferas cędere, neque villā diruere, neque voluptuaria prędia, viridaria, geſtatiōes, deābulationes deiicere, aut ruinis diſformare, neque denique quicquā in perniciem proprietatis facere licet. [Iulianus in l. æquiſsimū. ff. de vſufr.] Porro quamuis in multis iuris articulis comparē tur fructuarij & gardiani, in duobus tamē differunt, quæ nos in praticorum gratiam hic annotanda duxi. Primo enim gardiani ne fruſtra de hoc cauendi modo à nobis præmiſſum videatur, hanc cautionem prę ſtare non compelluntur: Sicut nec iure cō muni pater in bonis illis aduentitiis filij, vſumfructum retinens, cauebat ſe vſurū vt bonum patremfa. Ab eo enim cautionis onere excuſabat filij reuerentia in illū [l. vlt. C. de bon. quæ lib.] Item & fiducia quam lex habet in patre circa adminiſtrationem rerum filij. [l. ſi furioſo impuberi. de curat. fur. & l. Aurelius. §. Titius teſtamento. de lib. leg.] Quanquam per hanc cautionis remiſsionē nihil quicquā de frugali pupillarium rerum vſu videatur remiſſum, vt nec proprietatem deteriorem facere quoquo modo liceret, veluti glandiferas arbores ſuccidendo, vel quid ſimile agendo, quod è boni patrisfa. officio nō eſſet. Itaque nec gardiani hanc cautionem præſtare ſolent, vt eo in loco annotat. Bal. in ver. proculdubio. Ex quo conſtat melio rem eſſe in ea re gardianorum, quam vſufructuariorum cōditionem, quod ipſi fructuarij ad vtendū fruendumque re in qua id ius habent, ſicut boni patresfa. ſolēt, cogi poſſunt. quo fit vt ea in re ſecuritatem proprietario præſtent, interpoſita cautione cum ſtipulatione, vt ſi boni viri arbitratu re ita non vtātur, ſtatim in eos committatur ſtipulatio. [tex. in l. 1. in ver. vtilius autem ff. vſufruc. quemad.] Ne quis tamē exiſtimet remiſsionem huius cautionis liberius in re pupilli graſſandi occaſionem ſuggere, ſciēdum eſt eos, ſi aliter atque boni patresfa. in re verſentur, cum vicem tutorum gerant, à gardia expulſos iri [arg. l. tutor. §. nunc videamus. de ſuſp. tut.] quæ quidem mala verſatio in hoc conſiſtit, ſi vel perdant, vel diminuant, vel diſsipent, vel alienāt. bona pupillorū, vel eis quoquo alio malo modo abutantur [l. deperditum

Cautio ab vſufructuario pręſtāda.

Gardianinō cauent.

Melior gardiani quam fructuarij conditio.

ff.de petit.hæred.& C.de sent,pass.l.si circa med.]vel si pupillos non alant, curentque rectè[tex.sing.in l.3.§ tutor qui alimẽta. de suspec.tut.] in eã enim causam fructus lucrantur, sicut & mariti fructus rerum dotalium faciũt suos quo fit vt quẽadmodum à marito dos auferatur etiam cõstante matrimonio si vel vxori alimenta deneget, vel dotalẽ rẽ dilapidet, aut quoquo modo ea officio boni patrisfa.nõ vtatur.[l.si constante.in princ.ff.sol.mat.& l. vbi C.eo.& in vtroque loco à scriben.tractatur.]Vel & ab eodem marito rei dotalis quam decoquit administratio in sequestrum aliquem transfertur,apud quem deponitur custodiendę eius causa.[l.si cũ dotem.§.sin autem in fæuissimo.ff.sol.mat.] vel etiam vxori committi potest, [vt voluit Bal.in auth.quod locum.C.de collat. in 6.quęst.]Sic & hi de quibus agimus, gardiani, ex aliqua de suprascriptis causis à gardia expelli possunt, & administratio aliis conferri,vt in casu similis consuetudinis concludit Paul.Castr.in cons.371.6.relato.Nam illud in vniuersum cõcluditur, quoscunque tutores siue testamentarios, siue legitimos, seu datiuos, ex his causis à tutela submoueri posse [l.1.§.ostendimus. ff.de suspec.tut.] Etiam vel patrem ipsum male se gerentem in tutela filij [tex. egregius.in l.imperator. vbi specifice id tradit Bal.ff.ad trebell.& l.vlt. C.de sẽt. pasis.] In cuius rei ampliorem confirmationem, ita apud me cõijcio: istam scilicet gardiam esse in fauorem pupillorum maximè inductam, licet gardianis in consequẽtiam pro subeũdis tutelis oneribus,quæ à nobis declatata sunt,concessus sit immobiliũ vsufructus, quousque pupilli ad pubertatem peruenerint.Vnde si ante pubertatis euẽtum pupillorum dona deglubant, & dilapident, illis sunt omnino auferenda. [l. in fideicommisso. §. ac Polidius. ff. de vsur.] Ita in eam rem expendo solutionem Bal. in rub.de reuo.his quæ in fraud. cred. in fi. quod vbi hæres ante conditionis euẽtum hereditaria bona dilapidat,si fauore hæredis apposita fuerit dilatio seu conditio, sequestrari & in loco tuto reponi debent,ita tamen quod medij temporis commoditas grauato non substrahatur,sed vbi fideicõmissarij fauore esset apposita, tunc hæredi dissipanti omnino ac in totum auferenda. Quod Alex.eodem in loco altera ratione confirmat.Certa est enim iuris regula propter suspitionem ad sequestrationem deueniri posse.[l.si fideiussor. §. 1. qui satisd. cog.l.imperatores. §. vlt. ff. de appellat. & not.in l.vnica.C.de prohib. sequest. pen.] Nec eo loco adhibenda est differentia fuerítne in dolo,vel culpa pater aliúsve à gardianis in administrandis rebus minorum [d.l.vlt.de sent.pass.] & ita concludit in vniuersum Bart.in d.l.imperator fretus auctoritate Accurs.in l.2.ff. sol.matr. qui æquiparat patris pauperiem morti. Quam Bart.traditionem Paul.Cast.eodem in loco confirmat ea ratione quod fraus dicitur non solum ea quæ dolo sine proposito fit,sed etiã re ipsa.Et tunc si minor sit pupillus huic curator dandus erit [d.l.vlt. & l.imperator.]Ex qua Bar.traditione facillimum est coniicere patrem ab administratione filij summouendum, siue in ea male versetur in faciendo,siue in omittendo.Quod etiam censet Paul. Cast. in d.l. imperator. vbi subdit quod si pater res filij pessum ire, domos collabi,vineasq; exsiccari sinat per nimiã negligentiã,quę cultę proxima est,ab administratione eiicien dum.Et hæc opinio mihi magis cordi est, vt quæ verior & æquior,quo magis rebus minorum cõsultum sit,ne pessum eant ex incuria vel aliquando malitia eorum quibus administrandę datę sunt. Verum interim quæri potest an eo casu pater pręstita cautione rem filij saluam imposterum fore, hãc ignominiosam deiectionem à tutela,gardia, vel qualibet alia rerum filij administratione euitet? Cui Bart. respondit in d.l.imperator.filium non esse compellẽdum se huic debili,& parum tutę cautioni summittere [l. cogi.§. si pater.vers. Idem quærit.eo tit.& d.l.vltim.C.de sent. pass. quod probat sequiturque Alex.in d.l.imperator.]

Gardianima le administrantes expelli possunt à gardia.

¶Aliorum.

Dictio, alius,ex propria & natiua significatione similia connectit vt tradidit Accurs.qui in eam rem solet vulgo adduci,in l.si fugitiui.C.de seru.fug. vbi Saly.Bal.& Aret.& Alex.cons.119.quęritur ergo.num.5. vol.2. Vbi refert dictionem hanc,alius,similitudinem significare.facit tex. in l.1.circa princ. de pollicit. Alex.in consil.34. viso themate. vol.1.in fi.1.col. Idẽ tradit cons.209.cõsideratis.col.2. vol. 2.dictionẽ, alius, esse relatiuam seu representatiuam eiusdem qualitatis,cuius esset ille ad quẽ refertur,de quo ante facta fue-

Dictio alius implicat.

rat mentio. [Probatur in l. non solum. §. quæritur vbi Accurs. & Bart. ff. de proc. Pont. cons. 120. 51. admittimus. col. pen.] Ex hoc sequitur vt cum statuto in pœnam alicuius criminis decernitur manus amputatio, aut alia pœna. de pœna corporali non pecuniaria intelligenda est alius pœnæ adiectio. Nimirū quod pœnæ antè expressę ad quam generaliter refertur, magis conueniat. Nec eadem ratione ad capitis pœnam referenda est illa adiectio. Priora enim verba membri amputationem continent. [Ita docet Bal. in l. conuēticulam. in 4. col. in ver. item est argumentum à natura alternatiuorū. C. de epis. & cler. tex. in c. cum non ab homine. in ver. vel alia legitima pœna. extra. de iudic. vbi Aret in 5. notab.] Et hæc multum conferunt ad interpretandas clausulas, quæ solent in citationibus apponi, qualis est ista. Et quidam alij. qua maiores vel inferiores expressis & nominatis in citatione non cōprehenduntur. Hanc tamē significationem duobus modis limitandam opinor. Primo vt hæc dictio (alius) similia includat vbi precedit ac subsequitur materia similis in substantia, vel qualitate, vel accidente, vel simul in ratione participante, vel iure: ita vt simul coniungi possit materia. Cæterū si materia prorsus extranea nec quicquam ad precedentem pertinēs ac diuersa, tunc non crederem hanc dictionem alius similia implicare secūdum Ioh. de bellouī in auth. vt defuncti seu fin. eor. & Imm. in cl. 1. in 2. not. de rescrip. Cuius rei exemplum clarissimū extat Math. 28. & Mar. 15. Et cum eo duo alij latrones. quis enim non videt materiam subiectam non pati, vt dictio alius eo casu similia coniungat? Quod etiam not. Accurs. in l. non solum. §. quæritur. ff. de procur. Potest & altero modo limitari ista nostra conclusio, qua diximus dictionem hanc (alius) similia implicare, seu ad casus similes restringi, vel eiusdem rationis vt habeat locum quando absolute addita esset. Cæterum si generalem aliam dictionem coniunctam habeat, quę ex sui natura magis generalis sit significatus, quam absoluta oratio, tūc nedum ad similes, sed ad vniuersos casus, qui sub generali oratione comprehendi poterunt, extendetur. [l. balista. ff. ad Trebell. & l. gñrali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. ita annotauit Aret. in l. quicunq;. C. qui admi. ad bo. pos.] Quā limitationē exēplo declarabo Finge venditum vel donatum, vt lubet, prædium in quo pedagij ius erat, vel meri imperij, & si qua similia quę prędiis vt plurimum, annexa, & coniuncta videmus, idque alienatū cum omnibus his suis, aliisq; iuribus, & quod dicitur, pertinētiis. Quęsitum est an sub his generalibus verbis concepta alienatio, comprehendat in vniuersum ea omnia iura quæ cōpetere possunt ratione prædij distracti, & maxime ius pedagij, & exercendi meri imperij? Et respondit Bal. vendito prędio non censeri ea vendita iura, quæ supra recensuimus, hac potissimum inductus ratione. quod nihil haberet commune, proprietas fundorum cum iurisdictionis exercendæ, seu pedagij exigendi iure. Vt idem Bal. eleganter alio in loco censuit, in l. à procuratore C. mand. Quo fit vt optime sequatur ex adiectione horum verborum (cum aliis iuribus) non videri tractatum de dissimilibus iuribus. Cæterū vbi adiecta fuissent verba vniuersalia, & indefinita vt pote (omnia seu quæcūque alia iura) diuersum obtineret, iudicandúsque ac interpretandus esset contractus ex vi & potestate indefinitæ, & generalis orationis, quæ facit vt omnia quæcunque ea sint, in venditionem venisse intelligantur.

¶ Victum.

VIctus appellatione cibaria, vestitus, habitatio & ea denique omnia, quæ ad viuēdum necessaria sunt cōtinentur. [l. legatis de alim. & cib. leg. l. verbo victus. & l. seq. & l. quos nos. ff. de verb. signific.] Quæ omnia boni viri arbitrio pro ætatis incremento præstanda sunt, vt docet Papinianus. In l. si vnus. §. vlt. ff. de alim. & cib. lega. Verum an cętera quæ ad disciplinam pupilli pertinerent suggerere teneantur gardiani, dubitationis fuit. Et visum erat nonnullis gardianum has impēsas facere non compelli, sed ea tantum fine quibus homo viuere non potest. Ego tamen crediderim huius nostræ consuetudinis sanctione, nedum ea quę esui & potui, cultuique corporis, quęque ad viuendum necessaria sunt contineri, sed & ea quoad rectam pupilli institutionem disciplinámq; pertinent. Cuius rei coniecturam facio ex verbo illo gallico (entretenir) huic nostræ consuetudini inserto: & probari potest ex l. cum plures. §. cū tutor. de admi. tut. quo loco iubet Paulus tutorem, qui pupilli curam gerit, non quoad res tātum, sed quoad

Victus appellatione etiam veniūt hoc iure quę ad disciplinas pertinēt.

perſonæ inſtitutionem expandere debere, quid in ea inſtituendo moribus & honeſtę eius conditioni conueniat. vt ſecundum natalium dignitatem, facultatéſque patrimonij, cum tradat inſtituendum in id genus artis, quod pueri & ingenio, & dignitati cõuenire videbitur. Idem ferè in l. qui filium vbi pupil. educ. Igitur ſi ex nobili ſit proſapia, & præclaris ortus natalibus, pro eorum dignitate in curiam mittendus eſt, & ad artem militarẽ capeſſendam admonendus. Si vero genus ab homine literis dedito, vt pote aduocato, aut conſule patritio duxerit, in ea arte venit promouendus. Si patre mercatore natus ſit, mercatoriam quoque artem ei amplectẽdam. Exercẽdum eum denique ſciat gardianus in eodem artis genere, quod profeſſus eſt illius pater dum viueret: idque vt dixi pro viribus patrimonij. Verum magis operæpretium fuerit, ſi tractauerimus quæ fuerit eius conſuetudinis introducendæ ratio de educãdis à gardiano pupillis. Et ea quidem duplex mihi videtur. Prima quod gardiani niſi ex aſcendentium genere, vt plurimum non conſtituebantur, qui alias nepotes ac poſteros ſuos qui ex illis propagati ſunt & originem duxere, alere tenebantur, maxime pater & auus. l. vlt. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib. Expreſſa enim in eam rem ſunt Imper. verba hæc. Ipſum autem filium & filiam deinceps patri alere neceſſe eſt, non propter hęreditates ſed propter ipſam naturã, & leges quæ à parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt. Eadem neceſsitas matri etiam incumbit l. alimenta. C. de neg. geſt. Idem & in auia curam nepotis gerente cautum eſt l. Neſennius. ff. eodem. niſi ipſa in contrarium proteſtationem emiſerit, vel nepotis bona adminiſtret. Tunc enim patrimonio erogare poteſt ea quæ præſtat alimenta: hinc enim adeo violenta emanat præſumptio, vt pietatis officium excludat. quod in eo loco ſummopere notat Bart. Secũda educandorum à gardianis pupillorum ratio fuit, quod fructus bonorum quæ pro pupillis gubernarent, faciant ſuos. Quo fit vt cum percipiendi cõmodi, ac ſubeundi oneris par ſit ratio: locum in ea gardia ſibi vendicet illa iuris regula, Qui ſentit commodum, onus quoque non detrectet ęquum eſt. [Dy. in reg. qui ſentit.] Adde etiam quod iure communi pater idcirco in bonis liberorum vſumfructum habebat, in compenſationem illius naturalis oneris quo eos educare tenebatur [toto tit. de bõ. mater. & tit. de bon. quæ lib. C.]

Ratio conſuetudinis.

¶ Reficiendi.

AEquiſsimum enim viſum eſt, vt cum rerũ pupillarium fructus faciant ſuos gardiani, ad eos quoque pertineat cura, onúſque reficiendi ea quæ demolita ſunt. [vt cauetur l. vſufructu legato]. vbi enim emolumẽtum eſt, ibi & onus. [inſt. de leg. par. tut. §. vlt.] Verũ alta & difficilis quæſtio ſuboritur de frugibus iam ſub tutelę finitę tempus colligendis à gardiano ſatis: pupillone, iam agrorũ, in quibus ſata ſunt frumenta, facto domino expirata tutela: an vero gardiano, qui pupilli fundum ſua impenſa cõſeuit, cedant? Sane quęſtionem arduam mihi aliquando in eam facti ſpeciem contigiſſe memini. Mater quędam nobilis filię ſuę iam nubilis curam gerens, dum eius fundos pro more conſeuiſſet, filiam maturam viro nuptui tradidit idibus Septemb. quo factum eſt vt filia ſui iuris effecta, bona ſua à matre reſtituta haberet ſine vlla cõtentione. Sed & cum inter cætera bona vites quoque accepiſſet matris impenſa cultas, quæſtionis fuit ad quem vuarum colligẽdarum ius quæ pendentes & prope maturæ erant, tempore quo filia nupſit, pertineret. Et ne in ea re licet difficili, diutius inſiſtam, cum ſuper ea re interrogatus eſſem, reſpõdi, vindemias illas, licet à ſocru cultas, ad generum pertinere, qui ratione dominij quod in re dotali habet, eos fundos, vna cum fructibus pendentibus, in dotem acceperit. Nec vllum relictum ſocrui querelis locum, quod ſuis impenſis ſati fundi, cultæq; vites eſſent. Abſoluti enim iuris eſt finito vſufructu pendentibus adhuc fructibus & licet maturis, nondum tamen è ſolo ſeparatis ab vſufructuario antequam decederet, eos fructus vna cum proprietate ad rei dominũ tranſire, nec hæredes vſufructuarij habere eos fructus colligendi ius, nec impenſas in eorum fundorũ culturã collatas recuperare [Ita videtur decidere Vlp. in l. ſi quis domum. §. item quærit. ff. loc. & Saly. in l. ſi pater. C. de vſuf.] Eam quoque impenſam à fructuario non repeti tradidit Bart. [in l. cum quæretur. §. prędiis. de leg. 3.] idẽ quoque iuris obſeruatur in his qui ſuccedunt ei qui ſacerdotium obtinebat, qui ante perceptos fructus deceſsit. non poſſunt enim impenſam in colendis ſacerdotij prædiis

Finita gardia fructus pendẽtes ad pupillũ ſpectant.

factam repetere. vt pleniſsime tractant iuris pontificij interpretes in c. præſenti. de offi. ord. in 6.

¶AEre.

ISTud eſt noue à conſuetudine introductum, quod pertinet ad legitimã patris adminiſtrationem. Iure enim communi pater, idémque legitimus adminiſtrator, quãquam vniuerſalis vſufructuarius bonorum filij eſſet, huic tamẽ oneri non adſtringebatur, videlicet de ſuo vſufructu ſoluere æs alienum à filiis contractum, ſed quo creditoribus ſatisfieret, bona hæreditaria ſolebant diſtrahi, iuxta formam traditam in l. vlt. §. ſin autem æs alienum. C. de bon. quæ lib. quæ res miratu digna exiſtimata eſt à Paul. Caſt. in eo loco. Sed maior mouetur dubitatio, quid iuris ſit in legatis à pupillo relictis, an ex vi huius noſtræ conſuetudinis ea veniant à gardiano exoluẽda, ſicut æs alienum à defuncto cui pupillus ſucceſsit, cõflatum? Et videretur quidem ad legata præſtãda gardianum teneri: quemadmodum & pater ea ſoluere tenetur ex vſufructu quem in bonis aduentitiis habet. d. l. vlt. §. ſin autem legata, quod tamen ſine diſtinctione admittendũ non eſt. Aut enim annua ſunt legata, & tunc ea præſtare ratione vſufructus quem in bonis pupilli habent, tenẽtur gardiani, ſicut & iure antiquo pater vſufructuarius tenebatur. Aut illa legata non in ſingulos annos, ſed pure relicta ſunt, quę ſtatim veniunt ſoluenda, & tunc non tenentur gardiani: ſed ſicut præſtanda erant ex rebus hereditariis, ita & hodie à pupillo qui dominus & proprietarius eſt. Et ratio huius differẽtię eſt in promptu. quia legatorum annuorum præſtatio ab anno in annum differtur, ſicut & vſufructus ſingulis annis excipi ſolet. quia annuus eſt: legata vero quę purè ac ſimpliciter relicta ſunt, cedunt à morte teſtatoris, eaque omnia in totum, & ſemel præſtanda ſunt, non in annos ſingulos, ideo nil commune habent cum vſufructu, qui non ita ſemel percipitur. Quam rem multum egregiam & memoria lõga dignam Matheſil. inter ſua ſingularia retulit. ſing. 7. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. in princ. ff. ad trebell. in ſecunda lect.

An legata à pupilli relicta veniant à gardiano ex vſufructu præſtãda an ex bonis hęreditariis.

¶Inuentarium.

INuentarij tractatum omnem longe latéque diffuſum hic paucis perſtringere, ac velut in epitomen quandam, quę à ſcribentibus innumeris voluminibus tractata ſunt, reducere conſtitui. Res enim frequẽs apud praticos & in quotidiano vſu verſatur. Inuentarium ſiquidem caput, ac velut fundamentum omnium reddendarum rationum eſt [teſte Iaſ. in l. Marcellus. ff. ad trebell.] Magnúmq; nonnunquam in eo conficiendo imminet periculũ. Qui enim antiquitus in inuentario deſcribẽdo à ſyllaba cadebat, à toto cadebat, quæ tamen nimis ſtricta ac ſcrupuloſa iuris antiqui obſeruantia, vt pote rigoris plena, in diſſuetudinem abiit [vt refert Bal. in aut. Sed cũ teſtator. col. 2. C. ad l. falc.] Vnde Paul. Caſt. in l. vlt. §. cum igitur de iur. delib. inquit vix reperiri poſſe inuentarium, quod aliqua ratione ex obſeruãtia illius ſummi ac rigoroſi iuris antiqui impugnari non poſsit. In eo autem inuẽtarij tractatu non recedam ab ordine, quem in eam rem ſequitur Bart. Interpretum omnium facile princeps in l. tutor. qui repertorium. ff. de adminiſ. tut. Sed antequam rem ſerio aggrediar, bene erit ſi aliqua de vocabuli diffinitione premiſerimus, vt intelligatur plenius, id de quo quęrimus. Nec aliunde diffinitionem petam quam ex ipſo iuriſconſ. in d. l. tutor. qui repertorium, deffiniente repertorium eſſe quod vulgo inuẽtarium dicitur, quo ea quæ inuẽta & reperta ſunt in alicuius bonis, ſiue pupilli, ſiue tutoris deſcribuntur. qua deſcriptione (licet non ita exacta & religioſa, vt ſtricte apud philoſophos obſeruari ſolet) ſatis conſtat ex ipſa verbi etymologia quid ſit inuentarium. Verum vt in certam methodum ac viam facilem omnia reducamus quæ confuſe & ſubobſcure à Bart. in eam rem traduntur, hanc primo tibi conſtituito regulam quæ tutores reſpiciet in vniuerſum. Omnis tutor de iure inuentarium facere tenetur. [d. l. tutor qui repertorium. l. tutores 2. C. eodem. & l. vlt. C. arb. tut. l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpec. tut. l. vlt. C. de cur. fur. l. de creationibus. C. de epiſc. audi.] Cuius regulæ amplitudinem vt facilius cognoſcamus quindecim perſonarum genera referemus ad quæ extenditur. Primo, ad tutores honorarios, eóſque qui rei noticiæ cauſa dati ſunt: idque quatuor ex cauſis Primo propter generalitatẽ. l. tutor qui repertoriũ. quę indefinite loquitur. Secũdo propter communionem ſeu comparationem, quam illi cum tutoribus habẽt, licet non adminiſtrent [l. 3. in prin. in verb. nec

Inuentarij.

Tutores repertorium conficere tenentur.

putet eodem tit.] 3. quia his quoque solui poteſt, [l. quod ſi fortè. §. ſicut quidem & §. ei qui notitiæ. ff. de solut.] 4. quia & ad hos tutores etiam pertinet tutelę periculum. [l. 1. C. de peric. tut. & in l. ſi quis tutor. §. quid ergo. ff. de ri. nupt.] Secundo protrahitur regula noſtra ad tutores, qui in abſentis locum ſufficiuntur ac ſubſtituuntur, & ad coadiutores & alios quoſcunque, qui per ſe authoritatem habent: ita vt non primi tutoris, ſed ſuo periculo tutelam gerant quo fit vt inuentarium conſcribere teneantur, ob legis authoritatem, quæ ita fieri imperat: vel, ſi mauis conſulit (d. l. Tutor qui repertorium. & ita cẽſet Bart. in eo loco.]

Tertio ad omnes curatores datos his, qui vel propter ętatis imbecillitatem, cuiuſmodi ſunt minores, vel propter aduerſam valetudinem vel corporis, vel animi, quales ſunt furioſi, & mẽte capti, vel ſurdi & muti rebus ſuis adeſſe per ſe non poſſunt. [Caſus eſt in l. vlt. de curat. fur. C. & l. de creationibus. C. de epiſc. aud. Bart. in d. l. qui repertoriũ. & Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. vlt. ver. & nota quod curatores generales.]

Quarto ad patrem, niſi his caſibus, quibus legitimus adminiſtrator eſſet bonorũ aduentitiorum filij, & in quibus ea ratione vſumfructum habet. Excepto enim eo caſu quando pater tutelam vel curam filij emancipati gerit, tenetur inuentarium cõficere, rationemque adminiſtrationis reddere, non ſecus atque quilibet alij tutores. [l. Imperator. ff. ad trebell. & C. de dol. l. ſi ſuperſtite, & l. Aurelius. §. teſtamẽto. ff. de lib. cauſa. l. licet C. ad l. falc. l. in quæſtione teſtamenti. C. de ſent. paſſ.] Ex quibus cõſtat patrem poſſe iudicis officio interdici adminiſtratione bonorum filij, vbi ea dilapidaret, ac decoqueret effusè ad inſtar prodigi. vt plenè oſtendi ſupra in ver. bonus paterfa. eodem capite. Et iſtud refert Bal. in auth. Orphanotrophos. C. de epiſc. & cle. Cęterum vbi pater vt legitimus adminiſtrator bonorum filij curam gerit, certũ eſt eum ad inuentarij confectionem non teneri: tum quia in his vſumfructum habet, tum quia id lege non cauetur. Ex quo rectè ſequitur quod cum hodie ex generali gallię conſuetudine pater in bonis filij nullum habeat vſumfructum, [vt refert Boher. in c. 3. de ſta. perſo. in conſuet. Biturieen. fretus authoritate Alex. & Imm. in l. placet. de acq. hęred. ad inuentarij cõfectionem teneatur. Quod tamen verum accipe in patre plebeio. Nam vt conſtat ex hoc noſtrę conſuetudinis capite, pater nobilis hodie in bonis filij vſumfructum retinet. Aduertendum tamen eſt, cum hoc iure noſtro municipali patres nobiles fructus tantum rerum immobilium filiorum acquirant, non autem mobilium, ſequitur vt horum repertorium cõficere teneãtur vt hoc noſtro capite expreſſe cauetur.

Quinto, ad matrẽ & auiam, vt dictum eſt de patre vel auo tutelam filiorum vel nepotum gerente. [vt eſt caſus in d. aut. matri & auię. & in hoc noſtro capite.]

Sexto, ad hoſpitalarios qui tutoribus & curatoribus ęquiparantur: inuẽtarium enim facere compelluntur, hoſpitaliſque bona cũ ſuperioris auctoritate recipere. [d. aut. orphanotrophos. C. de epiſ. & cl. & c. quia contingit de relig. dom.] Ex quo infert Bal. in d. aut. orphanotrophos hoſpitalarios nec quicquam agere poſſe nomine hoſpitalis, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, niſi prius confecto inuentario, & decreta ſibi à ſuperiore adminiſtratione. [d. aut. orphanotrophos. & cl. quia cõtingit.] Et ideo teſtatur ſe aliquando vidiſſe quendam orphanotrophum ab agendo repulſum, eo quod de inuentario minime doceret.

Hoſpitalarij inuẽtarium conficere tenentur.

Septimo, ad prelatos, quorum etiam intereſt inuentarium facere de rebus quę ſuę inſtitutionis tempore in eccleſia quam obtinuit extabãt [c. de Siracuſane 28. diſt. c. manifeſta. 12. q. 1. Spec. in prealleg. §. vlt. in verſ. prelatus] nam tutor & prelatus aliquãdo ęquiparantur. [in aut. de eccleſiaſt. titu. §. vlt. collat. 9. & c. quia ea. 3. quæſt. 2. & in c. quia epiſcopus. 5. q. 9.]

Prælatus de rebus eccleſiæ tempore ingreſſus reperus.

Octauo, ad executores vltimarum voluntatum. [Bal. in l. nulli. in 3. col. in verſ. vlterius noto. c. de epiſ. & cler. Ancha. in c. vlt. de teſt. in 6.] quam rem tamen ſane intellige vbi dati ſunt diſtributores vniuerſitatis bonorum, ſicut in tutorem & curatorem vniuerſorum bonorum pupilli adminiſtrationẽ collatam dicimus. Cęterum vbi in rem certam tantum conſtituti eſſent exequutores aliter iudicãdum eſſet. [arg. l. ad protegendam. c. de in lit. dando tut. vel cur.] Idem enim iuris obſeruatur in curatore ad certam rem dato vel ſpeciem. [ff. de bon. aut. iud. poſſid. l. vlt. & l. 1. §. item ſi periculum. ff. de vent. in poſſ. mitt. & in aut. vt cum de appell. cog. §. ſi viuum. Et ita exiſtimauit Spec. d. tit. de

Exequutores & curatores in rẽ certam dati, ad inuẽtarium faciendum minime obligantur.

inſtr. edit.§.nunc vero.queſt.46. verſ. Sed an teneatur facere inuentarium.] Intereſt tamen inter executorem & hæredē, quòd executor inuētarij cōfectione omiſſa, nō, quemadmodum hęres, obligetur vltra vires hæreditarias ſatisfacere creditoribus. Cuius opinionis concludentem rationem reddit Ioā. And. [in addit. ad Spec. d. §. nūc vero. q. 46.] Nempe inuentarium quod ab executore exigitur, nō alia de cauſa id fit, quam vt rationes reddantur, ad quos quidem hæres non adſtringitur, niſi inuentarij beneficio tutus, eo velit vti, ne ſcilicet vltra facultates ac defuncti hęreditatē inquietetur. vt infra proximè oſtenſurus ſum in ſequenti regulę noſtræ declaratione. [Et hanc opinionem ſequitur Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. in 3. col. in verſi. Exemplum pone.]

Nono, ad hæredes. Nam qui hęreditatē ſibi delatam adeunt, abſque illa longa deliberatione, huius inuentarij beneficio tuti ſunt, ita vt vltra vires hęreditarias non teneantur, poſſuntque eodem beneficio è legatis à ſe relictis falcidiam iure detrahere. [l. vlt. C. de iu. delib.] Quæ res indiſtinctè ſibi locum vendicat ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato hęres ſit, ſiue inſolidū ſiue pro parte ſuccedat [d. l. vlt. §. 1. ibi, ſiue ex aſſe ex parte leg.]

Decimo, ad fidei commiſſariū vniuerſalem. Nam & illius quoque plurimum intereſt inuentarium conficere. [Bal. in d. l. vlt. §. cum igitur.]

Vndecimo, ad fiſcum quem rerum ſibi delatarum inuentarium ſolenne conficere debere traditum eſt. [l. ſi quando. 2. de bon. vacant. lib. 10. Vbi Accurſ. in verb. Stilus. idem exiſtimans quod & cæteri, refert deſcribendas eſſe exacta ratione res omnes, earumque qualitates quæ in fiſcum tanquam vacātia deuoluūtur. vt not. in auth. de collat. in princ. ibi fiſcalium oſtendere quantitatem & ſeruitium publicæ deſcriptionis exigi. collat. 9.] An autem hæc regulæ noſtræ extenſio perpetuo vera ſit latius infra in 10. fall. explicabo.

Duodecimo, ad procuratorem qui ad negotia conſtitutus eſt non ratione officij ſed ob rationes reddēdas geſtorum negotiorum. [vt rectè cēſuit Bal. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc. in fi. ver. vbi ita declarat Specul. codē tit. §. nūc aliqua. verſ. ſed an tenet facere inuētariū. cū verſ. ſeq.]

Decimotertio, hāc proximā regulę noſtrę declarationem generaliter in quolibet rei alienæ aut alieni negotij adminiſtratore locum obtinere receptum eſt. Vt nullo habito diſcrimine fuerit ne is in vniuerſas res indefinite deputatus, vel in rem certam & ſpecialem, res, ſi quæ ad eum ex ſua adminiſtratione peruenerunt, deſcribere teneatur. [Bal. poſt Io. But. in l. nulli. c. de epiſ. & cler. & Pet. de Anchar. in. c. vlt. de teſtam. lib. 6. circa finem.]

Decimoquarto, ad vſufructuariū quoque conficiendi inuentarij onus pertinere creditū eſt, vt res quę ſibi vtendæ ac fruendæ datæ ſunt, deſcribat, adhibita interim cautione ſe rebus illis boni viri arbitrio vſurum: quare vt dignoſcatur quando fuerit cōmiſſa ſtipulatio ex rei deterioratione, eius eſtimatio vel quantitas deſcribenda fuit, [tex. iūcta gl. in l. 1. §. cauere. in ver. recte. ff. vſuf. quomodo cau.]

Decimoquinto, Poſtremo & tunc inuentarium quoque conficiendum exiſtimauit Bart. quum quis plures res, vel fructus in domo aliqua reconditos iudicio peteret: iuſtam eius poſtulationem fore ratus, vt in inuentarium redigerentur, in hi. §. eligitur. ff. de vent. in poſſ. mitt. & in l. vnica. C. de prohib. ſequeſt. pec. quo in loco ait eam deſcriptionem eſſe permiſſam licet prohibita ſit ſequeſtratio.

Porro his breuiter enarratis quindecim perſonarum generibus, quibus incumbit inuentarij conficiendi onus, nunc conſequens eſt vt videamus de his perſonis, quę ab hoc onere liberæ & exemptæ ſpeciali quadam ratione ſunt contra generalem noſtræ regulæ determinationem, quę tredecim ſunt numero.

Primo itaque actor qui non ſuo, ſed tutoris, forte abſentis, nomine & periculo tutelam gerit, ab inuentario immunis eſt [l. ſolet. ff. de tutel. & l. decreto. ff. de adminiſt. tut.] Illud enim à tutore confectum ſufficit. vt pote pro quo gerere dicitur [l. ita autem. §. geſſiſſe. eo tit. Bart. inde l. tutor. qui repertorium, & Anchar. in cl. 2. de ſta. monach.] Quæ perſonæ ab hoc inuentarij deſcribendi onere liberæ ſunt & immunes.

Secundo, non habet locū noſtra concl. in eo qui tutor in vnam rem tantum, vel certam ſpeciem datus eſt: vt, finge ad adeundam hæreditatem. Ea enim de re inuentarium facere non tenetur. [arg. l. vlt. C. de tut. & cur. qui non ſatisded. Bart. poſt Iac. de Aret. in d. l. tutor qui repertorium. Vbi efficaciſsimam huius rei rationem reddit, quod inuentarium à tutore deſcribendū fieri debeat de his rebus dun-

taxat,quæ in bonis pupillorum ſunt,quæ ante aditam hæreditatem nullę reperiuntur. Monet tamen cum illo tutore conſultius actum iri ſi inuentarium conſcripſerit,licet id facere precisè non teneatur. de qua re vide Specul. & Ioh. And. hoc latius explicantes in tit. de act. vniuer. in ver. puberes,quorum traditiones huc congerere ſuperfluì planè laboris eſſet, cum nouum conſuetudinis noſtrę ius,qua mortuus, vt dicitur, faiſit viuum, has omnes adeundę hæreditatis dubitationes penitus tollat.

Tertio, Curatores ad lites dati inuentarium conficere non tenẽtur [l. de creationibus. C. de epiſ. & cl. & Bart. in d. l. tutor qui repertorium. quod idem rurſus latius proſequitur in l. etſi ad ſpecies. ff. rem pupil. fal. ſo. vbi refert quoſdam in contrariũ iuiſſe exiſtimantes curatorem etiam ad lites datum inuentariũ de inſtrumentis cauſæ quæ ad eum peruenerunt conficere debere. arg. d. l. etſi ad ſpecies. & l. chirographis. in princ. ff. de adminiſt. tut. & l. tutoris. C. eo. Quorum tamẽ diuerſas opiniones hac adhibita diſtinctione ita optimè cõciliabis [quam tradit Bal. poſt Iac. But. & Cy. in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tutel. & in l. nulli. C. de epiſ. & cler.] Si etenim aliquid ad curatorem liti cõſtitutum ex mobilibus inſtrumentis peruenit, inuẽtarium de his receptis facere oportet. Alias vero minimè. Ex quo ſequitur curatorẽ ad lites datum, cum ſua interſit tantum litem in qua deputatus eſt, inſtruere, ad inuentarij confectionem non teneri, licet in confeſſo ſit bona curatoris ad litem dati, ita eſſe nomine tacitę hypothecę obligata, perinde ac bona tutoris vel curatoris ad omnia minorum negotia generaliter conſtituti. [iuxta l. pro officio. C. de adminiſt. tut. tex. eſt expreſsior ſecundũ Alex. Bal. & Play. in l. properandũ. §. vlt. C. de iudic.

Quarto, Exploratiiuris eſt obſeruantiam, qua filios erga patres eſſe oportet, patrem qui vſumfructum in bonis filij, habet, à conficiendi inuẽtarij onere excuſare. [l. vlt. vbi à ſcriben. abunde. C. de bon. quæ lib.] Cęterũ vbi pater vt tutor datus eſſet filio, ad inſtar tutoris inuẽtarium facere ac adminiſtrationis ſuę rationem reddere oporteret, vt ſupra relatũ à nobis eſt.

Quinto, Verum non obtinet iſta noſtra reg. vbi pupillo minimè expediret inuentarium confici, puta ne patrimonij ſecreta fortè onera in propatulo eſſent. [l. 2. §. tractari. verſ. ergo ſi mater. ff. ad Tertul. & l. vlt. C. de alim. pupil. præſt. & l. 2. quando & quib. quar. par. deb. lib. 10. C. vbi Imperator ait non expedire pompam rerum vilitatémque detegi. & ita tradit Bart. in d. l. qui repertorium.]

Sexto, Res plane ridicula & abſurda eſſet, peti vt inuẽtarium conficiatur, ſi plus impenſarum faciendi ſit in rebus deſcribendis, quam res ipſę cõmuni eſtimatione valeant quod eodem in loco annotauit Bart. in cuius opin. confirmationem expendo tex. in l. ſi pignori. §. 1. in his verbis. Si vero nullum emolumentũ. ff. de pigno. act. & l. mediterraneæ. C. de ann. & trib. lib. 10. quæ ſolet in hãc facti ſpeciem adduci, quòd tutori vitio vertẽdum non eſt qui prudenter inuẽtarium non curauit deſcribendum in quo pluris impẽdendum eſſet quã pupilli patrimonium pateretur, cum optime ita pupillo conſultum eſſet. Idem ſi domum iam ruinoſam & vetuſtate penè ſolo adequatam reficiendam non curauit, aut debita non exegit ſciens proinde plures ſumptus in reædificanda domo, vel in exigendo debito factum iri, quam res fructum eſſent allaturæ. In quam rem induco quoq; tex. in l. ſed an vltro. ff. de neg. geſt. in his verbis. Neque enim debuit aggredi rem quæ oneratura eſſet patremfa. Conſilium tamen Ioh. and. ſequendum cenſeo: nempe vt tutores inuentarium rei tam leuis & tenuis pupilli non aggrediantur, ſed apud iudicem faciant in eam rem proteſtationem quæ loco inuentarij ſufficiet. Veluti quando pupillus nihil habet tam in bonis corporalibus quàm incorporalibus vt refert Bal. in l. vlt. verſ. extra quæro. C. qui bon. ced. poſſ.

Abſurdum eſt inuentarium fieri ſi pluris cõſtet aut excedat rerum quæ in eo deſcribendi ſunt valorem.

Septimo. Inuẽtario locum non eſſe exploratum eſt, vbi regionis mos & conſuetudo id non ferret. Eo enim caſu non eſt quod imputari poſsit tutori inuentarium non conficienti, ſi loci cõſuetudinem obſeruauerit. [l. ſi ſiue hæred. §. Lucius. ff. de adminiſt. tut. l. non tantum. ff. de decurio. Quod expreſſe ſenſit Specul. in d. §. vlt. de inſt. edit. ver. Quod ſi de conſuetudine regionis. Item Cy. in l. vlt. §. vlt. verſic. quæro quid ſi ſtatutum vel conſuetudo municipalis talis eſt, quod non fiat inuẽtarium C. arbit. tute.]

Mos regionis ab inuẽtarij confectione excuſat.

Octauo, Remiſſum à teſtatore inuentarium ab eius confectione tutorem liberat. [d. l. vlt. in fi. arb. tut.] Animaduerte tamen ſuper ea re diligenter ſecũdum Bart. in d. l. tutor qui repertoriũ. & clarius Cy.

in d.l.vlt. arb. tut. ne videatur hæc inuentarij remiſsio iuri publico derogare, ideo illicita. Nam inuentarij cõficiendi ius, eſt quidem legis publicæ authoritate introductum: priuatam tamẽ vtilitatem reſpicit, teſtatoris videlicet, & hæredis: vt ille facilius ſibi hæredem inueniat, & ne vltra vires ac facultates hæreditarias teneatur. Cum itaque in eorum gratiam lex iuſſerit inuentarium fieri, ſi quandoque ceſſet in illo eorum vtilitas, nihil obſtare puto quin ab eo licite poſsit abſtineri, à ceſſante legis ratione ducto argumento. Expedit enim aliquando vt diximus proxime, ne ſecreta patrimonij, rerúmque pompa, vel hæreditatis exiguitas, quæ dedecori teſtatori futura eſt, detegatur [d.l.2.C.quando & quib.quar.par.] Tum etiam vulgata ac trita eſt iuris regula quemlibet poſſe fauori pro ſe introducto renuntiare. [l. ſi quis in conſcribendo. de minor.] quo fit vt dubium non ſit teſtatorem inuentarij confectionem, tutori filij ſui relicto, remittere poſſe. quod tamen non ſine diſtinctione eſt admittẽdum, ſecundum doct. in prealleg. locis. Ea ſiquidem inuentarij cõfectio ſeu aliud quod piam ius remiſſum à teſtatore, vel poterat remittẽti tantum preiudicium afferre, aut hæredi tãtum, aut ambigitur in cuius damnum vergat. Primo caſu conclude remiſsionem in remittentis tantum incommodum factam conſiſtere, ex prędicta iuris ratione, qua cuilibet fauori ſuo renũtiare liberũ eſt. [l.2. vt in poſſeſſ. leg.] Altero vero caſu diuerſum obtinet, vt non liceat cuiq;,ius licet ſuũ in alterius iniuriam & damnum remittere qualis eſt confectio teſtamenti. Nec enim poteſt ſuo teſtamẽto quiſquã cauere, vt hæres inuentarij beneficio abſtinens, obligetur oneribus hæreditariis, vltra quam patrimonij defuncti vires patiantur. [l.4.C. de vſuf.] Tertio vero caſu, obtinere putarem cum certum non eſt cui damnoſa ſit hęc inuentarij cõficiendi remiſsio. Quandoquidem veroſimile ſit eum patrimonij ſui vires nõ ignoraſſe, ſuíque hæredis vtilitati proſpexiſſe. Quam extendit Cy. vt nedum procedat in teſtamentariis tutoribus, ſed & in legitimis & datiuis: vt his ſcilicet poſsit interdicere teſtator, ne rerum ſuarum, ſe mortuo, inuentarium faciant. [Ita ſentit Accurſ. in l. tutoris. C. de adminiſ. tut.] Quod tamen tempera ſecundum Bart. in d.l.qui repertoriũ, niſi ex aliqua iuſta cauſa iudex aliud decreuiſſet, ac cauſa cognita, & re ac vtilitate pupillorum illam remiſſionem non eſſe proſpexiſſet. [l.in confirmando. & l.vtilitatem. C. de confirm. tut. l.quidam decedens. §.1. verſ. vſque adeo. ff. de adminiſt. tut.

Nono, Patronum de liberti hęreditare inuentarium facere non teneri ob eam obſeruantiam qua libertus in patronum eſſe debet receptum eſt contra cõmunem hanc noſtram reg. vt ſenſit Accurſ. & magna doct. pars in l. quæ dotis. ff. ſol. ma.

Decimo, In ſuccedentibus non iure hęreditario, vt iis quibus bona addicuntur ſeruandarum libertatum gratia: item nec his quibus ingredientis monaſterium bona acquirũtur: item nec patri filij bona iure peculij obtinenti: nec denique filio ad quem cõfiſcata & proſcripta patris bona deuoluuntur, minime inuẽtarij conficiendi neceſsitas incũbit: nec ideo in pœnas d. l.vlt. incidunt: quibus quis de proprio patrimonio legatariis & creditoribus hæreditariis ſi vires hæreditatis non ſufficiant ſatisfacere ac de ſuo ſupplere obligatur: Sed eatenus tantum tenentur, quatenus ad eos peruenit. [vt declarant ſcrib. in locis citatis pręſertim Bal. in l. iubemus. in prĩc. in verſ. ex prædictis apparet. C. ad trebell. quo in loco tradit monaſterium non obligari creditoribus eius qui religionem profeſſus monaſterio ſe ſuáque dedicaſſet: ita quoque Accurſ. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. & Bart. in l.vlt. de adopt. Sicut nec legata facta ab eodem monacho ante ingreſſum præſtare, vt fẽſit Iac. Butr. in l.2. C. ad l. Iul. de vi. pub. & priu. Ang. in d. §. hæc ſtipulatio.]

Nec fiſcus nec qui iure fiſci vtitur inuentario non cõfecto vltra patrimonij vires non tenetur ſicut nec aliter teneretur.

Vndecimo, Nec fiſcus quoque inuẽtarij conficiendi neceſsitate aſtringitur. [vt tradit Bart. in l.1. §. an bona fide. ff. de iu. fiſ.] Item nec ij qui iure fiſci vtuntur, vt ſunt ciuitates in quibus nullus vt ſuperior recognoſcitur vel recognoſcitur quidem, ſed ex principis indulgentia & beneficio conceſſam omnimodam iuriſdictionem obtinent, regaliáque habent. [Bart. in l.2. eo tit. in princ.] quia nec fiſcus nec qui iure fiſci vtitur vltra vires patrimonij defuncti onera hæreditaria agnoſcunt. [vt d. §. an bona. cauetur. & l. nõ poſſunt. eodem tit.] Quam rem tamen non pro conſtanti aſſerere audet Bart. [in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc.] licet prius id affirmaſſet, in d. §. an bona. Rem tamen omnẽ paucis accipe, ex hac diſtinctione quã tradit Ioh. Imm. in d. §. hæc ſtipulatio. Nam ſi bona

eius qui condemnatus est aut alio modo defunctus, ad fiscum delata sint, eaque acceperit iure hæreditario, inuētarium sicut quemlibet alium priuatum hęredem facere teneri certū est. Alioqui vltra vires hæreditarias conueniri poterit. in qua re animaduerte iura antiqua ex nouissimo iure authenticorum immutata esse [vt in auth. de hæred. & falc. §. vlt.] Quāuis fatendum sit ipsum fiscum iuręminoris ob singularia ei indulta priuilegia recte vsurum. [arg. l. respub. ex quib. caus. mar.] & sic beneficium restitutionis in integrum aduersus inuentarij omissionem imploraturū, sicut & posset in ea re deceptus minor, vt in d. auth. de hæred. & fal. §. pupillus. Aut vero fiscus occupat alicuius patrimonium tanquam bona vacantia, & eo casu, quia non iure hæreditario hæc derelicta bona accipit, iuris antiqui constitutio in viridi manet obseruantia, ea incōuincibili ratione, quod ad istum casum, verborū contextus. d. §. in aut. de hæred. & falc. pertinere aut conuenire nullo modo potest. Ex qua re facile est perspicere quanta sit differentia inter hæreditatem & bona vacantia secundum Bart. in l. 1. de acq. hæred. ff. licet corrupte soleat allegari in rub. illius tit. Et eodem in loco id sequitur Ang. & Bal. in l. 1. in 8. col. C. quando non petent. par. Cuius rei ratio in promptu est. Nam cum fiscus iure hęreditario ad bona alicuius vocatus, succedat in vniuersum defuncti ius, vt solet definiri hæreditas, in l. nil aliud. ff. de verb. signific. ratio iuris postulat vt partibus quoque hæredis fungatur: ita vt creditoribus hæreditariis vltra vires patrimonij defuncti satisfacere teneatur, nisi ab eo onere, inuentarij beneficio se liberauerit. [l. vlt. §. si vero postquam. C. de iu. delib.] Quæ ratio cessat quando bona vacantia occupat. Nec enim iure, nomine, vel titulo hęreditario tunc succedere manifestius est quàm dici debeat: nec ideo enim proprie in hæreditate succedere dicendum est. [l. 3. §. eadem cōstitutio. ff. de fideicom. libert. iuncta gl.] Ideo merito creditum est eo casu vltra vires hęreditarias minime obligari. [d. §. an bona. & l. non possunt. eodē tit.]

Duodecimo, Vbi pendente iudicio in fiscum peteretur fieri inuentarium seu descriptio bonorum, cum istud prohibitum sit non vendicat sibi locum reg. nostra l. defensionis facultas. C. de iur. fis. lib. 10. qua constitutione expresse prohibet Imper. ne pendente adhuc controuersia eorum facultates qui contra fiscum sese defendunt ante sentētiam inquietentur, seu in inuentarium describantur.

Decimotertio, Postremo plane inciuile ac inhonestum est, inuētarium in alterius iniuriam & dedecus peti, puta detegendæ paupertatis vel ad inuidiam alteri cōflandam, puta detengendæ opum affluentiæ gratia. quare hoc casu inuentarium cessabit. id quod duobus elegātissimis responsis probatur. in l. 2. C. quando & quom. quar. pars. ibi. Quid enim tam durum, tam quę inhumanum quam publicatione pompáque rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem, & inuidię patere diuitias? Et l. vlt. C. de alim. pupilli præstandis: his verbis. ne secreta patrimonij & suspectum ęs alienū pandatur. Quibus adde eum qui huiusmodi inuētarium malitiose fecerit, vel faciendum curauerit, actione iniuriarū teneri. [l. si quis testamentum. §. penult. ff. ad l. aquil.] sed de his satis. Quoniam vero inuentarij tractatum hoc loco explicare instituimus, cōsequens est vt videamus id de quo secūdo loco tractat Bart in eandem rem in d. l. tutor qui repertorium. Videlicet de tempore quo cōficiendum sit inuentarium. Quam quęstionem vt paucis me declarem videtur vno quasi verbo absoluere Imper. in l. tutoris. 2. de admin. tut. C. inquiens, tutores & curatores quamprimū fuerint ordinati, in publicarum personarum præsentia inuentario debere res omnes hæreditarias bonáq; pupilli sui describere, & id instrumentum inter acta solemniter redigere. Quam constitutionem quidam comminiscuntur esse intelligendam de eo tempore quod hęredi adhuc deliberanti & cōsilium capienti de adeunda hæreditate ad inuentarium conficiendum decernitur, iuxta l. vlt. in princ. C. de iur. delib. quod Accurs. non placuit, in d. l. tutores. Alij. existimarunt quatuor menses indulgeri à die mortis testatoris, ad conficiendum inuentarium. arg. auth. plures. C. de epis. & cler. quod nec Accursio placet qui reiecta vtraque sententia credidit mox & quamprimum fieri potest inuentarium conficiendum, statim à morte testatoris si de hęrede loquamur, vel ab initio susceptæ tutelæ, si de tutore agamus, vel similibus personis, quibus inuentarij conficiendi necessitas incumbit. quam tamen celerem scribendi repertorij festinationem ita tempera, nisi eam iustissima dilationis causa remoraretur. In cuius suæ

Quo tempore conficiendum inuentarium.

opinionis probationem inducit l. ratum. ff. de solut. & l. 2. §. confestim. ff. ad turpill. Quam Accurs. op. omnes fere celebres interpretes sequuntur, ita tamen tẽperatam vt refert Bart. in d. l. qui repertorium, vt quam primum commode fieri poterit conficiatur inuẽtarium, non vero ita præcipitanter. [quod probant ex l. hæc conditio. ff. de condit. & demonst. licet quidam interpretentur istud intra triduum, ex l. vlt. §. illo. C. arbit. tut. & c. de Siracusanæ 28. dist. ibi descriptione. & c. manifesta. 12. quæ. 1.] Quod vero ad hæredes pertinet, expeditissimi iuris est, inuẽtarium ab hærede incipiendum intra trigesimum ab apertis tabulis diẽ, aut, quod receptius est, ex die quo eas sciuit apertas, siquidem ex testamento succedat, cęterũ si ab intestato, à die quo delatam sibi hereditatem sciuit.

An liceat tutoribus inuẽtarij non confecti mora purgare.

Verum queri potest quid iuris sit si tutores & cęteri quibus conficiendi inuentarij necessitas incumbit ea tempora in eo describendo à iure prescripta elabi per negligẽtiam fiuerint: postea suę incurię pœnitentes moram in eo faciẽdo commissam purgare possint: ita vt quod post elapsa illa tempora prestituta fecerint inuentarium, admittendum sit? Accurs. in d. l. tutor existimat eos supinam vel forte malitiosam negligentiam purgare non posse, nec agnoscendum huiusmodi inuẽtarium tanquam minus oportuno & legitimo tempore factum. qua ratione hos tutores vt suspectos remouendos à tutela censet, quinetiam in vincula coniiciendos vt debitas suæ negligẽtiæ, quæ latæ culpę comparatur, ferant penas: quod probat ex l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tut. d. l. vlt. C. arbit. tutel. Quod censuit quoque Spec. tit. de inst. edit. §. vlt. circa princ. vbi refert posse contra inuentarij validitatem obiici quod mox factum non fuerit, cum potuerit & debuerit. Quinetiam & durius ac asperius in tutores inuehitur ita negligentes, vt suadeat nihil ex bonis pupillaribus tractare tutores oportere, vel vllam partem seu communionem in his vendicare, nisi prius inuẽtario legitime ac solẽniter facto res omnes descriptę sint, quarũ administratione si ante hæc occupauerint, tũc è tutela summouẽdos, plectẽdósq; infamię nota. Quam traditionem vt paulo asperiorem sine distinctione admittendam non putat Bart. Nam aut tutor, antequam inuentarium feciſſet, se in pupillarium rerũ administrationem temere iniecit, quo casu non potest quicquã aduersus inuentariũ quod nusquam est, obiici sed ad aduersus tutorẽ qui serius illud fecerit quam debuerat, & tunc vt suspectum remouendum à tutela putauit. Bart. Sin vero qui tutor designatus & cõstitutus erat nec tutelam sibi demandatam gesſit, nec inuẽtarium quoque fecit, non est quod quicquam in eum obiici possit. At Specul. in d. §. vlt. vers. quid si attingat, aliter existimauit atque Bart. Putauit enim quicquid gessisset tutor, etiam non confecto inuentario, ẽ re pupillorum, quodque illis feliciter succesisset, id valiturum quidem, Quod si in pupilli prędiudicium & damnum quod facit, vergat, id tanquam nullius momenti pro infecto habendum. Idque in gratiam & fauorem minorum, quibus leges ob ætatis imbecillitatẽ multa indulsisse priuilegia patet ex toto tit. de mino. ff. & C. Porro Bal. in l. vlt. §. Item solent in lect. atiq. refert. Frãcis. & Scal. inter disputandum conclusisse quod si tutor inuẽtario nõ eo tẽpore quo bonorũ pupilli administrationẽ susciꝑit, cõfecto sed ex post facto & aliquo interuallo, id non impedire quominus eius administratio valitura sit, nisi prius vt suspectus remoueatur. Constat enim superioris authoritate moram purgare posse. Sed profecto si inter tã doctos homines licet caput exererę quæ hactenus relata sunt, mihi omnino non satisfaciunt. Quare magis placet quod fẽsit Saly. in d. l. tutores. 2. in 4. quæstio. inquiens: huiusmodi inuentarium ex post tempore factum, subsistere: quod hoc enthymemate probat. Nam aut ante illius confectionem tutor non administrauit, & ex hoc à tutela non remoueri quis nescit? vt ff. de susp. tut. l. sed hę. §. qui nihil. quinimmo ad administrationem inchoãdam potest compelli. vt l. 1. ff. eo. & l. prędces. C. de suspec. tut. Aut vero ante cõfectum inuentarium administrauit, & tunc licet vt suspectus à tutela remoueri possit. l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tutor. interim tamẽ antequam remotus sit tutor, tutor est vtique & vt tutor omnia agere ac administrare legitime potest. Quam sententiam hoc validissimo & necessario argumento cõprobo. Grauior enim & præcipua pœna non confecti inuentarij, ea esse censetur, vt ante non liceat administrare. d. l. tutor qui repertorium. Non administrãdo igitur quis non videt moram purgare posse, & sic inuentarium conficere. Quod etiam si administret, nulla lex prohibet eum inuentariũ

facere, nec confectum vitiat, licet ſuſpecti pœnam adminiſtratori imponat. Non deſunt tamē multa quibus ea Salyc. traditio fortiter oppugnetur: ac 1. ex. d. l. vlt. C. de iur. delib. Cuius tex. authoritate motus Ang. in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautionibus, & vberius in repet. l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & eo in loco multa poſt eum Pont. & vterque Imm. & cęteri, aſſerunt hæredem qui intra tempus à d. lege ſtatutum, inuentarium non fecerit, amiſiſſe ex elapſo tempore facultatem purgandæ morę, ita vt amplius illud facere non poſsit. Reſpondeo tamen huic obiectioni, iſtam hæredis cum tutore cōparationem, quod ad inuentarij conficiendi neceſsitatem nō conuenire, nec iure nec facto probatam. In hærede ſiquidem ſtata ſunt certa tempora conficiendo inuentario rerum hæreditariarum cum pœnę adiectione, ob quā, moram planè impurgabilē eſſe certi iuris eſt. d. l. ſi inſulam. Quo fit vt contra hæredem in mora deſcribendarum rerum hęreditariarū conſtitutum, fiat executio vt patet ex d. l. vlt. Non itaque mirum ſi poſtea ad inuentarium minimè admittatur, Et ita rectè conſtitutum extat, non mereri legis beneficium, qui illius ſpreuit conſilium. l. ſi cui. de leg. 3. quem adducit Bar. in l. ſi inſulam. & eo reſponſo optime probari oſtēdunt doct. eam regulam qua concludunt quod vbicunque à lege vel ab homine fit executio poſt moram ſemel commiſſam, illius purgatio nuſquam admittitur. De executione à lege facta exemplum adducunt de hærede inuentarium non conficiēte iuxta d. l. vlt. & in hærede voluntatem defuncti poſt annum nō implente quo caſu ab eo tāquam indigno auferetur hæreditas. iuxt. Auth. hoc amplius. C. de fideicō. Item & in matre quę conuolans ad ſecunda nuptiarum vota filio tutorem dandum non curauit. iuxta l. 2. §. confeſtim. ff. ad tertull. Quam rem latius & vberius explicaturus ſumi, eodē. §. fi. Qui prius eſt huius materię locus. Exempla autem executionis ab homine factę huiuſmodi eſto. Finge, verbi gratia, teſtatorem, alterum ex duobus ſeruis, quem legatarius optaret, ab hęrede reliquiſſe, ſi vnum ex his ſoluerit hęres, ſatisfacto ex eo legatario, is ad alterū amplius redire nō poteſt. Cæterū in tutore per omnia ferè diuerſum obtinet. neque enim certa dies neque pœna vlla eſt adiecta in conficiendi inuentarij neceſsitate ipſi tutori iniungenda, quæ ſuam executionem ſtatim trahat. Cum conſtet itaque ex his, ad quod vſque tempus inuentarij deſcribendi ſit facultas, ad tertiam compēdioſi tractatus noſtri partē deuenio. quo ſcilicet ordine & qualiter inuētarium deſcribatur. Et imprimis operę prędium erit ſcire coram quibus faciendum ſit. Et hic doctorum noſtrorum ſententię tres eque cōtrariæ fuere. Prima fuit gloſſatoris, exiſtimantis inuentarium ad maiorē eius cautelam coram iudice ordinario & tabellione publico conficiendum, l. tutor qui repertoriū. & l. chirographis. ff. de admi. tut. & l. Tutores. 2. C. eo. & hāc opinionē ante eius tempora tradiderat Mart. vetuſtiſſimus iuris interpres vt refert Spec. in d. §. vlt. verſic. hęc forma probatur. & ſequitur Ang. in l. 1. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. in 8. col. verſ. de quarto videtur. Vbi ita refert paſsim apud omnes vſu obſeruari, proinde à gentium ſeu ciuitatum more minime recedēdum. Alia fuit Bal. opinio, quæ vt hominis in iuris pratica ſuper cęteros verſatiſsimi in foro noſtro Bleſenſi recepta eſt. Exiſtimauit enim inuentarium coram notario publico conficiendum, deinde iudicis approbatione & decreto neceſſario cōfirmandū. in hac ſententia perſtitit in auth. orphanotrophos C. de epiſ. & cler. & in auth. Sed cum teſtator. in verb. quęro nunquid in fine inuentarij. C. ad l. fal. Idem in l. deffenſionis facultas. de iur. fiſc. lib. 10. licet diuerſum in hęredis inuētario obſeruari dicat. in auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hęre. abſt. & in l. ſicut. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. nō eſt neceſ. & in l. vlt. C. arbit. tut. & in l. vlt. de magiſtr. cōuen. Ille vero duo relatu digna docet. Primum: vſque adeo neceſſarium eſſe iudicis decretum, vt ſi notarius in fine inuentarij à ſe confecti mentionem interpoſiti decreti nullā feciſſet, illud inutile planè fore. Alterum: quod illa iudicis approbatio poteſt & ante & poſt deſcriptum inuentariū æque interponi. Nil enim refert præcedátne an ſequatur, vel an in principio inuentarij adiectum ſit decretum, an ſub finem. Tertia fuit opinio eorum qui crederent, quantum ad tutorem pertinet, ſufficere inuentariū extraiudicium factū, & quidē in abſentia iudicis, preſente tamē tabellione. Cæterum quoad fidem faciendam contra debitores, quorum nomina in inuentario deſcribūtur habet iure locum prima opinio vt eo caſu corā iudice ad maiorem fidem & cautelam faciēdum ſit in-

Non mereri legis beneficium qui legis ſpreuit conſilium.

Qualiter inuentarium fiat & corā quibus.

uētarium.[vt d.l.chirographis. Et in eam ſententiã iuere primi Specul.& Ioh.And. in citato.§.vlt.vbi reſpõdet iis quæ ab Accurſ.in ſuæ opinionis deffenſionem adducuntur de preſentia iudicis, inquientes id nullo iure cautum reperiri. Saly. quoque ita cenſuit in d.l.vlt.C.de iu.delib.& gloſ. illam nullibi receptam teſtatur,quod confirmat quoque Bar.in d.l.Tutor qui].Sed an vnus pluréſve ad inuentarium ſolemniter conficiendum requirantur tabelliones?Hanc queſtionem ambiguam reddũt duo tex.quibus legiſlatores in eam ipſam rem plurali numero vſi ſunt.in d.l.vlt. C. de iur.delib.in verb.Tabellariorum. & d. l.tutores.2.C.de adminiſt.tut. in verb. publicarum perſonarum.Mihi vero,videtur vt paucis agam,vnum ſufficere ad integrã & plenam inuẽtarij fidem. Tabellio enim publica perſona eſt.cui idcirco fides eſt habenda. [vt in auth. de inſt. fid. & caut.§. ſi quis igitur.]Nec obſtãt iura nuper citata, quibus tabelliones plurali numero efferũtur.Nam in eo loco,vt in aliis quam pluribus plurale pro ſingulari accipitur, vt illic interpretatur Accurſ.leges in eam ſententiam infinitas adducens. Et hanc interpretationem probat Bart.quem alii ferè omnes ſequuti ſunt in d.l. Tutor qui repertorium, his ſubdens illud paſsim in multis iuris partibus obſeruari.In eam rem plurimum facit,quod paſsim ſolet apud vulgus doctorum iactari,pluralem numerum de ſingulari recte verificari.[ex l.3.in prin. ibi negotia,ſic accipe ſiue vnum, ſiue plura.ff.de neg.geſt.l.2.§.exactis demum regibus ff.de orig.iu.l.diuus.in fi.ff.de petit.hęred.& l.gallus.§.quid ſi is in ver. illis viuis vbi:Bal.& mod.de lib.& poſth.]

Vnum tabellionem in cõficiendo inuentario ſufficere.

Sed nec prętermittenda eſt illa quæſtio, in qua plęrique dubitant adhibẽdine ſint teſtes qui inuentario conficiẽdo interſint, quæ queſtio pertinet tantum ad inuentarium tutorum & curatorum,non ad illud quod fieri ab hæred. debet. In hoc eñ tres ſunt vocandi teſtes [Accurſ. & Saly. in d. l.vlt.§.Sin autem dubius in ver. cæterorũ. de iur.delib.C.] Quod vero ad tutoris inuentarium pertinet concludito quod licet nullo iure cautum vſque reperiatur,adhibendam eſſe in eo conficiendo teſtiũ præſentiam,ex ratione tamen quæ eadem eſt in hoc tutoris atque in illo hæredis inuentario,eandem quoque iuris diſpoſitionem colligemus,trahemuſque quod in hęredis inuentario diſpoſitum eſt ad inuẽtarium tutoris,vt eadem fides ac cautela in vtroque adhibenda ſit. Quod cõfirmatum eſt cõſtitutione regia emiſſa anno 1499, qua generalitet cauetur vnicum notarium nõ poſſe vlla inſtrumenta vel acta ſine duorũ vt minimum,preſentia conficere.

Teſtes adhibendi conficiendo inuẽtario.

Item dubitari poteſt quæ res in inuentario veniant deſcribendæ? Rem omnem paucis accipe ex l. ſi quis intra C. de bon. damn.qua expreſsè comprehenduntur ea quæ in inuentariũ redigenda ſunt his ferè verbis.& plena deſcriptio comprehendat quod ſpacium,& quod ſit ruris iugerum, quod aut incultum ſit, aut colatur, quid in vineis,oliuetis,aratoriis, paſcuis, ſyluis fuerit inuentum:quæ etiam gratia,& quę ſit locorum amœnitas, quis in ædificiis ac poſſeſsionibus ſit ornatus:quótve mancipia in prædiis occupatis,vel vrbana vel ruſtica,vel quarum artium generibus imbuta teneantur:& quot ſint cenſuarij vel coloni:Quot boum exercitiis terrarũ atque vomeribus inſiſtentium, Quot pecorum atque armentorum greges,& in qua diuerſitate numerati ſint: Quantum auri & argenti:veſtium & monilium, vel in ſpecie vel in pondere,& in qbus ſpeciebus,quídve in apothecis ſit repertũ.Eſt & in eã rem tex.in d.l.tutores.2.quo cauetur inuentarium fieri debere omnium rerum & inſtrumentorũ, quę verba ſic interpretatur Bar. in l.tutor qui repertorium. vt earum rerũ appellatione veniant corporalia bona:inſtrumentorum autem nomine iura incorporalia,de quibus inſtrumentis conſtat vt ſunt debitorum nomina.Nam & ea inſtrumẽta,quæ minoribus proſũt,tenetur quoque tutor in inuentario deſcribere.[vt eodem in loco docet Bart.in 2.col. & Bal. in l.ſi quis poſthac.C.de bon.proſcr.]Ex quo duo perpetua memoria digna infert Bart. Primum tutorem non teneri inuentario ſuo deſcribere,quę à pupillo creditoribus debentur,cum ea debita ad ius pupilli nõ pertineant,ſed ſint creditorum.l.vlt.C.de alim. pup. præſt. Non tamen negandum eſt quin ea quoque inuentario adiungere poſsit,ſi viſum fuerit. Alterum eſt quod ſi quę ſint pupillo debita de quibus tamen nullum extat documentum ſeu ſchedula, cuius virtute poſsint ea exigi, non adſtringi tutorem ea in inuentariũ conferre. Quod ſi contigerit eum exegiſſe,poterũt tunc inuẽtario adiici,ſicut res omnes quę de nouo ex poſt facto inuentario pupillo obueniunt.[l. vlt.§. tali. C. de curat. fur.]

Quæ res in inuentario deſcribendę.

hinc arrepta occasione Bart. quærit debeantne illa instrumenta, quibus debitorum nomina continentur, per extensum vt dicitur in inuentario describi? Cui respondet quātum ad tutorem pertinet, sufficere summam seu sentētiam instrumenti, quam vulgo summariū appellamus, in inuētarium redigi, non autem ipsa instrumenti verba seu tenorem: & ita vsu obseruari testatur. Secus tamen se habet si velit tutor cautiones illas exemplari ad fidem astruendam contra debitores. Tunc enim totus instrumenti tenor esset describendus: his interim quorum interest in huiusmodi exemplari faciendo legitime vocatis. [iuxta auth. si quis in aliquo documento. C. de edend.] Sed vt nihil in excussum aut intactum relinquamus quod ad inuentarij tractatum pertinere poterit potest oriri aliqua dubitatio, quid iuris sit, de rebus in patrimonio pupilli inuentis, quæ illius non sunt, sed penes patrem, in cuius hæreditatem peruenit, depositę & in custodiam traditæ fuerāt, aut commodato concessę? Ang. in l. si de eo. §. 1. ff. de acq. possess. testatur aliquando Perusij cōsultum fuisse conficientem inuentarium etiam res illas in hæreditate inuentas describere debere. [quod eodem in loco existimarunt Imm. Paul. Cast. Pont. & Alex. qui Bal. authoritatem adducit ita sentientis in l. item videndum. §. vlt. ff. de petit. hæred. & in l. vlt. §. 1. in 5. col. C. de iur. delib. atque tex. in l. vlt. §. 1. iuncta l. habere. ff. de verb. signif.] In dubitationē quoque cadere potest an rerum in inuentario describendarum facienda sit æstimatio? Quam quæst. vtilem sanè & fructuosam omisit Bart. in l. tutor qui repert. Extat tamen ab eo tractata in l. vlt. de magist. conuen. vbi etiam Bal. Quam rem omnem vno verbo concludit in 2. not. inquiens res quæ in inuentario describendæ sunt, ad certam æstimationem reducendas quę in inuētario quoque cōtineri debet: quod Bal. admittit vbi absque illa ęstimatione, incertitudo aliqua rerum illarum emergere posset: cuiusmodi sunt res mobiles. Quæ sententia mihi oppidóquā placet. Nam & ita vsus & consuetudo apud nos inualuit, vt in conficiendo inuentario solum mobilia æstimentur, non autem immobilia. Cęterū quod subiicit Bal. tutorem ad rerum pupillarium ęstimationem cogendum non esse sed satis esse si quoquo modo & quibúsvis ambagibus describantur, id nequaquam verum opinor: auersatur enim pugnatq; cū tex. in l. si intra. de bon. proscript. licet in immobilibus, vtcunq; tolerari posset. Verum quæri potest à quo facienda sit ea æstimatio? Nec dubium est nusquam reperiri iustiores rerum estimatores quam qui earum notitiam ex suę artis exercitio habēt hi itaque sunt in eam æstimationem adhibendi, pręstito interim iuramento se non fraudulenter aut malitiosè, sed iuxta verū & iustum valorem res æstimaturos. vt l. 1. vbi Bar. & Alex. in illius apostil. ff. de vēt. inspic.] Vnde singuli artifices in æstimatione singularum rerum quas exercent adhibendi erūt. Generaliter enim traditum est & vulgato illo prouerbio tritum, cuilibet in sua arte credendum esse, vt mensori si de mensura quęstio sit, [l. 1. ff. si mens. fal. mo. dix.] Et sic qui similibus artificiis victum sibi quæritant quos enumerat Spec. tit. de probat. §. vlt. ver. hoc quoque notandum. Intellige etiam estimationem huiusmodi per arbitros seu commissarios fieri posse qui in eam rem à iudice decernātur, vt quotidie in nostro forensi vsu obseruatur. [tex. est in l. 1. §. cū dicitur. ff. si cui plusquam per l. falc. Superioribus tamen temporibus memini emissum in diuersū esse à rege edictum, quo iubebat istas rerum estimationes non nisi per publicum officiarium fieri quem creauerat in eā rem: & is à sui munij functione appreciator appellatus est: quòd rebus sua pretia ac estimationes imponeret ac diffiniret.

A quo rerū mobilium estimatio facienda.

A Estimatorē quē vulgo apreciatorē appellant iuratum esse oportere.

At vero qua plectendus est pœna tutor qui inuentarium facere omiserit? Et sciendum est triplicem pœnam in eum constitutam, vt constat ex his quę tradit Bart. in illa l. tutor qui repertoriū? Prima est quod antequam inuētarium fecerit prohibitus est administratione, nec quicquam ex bonis minorum contrectare aut vllam communionem in eis vendicare, [l. vlt. §. vlt. arbit. tut. vbi Bart.] Quod verum accipe nisi circa ea quę dilationem non admittunt, vel quæ ex necessitate inuentarij cōfectionem prędecedunt, vel expectāt, vt est rerum hereditariarum inuestigatio [l. Aristo existimat ff. de acq. hęred.] Idem Bart. existimat de his quę nullo modo minoribus prę iudicium vel damnum aliquod afferre possunt, sed prodesse tantum. [l. vlt. C. de tut. & curat. qui non satisd.] vel quæ sunt tempore peritura quæ etiam alienare potest, secundum Bart. in l. 1. ff. de tut. Sed nec legitimam quoque personam habet, inuenta-

Triplex pœna prodita in eum qui inuētarium non fecerit.

rio non confecto, tutor, ſtandi in iudicio nomine pupilli.[Specul.tit.de tutore.§. ge netaliter. verſ. item & quod tutor.]Ita vt ne in iudicio quidem quo de momẽtanea tantum poſſeſsione agitur conſiſtere poſ-ſit niſi grauius immineret in mora pericu-lum. Licet ſeruus & pupillus ad id admit-tantur. [l. vlt.C. qui leg. perſ. ſtan. in iud. hab.] Imo neque authoritatem pupillo in iudiciis neque in contractibus prẽſtare po-teſt.[Specul.in.§. generaliter.in verſ. quid ſi pupillus. vbi Bal. in addit.] ex eo enim quod inuentarium nõ cõſcripſit pro non tutore eſt habendus.[d.l.vlt.de tut. & cu-rat.qui non ſatiſd.& l. ſi tutor.C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.non eſt neceſ.] Quare ei ipſo facto nitenti authoritatem pupillo in re aliqua peragenda præſtare obiicietur merito ius illi rerum pupilli adminiſtran-darum non eſſe,quod inuentarium facien dum non curauit.[l.iuſiurandum.§.pupil-lus.vbi doct.ff.de iureiur. Vnde huiuſmo-di formæ omiſsio actum quantumuis fa-uorabilem vitiat & annullat.[l.qui Romę §. flauius. ff. de verb. oblig.] Quod etiam obtinet & ſi cõmuni omnium errore exi-ſtimaretur factum inuẽtarium vt viſus ſit nullo contradicente agere nomine pupilli cæteráque eius negotia adminiſtrare. [l.3. ff. ad maced. & l. Barbarius de off. præt.] quia vt inquit Spec. loco prealleg. Ille cõ-munis error fauori pupilli,qui multus eſt apud legumlatores,prẽiudicare nõ potuit arg.l.qui neque.ff.de reb.eo vbi Ioh.And. temperat illam vulgatiſsimam reg. qua traditur errorem ius facere:vt intelligatur de errore communi, nõde eo quo decepti ſunt cõtrahentes. vt qui errore ducti cum perſona incapaci quam idoneam crederẽt contraxerunt. Non intelligitur itaque d. l. Barbarius.de errore ſingulari,ſed cõmu-ni. ſecũdum Barb. qui docet illam ſibi lo-cum vendicare tantum in officiis publicis, non autem in priuatis de quibus impreſen tiarum agimus. Certe memini ita dudum pupillum à me defenſum,ita vt recuperan dæ cuiuſdam rei,cum authoritate tutoris, qui inuentarium non cõfecerat,diſtra ctæ, author fuerim, eo quod minus legitimus interuenerat tutor.

Tutoré qui inuentariũ nõ fecit, pro tutore non haberi.

Error facit ius.

Altera pœna eſt tutori inuẽtarium non conficienti prẽſcripta hæc,vt à tutela tan-quam ſuſpectus remouendus ſit,& remo-tus infamiam incurrat[d.l.ſi.§.illo.procul-dubio. C. arbit. tut.] Et ita ſuſpicione & infamia notatus in vincula conicitur. l. 3.

Inuentariũ non confe-ctum reddit tutorem ſu-ſpectum & infamem.

§.tutore qui repertoriũ ff.de ſuſpect. tut.] Tanta eſt enim legum aduerſus tutorem inuentarium non conficientem indigna-tio,vt in iuris prẽſumptionem eum pertra hant,quam violentam appellat Accurſ. in d.l. 3. Quo in loco Bal. quoque eam iuris & de iure,vt dicunt,eſſe exiſtimauit. Ideo probationem in contrarium non admitte re,ſed quamprimũ morоſum & legi reni-tentem à tutela dimittẽdum: niſi fortè ius neceſsitudinis,vel affinitatis illi eſſet cum pupillo. Tunc enim mitius cum illo agi o-portere euidens cõiunctionis ratio demõ-ſtrat,Nec pateretur vt tanquam ſuſpectus cum inſigni infamię nota à tutela remoue rentur. Verum illi adiungendus eſſet alius tutor.[Accurſ. in d. l.vlt.& tex.in l. ſi tu-tor aliquo.ff. de ſuſpect. tut. vbi Bart. qui eam rem latius tractat in l.quod ſi forte. §. ſunt quidam.ff.de ſolut.] Quamuis Bart. in l.1.§.item ſolent.de offic.prẽfec.vrb. af-firmet in caſu non confecti inuẽtarij, nul-lam eſſe differentiam an tutor ſit vllo con ſanguinitatis iure cum pupillo cõiunctus, an omnino extraneus, ita vt indiſtincte quilibet ob non confectum inuentarium à tutela remoueatur.d. l. ſi tutor aliquo. Quod etiam videtur eo loco ſentire Ac-curſ.dum ait ibi ſpeciale eſſe propter inuẽ-tarium nõ confectum. Ego tamen potius adhęſerim Bart. ſententiæ eodem in loco & in d.quod ſi fortè. Vbi etiam diſputat de tutore qui crimine ſuſpecti poſtulatus eſt,an ſtatim debeat illi interdici tutelę ad-miniſtratio? vt faciũt ſæpius aduocati qui hac malitia inſigni impudenter vtũtur,vt cum interrumpere alicuius tutoris admi-niſtrationem volunt,quendam accuſato-rem ſupponunt, qui ſua ſponte illum cri-mine ſuſpecti inſimulet,quo interim pen-dẽte de ſuſpecto iudicio, adminiſtratio illi interdicatur [iuxta l. eũ quem. de ſuſpect. tut.& inſt.eodem. §. ſi quis] hac tamen in re hæc ſolet adhiberi diſtinctio. Nam aut tutor eſt huiuſmodi qui etiam ſuſpecti cri minis conuictus à tutela nõ remoueretur, ſed illi tantum decerneretur adiunctus, vt quia aliquo neceſsitudinis iure cõiunctus eſt cum pupillo,vt diximus:tunc penden-te ſuſpecti crimine,non debet adminiſtra-tione interdici,ſed tantum contutor adiũ-gi: Ne deterioris ſit conditionis is qui in ca ſu dubio verſatur,quã qui in certo & ma-nifeſto.[l.ordinata.C.de lib.cauſ.]

Iuratur in l tem contra tutorem in-uentarium non conficiẽ rem.

Tertia & vltima pœna eſt, vt contra eos iuretur in litẽ.[d.l.vlt.arbit.tut. & d. l. tu-

tor qui repertorium, vbi vberrimè hoc tractat Bart.] Cuius ſtatutæ pœnæ rationem hanc tradit, Certam eſſe iuris regulam, eum qui id ad quod ex iniuncti ſibi officij munere ſe teneri ſcit aut ſcire debuit, non adimplet, in dolo, ſaltem præſumpto eſſe conuinci. [l. carceri. ff. de cuſt. reo. & l. ſi procuratorem. §. ſi dolo. ff. mand. & l. dolo. ad l. fal.] ex quo ad id quod intereſt obligari conſtat. Quam pœnam, vt ſcilicet in tutorem inuentarium non conficientem iuretur in litem, Bart. extendit, vt habeat quoque locum non in eo ſolum qui penitus ſe ab inuentarij faciendi munere abſtinuit, ſed & in eo qui ſcripſit quidem, ſed non res omnes quæ deſcribendæ erāt comprehendit: vel ita ex malitia obſcure comprehendit, vt de earum bonitate & iuſto valore liquere non potuerit ex inuentario. Cuius declarationis ratio non aliunde petenda eſt quàm ex illa tritiſsima iuris regula, nullam eſſe differentiam non eſſe vel non apparere [l. 3. ff. de contrah. empt. & vend.] Non enim videtur legitime feciſſe ſi ex eo cõueniri non poteſt. [d. l. vlt. arbit. tut. & l. neminẽ. de ſuſpect. tut. C.] Id quod tamen in multis verum non obtinere crediderim. Ac primum in eo tutore qui perperam inuentarium confecit magis imperitia quam dolo aut malitia inductus, [vt refert Bal. in l. 1. §. ſolent. de off. prefec. vrb. in verb. conſulto.] Nam quaſi per manus traditum ignorantiæ ac imperitiæ legis vt plurimũ ſubueniri. [l. ferè. de reg. iur. l. 1. ff. de eden.] maximéque mulierum inſcitiæ ita vt vix in mulieribus præſumatur dolus [l. vbi. §. vlt. eodẽ tit.] quod maxime confert in opem earum matrum quæ filiorum tutelas ſuſceperunt.

Secundo, Intellige hanc pœnam in tutores conſtitutam ac limitatam ad hæredes non trahi. hoc enim caſu alio iure cenſetur tutor atque hæres. [l. alio iure. C. de in lit. iur.]

Tertio, Pœnam ceſſare conſtat vbi eam conficiendi inuentarij neceſsitatem remiſit teſtator. [d. l. vlt. in fi. C. arb. tut.] quod temperandum cenſet Bart. niſi iudex ex cauſa aliud ſtatuiſſet, vt in confirmando. [l. vtilitatem. C. de confirmat. tut. De qua re latius idem tractat in l. nemo poteſt. de leg. 1. & proxime ſupra paucis attigi.]

Quarto, Si ita ferat conſuetudo longęuo aĕ diuturno vtentium vſu præſcripta, vt nulla inuentarij deſcribendi inſit neceſsitas, qui conſuetudini paruit pœnam non meretur. de qua re doct. in l. de quibus. ff. de leg. Quam diffuſius præ cæteris tractat Specul. in d. §. vlt. de inſtr. edit]

Quinto, Si iudex ex cauſa aliqua vel iuſto impedimento inuentarij cõfectionem remiſerit, vt quia videat pupillo expedire patrimonij ſui facultates noñ detectas iri, ſeu pauperiem in eius contemptum manifeſtam fore. [vt ff. ad Tertul. l. 2. §. tractari. verſ. Ergo ſi mater. & C. de alim. pupil. præſtant. l. vlt. & C. quãdo & quib. quar. pars. l. 2. lib. 10. C.] His itaque quinque caſibus, ceſſat pœnę rigor in ipſos tutores conſtructæ qui ab inuentario abſtinuerint vel rectè non confecerint,.

Verum monebo interim ipſos tutores alterius pœnę, in quam incurrere poſſunt non confecto inuẽtario, ex deciſione Bal. in l. 1. in 2. col. ff. qui bon. cęd. poſſ. quo loco tradit hæredem qui inuentarium non confecit, non iuuari bonorum ceſsione, eo quod laboret dolo præſumpto. vt in auth. de hęred. & fal. §. ſummus. Vnde idem maiori longè ratione in tutore contra quem eſt violenta iuris & de iure præſumptio, quæ nullam excuſationem aut in contrarium probationem admittit. [d. l. fi. C. arbit. tut. Vbi Accurſ. & Bal.] Porro videamus etiam quo procedat modo iuſiurandum in litem aduerſus tutores. Ac primũ quidem poſitiones in tutores conſtructæ continere dolum tutoris debẽt, & grauiorem culpam, ſiue leuem, ob quam vt in litẽ iuretur ſpeciale eſt in tutore. [l. alio iure. C. de in lit. iur.] Dolum autem concludes ſi dicas tutorem inuentario non aſcripſiſſe res quas ad pupillũ ſuum pertinere certo ſciebat. Culpã latam ſi eas quoque res omiſiſſe, quæ apud omnes, & cõmune vulgus noſcebantur eſſe pupilli: item, Culpã leuem, ſi eum omiſiſſe quę diligẽs quiſque pater famil. fuiſſet curioſius perſcrutatus. [hæc ex Bart. cõſil. 149 & 150.] In doli vero probatione tria conſideranda ſunt, nẽpe res quæ petuntur, quantitas earum, & valor. Proinde neceſſe eſt ſpecies, quæ in bonis (quorum inuentarium fieri debuit) fuiſſe aſtruuntur, plene probari: videlicet quod veſtes monilia, muliebria, inſtrumẽta, libri, reſque alię extarẽt. Quarũ tamen valorem & qualitatem probari nil eſt neceſſe in ſpecie, ſed ſatis, ſi modo in genere probentur, Nempe quod pupillus ex communi vulgi opinione tantum in bonis habere credebatur, ſub qua vulgi eſtimatione, & valor & rerum quantitas continen-

Iuſiurandũ in litem.

Quid poſitionibus in tutores parẽtis contineri debeat.

tur, premissa interim iudicis taxatiõe pro personarũ atque negotij qualitate & modo. [vt l. videamus. §. deferre. de in lit. iur. & l. si quando. vbi glo. est multum celebrata. C. vnde vi.] Ita autem iuratur in litem pro singulis rebus in inuentario omissis ac si nullum omnino factum esset.

De omissis rebus pupilli in inuentario.

Quæri potest & septimo loco quid iudicandum sit de eo tutore qui inuentariũ quidẽ fecit sed minimè legitime, ita vt res aliquas quæ pupilli erant, omiserit, an hic toto inuentarij beneficio carebit, pœnasque eas incurret quę in eum qui non inuẽtarium confecit proditę extant? Et affirmatiue quidem concludenda hæc quæstio videtur vt tanquam inuentarij non confecti accusari possit, [arg. d. l. si. §. si vero postquam. in fi. C. de iur. delib. & not. ex auth. de hęred. & falc. §. si vero non fecerit.] Quod indubitatum affirmat Bart. in inuentario hæredis non rectè facto [in l. Paulus. ff. ad l. falc.] quem sequitur Ang. ea potissimum inductus ratione quod in inuentario conscribẽdo illud maximè exigitur vt singulæ res non solum mobiles & immobiles quinetiã iura & rationes omnino comprehendãtur. [vt tradit Bart. in d. l. vlt. §. cum igitur. vers. requiritur.] Vnde si quid ex his omissum fuerit, inuentarij iure cadit: proinde tanquam suspectus repellendus ac si nullum omnino cõfecisset. arg. l. cum furiosus. §. in prouincia. C. de curat. fur. Quinetiam constitutum, vt quod ex rebus suppresit, duplicatũ reddere compellatur. d. l. si. §. illo maximè. Et in eam rem adducitur Specul. in d. §. fi. citantis hãc vulgatam ac tritam iuris regulam. Quod minus caute ac legitimè factum est, pro infecto habendum. ff. de his quæ test. del. Et magis proposito nostro accedit illa altera vulgatissima iuris regula qua dicitur quid actum non videri, donec aliquid addẽdum supereſt. C. ad Syllei. l. pen. in fi. Igitur inuentarium fecisse nõ videtur qui bonam rerum partẽ non descripsit. Quod tamen sic temperat Specul. vt hoc demum verum obtineat si tutor plurima ex bonis pupilli in inuentario omisisset, Sin autem paucis imprudenter derelictis, omnia pene absoluisset, vel quæ leuioris essent momenti, non ideo in suspecti crimen cadere, nec à tutela remoueri debere putauit [arg. l. res bona fide. ff. de contrah. empt. l. 1. si cont. ius vel pub. vtil. & l. 1. §. vlt. de vẽt. inspic.] Maximè vbi iureiurando affirmare paratus esset se non ex industria aut mala fide sed inconsulto & imprudenter ea omisisse. Bal. autem in d. l. vlt. aliter distinguendum putauit. Aut res aliquas, inquit tutor mala fide ac data opera omisit, vel non. Primo casu, si dolo ac mala fide res aliquas pupillares supresit, tunc in summa constituendum est, illud inuẽtarium nullum omnino esse, nec tutorem eius beneficio quicquam vsurum quo se indignũ reddidit, suo ipsius maleficio ac dolo. Quemadmodum in simili de filiosa. dicitur quẽ abstinendi quidem beneficium habere manifestum est, quo tamen propter rem minimam furtim ac clandestine subreptam priuatur, omnibusque hæreditariis rebus. [l. si seruum §. prętor ibi, aliquid autem. ff. de iu. delibe.] Cęterum si non in dolo versatus sit tutor, sed inconsulto omisisset, quia nesciebat eas res omissas ad pupillum pertinere, tũc quia scire debuit, ex officio suo eam pœnam tantum sustinet, vt de suo resarcire quicquid damni ex ea re omissa, pupillus accepit, tenetur, curareque vt in inuentarium redigatur licet expostfacto [arg. l. hęredes palam. §. sed si notum. ff. de test.] Quod enim bona fide ac nullo interueniente dolo factum est, pœnam nõ meretur. [arg. l. quamuis. ff. de cõdit. & demonst.] Quo fit vt inde emerserit quędã cautela qua hodie vtuntur ij qui inuentarium describendum curant, adhibita scilicet protestatione ea, post absolutum iam inuentarium, se plura in patrimonio quod descripsere non comperisse: & si qua postea occurrant, securaturos vt inuentario adiiciatur. Quam cautelam vsu obseruari testatur Paul. Cast. qui eodem in loco tertiam adiecit opinionem, quę mihi plus cæteris satisfacit. Existimat enim ille nullo casu ob res aliquas in inuẽtario omissas & subreptas inuẽtarium irritari, nec eius beneficium amitti, etiam si res dolo non vacet: Sed eum qui dolose rem omiserit ad eius restitutionem in duplum condemnari. Idque ex tex. d. l. vlt. §. illo videlicet. Cui sententiæ vt verisimæ eo in loco aperte se adscripsit Salycetus quam testatur fuisse in quodam concilio à doctissimis & sapientissimis viris, qui dirimendę cuidam liti super ea re motę intererant, comprobatam. Cui etiam totus adhæsit Imm. in l. Paulus. ad l. falc. vbi etiam Ang. hanc opinionem multum cõmendat, quam alio in loco attigit in l. ex facto. §. si lius longinus. ff. de vulg. Et hanc bonã partem interpr. sequuntur precipue moder. in d. §. licentia.

Inuẽtarium confectum videri quod non legitime factũ est.

Id pro facto non est habẽdũ quod absolutũ & cõsummatum non est.

Moderatus iuris rigor in tutores aliquid omittentes.

An quæ de nouo, pupilli patrimonio accedũt, nouo egeãt inuentario prioreirrito?

Poteſt & octauo quæri. An tutor inuẽtario iam cõfecto, ex rebus quę poſtea pupillo quacunque ratione contigere, vel de nouo emerſere, quæ antea latuerant, alterum facere inuentarium teneatur, priore irrito? Bart. in d.l. vlt. non immerito exiſtimauit proteſtandum eſſe tutori (vt nuper monuimus) ſi ad eius notitiã peruenerit poſtea aliquid pupilli bonis acceſsiſſe prẽter ea quæ deſcripta ſunt, ſe curaturum vt in inuentarium redigantur. qua proteſtatione emiſſa nil videri obſtare quominus adiicienda ſint ea quæ de nouo comperta ſunt ad pupillum pertinere. Adnimaduertas interim oportet, illam proteſtationem non ita neceſſariam vt idem fatetur Bart. nec omiſſam quicquam tutori prẽiudicare. Vnde credidit Specul. in d. §. vlt. res illas de nouo pupillo obuenientes non irritare inuentarium, nec opus eſſe illas adiici, clauſo iam & abſoluto inuentario, ſed in aliud publicum inſtrumẽtum redigendas. Et ita cenſet intelligendam l. vlt. §. tali C. de curat. fur. Quod autem pertinet ad fructus & ad alias acceſsiones, quæ quotannis etiã in dies, è pupilli rebus percipiuntur, vt fruges, conſtat nil opus eſſe, huiuſcemodi in inuẽtarium redigi: ſed in libros rationum referri ſufficit, quo data & accepta, fructus & impenſę, continentur. quem quidẽ rationum codicem facere omnino tenẽtur tutores, vt infra docebo in verb. rationẽ.

Verum & nono dubitari poteſt, circa ea quæ diximus res proprias pupilli deſcribi debere, nunquid etiam alienas? puta quæ à patre pupilli tempore mortis detinebãtur alterius nomine, vt quia res ſibi in cuſtodiam traditas, commodatas, apud ſe ſeque ſtratas, vel etiam fortè furto ſubſtractas, & huiuſmodi res quas pupilli non eſſe cõſtat. Et Bal. quidem in d.l. vlt. §. cum igitur. viſus eſt ſenſiſſe eas quoque omnes deſcribẽdas eſſe in inuentario, per l. non tãtum. ff. de petit. hæred. Nam qualiſcunque poſſeſſio ſeu verius detẽtio, in bonis eſſe dicitur, l. gerit. ff. de acq. hęred. Idem rurſus in l. itẽ videndum. §. item videamus. ff. de petit. hęred. vbi in vltimo verſ. ita fuiſſe cõſultum refert, per illum tex. Itidem Ang. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. in vlt. verſ. ait hoc notatu dignum. Ex his vtcunque ita à nobis enarratis in ſumma colligere eſt tutorem omnẽ pupillaris patrimonij vim & ſubſtantiam ſiue in corporalibus ſiue incorp. conſiſtentem diligenter in inuentarium ſolemne à notario coram teſtibus factum & iudicis decreto confirmatũ, redigere, nec quicquã omittere. Quod ſi facere neglexerint, interdicitur eis adminiſtratione nec auctoritatem interponere in contractibus pupillorũ poſſunt. Item & crimine ſuſpecti poſtulati infamia notantur, & à tutela remouentur, niſi alicuius cõiunctionis cum pupillo ius adiungendum ſibi contutorem ſuaderet, vel eos error ac ignorantia excuſaret. Quo ducti ſi quid omiſerint duplicatum pupillo reddunt, eſtque ex poſt facto adiiciendũ inuentario ſicut & res quæ poſtea pupillo acceſſerunt. Quod autẽ ad fructus pertinet, in codicẽ rationũ eſſe deſcribẽdos, quo data & accepta cõtinentur. Hactenus igitur de inuẽtario àtutore ſeu curatore cõficiendo. Nũc reſtat videamus de eo inuẽtario quod ab hæredibus, ſuſpectam adeuntibus hæreditatẽ, confici ſolet

Epilogus.

De inuentario quod ab hæredibus ob hæreditatem ſuſpectã fit,

Tractaturis igitur de eo inuentarij genere quod ſolet ab hæredibus confici ne ſe temere ac ſuo periculo in ſuſpectam ac dãnoſam hæreditatẽ coniiciant nobis ita cõmodiſsimè id exponi videtur ſi tria potiſſimũ monuerimus Primum eſt, cui incumbat huius inuẽtarij faciendi munus: Alterum, quæ ſoleant in eo cõficiendo iuris ſolemnia requiri. Deinde quæ reſultẽt commoda & beneficia ei hęredi qui antequam hęreditatem adiret, deſcripſerit: & quibus cognitis facilè conſtabit quæ incommoda & pericula ſibi vltro accerſat qui non fecerit. His itaque tribus capitibus puto cõtineri breuiter quicquid doctorum voluminibus quę ſanè immẽſa ac prope infinita ſunt, in eam rem ſcriptum extat. ¶ Hanc materiã diffusè tractauit Spec. tit. de inſt. edit. §. vlt. Ang. & Imm. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. doct. in l. vlt. C. de iur. delib. Præ cæteris vberrimus Guid. Pap. qui integros libros in eam rem edidit. Ex quibus quæ vtiliora videbũtur excerpemus. ¶ Quod igitur ad primum caput pertinet habes expreſſum in eam rem Impe. edictum in l. vlt. C. de iur. delib. quo cauet cuilibet hæredi directè inſtituto, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, inſolidum, vel pro quarta parte, licere inuẽtarium facere: cuius beneficio, quamcunque hæreditatem etiam quæ creditoribus nõ ſit ſoluendo, adire libere licebit. Quod vſque adeo verum eſt ſecundum Bal. & Paul. caſt. vt ſi poſt defuncti mortem, de cuius ſucceſſione agitur, conſtaret inuentarium teſtatoris chirographo ac manu deſcriptũ, nil hæredem iuuaret etiam ſi teſtamento ca-

uiſſet expreſſe ſe illud in rem & beneficiũ hæredis feciſſe. Sed hoc primũ caput omni difficultate caret. Ad alterum igitur deſcendamus vbi plura diſcutiẽda ſunt. Cuius quidem diſputationis exordium ſumemus à perſonis quæ huic conficiendo intereſſe debent, cętera quæ ad huius cõficiẽdi formam pertinebunt ſuo ordine explicaturi. Sciendum eſt itaque ſex perſonarum genera intereſſe debere inuẽtario. Ac omnium primus ac prȩcipuus debet aſsiſtere hæres ſiue ipſe ſiue alius ſuo nomine, qui ſe inuẽtario ſubſcribet, (ſi pingere nouit literas.) Subſcriptionis autem hæc erit forma. quod res in inuentario deſcriptas inueniſſe ſe in patrimonio teſtatoris fatea tur, quarum quantitatem ſignificabit, nec ſua aliqua malitia aut dolo feciſſe quo res hęreditariæ occultarentur. Et quas res reperit ſe ſuo periculo cõſeruare & cuilibet cuius interierit rationem optimam redditurũ profiteatur. Cętęrum ſi literarũ ignarus iſta ſcriptis ſuis ſignificare nequeat, vel forte aduerſa valetudine, morbo, aut aliquo iuſto impedimento occupatus, loco ꝓpriȩ ſubſcriptionis duplex traditur formula declarandę huius rei. Prima, ſacroſanctę ac venerandæ crucis ſignum in capite inuẽtarij depingat propria manu. Secũda, alter adhibẽdus eſt tabellio publicus, adiũgenduſq; primo qui illius vice ſubſcribat: quæ ꝓbãtur ex d.§.cũ igitur. verſ. ſubſcriptione. Verũ interim dubitari poteſt. an hęc vtraq; formula in locũ propriȩ ſubſcriptionis quã edere debet hęres ita ſit neceſſaria vt inuentarium vitiet: quę res mihi aliquãdo ſuper ea diutius cogitanti negotium faceſsit. Quãdoquidem quod ad primam pertinet, primi ac ſubtiliſsimi iuris vtriuſque interpretes ſibi inuicem pugnant contrariis ſententiis. Et imprimis quod ſigni crucis impreſsio ſit omnino neceſſaria, ac (quod aiunt) de actus ſubſtãtia exiſtimauit Ioh. And. in addit. Specul. in d.§. vlt. cui non pauci ſunt adſtipulati. vt Ray. Salyc. & Fulg. in d.§. cum igitur. Item Ang. & Imm. in d.§. hæc ſtipulatio. Idem Imm. rurſus in l. 2.§. prius. ff. de vulg. In cuius opinionis cõfirmationem Alex. adducit Bal. authoritatem in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. off. fung. inquientis, conditionem à lege appoſitam, nequaquam leue continere iuris myſterium, ſed omnino illam euenirę oportet. l. prætor. in princ. ff. de col. Ita etiam nouiſſime cenſuit Guid. pap. in d. ſuo tractatu de inuẽtarij forma. poſt Saly. in d. l. ſcimus. Maxime quod in delphinali foro ita vt inquit ſe habet vſus & ſtylus. At ex oppoſito quod ſigni crucis omiſsio non vitiet inuentarium, & ita non ſit quid ſubſtantiale, credidit Cy. in addit. cui ſubſcripſerũt Bart. Bal. & Alex. de Imm. in d.§. cum igitur. Et Bart. rurſus in d. l. 2.§. prius. de vulg. Et Bal. eodẽ in loco ea potiſsimum ratione motus quod leuis ſolẽnitatis omiſsio actum non vitiat. l. 1.§. vlt. ff. de vent. inſpic. Quomodo autem dignoſci poſsit an ſolennitas à lege requiſita leuis ſit an de actus ſubſtantia, tractant canoniſtæ & maxime Fely. in c. dilecta. ex. de reſcrip. Et crediderim hanc vltimam opinionem veriorem prima. Quis enim plane ridiculum non puter, ob ſignum aliquod in inſtrumento omiſſum, ipſum inſtrumẽtum corruere? intellige tamen niſi ita ferret ſtyli vſus & conſuetudo à qua nunquam recedendum putarim: vt obſeruatur apud Delphinates. nam & Bal. recte docuit in auth. Sed cum teſtator. C. ad l. falc. in conficiendis inuentariis & quibuſcunque aliis actibus, præſertim vbi quibuſdem tantum ſolenniis & captioſis obſeruationibus agitur, habendam eſſe ante omnia conſuetudinis rationem.

Alter autẽ notarius ita neceſſarius eſt, vt eo non accerſito omnino corruat vis inuẽtarij. Et ita bona pars doct. exiſtimauit cum ſit de actus ſubſtantia. Qui caſus expreſſus videtur in verſic. ſubſcriptionẽ, vbi Accurſ. in verb. ſpeciali tabulario. Qua in re vnum occurrit notatu digniſsimum, huic ſcilicet ſecundo notario, ſe ab hærede ſcribẽdi neſcio vel alio modo præpedito rogatum & accerſitum aſſerenti, credi, quãdoquidem non nouum officium aſcribere ſed illud quod iam habet exercere cenſeatur. ſecundum Paul. Caſt. in d.§. cum igitur poſt Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſt. tut. Quæ ſane inſignis eſt declaratio regulæ quæ prohibet ne notariis ſibi aliquid commiſſum aſſerentibus credatur vt patet ex his quæ tradũtur in d. l. ex ſententia & l. vxori. §. 1. ff. ad l. corn. de fal.

Verum dubitare ſolent nonnulli, quid iuris ſit, cum is qui peregre in extraneas & longinquas terras profectus eſt, ita vt impreſentiarum non agat in locis vbi res hęreditarię ſunt? Res tamen omni difficultate, meo iudicio, caret. Si non enim per ſe inuentario conficiendo adeſſe poterit, id per procuratorem agere non prohibetur,

Sex perſonarum ſpecies inuentario conficiendo intereſſe debere.

Subſcriptionis forma ab hęrede inter ponendæ.

Leuis ſolennitas omiſſa actum non irritat.

Nõ eſſe ſimpliciter fidẽ tabellionibus habendã

ad id ſpecialiter cõſtitutum. vt in d.§. cum igitur verſic. Sin autem à locis.

Secundo loco: in ipſo hæredis inuentario conficiendo, intercedere quoque debet iudex ipſe: vt cenſet Ang. in d.l. 1.§. hęc ſtipulati. ff. ſi cui pluſ. per l. falc. Quo in loco monet adhiberi iudicis præſentiam quo res omni ſuſpitione vacet: in quã rẽ videtur eſſe caſus in l. nulli.§. cum authoritate de epiſ. & cler. & l. de creationibus. C. de epiſcop. audient. Teſtatúrque id communi vſu receptum. Idem exiſtimauit Bal. in l. defenſionis facultas de iur. fiſ. lib. 10. C. coniiciẽs ex eo differentiam quæ ſolet eſſe inter inuentarium tutoris, in quo ſola iudicis approbatio ex poſt facto ſufficit, & hæredis, in quo iudicis pręſentia exigitur. Idem quoque cenſuit Mart. de fano. veruſtiſsimus iuris interpres, cuius meminit Specul. in d.§. dicto. &. §. cum igitur. In contrariam tamen iuit ſententiam Bart. in d. conſ. 154. aſſerens in inuẽtario ab hærede conficiendo, non eſſe neceſſariam iudicis pręſentiam quod vel eo patet quod nulla lex in ea re exigat iudicis interuentum. Sed nec deſunt aliæ rationes quibus Bart. opinio iure defendi poſsit. Nam confectio inuentarij eſt actus qui omnino ad hæredem pertinet, proinde extra iudicialis vt patet ex d.l. vlt. & auth. de hæred. & falc. Tum extra iudicium pręſentibus partibus fieri poteſt. [Bald. in auth. ſed cum teſtator. in 3. col. C. ad l. fal.] Præterea vt inquit Paul. Caſt. in d.§. cum igitur. res eſſet vt laboriosa ita parum conueniens iudicis grauitati & officio, pro hæredis ludo hac atque illac plures dies & quandoque integros menſos vagari, in diſquirendis rebus quæ in inuentario deſcribendę ſunt, & interim ab officio quod tanti momenti eſt in dirimendis quibuſque litibus & ſedandis diſcordiis auocari, & in tam vile exercitium transferri. Manifeſtum eſt enim nil attinere iudicis officium implorare, niſi cũ habeat interloqui aut iudicare, aliquid permittendo, vel vetando. Sed ſuper inuentarij confectione non video in quo iudicis officium deſiderari poſsit, ſiue in concedendo ſiue in denegãdo, quicquam hæredi. vt in preall. §. illo. igitur. Nec obeſt quod legatarij & ij quorum intereſt vocandi ſint, ideóque citatione opus eſſe, & iudicis præſentia, & decreto, vt more iudiciario procedatur. Neque enim quidpiam commune cum iudicio illa citatio habet, nec ad iudicem ſpectat, nec ad vllam iudicij figuram, ſed proprie dicitur conuocatio ſeu denunciatio, quam etiam nonnulli proteſtationem vocant, vt ſcilicet legatarij & creditores adſint actui ſi ſua intereſſe putant. Et proinde in hoc actu explicando nil eſt neceſſe, quod illa citatio fiat in figura iudicij. Nec minus quod iudex ipſe interueniat, vel aliquas ſuas partes interponat. & ita cenſet Bal. in d. auth. ſed cum teſtator. quanquam idem ipſe ſibi parum conſtans aliter loquatur. in l. 1. in 3. col. verſ. quæro an fieri poſsit ceſsio per nuntium. C. qui bon. ced. poſſ. Eo enim in loco conſtanter affirmat hæredem cõficere debere inuentarium coram iudice, non quia iudicis requiratur decretum ſed propter eos qui citandi ſunt. Item & ſibi quoque contrarius alio in loco occurrit cõſil. 255. Inuentarium, hæredis multa cõtinere debet, vol. 3. vbi confirmat quod Bart. & alij cenſuere, vt dixi, nulla lege ſancitum eſſe vt iudicis in conficiendo hęredis inuentario interueniat decretum, ſed tantum inuẽtarij coram iudice fiat inſinuatio, per l. fi. C. qui admi. & l. omnium. C. de teſtam. Sed certe neutram iſtarũ Bal. opinionum veram crediderim. Quod enim primo de citatione, ea proprie, vt nuper oſtendi, citatio non eſt ſed conuocatio ſeu denuntiatio. Cætera autem quæcũque effutit, nulla legis authoritate nituntur. Nec opinio quoque Ang. mihi ſatisfacit, nec placuit Alexandro in d.l. vlt. de iur. delib. in fi. princ. vbi refert eam opinionem eſſe receptiorem, vt in conficiendo inuentario neque iudicis pręſentia neque eius decreti interpoſitio neceſſario requirantur. Quã quidem ſententiam iure communi magis approbatam, & indubitatam facile conceſſerim. Præualuiſſe tamen Ang. opin. cõſuetudine & communi vſu certum eſt. Nam hodie apud gallos neceſſe iſtud beneficium à principe impetrari, vt ſcilicet ex ſpeciali reſcripto quis ſe alterius hæredem ſub inuẽtarij beneficio gerere poſsit. Nec aliter huiuſmodi inuentarium conſcribitur quàm in præſentia iudicis regij & ſuæ curię notarij, aut ex eius delegatione & mandato, quam commiſsionem appellant. Quæ res colligi poteſt ex ea forma quam effingit Guid. pap. in illo libro quem formularis nomine appellauit. Licet nihil de ea difficultate ſcripſerit. Quæ ſane obſeruantia me mouit, vt hęc ſcripſerim de iudicis pręſentia, quę ſcio practicis in quorum gratiam à me prodiere hi no-

Inualuit cõſuetudo vt iudex inuentario interſit.

ſtri libri,non iniucunda fore.

Tertio, Adhibendi ſunt in confectione inuẽtarij,publici ſerui, quippe notarij ſeu tabelliones. vt in citata l. vlt.§. cum igitur in ver. præſentia tabulariorũ.qui quidem propria manu proprióque chirographo totum perſcribant inuentarium. Adeo vt duo non poſsint in actu aliquo inſcriptis redigendo manus apponere, ſed vna tantũ perficiatur oportet.[vt.C.de ſport.l.1.] Sicut nec reſcriptum, duorum chirographis deſcribendum eſt.[gl. eſt quam eo in loco ſumme commendat Bal. in auth. de trien. & ſemiſſ.] Niſi forte id non liceret per rerum hæreditariarum quæ in multis & variis locis ſitæ ſunt, diuerſitatem: ita vt ſic late diſperſum patrimonium fuerit neceſſe per plures notarios deſcribi[l.præter.C.in quib.cauſ.tut.den.]Sciendum eſt autem quod per vnum explicari poteſt, fruſtra plures adhiberi. ideo in hoc ſufficit vnum adhiberi notarium, vt ſupra oſtendi,quanuis in d.§. cum igitur, imperator ſit vſus plurali numero. Et ita cenſet Guid. pap. in loco ſupra alleg. col. 3. poſt Accurſ.& Odoff.antiquos iuris interpretes,quorum ipſe meminit:Niſi (vt eorum quæ ſupra docuimus non obliuiſcamur) hæres eſſet literarum & pingendi artis indoctus, vel iuſto aliquo impedimento detẽtus,quibuscaſibus in eius ſubſcriptionis vicẽ alternotarius eſſet primo adiũgẽdus.

Vnius duntaxat chirographo inuentarium eſſe deſcribendum.

Quarto, Oportet inuentarium coram teſtibus vocatis confici. Et duos tantum numero ſufficere ſemper credidi, quoad plenam & abſolutam inuentarij probationem. In quam rem omnes conſenſere exceptis Accurſ. in d. §. cum igitur.C. Et Guid. pap. in citato ſuo opere col. 5. qui contra exiſtimauit tres, vt minimum, requiri. ex Odoffr. ſententia in eo tamen caſu quo extra iudicium fieret. Sin autem coram iudice pro tribunali ſedẽte,nullum requiri teſtem credidit,ex his quę traduntur in c. quoniam cõtra falſam.ex. de probat. Sed verius adhæſerim primæ noſtræ opinioni duos omnino teſtes requiri,quoquo modo fiat inuentarium, ſiue preſente iudice, ſiue extra iudicium. ea motus legis ipſius ratione, quæ iubet expreſsè teſtes vocari. quo fit vt id pro forma ſubſtantiali exiſtimem. Quod autem eadem lex de tribus teſtibus adhibendis conſtituit, hoc in alio quidem caſu videlicet vbi legatarij & creditores abſint.d. auth. de hæredib.& falc.§.hinc nobis.verſ.ſi vero abſũt. quo in loco iubet Imperator in locum abſentium quorum intereſſe poteſt inuentarij cõfectio,tres teſtes probatæ & inculpatæ vitę diuitiarum & opum vi honeſte ornatos, eiuſdem ciuitatis, vel municipij, optime apud vulgum opinionis & famę, qui ſe nullius malignitatis cõſcios iurent vocari.Nec verum puto quod ait Saly.vltra duos illos primo loco vocatos teſtes, qui pro obſeruanda inuentarij forma perpetuo requiruntur, ſufficere his alterum, quippe tertium, adiungi. ita vt quo caſu abfuerint legatarij & creditores,tres in vniuerſum ſufficiant: vt etiam ſatis inconſulto cẽſuit Guid. pap. Nec enim vterque animaduertit duos illos primo loco adhibitos teſtes, pro ſolenni inuentarij forma requiri. Aliorum vero trium adiectionem factam fuiſſe,ad ſupplendam eorum quorum intererat abſentiam. Et ita exiſtimauit Alex.in d.l.vlt.in prĩc.in 4.col. Quod vero ad eorum teſtium qualitatem pertinet, ſciendum eſt eos teſtes qui in confectionem inuentarij adhibẽtur,debere partium cognitionem habere.vt patet ex d.§. cum igitur l.vlt. ibi. teſtibus videlicet adhibendis qui hæredem cognoſcant.

Quinto, Sciendum eſt non ſolum hæredem,iudicem,teſtes,& tabellionem, qui in eorum præſentia inuentarium conſcribat,ſed & legatarios quoque, quibus aliquid in illo teſtamento relictum eſt,intereſſe debere.[vt expreſsè diſponitur in aut. de hęred. & fal.§. hinc nobis, verſ. ſi vero abfuit.Cuius rei euidens ratio redditur in d.l.vlt.§. etſi prefatã.C. de iur. delib.] Eorum enim quam maxime intereſt obdetractionem legis falcidiæ, ſi hęreditas non ſit ſoluẽdo creditoribus, quam rem latius explicabo in tertio capite,infra,vbi de inuẽtarij beneficiis agemus. Ille enim locus ad hanc rem erit accommodatior. Præterea & in inuentario ab hęrede conficiẽdo conuocandi ſunt quoque creditores hęreditarij.Et ſi eũ nulla lege id expreſſe cautum reperiatur, euidens tamen ratio ſuadet, cum dubium nõ ſit illorũ plurimũ intereſſe in eo actu.[Quod etiam colligi poteſt ex mente Imperatoris in d.§. cum igitur. per verbum illud,cęterorum.vbi Accurſ. expreſſe id tradit. & in eadem l.in §. ſancimus.in ver.fideicommiſſum.& in citato.auth.de hęred.& fal.§. hĩc nobis. ver. ſi vero abſunt.]Cui ſentẽtiæ omnes ad vnum interpretes aſſenſere. Quod & altera inconuincibili ratione ſuadetur. Nam

Creditores hęreditarios in conficiendo inuentario eſſe conuocandos.

si ille actus non est explicatus nisi conuocatis legatariis, qui de lucro captando, vt dicitur certant, maiori sane ratione vocandos quoque legatarios, qui de damno vitãdo contendunt, quis non videt? l. non debet. in fi. de reg. iur. Præterea, & quod subtilius vrget, Cũ imperatoris beneficio indultum sit, vt qui inuentarium confecerit vltra vires hæreditarias non teneatur, d l. vlt. §. et si præfatam. de iu. delib. & propterea creditorum maximè interest, inuẽtarij cõfectioni adesse, vt rerum hæreditarium vires & quantitatem agnoscãt, néve aliquid in eorum præiudicium & dãnum occultetur, sequitur manifestissimè eos omnino vocandos. [arg. l. vlt. de authorit. præst. & in auth. vt sponsal. larg. §. ad hoc quoque sancimus. & l. non ita diuus. ff. de adopt. & l. de vno quoq; de re iudic. ff.] Sed circa hęc duo personarum genera quas proximè cõfectioni inuẽtarij interesse debere cõclusimus, dubitari potest quæ sit præscripta forma qua hęres in eis cõuocandis vti debeat. Et vt rem omnem paucis declarem, communis ferè interpretum schola existimauit, si legatarij creditores certi fuerint nec hæredi incogniti, eos singulos nominatim ac specialiter citari debere. Quod si ecõuerso incerti ac omnino incogniti fuerint, generali citatione eos simul conuocãdos, quæ apud iurisconsultos edictum denuntiatio & admonitio appellatur, praticis, vulgo proclama dicitur. Et ita cẽsuit Bar. Bal. Saly. & mod. in d. l. vlt. licet idem Bart. in l. si eo tempore. C. de remiss. pig. sibi parum constans aliter loquutus sit. Ea igitur denũciatione seu proclamate ad hęredis instantiam (quam requisitionem vulgus praticorum appellat) legatarij & creditores citantur si certi sunt & in eadẽ vrbe permanentes, etiam quod aiunt personaliter si reperiri possũt, aut in domicilio, aut procuratoris, si qui ab his in eam rem dati sunt, vel etiã postremo mònẽdos esse vicinos: absentes vero cum vbi degãt ignoratur, generaliter per edictum in albo propositum, seu schedulas pro palatio aut prętorio affigendas quæ loco edictorum hodie successerunt, quibus eis denũtiatur vt certo die & loco ibi designato, adesse habeant, visuri ipsi inuentarium quod hęres conficere constituit super bonis, rebus, iuribus, & actionibus defuncti. Item cum cõminatione quod ipsis recusantibus venire, nihilominus ad inuentarij confectionem procedetur. Quæ omnia per nuntiũ publicum referantur, & vti gesta erãt ad memoriam perpetuã in scriptis à notario redigenda erũt, seu à scriba publico, qui grepharius vulgo nuncupatur. Quæ singula in praticorum gratiam examinanda duxi. Ac primo quod de loco & die dictum est, id ea ratione factum ne vocatio illa seu citatio velut obscura & plane incerta nulla obiiciatur, [iuxta l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. & l. vlt. C. de iur. domi. impetr. l. 3. C. de distrac. pign. & in auth. de exhib. reis. §. si vero. refert Cy. in l. dies festos. C. de feriis.] Quod secundo dictum est de bonis, rebus, iuribus, & actionibus testatoris inuẽtarium factum iri, eam rem vberrimè tractaui proxime in inuentario tutoris, nec hic repeto.

quismodus, quæve forma conueniẽdi creditores & legat.

Tertio, quod ad comminationem pertinet intellige eam esse, quę in vsu forensi, apud praticos intimatio appellatur quæ sane vtilis est & plurimi momenti, habétque edicti peremptorij vim, vsque adeo vt vnica illa citatio peremptoria cum comminatione, facultatem hæredi præbeat libere ac iure in inuentarium vlterius prosequi, [Ang. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. Guid. pap. in citato suo tractatu inuentarij. col. 3.

Quarto, quod spectat ad citationes personis ipsorum legatariorum seu creditorum significãdas, quorum si copia haberi non posset quod absentes essent, in ipsum domicilium referendas: vel procuratoribus, si qui ab his in eam rem deputati forent designandas. Probantur hæc ex d. l. aut qui aliter. §. et si forte. quod vi aut clam & in l. 1. in princ. de lib. agnos. vbi Bart.

Quod & quinto loco dictum est de affinibus probari videtur ex l. hæc autem. §. 1. ibi. Requirendi cognati sunt vel affines. ff. quib. ex caus. in possess. ea. Quod tamen necessarium omnino esse nũquam potuit induci Imm. vt crederet, in d. §. hæc stipulatio. Respondétque ad l. hęc autem. quod eo in loco loquatur iurisc̃os. in minoribus non habentibus tutorem. Ideo nil mirum si citentur affines ad suscipiendam pupilli tutelam ac defensionem.

Vera forma citandorum leg. & cred. absentiũ vt confectioni inu. interfint.

Sexto, quod de edictis diximus intelligenedum contra eos qui vere absunt, sed & qui malitiose ac fraudulenter latitant, vel nescitur quibus in locis degant, vt explicat Ang. in d. §. hæc stipulatio. quæ forma citãdi per edicta probatur ex c. vlt. ex. qui mat. accus. pos. Bart. in l. vlt. de iur. domi. impet. Bal. quoque in l. vlt. C. de edic.

D. Adr. toll. & in l. quinquaginta. de excuſat. tut. & in l. poſtquam. ſi contr. ius vel pub. vtil. & in l. 2. C. de teſtam. Ang. in l. ſi diu incertum. ex quib. cauſ. in poſ. eat. & in d. §. hæc ſtipulatio. Quibus in locis affirmant idque non immerito has citationum ſpecies per edicta longe tutiores eſſe quam ſit vox preconia, ea de cauſa quod edicta publica omnibus innoteſcant, vox autem preconia paucis. [auth. qui ſemel. C. quo mod. & quando iud.] Adde loco edictorum ſucceſsiſſe ſchedulas in ſcriptis tantum redactas præ palatio aut foro ſicut olim pro roſtris affigendas. Quod alia non eget probatione quàm ipſamet oculata fide: licet enim cuique intueri id vſu apud nos obſeruari. & probatur per tex. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. iuf. ver. Eſt tamen tutius libellum ad ipſas ædes proponere. Fieri enim poteſt vt monitus defenſor exiſtat. Vbi quoque extat gl. in hanc rem ſing. Ex quo tex. Innoc. in c. ſi aduerſarius. in vlt. col. de eo qui mit. in poſſeſ. tradit egregiam formam in huiuſmodi citationibus conficiendis obſeruandam, per ſcedulam videlicet, vt quãdo is quem noſtro nomine citandum voluimus, domi non reperitur, vel aliqua ratione poteſtatem ſui non facit, neque aliquis procurator ab eo in res ſuas conſtitutus, vel conſanguineus, debet pro foribus ſuę domus ſuſpendi ſchedula citatoria. arg. l. ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de exercit. act. Vel affigi pro foribus fori, vel templi aut alicuius eminentis publici loci. cl. cauſam. de elect. quę quidem citatio notorium, vt aiũt, inducit.

Quod autem diximus de nuntij relatione id manifeſtum eſt, quia prius debet liquere de citatione eorum, qui non adeſſe & comparere neglexere, quam inuentarij confectio inchoetur. Sicut nec iudex ipſe in quibuſcunque cauſæ partibus procedere debet, contra citatum non venientem, niſi prius cognita eius contumacia, habitáque fide de citatione. [caſus in d. l. hæc autem. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea.] qua ex re condemnantur abuſus iudices, qui ſolent non venientes cõtumaces pronuntiare ſi conſtiterit de citatione, qui modus ſane illegitimus eſt ób præpoſterationem iuris & formæ. Præcedere enim debuerat inquiſitio ſuper citatione, quæ ſi legitima conſtiterit tunc eum qui non venerit contumacem ſua ſentẽtia declarare. vt inquit Bal. in l. præpoſteri. C. de teſtam. Præterea, quis neſcit omnes ſententias à iudice, ſeu diffinitiuè ſeu interlocutorie decretas, actus legitimos eſſe, qui non recipiunt diẽ nec conditionem. reg. actus legitimi. in 6.

Quod autem diximus citationẽ in ſcriptis redigẽdam ad perennem actus memoriam à notario qui inuentarium conſcripſit, vel à publico ſcriba, qui ſcribendis actibus iudiciariis pro tribunali ſtat, extat glo. in l. Sancimus C. ad Trebell. in verb. per contumaciam. vbi Iac. Butrig. Bal. & alij, id confirmant. Et Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. in 5. col. ff. de no. oper. nunt. Nũc nobis ſuperſũt tres aliæ quæſtiones in hac citationis materia, nõ minus vtiles quam neceſſarię: quas tractat Angel. loco ſupra citato. Prima eſt huiuſmodi. Superius cõcluſimus legatarios & creditores, ſi certi ac noti eſſent, eſſe nominatim ſingulos citandos: ſed quid ſi abſunt ab eo loco in quo cõficiendum eſt inuẽtarium, nunquid ſedulo requiri eos oportet & quod aiunt perſonaliter citari? Et reſpondit Ang. vt paucis rem iſtam quæ parum habet difficultatis, abſoluam, quod cum Impe. in d. §. hinc nobis. & §. ſancimus. in auth. de hęred. & falc. de citandis his nominatim qui prẹſentes ſunt, diſponat, ſufficit abſentium loco tres adhiberi teſtes, qui eorum abſentiam ſupleant vt ſupra docuimus. Quæ res per ſe ipſa ſatis patet, vt pluribus vbis nõ geat.

Sed quid ſi ex his qui citandi erant, partim vocati, partim non citati fuerint, an ideo inuẽtarium corruit ob aliquot abſentes? Bart. in citata auth. ſed cum teſtator. ad l. falc. C. ſalua maiori ſuper ea re deliberatione exiſtimauit inuentarium ſuis viribus ſubſiſtere, quod pertinet ad eos qui interfuere: quod vero ad eos qui non vocati ſunt, intercidere: inductus prẹcipuè ex l. de vnoquoque. ff. de re iud. cui ad ſtipulatus eſt Bal. in §. cum igitur. & Guid. in ſuo toties alleg. tractatu. de inuent. for. col. 3. An[illegible]on & Imm. in d. §. hęc ſtipulatio. In contrariam ſententiam iuere, vt exiſtimarent aliquorum abſentiam eo quod vocati non eſſent planè inuentarium vitiare, moti ex ratione tex. in d. §. ſancimus, quo iubet Imp. omnes legatarios & creditores indefinitè vocari quæ ſi facta nõ erũt pœnam in quam incurrat hęres refert in ſeq. §. ſi vero non fecerit. vt ſcilicet integra & ſolida legata prẹſtare teneatur. Idem quoque de creditoribus diſpoſitũ, non ex verbis quidem expreſsis ſed ex mẽte Imp. ex ratione coniecta ſupra oſtendimus. Quo

sit vt censeat Imm. prorsus amplectendam esse legis dispositionem, nec ad speciē aut partem restringēdam. Nam nedum iis qui non vocati sunt inferretur preiudiciū, sed & iis qui adfuissent, per quos forsan dolus & malignitas hæredis res hereditarias occultantis, oculatius detecta fuisset, cum vt duci solet plura videant plures quam vnus. Si inter tantos viros ac cōsummatissimos iurisconsultos quid semel sentiam mihi prodere licet ego potius adhæserim sententiæ primæ idque ratione manifesta. Quēadmodum enim contētiosę iurisdictionis actus citatis nocere solent, non vocatis minimè, ita & in actibus voluntariæ iurisdictionis receptum est [l. Fulsinius. §. quod si aduersus quosdā. ff. ex quib. caus. in poss. eat.] Nā & in l. de vno quoque ff. de re iud. Paulus prohibet iudici, ne partibus & omnibus quidem non vocatis, quid omnino pronuntiet, immo presentibus partibus omnibus rem decidi oportere. Ita verbo (omnibus præsentibus) vniuersali & prorsus indefinito vsus est. Item & altero verbo (oportet) quod est necessitatis præcisę: vt alio in proposito docuit Bar. in l. 1. ff. de iust. & iur. & tamen in eodem Pauli respōso cautum, illam ipsam sententiam, licet in absentes nulla fit, inter præsentes tamē tenere. quo fit vt inuentarium hoc quoad legatarios & creditores vocatos subsistat, quoad vero absentes, quibus nulla denuntiatio facta est, viribus corruat. Nam in cōtractibus regulare est, vt ile per inutile non vitiari. [l. 1. §. sed si mihi Pamphilum, & l. inter stipulantem. §. si stipulante. in fi. ff. de verb. oblig. & l. sancimus. C. de donat.] Ille autem actus qui inter legatarios, creditores, & hæredes fit, in describendo defuncti patrimonio, magis videtur accedere ad formam contractus quam actus iudiciarij: cū, vt dixi suprà, nihil necesse sit iudicis presētiam adhiberi: tum quia iuris fictione receptum est hæredem quasi cum legatariis & creditoribus contrahere. [§. hęres quoque inst. de obligat. quę quas. ex contras nasc.]

Supereſt discutienda tertia quæst. Quid si aliqui ex huiusmodi legatariis & creditoribus quos vocādos ab hęrede diximus, essent in aliquo dignitatis altiori gradu cōstituti, quales sunt prelati, & qui magistratus munia obeunt, vel aliquo priuilegio fori donati, an & ij citandi veniūt? Et breuiter creditum est citandos quoque eos. Nec enim est quod fori priuilegiū causentur. Nam illa vocatio non spectat ad fori mutationem, aut ad litigandum non tendit, sed interpellantur duntaxat vt actui interfint, si sua interesse crediderint. in d. §. sancimus. Cæterum si coram iudice fieret inuentarium, respondit Ang. eum iudicem superiorem coram quo hi prælati seu magistratus in ius vocati respondere compellentur, esse requirendum, nec sufficere iudicem ordinarium, cuius iurisdictioni illi non subsint, Ac coram illo inuentarium conficiendum. Moribus enim introductum est, vt iudex non subditum citare volens, id referibat suo iudici, [l. omnes. §. si vero apparitor. C. de epis. & cler. l. à diuopio. §. sententiam Romæ dictam. ff. de re iud. & l. cum vnus. §. vlt. ff. de bon. auth. iud. poss.

Hæc de personis primo loco dicere necesse fuit, nunc cōsequens est vt videamus cætera, quæ ad inuentarij formam pertinebunt. exordium primo sumentes à tempore. Visis enim personis quæ inuentario formam præstant, videndū consequenter est de circunstantiis quæ adhibendæ sunt in eo cōficiendo. Prima igitur quæstio erit (quoniam per quęstiones veterum interpretum more exequi placet.) Quando inuentarium conficiendum erit. Et hanc quæstionem habes plane decisam in d. §. cum igitur, quo præscribitur hæredi tempus intra quod conficere habeat inuentarium, nempe spatium triginta dierum à tempore apertarum tabularum connumerādum, si ex testamēto succedatur. Quod si ab intestato, à tempore quo sciuit hæres delatam sibi hęreditatem, vt eo in loco sentit Accurs. in verb. delatā. Sed hodie apud nos obtinuit consuetudo, quæ regiis quoque constitutionibus confirmata est, qua vulgo dicimus, Mortuus saisit viuū. Ideo neque tabularum apertura, neque scientia hæreditatis delatæ apud gallos in considerationem venit. Neque enim hæredis institutio locum habet. vt. ii. §. 1. & 2. de succeſſ. Quare stamus simplici textus dispositioni, qua cauetur statim tempus triginta dierum à die quo sciuit hęres hęreditatem sibi delatam, reiecta hac in re Accur. interpretatione. Absoluendo verò inuentario, sexaginta dierum spatium præscriptum est: ita vt inter faciendum & conficiendum inuentarium, tres menses dentur, secundum Accurs. & scribentium opinionem. Id tamen intelligēdum, cum bona quę in inuentario describenda sunt, essent præsentia: Sin autem in longinqua

De tempore inchoando ac perficiendo inuentario à lege præscripto.

prouincia ſita eſſent, integri anni ſpatiũ à morte defuncti connumerandum, conceditur. [§. cum igitur. in verſ. ſin autem à locis] Hodie autem, ne quid omittamus quod ad conſuetudinem pertineat quæ iuri communi derogat, vſus inualuit in gallia, vt cum huiuſmodi inuentarij beneficium non niſi ex principis reſcripto cuiquam competat, indulgeatur annus his qui eam gratiam impetrarunt. Sed vt interim etiam quod lege cautum eſt interpretemur, ſciendum eſt illud trimeſtre quod inuentario deſcribẽdo iura preſcripſere etiam minoribus currere ipſo iure, licet reſtitutionem in integrum, in quo læſi reperiuntur ob ætatis imbecillitatem poſtulare poſsint. [In quam rem adducit Ang. gl. in l. auxiliũ in princ. ff. de minor. addit & Immo. alia duo gloſſemata in auth. de hære. & fal. §. pupillus. & in auth. ſi minor. C. de temp. in integ. reſtit. & confirmat Gui. pap. col. 5. ſui tractatus.] Aduerte etiam illud trimeſtre, 90. dies continere, ita vt quilibet mẽſis ſit triginta dierum, quod an in cæteris actibus regulare ſit, dicam infra, de retractu. §. 1. in verb. annum & diem. Hactenus igitur de tempore, nunc ad loci rationem deſcendo, & ambiguum non eſt in ſingulis locis in quibus res hæreditariæ ſitæ ſunt inuẽtarium conficiẽdum, aut in quibus earum maior pars [l. vlt. de iur. delib. C.] & refert Ang. ind. §. hæc ſtipulatio. ſi hæres in illis locis agat, optimũ ac vtile fore ab eo ipſo ſemper inuentarium confici, & hoc propter neceſsitatem ſubſcriptionis, de qua ſupra diximus. quam proprio chirographo ſeu ſua ipſius manu, inuẽtario adiicere debet coram teſtibus (ſi fieri poteſt) ab eo cognitis, nec habetur diſcrimen an à notario domicilij defuncti vel eius loci in quo poſitæ ſunt res deſcribatur, vocatis iis quorum intereſt, vt etiam dixi.

De loco inuentarij conficiendi.

Reſtat poſtremo loco videre, an ea forma quam deſignauimus eaque ſolennitas remitti poſsit conſuetudine vel ſtatuto Et hac diſtinctione vtimur ſecundũ Ang. in d. §. hæc ſtipulatio. Solennitates quæ iuris gẽtium ſunt, veluti duorum teſtium præſentia, nulla ratione tolli aut mutari poſſe creditum eſt. Ea verò ſolennia quæ à iure ciuili prodiere, perpetuo firma non manent, altera enim contraria lege vel tacito populi conſenſu, qui conſuetudo appellatur, mutari poſſunt. Cui aſsẽſit Specul. in d. §. vlt. verſ. quid ſi hæres fecit ſcribi. de inſtru. edit. Sed antequam huic ſecundo capiti, quod de forma inuentarij eſt, finem facio, obiter admonẽdi ſumus, inuentarium fieri debere non ſumptibus quidem hæredis, licet eo vtatur, in ſui beneficium, ſed impenſis ex patrimonio defuncti [d. l. vlt. §. in computatione. de iur. delib. C. quod tractat Bar. in l. 2. c. de neg. geſt.] Hactenus de inuentarij forma.

An inuentarij forma & ſolennia remitti poſsit ſtatuto aut moribus cõtra vtẽtium.

Inuentarij impenſis hæreditatis faciendis.

Reſtat tertium & poſtremum caput noſtri tractatus quo de beneficiis & commodis inuẽtarij agendũ eſt. Ex his quæ à communi doct. ſchola traduntur in locis ſupra citatis & maxime modernis in d. l. vlt. C. de iur. delib. colligi poſſunt ſeptem vtilitates quas hæredi adfert inuentarij beneficium.

Inuentarij vtilitates.

Prima eſt, quòd licet iure antiquo hæres creditoribus hæreditariis in ſolidum teneretur, etiam vltra vires ac facultatem hæreditatis [l. ſi te bonis. C. de iu. delib. l. quæ dotis. ff. ſolu. matr.] tamen cum non reperirentur qui nedum cum minimo vel nullo lucro hæreditatem ſibi ſuſpectam adire vellent, quinetiam cum eorum maximo damno, quo teſtator facilius hæredem inueniret ac illius inſtantiam faciliorem ſortiretur exitum, factum eſt vt introduceretur vſus inuentarij, cuius beneficio hæredes ſecure hæreditatem adibant, nihil ſibi timentes à creditorum turba, quibus ſatisfaciebant, quantum per anguſtias rei familiaris defuncti licebat, nec vltra quàm ad eos pertinebat obligabantur. [d. l. vlt. C. de iur. delib. maxime in §. etſi præfatam. & §. ſi verò poſtquam.] Quod inuentarij beneficium redundat quoque in ipſum teſtatorem ne ignominia afficeretur, nullo reperto hærede.

Inuẽtarij beneficio hæres ſolida legati non præſtat, ſed quartam falc. detrahit.

Secunda inuentarij commoditas, quod hæres beneficio inuentarij è legatis quartam falcidiæ detrahit: quo non confecto, ſolida legata agnoſcere teneretur. [§. ſi nõ fecerit. in authen. de hæred. & falc.] Notandum porro vnum eſt ex his quæ traduntur ab Accurſ. Ang. & Immo. in d. §. hæc ſtipulatio. antiquo iure proditam eſſe regulam, non adſtringi hæredem ad legata præſtanda, vltra quàm paterẽtur vires hæreditariæ. [probatur in l. in ratione. §. quod vulgo. in verſ. nec ad rem. ff. ad l. falc. & l. 1. §. ſi is qui pluris. ff. ad Trebell. Accurſ. in auth. ſed cum teſtator. in verb. accedant. C. eodem.] Quod tamen nouiſſimo auth. iure hodie immutatum eſt, inductúmque contrà, vt hæres etiam ad in-

tegra legata exoluenda cogeretur, ſi inuẽtarium non feciſſet. Cui ſententiæ maior pars doctorum, eorúmque famatiſsimorum adſtipulatur. [Precipue Ange. & Imm. in d. §. hæc ſtipulatio. Bart. in d. l. in ratione: quocunque modo Ray. ab illis citatus cõtrariam partem aſſerere tẽtarit.]

Tertium inuentarij beneficiũ eſt: quod cuicunque creditori vel legatario primo venienti, hæres confecto inuentario ſoluere poſsit, donec de bonis hæreditariis aliquid ſuperſit. Quo facto non poteſt ab aliis ſuperuenientibus creditoribus cõueniri etiã tota hęreditate aliis creditoribus erogata, [d. l. vlt. §. etſi prefatam. in ver. ſin verò creditores. de iur. deli.] quod nouum & recẽs eſt, nec ante illam cõſtitutionem receptũ. Nã ſi antiquò iure primis creditoribus ſoluiſſet hęres, non accepta ab his legitima cautione & ſatiſdatione ſe reſtituros quę accepiſſent ſuperueniẽtibus nouis creditoribus, his q poſtmodũ veniſsẽt ſatisfacere tenebãtur, [l. dolo. ff. ad l. falc.]

Quarta inuentarij commoditas eſt: q ſi in patrimonio defuncti non eſſet tanta numorum vis quæ æri alieno ſoluendo ſuffeciſſet, ita vt neceſſarium fuiſſet res eius immobiles diſtrahere, quæ tamen emptorem non reperiiſſent, niſi hęres de euictione caueret: poteſt ipſe inuentarj beneficio pro animi ſententia quæcunque libuerit vendere, ad conflandam pecuniam qua æri alieno ſatisfaciat, etiam legatariis & creditoribus inuitis. Nec teneturipſe de euictione cauere, aut rerum emptores quærere, ſed & poteſt nomina debitorum vendere, vel in ſolutum dare, [d. §. etſi prefatam. in verſ. vel ex ipſis rebus. Quod verbum May, extendit ad debitorum nomina, cum illa rerum appellatione contineantur, vt declarat Bart. in l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. & in l. 1. ff. de ſta. homini. quẽ omnes eo loco ſequuntur.] Vbi igitur data fuerint nomina debitorum in ſolutum, hæc delegatio vice ſolutionis erit. [ex regula l. quod debetur. ff. de pecul.] Et hoc beneficium regulam iuris cõmunis limitat, qua traditur aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poſſe. [l. 2. in prin. ff. ſi cert. pet. vbi Bart. & alij.]

Quintum beneficium eſt: Quod ſi hæres pretia è rebus hæreditariis diſtractis inter creditores qui ſe primi obtulerunt ad petẽda debita, diuiſerit, non poteſt amplius vt ſ. dixi inquietari à ſuperuenientibus creditoribus, nec ipſos quoque emptores penes quos extant res venditæ: etiam ſi ſpecialem hypothecam in his haberent [d. §. & ſi præfatam. vbi Bart. & cęteri] Quæ res ſanè noua & miratu digna viſa eſt May. vt inuentarium operetur excluſionem hypothecæ quam creditor ſpecialiter habebat: quod tamen ſanè intelligendum eſt, vt ſonant verba. Quandoquidem licet hypothecæ ius euaneſcat, non tamen dominium ſi quod competit amittitur, ſi alius iure dominij res venditas euincere velit, vt credit Bar. Cum non poſsit factum hæredis ei qui dominus eſt præiudicare. Ita nec rebus quæ publicè ſub haſta væneunt præiudicium vllum affertur, niſi in iure hypothecæ tantum. [l. ſi eo tempore, & l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pign.] id quod latius diſputaturus ſum infra in rub. de cridis & ſubhaſtat. Præterea rectè putauerũt Bart. & Paul. Caſt. duo eſſe neceſſaria, vt id beneficium inuentarij, locum ſibi vendicet. Primum quòd hæres, res illas vt hæres, item vt hæreditarias, non proprio nomine vendiderit. Secundum, quod eas ea de cauſa vendiderit, vt creditoribus hæreditariis ſeu legatariis ſatisfaceret, [d. §. etſi prefatam in ver. ſi vero creditores, & in verſ. contra ipſum] Alias enim ſi ſuo ipſius nomine ea vendiderit, nedum à legatariis & creditoribus moleſtari poterit, ſed & ab emptoribus quoque ipſis conueniri ex cauſa euictionis pręſtãdæ. [arg. l. 1. C. cred. euict. pig. non deb. notatur in l. ſi quis domum §. 1. ff. loc.] Præſumitur autem res illas in cauſam exoluẽdi æris alieni diſtractas ex eo quod conſtat legatis & creditis ſatisfactum [arg. l. ſed & Iul. §. perinde. ff. ad maced. facit l. vlt. in vlt. verſ. C. eodem. & l. vlt. C. de alimen. pub. præſt.]

Sextũ inuẽtarij beneficium eſt. Quod licet ex diſpoſitione d. l. in ratione in princ. & §. diligenter, tempore mortis teſtatoris hæreditas fuerit ſoluendo, poſtea verò ex caſu aliquo fortuito, puta morte animalium, ruina, furto, & ſimilibus, res hæreditariæ ita euanuerint, vt iam ſuffecturæ non ſint oneribus ferendis, huiuſmodi fortuitorum caſuum periculum hæres non præſtabit, vt eo in loco pro conſtanti affirmat Bart.

Septimum beneficium addunt Alex. & moder. in d. §. etſi præfatã poſt Accurſ. in l. quæ dotis in verb. cæteris. ff. ſol. matr. cuius hoc gloſſema vt apprime ſingulare cõmendant eo in loco Bal. Imm. & Pont.

Inuentarij virtute excluditur quis ab hypotheca ſpeciali rei ab hęrede diſtractæ.

Si hæres creditoribus obligatione mixta teneatur, id eſt cauſata tam ex aditione hæreditatis defuncti quàm ex contractu cum eo celebrato, in obligationem quoque in ſuam perſonam cõtractam ſibi inuentarij beneficium prodeſſe receptum eſt. qua ſingulari traditione memini aliquando non abſimilem difficultatem à me cum ſuper ea cõſultus eſſem, deciſam. Mulier quędam viro nobili nupſerat, quę cum multis creditoribus obęrata eſſet, in maritum vniuerſa ſua bona ex donatione propter nuptias contulerat (quod tam iure communi quàm municipali facere licuit: vt infra dicemus in §. 1. & 2. de dona.) Contigit ſolutum morte matrimonium, vt ipſo animo volueret, an ſi pro donatario vniuerſali gereret propter creditorum multitudinem ac ingẽtem æris alieni vim ab vxore cõtractam, cui oneri, ſi ſe donatarium vniuerſalem geſsiſſet, reſpondere tenebatur, cum donatarius vniuerſalis loco hæredis habeatur. [l. nam quod §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad Trebel. & tradit Accurſ. in l. æris alieni. C. de donat.] Et factũ eſt vt meo vſus conſilio reſcriptum a principe impetrarit, quo ſub inuẽtarij bnficio liceret ſe pro donatario vniuerſali ſuæ vxoris gerere. Sciendum porro eſt credita & debita inter coniuges peræque diuidi, vt j. de matrim. §. 5. Tandem contigit vt cũ pro donatario vniuerſali ſe geſsiſſet, pro ea dimidia qua vt donatarius vniuerſalis tenebatur, ſoluerit, creditoreſque illam partem non recuſarunt. Verum pro altera dimidia qua, vt maritus, creditorũ & debitorum vxoris particeps factus, tenebatur, non conſenſerunt. Placuit vtriſque meo ſeſe committere iudicio. Re ita vt erat plane intellecta, reſpondi ex ratione illius deciſ. nuper adducta, cum credita ipſa ortum habuiſſent à mutuo facto mariti & vxoris, ex bonorum commixtione mixtam quoque cauſam habuiſſe, ita vt partim ille deberet, vt omnium bonorum donatarius, & partim vt maritus, ideo ſuper his vniuerſis bonis donatis, confecto ex principis indulgentia, vt dixi, inuentario, vltra vires bonorum defunctæ iure conueniri non potuiſſe. His igitur octo inuentarij beneficij enarratis hic totus tractatus de inuentario à nobis ſuceptus, abſolutus eſto.

Donatariũ vniuerſalem vicem hæredis gerere.

ARTICLE SIXIESME.

En garde de mineurs non nobles, leſdictz gardiens ne ſont leurs, les meubles & fruictz des heritages deſdictz mineurs: mais ſont ſubiectz à confection d'inuentaire, & reddition de compte, comme ſont tuteurs legitimes de droict.

§. TERTIVS.

In hac plebeiorum tutela, quæ gardia appellatur, tutores, pupillorum mobilia, immobilium ve fructus, ſibi non acquirunt. Quinimo eorum rerum omnium inuentarium facere, ac rationes reddere compellũtur. non ſecus atque iure cõmuni legitimi tutores.

IN hoc capite ſciendum primo loco eſt, hodie iure noſtro municipali nihil omnino in plebeis tutoribus ſeu gardianis, à iure antiquo immutatum eſſe, cum illi peræque ad inuentarium conficiendum teneantur, rationes geſtæ tutelæ ea finita reddendas, non aliter atque olim legitimi tutores. Niſi quod hi gardiani abſque iudicis decreto & confirmatione (quod dicitur ipſo facto) adminiſtrationem ſubeunt [§. 4. j. eodem.] Ex quo ſubtili ratione inferre licet, merito eos conficiendi inuentarij & rationum reddendarum oneri obnoxios factos, cum hodie patri plebeio in bonis filiorum, quarum gardianus conſtituitur, non quæratur vſusfructus, nec hodie eorum legitimus adminiſtrator nominandus ſit, vt exiſtimauerunt moder. Mediolan. in aut. quod locum in penul. & vlt. col. C. de collat. Quo fit vt hodie in iudiciis contra filium motis non requiratur patris, vt patris, auctoritas. c. vlt. de iudic. lib. 6. Quod ſane ratione non caret. Et quando bona filiorum patri adminiſtrat vt legitimus adminiſtrator, rationẽ reddere non tenetur, propter vſumfructum qui ad eum pertinet, [tex. in l. cum

oportet §. cum autem vbi Bart. & alij C. de bon. lib.] Cæterum res longe aliter ſe habet vbi eſt datus vt tutor filiis,[vt not. Bal.in l.ſi ſuperſtiti.in 2.notab.C. de dol. vbi etiam Alex.de imm.qui eam regulam limitat in caſu huius §. & Bal.in l. vlt.vlt. col. C.famil.herciſ. & in l. gallus §. inſtituens.de lib.& poſth. & in l. licet C. ad l. falcid.Ang.in §.ſed quod ſancitũ.in auth. de nupt.Moder.mediolañ.in l.cum quid. quam legunt vna cum l.ſi heres ff.de condit.ob cauſam.] Et huius differentiæ rationem eam tradit Bal.[in auth. Orphanotrophos C.de epiſ.& cleric.] Quod ſcilicet in caſu legitimę adminiſtrationis inter patrem & filium, nulla ciuilis ſeu efficax cadat obligatio. In caſu verò tutelæ & curæ, interuenire poteſt oblig.[ff. ad Trebell.l. imperator. & d. l. ſi ſuperſtite. C.de dol. & l. Aurelius.§. teſtamento. ff. de lib.leg.l.licet.ad l.falc.l.licet C.de ſent. paſſ.l.in quæſtione teſtati]vnde etiam tradi ſolet in auth. Orphanotrophos:patrẽ à iudice bonorum filij adminiſtratione interdici poſſe,ſi in his male verſetur,eaque decoquat & dilapidet. Que res à me ſupra copioſe diſputata eſt in c. 1. in verb. parentibus.

Patrem bonorum filij decoctorem eorum adminiſtratione per iudicem interdici poſſe.

¶Rationes.

ILlud eſt in tutore regulare, vt rationẽ adminiſtratæ tutelæ reddere teneatur. [l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rat. diſtrah.] Quod ad propoſitum pertinet,concludito tutorem omnium quæ & fecit & facere debuit, & eorum quoque quæ non fecit & nõ facere debuit exactam rationem reddere teneri.[vt eſt caſus in d.l.1.in prin. &d.§.officio.& d.§.de rationibus.] Quod omnium practicorũ facile princeps Specul.apertè declarat tit.de iudi.§.generalia. verſ. Sequitur nunc videre de act. tut. inquiens tutorem, tutelæ geſtæ & commiſſæ rationem reddere oportere non ſolum eorum quæ geſsit, ſed & quæ gerere debuit.[l.2. & vlt. C.de hæred. tut. & cur.] Quam traditionẽ ad quindecim alia perſonarum genera extẽdito, quibus reddẽdarum rationum onus obitæ ſuæ adminiſtrationis incumbit.

Primò,ad protutores,[l.1.§.1.& 2.ff.de eo qui pro tut.]Nam qui pro tutore ſe gerit, negotia pupilli eadem fide ac diligentia adminiſtrare debet,atque verus tutor. [l.penult.eod.tit.]

Secundo,ad curatorem pupilli.[inſt.de authorit.tut.in fi.& l. ad litem. C.de in lit. dand.tut.] Quòd intellige de eo qui in litem datus eſt,ſecũdum Hoſtien.in ſumm. tit. de oblig.ad rat.§. quis dicatur obligatus. & Socyn.conſil.4. in præſenti.vol.1. Nam non eſt quem lateat pupillis impuberibus tutorem nõ curatorem dari, præterquam ad lites: Adultis autem,& qui ad pubertatem peruenerunt,curatorem contſtitui.[Inſt.quibus mod.tute.fin.in princ. & de curatoribus.in princ.]

Tertio, ad curatorem adulti. [l. aduerſus. & l. rationes. C. de adminiſtr. tut. & Spe. vberrime id tractat in d.§.generalia.]

Quarto, ad hoſpitalarios.[auth. de eccleſiaſt.tit.§.pe.& in auth.de ſanctiſſ.epiſc. §.œconomus.cle. quia contingit. de relig. dom. Pe. Cy. Bal. & cæteri ſcriben. in l. Orphanotrophos.C.de epiſ.& cler.]

Quinto,ad executores teſtamẽtorum. c.tua nobis.& c.Ioannes.de teſtam.]

Sexto,ad hæredes de reſtituenda hæreditate per fideicõmiſſum grauatos. [Accurſ.Bart.in l.cum talem. ff.de cõd. & demonſt. & Bal.in l. filium. C.fam.Herciſ.]

Septimo, ad quemcunque procuratorem ſiue ad lites, ſiue ad alia quælibet negotia datum.l.ſi remunerandi. & l.ſi proratorem.§.1.ff.mand.

Octauo,ad actorem vniuerſitatis[l.1.& l.item eorum.§.ſi decuriones. ff. quod cuiuſ.vniuerſ.]

Nono,ad negotiorum geſtorem.[l.2.ff. de neg. geſt.vbi egregie Bart.]

Decimo,ad ſocium qui conſocio de adminiſtratione rerum ſocietatis rationem redddere tenetur. [l.neminem.de ſuſcept. & arca.& l.2.de naufrag.]

Vndecimo,ad officiarios, qui de geſtis in officio rationem teddere compellũtur: quiſque non niſi reddita ratione iam obiti officij, in eo rurſus confirmari non poſſunt,hoc eſt, quod vulgo dicitur, niſi fuerit ſyndicatus. [Bart.in d. l. neminem. de ſuſcept.& arca.lib.10.C.] Cuius rei exemplum in theſaurariis & receptoribus regiis quos rationibus ex fide & integritate non redditis, indies in pœnas acerbiſsimas & capitales incidere videmus: & inſtas quidẽ,vt Ang.Imm.& moder.cenſuere.[ex tex.l.Pomponius. §.ex facto.ff.de acq.poſſeſ.Põta.in §.ſed & legatario.ead. l.]Inquiens,procuratorẽ, qui integras & exactas rationes procurati negotij non reddiderit aliquid ſibi retinẽdo, predo cẽſendus eſt. Quo fit vt theſaurarij & qui

huiuſmodi munia publica obeunt, non redditis iuſtis rationibus, quadrupli pœnã nõnunquã ſuſtineant [l. excellentia. C. de erogat. mil. ann. lib. 12. C. & Bal. in l. vbi exigitur. §. dolo. ff. de edẽ. tradit, ſi ij nihil in rationum codices referre neglexerint, manus amputationem mereri. [ex tex. in auth. de man. princ. §. coges. Socy. in conſ. 213. Item, in præſenti conſultatione.]

Duodecimo, ad patrem quoque extenditur reddendarum rationum neceſsitas, qui non vt legitimus adminiſtrator filiorum bona curauit. Filiis enim & bonis caſtrenſibus, ſi quid ex his ad eum peruenerit, rationem reddere tenetur. [arg. citatæ. l. cum oportet. verſic. ſed in hac ſpecie. C. de bon. quæ lib.] Sed aliter iudicãdum eſt in his bonis in quibus vſuf. patri non queritur. vt eſt caſus in hoc §. quæ res plenius à nobis ſuprà tractata eſt.

Decimotertio, ad fratrem quoque reddendarum rationum ius protrahitur, tam eorum quæ viuo patre adminiſtrauit, cui rationem nullam reddidit, quam eorum quæ poſt mortem de bonis communibus geſsit: præſertim vbi inter fratres de diuidendo communi patrimonio agitur, licet non ita ſeuere & exacte, vt redderet extraneus procurator. [Ita egregie Socy. in citato conſil. 46. cum in præſenti conſultatione. & Abbas conſil. 12. vt clarè materia thematis. in 6. dubio, vol. 1. quo in loco diligenter & argute expendit. d. l. cum oportet. §. fin autem res. & Dec. conſ. 110. Verè vt puto. col. vlt. & May. in l. cum quid. ff. de condict. ob cauſam. vbi refert ita à ſe Piſis conſultum cõtra fratrem, qui poſt mortem matris bona quæ ſibi cum fratribus communia erant adminiſtrauit, Bal. conſi. 418. Ac primum dico quod fructus. in 6. dubio, lib. 3. Cuma. conſil. 87. in caſu premiſſo. Pont. conſ. 413. quoad primum in quo quæritur. in princi. & Deci. conſ. 255. Caſu de quo. num. 2.] Quod tamen præter ea quæ ab his traduntur intelige, ſi iſte frater communium agrorum fructus ac reditus collegiſſet? Tunc enim eorum quæ recepit rationem reddere cõpellendus eſt, partémque fratribus cohæredibus reſtituere. [l. ſi quis putãs: in prin. verſ. ſiue etiam locãdo, ff. cõmuni diuid.] Secus ſi nullos alicunde fructus collegiſſet, vt ſi, verbi gratia, cõmunem domum ſolus inhabitaſſet: tunc cohæredibus fratribus partem pẽſionis non teneretur cõmunicare. Cum vſus, qui eſt habitatio, nõ potuerit diuidi, niſi diuiſa quoque domo. [& ita exiſtimant Bal. & Ang. in l. duo fratres. ff. de acq. hæred. adducunt gloſ. communem in ſi. in l. Sabinus. ff. communi diuid. referúntque Ricar. & Cy. vetuſtiſsimos iuris interpretes ita ſenſiſſe. Quos etiam ſequitur Paul. Caſt. in l. 1. in fi. C. qui teſt. fac. poſſ.]

Decimoquarto, ad executores ſententiarum, qui ſuæ executionis rationem reddere cõpelluntur. l. executores. C. de execut. rei iud.

Decimoquinto, ad commiſſarios, qui ad plurium rerum cuſtodiam deputãtur, quæ occultari poſſent. Secus autem ſi ad rem certam ac ſpecialem conſtituerẽtur. [Spe. in §. nũc aliqua. verſ. 46. de inſt. edi.]

Poſtremo, vt rem omnem vno verbo complectar, extendenda eſt illa rationum reddendarum neceſsitas, ad quemcunque rerum alienarum adminiſtratorem. Quã ampliationem probarunt Iac. de Aret. & Nico. de Neap. in d. l. 1. §. officio. de tutel. & rat. diſtrah. Et Bart. in l. apparitores. de exact. tribu. lib. 11. C.

Reddendarum rationum onus ad iuris ſucceſſores tranſit.

Quod porrò de perſonis dictum eſt, quę rationem reddere cõpelluntur, illud extendẽdum quoque eſt ad hæredes eorum, quos rationis reliquorúmq; redditio peræquè conſtringit, atq; authores ſuos, principaleſque adminiſtratores: quòd aduerſus illos tranſeat actio quæ contra adminiſtratorem cõpetebat. [l. 3. §. hęc actio. ff. de neg. geſt. l. omnes tutores. & l. tutelæ. C. arbi. tut. Pont. in præalleg. conſil. 413.] excipe tamen iuramentum in litem, quod contra hæredem adminiſtratoris non cõpetit, præterquam in duobus caſibus, videlicet vbi dolo vel lata culpa inſtrumenta penes ſe occultata retineret, nec reſtituere vellet: vel niſi lis cum defuncto iam eſſet conteſtata. [l. alio iure. l. is qui. & l. aduerſus. C. de in lit. iur.]

Hæc de perſonis hactenus, quæ rationem reddere tenentur. Nunc de forma ac modo reddendi, pauca ſubiiciemus.

Forma reddendarum rationum.

Primum itaque is qui ad reddendas rationes tenetur, & ad faciendum & ad dãdum promiſcue obligatus eſt. [l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſtrat. gl. quam probant Fab. Ang. & May. in §. omnium. Inſt. de act. Moder. in l. 2. ff. de ver. oblig.] Et hãc obligationem Baldus in l. cum teſtamẽto. C. de manumiſſ. teſt. in quatuor ſpecies diuidit. Tradit enim conditionem reddendarum rationum quatuor comple

cti,ſcilicet codices edi,calculum poni,reliqua reddi, culpā ſolutione eius quod debetur purgari. adducit d.l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſt. & l.ſi pure.§. vltim. & l.pater.§. ſi ſticho. ff. de fideicommiſ. libertat.] Cui adſtipulatur Angelus, conſilio 290. Quando in facto aſſertum eſt mihi. Oportet igitur eū qui rationes reddere paratus eſt, eas offerre legendas, deinde amputandas, vt dignoſci poſsit probene & ex fide, an fraudulēter & perperam negotium adminiſtrarit: accepta ab eo, ſintne fideliter & ex officio integri hominis in codicem relata. d.l. cum ſeruus. & in l.ſi ſtatu libera.§. vlt. ff. de ſtat. lib. vbi eleganter iuriſconſ. diffinit rationem reddere eſſe ipſa volumina rationum exhibere, ad percunctandas examinādaſque & diſpungēdas rationes. Quod vſqueadeo verum eſt, vt ſi remiſſa eſſet reddendarum rationum neceſsitas, nihilominus libros in quibus deſcriptæ ſunt, edere teneretur. [expreſſus caſus eſt in l. vlt.§. inter cætera. ff. de lib. leg. & l.ſi ita fuerit. 1.§. quæſtio. ff. de manu. teſt.]

Et hæc de forma. Nunc quid continere debeant rationum codices videndum eſt. Quam rem tractat Bart. in d. conſil. 150. inquiens omnia & ſingula inſeri debere in libris, adiectis fructuum, redituúmq; quā titate & qualitate, & eorundem numero, quos cōſecutus quis eſt ex re adminiſtrata ſub hac formula. Illo anno ab illo colono, ex illo fundo, tantum fructuum collectum eſt, aut certe quantum communiter bona fide percipi potuit, [vt eſt tex. in l.ſi ſine hærede.§. Modeſtinus. 2. ff. de admin. tut. l. quicquid. C. arbit. tut.] Magis enim rei veritas ex illis rebus ita ſpecialiter expreſsis illuceſcet: [vt cenſet Bart. ex l. antepenult. & d.l. neminem. C. de ſuſcept. & Arca.] Vnde ſi aliter rationes quis ederet, pro non editis haberentur. Non enim clarè intelligi poſſent. [l. argentarius.§. edi. ff. de eden.]

Formula codicis quo rationes continentur.

Præterea oportet plene & integre & non per partes rationes reddi [l. creditori §. 1. ff. mand. & l. qui ſub conditione. ff. de condit. & demonſtrat.] quanquam interim modicus defectus non vitiaret omnino rationum codicem. [l. quamuis ff. de condit. & demonſtrat. Bal. in l. penult. 5. col. in verſic. Item pone duos tutores. C. de condit. inſert.]

Item quòd ſubordinate, & non turbato ac confuſo ordine, vt primo ſcilicet introitus, quàm exitus rerum declaretur. [Nicol. de neap. in lect. Bart. in l. ſpadonē §. ratiocinatio. de execut. tut.]

Qualiter etiam fieri debeat probatio in materia rationum diffuſe pertractat Bart. in d. conſ. 150. Cuius traditionem abunde confirmatam habes ab eodem & à Plac. in l. 2. c. de nauic. lib. 11. Ex qua conſtitutione colligit modum conficiendi rationes ab ipſis officiariis reddendas, in quorum manus quam plurima veniunt, ac ſubinde recedunt. Ait enim primo eos debere cōſcribere ea quæ receperint. item à quonam receperint. item & ex qua cauſa, eaque omnia nominatim [l. apparitores vbi Bart. de exact. trib. lib. 10. C.] Item & viciſsim ſcribere oportet cui dederint. [l. neminē de ſuſcept. & arcar. eodem lib. C.] Item & diem quo receperint, adnicere debent. Præterea quòd de rebus à ſe ſolutis expenſiſque acceptilationes & apochas oſtendant. [quæ duo poſtrema habes in l. 2. de nauic. in his verbis. Et ſecuritates reportent quæ etiam diem illationis doceāt.] Nam cum illi quibus ſoluitur tenentur ſoluenti tradere apocham aliquā, qua de ſolutione facta appareat, [vt eo in loco notauit Accur. & docet Bal. ex tex. in l. placuit. de collat. fundo. patr.] æquum eſt vt eadem fides ac apocharum editio ab eiſdem exigatur, quam ab aliis exegerāt. Niſi forte huiuſmodi impēſæ adeo eſſent exiguę & leues: quo caſu nil attinet de his fidem per longas apochas fieri, ſed ſufficit iuramentum eius qui rationem reddit. [Specul. titul. de inſtr. edit.§. nunc aliqua. verſic. quid ſi executor iam habuit legatum. Bart. & ceteri ſciben. in l. vl.§. in cōputatione. C. de iu. delib. Idem in l. diuus. ff. ſi cui pluſquam per l. falc. & in citata l. 1.§. officio. ff. de tutel. & rat. diſtrah.] Quā rem tamen intellige iuxta opinionem Io. And. in addit. ad Specul. in loco ſupra citato. vbi huiuſmodi tenues & paruæ expenſæ eſſent in libris rationum omnino expreſſæ, & vt dicunt minutatim ac ſpecificatè deſcriptæ. Illa enim expreſſa ſpecificatio multum iuuat ad fidem faciendam & ad detegendam veritatem. [c. vlt. de frig. & malefic.] Cum periculoſum ſit ſtari iuramento ſuper expenſis non ſpecificatis & minutatim declaratis. Nec enim aliqui deeſſent ex his peſsimis nebulonibus, qui leuibus diſtributionibus totum defuncti patrimonium exhauſiſſe ſub leui iuramento contēderent. Quod parum

Forma deſcribendarū rationum ab ipſis officiariis.

Apochas quas ſoluēti tradere oportet edendas in rationibus reddendis.

In expenſas tenues & leues, ſpecialiter deſcriptas deferri iuramentum.

honestis exemplis cõtigisse sæpius refert Iac. de Raueñ. & meis etiam temporibus euenisse memini. Cum enim inclytus ac illustris Tornodori comes, dum in viuis esset, mecœnas mihi æterna memoria colendus, me vnà cum tribus collegis, qui testamenti executorem constituisset, quo quatuor librarũ millia à nobis distribuendis puellis nubendis quæ in suo territorio essent, reliquerat, factum est vt è nobis vnus, quem dedecoris causa non nomino, assereret se nummũm mille in eam rem sectus testatoris volũtatem erogasse, quæ sane in rationes cõmunes quæ nobis reddendæ erant redigi non permisi, nisi singulis puellis speciatim nominatis, quantamque pecuniam vnicuique distribuisset declarato.

Item sciendum est hæc solennia reddendarum rationum non ita strictè in persona coniuncta obseruari: in qua, ratione sanguinis aut affinitatis, moderatus & remissus est reddendæ rationis rigor. Sufficit enim suarum expensarum rationes non ita necessarias sed verosimiles esse: vt rectè censuit Socy. duobus in locis cons. 73. circa princ. lib. 1. & consil. 40. in princ. lib. 4. in vtroque multa quæ ad rationum reddendarum materiam pertinent, argutè & doctè disputat.

Secundò in reddendis rationibus illud præcipuè necessarium est vt post edita & exhibita rationum volumina dispuncta, & quod dicitur à parte visa: à iudice dentur arbitri & calculatores, qui ea excutiãt diligentérq; examinent, supremámq; adiiciant manum, &, quod dicitur, arrestent. [tex. in l. si cui libertas ff. de condit. & demonst. facit in arg. l. 2. C. de vsu. & fruc. leg. & l. si residuũ C. de distract. pig.] Quam quidem dispunctionem seu calculationem facient ipsi arbitri præsentibus partibus, quæ reddunt & quibus redduntur rationes [tex. sing. in l. 1. §. cum dicitur ff. si cui plus. per l. falc.] deinde iudici referent qui secundum eorũ relationem pronunciabit [d. l. si cui libertas, vt plenius tractat Bart. in d. cons. 150.]

Tertio vt ipsi tutores reliquique administratores, ipsi pupillo & aliis quibus ratio reddita erit, id quod ex ipso ratiocinio debitum constabit, soluant [l. non solum §. is qui reddere. ff. de lib. leg. l. si quis ita §. si duo ff. de stat. lib. l. qui sub conditione, & l. quanuis ff. de condit. & demonstrat. l. cum testamento C. de manu. test.] Ex his tribus, quæ in ratione reddenda obseruari diximus, notandum illud est: rationum redditionem à facto initium sumere & in dationẽ finire [tex. in d. l. cum seruus. & in l. cum statu libera] Vnde redditis rationibus necesse est reliqua consignari, nec ea in re sola oblatio sufficit. [d. l. cum seruus.]

Aduersus eum qui rationibus redditis instrumenta restituere recusat & cõtra eius hæredes iuratur in litẽ.

Quarto oportet illi cui reddita erit ratio, reddi quoque instrumenta, quæ si restitui recusentur, aduersus eum qui rationes reddidit, iuramentum in litem defertur, quod etiam eo mortuo, contra eius hæredes dabitur. [iuxta l. is qui & l. aduersus C. de in l. iur. Quam rem suprà vberius declarauí & in eam edidit Pont. elegans cõsilium, quod est 113. incip. Quoad primum quo quæritur.]

Quando rationes à tutore reddi oportet.

Quando autem reddi debeant rationes tractat Accur. in l. 2. C. de administ. tu. sed certè eius non videtur suis numeris absoluta traditio, nec Saly. satisfecit. qui altius & doctius rem istã eo in loco tractans putat interesse inter tutorem & curatorem in rationibus reddendis: quod mihi sanè quam placet. Quod itaq; ad tutores pertinet, præsupponito quod pulchrè Ange. tradidit. [in l. si constante. §. 1. in si. ff. sol. matr.] quod actio tutelæ non nascitur nisi demum finita tutela, quamuis eam semel finitam iri certum ac necessarium sit. [l. vbi finita. ff. de tut. & rat. distrah. & videtur ferè casus in l. nisi. & l. si tutor reipub. in fi. eo. tit.] Vnde durante tutela proponi nõ posse constat, [Bald. in l. vnica. in pen. col. in vers. dubitatur vtrum actio tutel. C. vt act. ab hæred. Vbi multum logicè ac subtiliter ratiocinatur.] Quo fit vt siue de vniuersali gestione agatur, siue ex vna tantum specie vel re singulari, vt puta fundũ non rectè nec ex fide distractum, non potest tutor ante finitam tutelam ad rationem reddendam conueniri. [extant in hoc expressi casus, in l. 2. & l. rationes. C. arbi. tut.] Sin autem alia actione quam ex administrata tutela agatur, ita rectè distinguendum credidit Saly. Aut ea res de qua cõtrouertitur, vetustiorem habet causam quã tutela. vt puta ex opinione Accur. quia debitor ante susceptam tutelam, ex causa mutui ab illius patre dati, pupillo esset obligatus: tunc ad id agi posse etiã durante tutela exploratí iuris est. [l. si plures. ff. de test. tu.] Cæterum si vetustiorem causam non habuerit, sed constante tutela, pupillo ex aliqua causa factus est debi-

tor tutor, licet ex ea causa ex qua contracta est obligatio tutoris cum pupillo, orta ex eo tempore sit quidem actio, ea tamen ante finitam tutelam proponi non potest [d.l.si tutor reipubl.§. vlti.cum l.seq. ff.de tutel. & rat. distrah.] At contra protutorem, id est eum qui tutoris munere in re impuberis fungitur, non dubium est quin statim agi possit etiam ex his obligationum causis, quæ durante protutela ortæ sunt, etiã ex vniuersali administratione, nedũ pro re singulari. [l.eũ quasi.§.illud. ff.rem ra.hab.& l.1.§.finitur.ff.de cõt.Iudi.tut.] Qui locus etiam ad procuratores seu curatores putatiuos extenditur: id est eos qui curatoris munere in rebus minorum funguntur. Quod ea ratione concessum est minoribus, quia illi non suarum rerũ veri ac legitimi administratores sunt, sed fictitij, suppositi, & quod dicitur imaginatiui: quo fit vt detecto errore statim ab administratione desinant.

Protutores posse inducti ẽte durante tutela conueniri.

In curatorum vero quæstione, hæc rursus adhibetur distinctio. Nam qui furiosis & mente captis datus est, statim ad rationes reddendas compelli potest, etiam vniuersæ administrationis, quia hoc casu agi propriè dicitur negotiorum gestorum [text.d.l.nisi.§. cum furiosi.ff.de tutel. & rat. distrah.] At qui adultiꝰ curator datus est propter ætatis infirmitatẽ, in eo idem obseruatur quod in tutore dictum est, vt non nisi finita cura conueniri possit. [d. l. 2.& l.rationes.C.de administ.tut.&cura. & l. actus. ff. eod.] Ratio autem differentiæ colligi potest ex Accurs.in d.l.nisi. Incertum siquidem est quandiu furor, vel morbus alius duraturus sit. Ita cum dubius sit curæ huiusmodi finiendæ modus, optima ratione placuit, eum finem non expectari ad conueniẽdos hos curatores. At diuersa planè obtinet ratio in curatoribus adultorum, qui nullo alio vitio laborant quàm ætatis imbecillitate, in quibus certo tempore finitur cura, nẽpe anno ætatis vicesimoquinto. Quam rem tamẽ sane intelligo, vt curator, constante curæ officio, non possit conueniri ex generali & vniuersali curæ actione, vt scilicet suæ administrationis rationem reddat, secus autem obtinet si de re particulari ageretur. Tunc enim frustra expectaretur curæ finitæ tempus, quinimmo conueniri posset statim, siue in rem siue in personã fuit orta obligatio: nec in eo admodum laborãdum, an obligatio illa vetustiorem causam habuerit ipsa tutela, an constante tutela contracta sit. [l.si adhuc.§. curator.ff. de tut.& rat.distra. & l.cum curatoris, secundum quartam lect.ff. de administ.tut. l.nõ quasi.§.hac stipulatione. ff. rem pup. sal.fo.] Ex quo patet in hoc posteriore casu deteriorem esse curatoris quàm tutoris conditionem. [l.cum curatorem. ff. de administ.tut.& curat.]

Quando ratio à curatore exigatur.

Porro, non leuis ex his quæ diximus emanat difficultas. Si enim verum est contra tutorem vel curatorem agi posse constante tutelæ vel curæ administratione, à quo, cedo, conueniri poterit? Quod enim ad pupillum vel adultum pertinet, certũ est eos non habere legitimam personam standi in iudicio sine tutoris vel curatoris authoritate. [l.2.C.qui leg.pers.l.clarum. C.de auth.præstand.] Respondeo. Si plures, vt fere fit, tutores vel curatores dati sunt minoribus, alter in alterius conuentionem authoritatem præstabit. Sin vero vnus, constituetur curator in eam litem. [§.penult.Inst.de auth.tut.& l.1. de in lit. dan.tut.] Et hæc quidem intelligito inter tutores & pupillos procedere. Cæterum quod ad ipsos tutores pertinet, seu curatores, qui plures minori dati sunt, alterũ ab altero vicissim suæ administrationis rationem extra iudicium petere posse manifesti iuris est, ratione communis periculi quod eos omnes simul manet. [l.3.§.1.ff. de administ.tut.] Quæ res in omnibus rerum alienarum administratoribus verum obtinet, à quibus etiam inter gerenda negotia administrationis suæ rationes exigi possunt quandocunque libuerit domino, qui negotij sui gerendi prouinciam demandauit. [d.l. nisi.§. vlti. de tutel. & rat. distrah. & plenius suprà tractaui.]

Cũ tutores seu curatores plures in minorũ administratione dati sunt, alter ab altero potest ratione cõmunis periculi administrationis rationẽ exigere.

Negotiorũ alienorũ gestores rationem reddere perpetuo tenentur quãdocũque domino ab his id exegerit.

Superest ex hoc nostro reddendarum rationum tractatu videre, quonam in loco reddendæ illæ sint. Quam rem tu paucis concludito, siue de administratione publica siue priuata agatur, eo in loco rationẽ reddi debere, vbi administratio gesta est. Et id euidẽti probatur ratione. Quod scilicet facilius dominus quicunque sit, siue impubes iam adultus, siue minor, post vigesimum quintũ annum, rerum suarum instructiorem cognitionem eo in loco habiturus est, ob præsentiam multorum, qui forte rei gerendæ ad fuerunt. vt est casus in l.1.& 2.C.vbi de ration.vbi Accurs.ait eum villicommunis suæ rationem reddere debere, in eo loco in quo illã exercuit.

Rationes eo loco reddendas vbi gesta est administratio.

Quod vſque adeo verum creditum eſt, vt ſi eo in loco negotij adminiſtrator non inueniatur, debeat illud remitti. Quæ traditio non niſi in priuatis adminiſtrationibus locum ſibi vendicat. In ciuilibus ſiquidem ac publicis functionibus, non ſolet quis ad eum locum remitti, in quo munus ſibi publicè demendatum exercuit. [vt copioſè traditur in auth. qua in prouincia C. vbi de crimine ag. oport. Scriben. in d. l. 2. vbi de rat.] Quod intelligendum eſt de negotio duntaxat, cuius geſtionis ratione forum fortiuntur, non autem ob alia negotia geſta [vt eodem in loco tractant doct. expendendo ver. militiæ cauſa.] Vnde etiam traditū eſt à doct. & maximè Guilel. de Cuneo vetuſtiſsimo iuris interprete [in l. multi. C. quor. appellat. non recip.] ſyndicos poteſtatum ſeu iudicum, eos ſindicare, vt verbo eorū vtar, non poſſe, de his quæ extra eorum officium ſunt: quia ratione eorum quæ contemplatione officij non geſſerunt, forum non fortiuntur. In cuius rei confirmationem adducit Guilel. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. ſtab. Qua ex re memini aliquando à me defenſum quandam cohortis militum ductorem, qui cum malæ in officio verſationis à quodam accuſaretur, de aliis quoque criminibus quæ ad hoc officium ſuum nil attinebant, impetebatur. quæ cumulari non potuiſſe iure defendi.

Quæ extra officiū geſta ſunt, nil ad Syndicū pertinent.

¶ Sicuti.

HAbes ex huius capitis fine, plebeios gardianos eſſe ad ſimilitudinem & exemplum legitimorum tutorum inductos: quam adæquationem ſic intelligito, vt ea onera quæ iure antiquo legitimis tutoribus impoſita paſsim legimus, cenſeantur quoque noſtris municipalibus gardianis iniuncta: non autem econuerſo. Illúdque eſt quod egregiè tradunt Bart. & Paul. Caſtr. cum & reliqui moder. in l. 1. de leg. j. quo in loco expreſſe notant, quod quando vnum alteri adęquatur, tūc illi ad quod fit cōparatio, nil ab eo quod æquatur, adiici. Sed bene contrà, quod in ipſo adęquato deeſt, repletur ex natura pinguiori, eius cui adequatur, ſi quod ius maius habet. [vt in l. illud. in princ. ff. de donat. cauſa mort. & in l. 1. §. 1. ſi quid in fraud. patr.] Quam rem Bart. tribus validiſsimis exemplis comprobat. Primo in Auguſta quam ſibi princeps ob honorem matrimonij adæquat. Ex quo ſua omnia priuilegia quæ multa ſunt in eam cōfert. Secundo in mulieribus, quarum conditio maſculis ſolet æquiparari, per l. maximū vitium C. de lib. præterit. Ex qua comparatione, fœminæ iura maſculorum (quod ad eum articulum pertinet in quo fit adęquatio) nanciſcuntur. Tertio in his caſibus in quibus popularium conditio adæquatur nobiliū iuri: ex qua quoque exæquatione nihil priuilegij aut iuris ſibi acquirunt nobiles ex plebeis: ſed plebei iura è nobilibus, ratione æquiparationis, mutuantur. Quo fit vt nihil iniunctum ſit tutoribus legitimis ex his oneribus quæ gardianis incumbunt ſed econtrario, gardianos iiſdem oneribus & incommodis aſtringi, quibus iura legitimos tutores obligauerunt, ea ratione quòd iis illi adæquati ſunt. Quæ res aliter ſe haberet ſi vterque & gardianus & legitimus tutor æqua ratione adæquarentur, quemadmodum ſi pariter adæquatā fingeremus nobilium ac plebeiorum rationem. Tunc nihil inter vtramque diuerſum eſſe cenſendum, ſed quod in illis diſpoſitum eſſet peræque in his quoque obſeruandum eſſet [l. 2. C. communi. de leg. & in auth. ex ſucceſsione C. de ſuis & legit. hæred. & in auth. de ſucceſſ. ab int. §. ſi neque.]

Plurimū intereſt, dicamuſne alterū cū altero cōparari, vel vtrūque mutuo adęquatum.

¶ Legitimi.

QVod in contextu nomine legitimorum fit mentio id exempli gratia poſitum eſt, quandoquidem cum illis noſtri temporis gardiani æquabilius comparātur. Vnde quod de legitimis dictum hic eſt, quæ in reliquis cōſtituta ſunt, non tollit nec diminuit. vt not. inſt. de grad. cognat. §. Hactenus. In quam rem expreſſus eſt tex. in l. 1. §. de rationibus ff. de tutel. & rat. diſtrad. vbi cōſtat rationes non ſolum teneri reddere, qui legitimi tutores ſunt, ſed & omnes qui quocunque iure ad tutelam vocati ſunt. Quo fit vt concludamus, gardianos, tum etiam procutores, vel qui alia ratione tutelā gerūt, hic aſtringi oneribus, & ſi qua ſunt ſimilia.

En default d'aſcendant n'y aura aucun gardian, ains ſera proueu auſdictz mineurs de tuteurs & curateurs, par auctorité de iuſtice, appellez les parens du coſté paternel & maternel.

§. QVARTVS.

Deficientibus aſcendentibus gardiano locus non erit, ſed agnatis cognatiſque vocatis, tutores aut curatores pupillis dandi erunt à iudice.

VT huius noſtræ conſuetudinis interpretatio ab eo tẽpore initium ſumat, quo primũ in vſu eſſe cœpit, primo ſciẽdum eſt, ante annum 1523. quo hæc conſuetudinum epitome in ſcriptis redacta eſt ac in vulgus primum emiſſa, hanc conſuetudinariam tutelam deficientibus aſcendentibus ad agnatos cognatóſque deferri ſolitam, quæ vocabulo parũ latino ſed barbaro, baillia, ſicut aſcendentium gardia, appellabatur. Quæ tamen (vt ſupra in proemio admonuimus) in deſuetudinem abiit exploſaque eſt, ac omnium conſenſu plane deleta. Quo fit vt fruſtra, re non exiſtente, nomen in tituli noſtri ſuperſcriptionem retinuerimus. Quod tamen fecimus ipſi inſecuti communem errorem ne arroganter nimis videremur id abolere voluiſſe, quod omnia vera harum conſuetudinum exemplaria ſemper ab initio habuere: tum quod etiam viderem multa eſſe in Pandectarum & Codicis libris iam vetuſtate obſoleta ac omnino ſublata, quorum tamen nomina retenta eſſent, vt eſt tit. ille de caducis toll. de l. fuſ. Can. toll. & ſimiles.

Baillia exploſa fruſtra Bailliſtrarũ nomen retẽtum, ac in tituli ſuperſcriptione vſurtum.

¶Sed.

Quæ ſit vis dictiõis, ſed.

DIctio, ſed, hoc loco proprium ſibi vendicat officium, quod eſt aduerſari in facto & in iure, præcedenti orationi, cum ſine copula adiicitur. [vt tradunt Accurſ. Bart. & alij, in l. 2. verſ. ſed & fortius, ff. ne quis eum qui in ius voc.] Eſt autem dictio ſed, ſui natura coniunctiua, & ideo ſequentem orationem cum præcedenti coniungit ac copulat, [Bar. in l. huius. §. qui habebat ad Trebell.] Quo fit vt ex vi illius intelliguntur qualitates præcedentis diſpoſitionis cum qua pugnat & aduerſatur, repetitæ in ſequenti, ita vt præcedẽtia ſequentibus omnino conueniant. Idẽ quoque tradi ſolet & aduerſatiua illa dictio, autem, [vt referunt Accurſius & Bart. in l. mariti. ,. vlt. ff. de adult. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. col. 9. verſ. item vnum caput ſtatuti. Alex. & Imm. in l. fi filius à patre. col. penulti. de lib. & poſth.] Quarum dictionum natura eſt omnino præcedentibus aduerſari. [vt eſt text. in l. qui ſe debere. in princ. ff. de condit. & demonſt. l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infec. vbi Bar.] Quod intellige in his quæ ſunt eiuſdẽ generis. Et proinde cum ſint aduerſatiuæ, vbi precedens oratio ponit ſeu affirmat, ſubſequens negat, & econuerſo. [vt. ff. de verb. obligat. l. Iulianus. §. qui fundum. & l. continuus. §. ita. & §. pen. eod. tit. ff. de ſupell. legat. l. labeo. §. ſed his. & §. ſed etſi magnopere.] Multum tamen intereſt adiectane fuerit ſimpliciter dictio Sed, ſine copula, an vero, cum copula. Quandoquidem, ſi cum copula adiecta fuerit, tunc ex ſui natura ac genuino officio, præcedentibus omnino aduerſatur. Cæterum, ſi ſine copula, tunc factum omnino diuerſum ſignificat, non autem diuerſum ius. [Quæ vetus traditio deſumitur ex l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voca. iuncta gloſ. in ver. ſed & fortius. vbi Bart. & alij. Et idem turſus, tum & Imm. Accurſ. ſequuti, in l. patris & filij. ff. de vulg.] Alios huius particulæ, Sed, ſignificatus, vide in Alb. de Roz. dictionario. in verbo, Sed.

Dictio autẽ, aduerſatiua.

¶Agnatis cognatiſq;.

HAec verba (Les parens du coſté paternel & maternel appellez) nullam iuri conuenientiorem recipiunt interpretationem, quàm vt vertamus agnatos & cognatos. Id quod à me factum eſt, tum propter communem loquendi vſum qui nedum apud noſtros Bleſenſes, ſed in tota pene Gallia inoleuit, ex qua

consanguineos quocũque genere vel matrimonio nos attinentes, parentes vocamus. Qui quidem mos, & communis loquendi vsus in statutis proprietati preualet, eiúsque præcipua ratio habetur. [l.labeo.§.idem Tubero.vbi Bar.de supel.leg. idem in rub.de no.oper.nunt.in 2.col. copiose Butrig.in proœm.decre.]tum etiam quod apud doct. vulgo iactari solet, verba in vulgari apposita aliquid operari ac significare debere. Propterea quod si in sensu iuris communis ea interpretarẽtur, nihili essent, ac penitus euanescerent. Eo enim contextu cauetur, vt vbi nulli supersunt ascendentes parentes vocentur. Certo tamen certius est parentum nomine ascendentes tantum venire, vt infrà ostendam. vnde fit vt merito illa verba quo aliquid significẽt, ad collaterales trahamus. [tex.express. in l.si quãdo.in prin. de leg. 1. & in c.si papa.de priuileg.in 6.] His adde quòd hîc versamur in materia plane fauorabili nempe in personarum & rerum pupillarium commode. Quo fit vt illius fauoris ratione liceat aliquando à verborum proprietate recedere, & ad improprium significatum deflectere. [vt latè tractatur a moder. Mediolan. post alios vetustiores iuris interpretes in l.quique §. 1. ff.de in ius. voc.] Vique adeo vt parentes naturales tantum, necnon ciuiles tãtum, qui adoptiui dicuntur, parentum appellatione cõtineantur. Quod autem ad verum genuinúmque huius vocabuli parentum significatum attinet, sciẽdum est parentes ex propria eius significatione olim apud Romanos ascẽdentes ad Tritauum vsque comprehendisse. Qui autem vltra hos erant, quia specificum ac elegans nomen à iure inditum nullum erat, maiores appellatos. Sicut eadem ratione in descendentibus obseruatum est, vt liberi vsque ad trinepotes dicerentur, qui autem infra eos essent, posteriores seu posteri nominarẽtur. [ita iurisconsul. in l. iurisconsultus. ff.de grad.affinit.] ex benigna tamen legis interpretatione, parentes, omnes ascendentes qui in infinitũ vsque sursum sunt, ac liberi, omnes quotquot deorsum versus tendunt, intelligũtur. [ita Caius Cassius & eum sequutus Vlpianus docent in l.quique §.1.in ver. parentes. & in l.sed si hac lege §.liberos.de in ius voc. Quod probat quoque linguæ latine vindex acerrimus Laurentius Valla. 4. elegant. c. 47.] Quo fit vt hodie parentes eos omnes dicamus, quotquot supra nos sunt vsque in infinitum, ad primum vsque protoplastũ illum Adam. Vnde non infacetè dicebat Accursius, in §.pœnales. Inst.de act. ipsum Adam, si nunc superstes esset, sine venia in iudicium vocari non posse. Quæ appellatio parentis generalis, est vlterius hodie ex communi loquendi vsurpatione apud nos extensa, vt non solum pro omnibus ascendentibus, sed etiam his qui nos contingunt aliquo vel consanguinitatis vel affinitatis iure. In cuius rei confirmationem inducitur celebre illud Pauli Cast. consil. 418. Quod ista. in antiq. quo in loco parentem pro consanguineo ex communi loquendi modo vsurpat. At consanguineus quocunque sanguinis iure coniunctus vulgo appellatur. Quo fit vt consanguineorum appellatione non solùm agnati, sed & cognati veniant omnes: licet ex stricta & propria vocabuli significatione aliter apud iurisconsultos accipi non ignorem. [l.post consanguineos ff.de suis & legit.] Verum nobis tutius communi loquendi modo adhærendum erit. [ex tex. iuncta Accurs. & Bart. traditione in l.cum quidam §.quod dicitur ff.de acq. hæred. & toto tit. ex. de consang. & affi.] Quæ etiam communis appellatio interim iure probari potest [ex auth.de alien. & emphit.§.œconomus quem tex.in eam rem expendit Ang.] Sed hic non ab re erit, si omnem agnatorum & cognatorum progeniem, mira quadam breuitate comprehendamus. Sciendum itaque est cognationem, nomen esse generale, in tria autem capita diuisum, in parentes scilicet in liberos, & in propinquos qui ex transuerso veniunt. Et parentes quidem sunt ij, vt nuper diximus, accepta proprie verbi significatione, ascendentes à quibus originem traximus. Liberi qui à nobis gignũtur, veluti filius, filia, nepos, neptis, & qui in infinitum vsque infra hos sunt. Ex trãsuerso propinqui sunt à quibus neque ortum duximus, neque illi quidem à nobis, sed stirpem suam ac generis radicem nobiscum communem habẽt: veluti frater, soror, patruus vel auunculus, amita vel matertera, consobrinus cõsobrináque & qui omnino ex his descendunt. Et vt propius ad propositam rem nostra accedat oratio, Cognatio rursus quæ ex latere siue ex transuerso, in duo diuisa est: Nempe in agnatos & cognatos. Et agnati quidem sunt qui per masculos seu viri-

Cõmunem loquẽdi vsũ in statutis maximè attendi.

Verba non debẽt cessare sed vt dicitur aliquid operari.

Parentes Maiores.

Liberi. Posteri.

Cognatio.

lem lineam nobis coniuncti sunt: vt frater consanguineus, & soror consanguinea: fratris liberi & nepos neptisue ex fratris filio: & patruus & patrui liberi & ex filio patrui nepos neptisue: atque, vt totam rem vno verbo semel absoluam, tandiu per ordinem procedit agnatio, quandiu nullam interuenit fœmina quæ rupta agnatione per virilem sexum procedente causam det cognationi. Cognati verò sūt qui per fœminas nos contingunt. vt frater vterinus, non etiam consanguineus, & liberi eius: aut soror vterina aut etiam fororis consanguineæ liberi. Nam & ij cognati sunt, quoniam fororis persona cognationem incîdit. Porro sciendum agnatos quam plurimum à cognatis differre, nam agnati legitimi dicuntur, id est iure inuenti: & cognati id est sola natura cogniti. Eos enim sola nouit natura quia non item legitimi sunt. Quos enim ius ciuile nouit, hoc nouit & natura: quos verò natura nouit, hos protinus non nouit ius ciuile. Hæc de cognatione generali dicta sunt.

¶Vocatis.

APertissimi iuris est, cum ex iudicis authoritate & decreto constituuntur tutores, ex Attiliani lege vocandos esse eos qui pupillo, aliquo consanguinitatis iure coniuncti sunt. [l. hæc autē. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. l. ergo. ex quibus caus. maio. & ita censuit Bart. in l. scire oportet. §. cum reliquis. ff. de tut. & curato. dat. ab his. Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. tex. in auth. sicut hæreditas. de leg. tut. in his verbis: Iubemus communiter apud iudicem conuenientibus vnū vel plures eligi.] quod ea de causa fit, vt magis idoneus, facultatibus ac moribus probatus inquiratur, cui fidelius ac tutius pupilli tutela committi possit. [d. §. reliquis.]

Gradus propinquitatem in deferēdis tutelis attendi, ob successionis spem.

Quod porro hic statuitur de vocandis coniūctis, intelligendum est de proximis ad quos secundum gradus prærogatiuam successionis spes pertinet. [toto tit. ff. de legit. tut.] Quod optima ratione constitutum est. Nam coniecturam facere legislatoris, eos fore in bonis administrādis propensiores & diligentiores, quos aliquando ad eos peruentum iri spes teneret. [vt docet Bart. in l. transactionem. C. de trāsact. expendit textum. d. l. 1. de leg. tutel. Bal. in l. vlt. C. de verb. signif. Saly. in l. vlt. de testam. mil. Quibus in locis communi omnium consensu concludūt, in contractibus minorum & mulierum, in quibus constitutum est nouissimis temporibus propinquorum præsentiam requiri, proximiores sanguine interesse debere, quos spes illis succedendi habet.]

Quod autem hic iubetur ex vtroque latere coniunctos vocari, vbi de eligendo pupillo tutore agitur, nō est quod frustra vocari cognatos existimes, si extēt agnati. Nam iamdudum sublata est agnationis & cognationis differentia, ex auth. de hęred. ab intest. §. consequens. & seq. idque in successionibus hæreditariis, quod trahimus iure ad tutelas. cum tutela veniat in quandam consequentiam hæreditatis. Quos enim lex ad hæreditatē vocat, eosdem vt plurimum tutores esse iubet: ex illa trita regula, naturæ conueniētissimum esse, vt quem manent emolumenta, eundem & sequantur onera. [Inst. de legit. patr. tutel. l. vlt. vbi Saly. C. de leg. hæred. tex. in l. quo tutela. ff. de reg. iu. & d. auth. sicut de legit. tutel.] Quibus adductus Bart. consil. incip. Ciuitas Mediolañ. concludere non dubitauit, statuta quibus de successionibus hæreditariis disponitur, ad tutelas quoque merito trahenda. Quam rem tamen in matribus verum non obtinere, merito credidit Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de curatore. §. cum autem. vers. hæreditas. inquiens, matrem, quamuis ex statuti dispositione à filiorum successione excludant agnati, non tamen à tutela excluſuros. Nec enim ius commune, nisi expresso contra vtentium consensu tolli potest aut immutari. [auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles.] Præterea pius matris in liberos amor, non finit vt legumlatores potius ad agnatos quàm ad matres tutelas deferri voluerint, [in auth. vt sine prohibit. mat. deb. & cred. coll. 7.]

Statuta de successionibus hæreditatū lata, ad tutelas trahi.

Matrem etsi à filij successione statuto ab agnatis excluſam, eosdē tamen in tutela excludi.

¶Dandi.

ISTud ea ratione constitutum est, quia scire oportet ex generali regni nostri cō suetudine, duas tantum tutelę species è tā multis quas ius ciuile introduxit, nunc superesse: legitimam scilicet, & datiuam. Quinetiam vix bene legitima tutela omnino obseruata est. Nam & nomen suum hodie perdidit, translatum quippe in eam quam vulgo dicimus, gardiam & Bailliā. ac in plerisque articulis legitima illa tutela, ac gardia hęc, non conueniunt, vt suprà

ostendimus, in rub. & in capite primo huius nostri tractatus. Datiua autem in suo prorsus remanet robore adhuc hodie, nec quicquam sublatum aut immutatum in ea est. Quod autem ad testamentariã pertinet penitus in desuetudinem abiit: quia his temporibus nulli testamento tutores relinquũtur, nec dati admittũtur. Quod senatusconsulto Parisiẽsi à doctissimo nostræ ætatis iurisconsulto ac celeberrimo præside Montoloneo emisso, confirmatum est, in causa illustrissimæ comitis rupis Fucaldi, quæ testamento à viro liberis tutrix relicta erat. Et hoc cõmuni vtentium Gallorum cõsensu receptum est, ea, vt puto ratione, q̃ Gallis nullum est patriæ potestatis ius in liberos, quale antiquitus patribus Romanis competebat. In quorum manu vita mórsque filij primis temporibus fuit, [iuxta l. in suis ff. de lib. & post.] quæ tamen nimis lata potestas, quod aliquando in atrocitatem vergeret à patris pietate omnino alienam, temperata est ex diui Hadriani constitutione, quam refert Martianus in l. diuus. ff. ad l. pomp. de parric. Hodie porro omnis huiusmodi patrum in filios potestas sublata est. Quo fit vt testamẽto tutores eis dari iure non possint. [§. permissum inst. de tutel. & l. 1. de cõfirmat. tut.] Ex qua re, præter alios, coniecturam facio ea de causa cessasse testamentarias tutelas.

Datiuã tutelã hodie omnino in vsu esse.

Testamẽtariæ tutelę vsum obsoleuisse.

ARTICLE HVICTIESME.

Garde expire aduenant l'aage de puberté: c'est à sçauoir, es masles l'aage de quatorze ans, & es femelles de douze ans.

§. QVINTVS.

Gardia, pupilli pubertate expirat in masculis scilicet, cum decimum quartum annum impleuerint in fœminis verò cum duodecimum.

Tutelas pupillorũ aduenìte pubertate finiri.

HOc capite in summa cõtinetur quibus modis tutela, quam gardiam dicimus, finiatur, pupilli scilicet pubertate. Qua in re à regulis iuris communis non est recessum. Constitutum enim erat itidem tutelam masculi, anno decimo quarto expleto finiri: fœminæ verò, duodecimo. [§. 1. inst. quib. mod. tut. fin.] Cuius admonuisse volui, quòd hæc gardia, vt diximus, planè sit irregularis. & in multis à legitimis tutelis aliena, ac differens. Alia etiam de causa limitatum hoc tutelæ tempus existimo. Quippe ante harum consuetudinum promulgationem, obseruatum in prouincia nostra fuit, vt tutelæ ante vicesimum annum non expirarent, ea nempe ætate pubertatem metiebantur.

Sed super his dubitari potest, an mater & auia, filiorum vel nepotum finita per pubertatem tutela, curatrices esse possint vt ante puberes annos eorũ tutelam gesserunt. Et plerisque visum est, curatricem esse non posse, quia mulier, curatrix bonorũ constitui non potest [vt tradit Ang. in l. 2. ff. de curat. bon. motus ex tex. l. cuius. ff. de curat. fur.] Item tutelam legitimam esse dicimus, nõ item curam. Cuius rei ratio non in recondito. Siquidem nemo inuitus curam suscipere compellitur. [vt refert. Cy. quem sequitur Bal. in l. sed & milites. §. qui autem. ff. de excusat. tut.] Vnde pater non dicitur fiduciarius seu legitimus filij curator. Neque enim minorum legitima cura vocatur, sed tãtum prodigi, furiosi, aut mẽte capti [l. de creationibus. c. de epis. audient.] hæc etsi vera sint, non tamen tantum ponderis apud me habere possunt, vt me in eam opinionem adducant, vt existimem matrem & auiam ea ratione, qua illis licet filiorum tutelam gerere, non quoque licere & eorumdem curam suscipere. Quinimo semper contrariam sententiam veram putaui motus authoritate Bart. & Accurs. Qui in auth. matri & auię C. quando mul. tut. off. fung. & idem Bart. in l. si quis sub conditione. col. 4. in vers. an idem sit in cura. ff. de test. tut. affirmant eam opinionem ab omnibus probatam & receptam, matrem scilicet ad curam filiorum puberum vocari perinde atque ad tutelam eorum, in pupillari ætate existentium. Ita quoque confirmauit abb. in c. ex parte 2. ex. de appellat.

Curatorem inuitum nõ dari.

¶Impleuerint.

ITa viſum eſt interpretari debere potius quàm per ablatiuũ abſolutum ſicut in vulgari ſermone ſonat litera, ea potiſſimũ ratione, quia quando ætatis tempus per ablatiuum deſignatur, ſufficit vltimum temporis præfiniti annum cœptũ eſſe, nec conſummatũ fuiſſe neceſſarium eſt. [l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſ. teſt. & l. 1. §. quibus. de ſucceſſ. edict.] Cuius ea eſt ratio: tẽpus ex ablatiuo præſcriptum, imperfectum redditur. [Bart. & vberius moder. in l. ſi cui legetur. ff. de leg. 1.] At in caſu noſtro ad finiendam in maſculſs tutelam, non ſufficit pupillos decimum quartum annum attigiſſe, vel pupillas duodecimũ annum ingreſſas, ſed oportet vtrũq; illa tempora compleuiſſe, ac pubertatem iam attigiſſe. d. §. 1. Inſt. quib. mod. tut. fin. & l. vlt. C. quando tut. vel curat. eſſe deſier. & l. qua ætate. ff. de teſtam.] Cæterũ quod ad diſputationẽ pertinet, qua quæri ſolet an in actibus qui tempore aliquo vel die certa præfiniuntur, neceſſe ſit illud tẽpus vel cœptum tantum vel omnino cõpletum eſſe. hic ne longius ab inſtituto auocemur, eam non examinabo. Videto Bart. & Moder. in d. l. ſi cui legetur. ff. de leg. 1. & eundem Barto. in l. Lucius. §. pen. ff. ad munic. & rurſus in l. pupillo. in prin. ff. de nou. oper. nuntiat. Bal. in l. vlt. C. de teſt. milit. & eundem in l. exigendi. C. de procurat. pontificij iuris interpretes, in c. cum ex eo. extra. de elect. gl. in clem. vlt. ver. decimo octauo anno. de ætat. & qual. ord. Bal. in c. cum vigeſimum. de off. deleg. & vberrimè Præpoſ. Mediolan. in c. veniens. extra. de ſponſal.

ARTICLE NEVFIESME.

¶ La mere ſoit noble ou roturiere, perd la garde, gouuernement & adminiſtration deſdictz enfans, ſi elle conuolle en ſecondes nopces.

§. VI. ET VLTIMVS.

¶ Mater nobilis plebeiáue, hanc liberorum ſuorum tutelam vel gardiam per conuolationem ad ſecundas nuptias amittit.

Matrem initis ſecundis nuptus à filiorum tutela expellẽdã.

IDem iure cõmuni conſtitutum fuiſſe nemo eſt qui neſciat, vt mater contractis ſecundis nuptiis à tutela remouenda ſit, [auth. matri & auiæ. iuncta auth. ſacramẽtum. C. quãdo mul. tut. off. fung. poſſ.] Quod ad auiam quoque ad ſecunda vota conuolantem extẽdi merito ſolet. Quod enim in matre conſtitutum eſt idem quoque omnino in auia diſpoſitum intelligitur in inquit Bal. in l. omnem C. ad Tertul. Nam matre decedente vel ad ſecunda vota cõuolante, eam quam gerebat filiorum curam ad auiam tranſmittit. quæ quaſi eius gradu ſubintrato, primum locum in recipiendis tutelis obtinet, ſublatu de medio gradu matris: quo fit vt primam quoque ſuccedendi ſpem habeat. [l. 1. §. denuntiare. ff. de impub. & aliis ſubſtit.] In cuius rei confirmationem facit hæc ratio. Quando duo caſus ſunt à lege ęquiparati, quod in vno conſtitutum eſt, ad alterum quoque ratione comparationis trahitur, etiam ſi illud cum regulis iuris communis pugnaret. Eadem enim æquitatis ratio id fieri dictat. [Accurſ. in l. ſi quis ſeruo. §. corrũpi. C. de ſeru. corrup. vbi moder. & in l. quod vero. ff. de leg.] Cætera quæ ad huius capitis interpretationem pertinent, petito ex Decio. in cõſ. 246. & Socy. 180. diligenter.

Sed putéſne huius capitis noſtri diſpoſitionem, poſſe etiam de patre intelligi, qui cum impuberis filij tutelam gereret, poſtea non petito tutore, ad ſecundas nuptias tranſiit, nec reddita interim ratione nũquid & tutelæ adminiſtratione omnino priuabitur, & in reliquas pœnas incurret, quæ matri idem facienti à iure impoſitę ſunt? Reſponde, quod ad præſentem conſtitutionem pertinet, patrem tutela per conuolationem ad ſecunda vota non priuari. Et ita exiſtimauit Bal. in auth. iſdẽ. C. de ſecun. nupt. eo quod nuſquam apud legumlatores inueniatur, patrem à tutela ea de cauſa remoueri. In quam rem facit tex. in l. de emancipatis. C. de legit. hæred. Neque enim in his quæ lex ipſa

patri ſponte detulit, rationem habuit in primiſne adhuc an ſecundis nuptiis conſiſteret, quam tamen diligenter habuit in muliere, vt patet ex l. ſi qua mulier. C. de ſecund. nupt. Vnde appoſite admodum docebat Dec. iuris meo iudicio inter cæteros interpr. peritiſsimos, quanuis maritus & vxor ſeſe corrrelatiuè haberent, quoad appellationes, ex marito enim vxor nomen mutuatum eſt, & econuerſo, non tamen quod de vno cautum eſſet, de altero diſpoſitum videri. Quam rem affatim pertractat Pont. cõſ. 182. in caſu propoſito. reſpon. 1. vbi poſt multam ac perplexam diſputationẽ, tandem in eam partem deflectit, vt exiſtimet pœnam vxori intra annum luctus à morte mariti ſecundo nubenti à lege impoſitã, ad virum non extendi. Viri enim vxores lugere non tenentur, ſed viros ab vxoribus magis congruum eſt. [l. vxores. C. de his qui not. infa.] Vnde conſequens eſt mariti defuncta vxore ad ſecundas nuptias migranti, nulla ſit à iure ſtatuta pœna, ideo nec filiorũ tutelam amittit.

Patrem ad ſecũda vota trãſeuntem nullam à iure pœnã incurrere nedum amiſſę filiorum tutelæ.

Verum, ex quo concludimus matrẽ inter cæteras pœnas in quas ob feſtinatiorẽ tranſitum ad ſecundas nuptias incurrit, tutelam filiorũ amittere non leuis occurrit difficultas. Si enim oſtenderimus ſecundum matrimonium rem plane honeſtam ac licitam, qui fieri poteſt vt quis inde in pœnam aliquam incurrat. Quod autem ſecundæ nuptiæ licitæ ac approbatæ ſint, potiſsimum à iure canonico (cui ea in re potius adhæremus) text. eſt in c. vt debitum. extra. de bigam. Ita vt pudicitia quoque & caſtitatis integritas in ſecundo matrimonio peræquè ac in primo excolatur. [l. caſtitati. C. de adulter. & l. vl. de tu- Quod etiã optimè confirmatur illo apoſtolico præcepto: Mortuo viro nubat mulier in Chriſto. ad Corinth. 7. quod refert Accurſ. in l. decreto. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.] Nec ex eo quod ſecundo nubit dicitur mater filios deſerere. [text. quã in eam rem expendit Barto. in l. cum tale. in princ. ff. de condit. & demonſt.] Vnde refert Bald. [in l. hac edictali. C. de ſecund. nup.] per ſecundum matrimonium peſsime conſici filiorum contemptum, immo nulla in parte ceſſare maternam in liberos pietatem & curam. idem in d. l. precibus. col. 6. C. de impub. & al. ſub. ait, in matre ad ſecundas nuptias conuolante, bonam fidem præſumi, quam coniecturam & ipſa naturalis ratio, & muliebris concupiſcentia, ac ſexus imbecillitas ſatis confirmat, [teſte etiã Accurſ. in l. vbi. in prin. ff. de eden. Facit in arg. l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſſ. in his verbis. ſi pietas & ratio naturalis animi tui, non reuocat intẽtionem.] Nec enim cognato erga cognatum, officium pietatis & naturalis affectus deeſſe preſumitur, [in l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liber. leg.] dici quippe non poteſt nec cogitatione quidem conſequi, quantus ſit matris amor erga ſuos, ſicut vulgo ineſtimabilem partus amorẽ. [l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. ff. de leg. 3.] Porro lex ipſa ciuilis cum animaduerteret quam inconſtans ac varium animal eſſet fœmina non ita confidit his naturalibus affectibus, quos mater in filios gereret. Quinetiam exiſtimauerunt hos amoris igniculos penitus refrigeſcere ac langueſcere, vbi ad ſecunda vota conuolatum eſſet, tãquam omni affectione in ſecundum thorum tranſlata. [traditur in l. lex. quæ tutores. C. de admi niſt. tut.] Nihil enim amoris maxime muliebris furore vehementius, nil item quod tam cito euaneſcat. Sed interim dum feruet vel (vt verius loquar) dum furit ac accenditur ille veſanus amor, cum temperare officium plane virile. Vix itaque reſiſtere huic inſaniæ poteſt mulier [authent. quib. mod. natur. effic. legit. §. illius quoque.] Quo inducti legũlatores multas variáſque penas in eas quæ ad ſecunda vota tranſirent, conſtituêre. Sed ecce tibi propoſita duodecim pœnarum genera in mulieres à legiſlatoribus nominis impoſita. Ex quibus priores quinque ſpecies proditæ ſunt ex l. 1. C. de ſecund. nupt. Sexta verò, & ſeptima, ex l. fœminæ eodem tit. Octaua, ex l. hac edictali eodem tit. Quatuor poſtremas hinc atque illinc ex diuerſis iuris partibus collegi. Notabis tamen poſtremas ſeptem ſpecies fuiſſe à lege impoſitas indiſtinctè, aduerſus quaſcunque mulieres ad ſecunda vota conuolantes, nullo habito diſcrimine intráue annum luctus, an ab eo anno nupſerint.

Cognatum cognato deeſſe non præſumi.

Pœnarum genera 12 aduerſus mulieres ſecundo nubẽtes.

Prima itaque pœna mulieri intra annum luctus ſecundo nubenti, infamię nota eſt, quæ ſemel inuſta, vix aut ægre deleri poteſt. [l. 2. eodem tit. & l. 1. ff. de his qui not. infam. & l. decreto. C. eodem.] Quæ quidem infamiæ nota ipſo facto abſque vllo iudicis decreto aut pronuntiatione, ſtatim vbi in ſecunda vota itum eſt, inu-

ritur. [probat Accurs. in d. l. decreto. in verb. contrahit. glo. in c. licet canon. de elect. in 6. in verb. priuatus sit. in c. quicunque. de hæret. lib. 6. in ver. immo. sub fi.] Aduerte tamen, ne hæc te in aliquem errorem inducant, quòd licet ipsa infamiæ pœna sit in mulieres intra annum nubentes à iure imposita, requiritur tamen super ipso facto declaratoria iudicis sententia. [c. cum secundum eodem tit. & not. Bart. in l. eum qui delatorem sub finem princ. ff. de iur. fisc. & Ang. in auth. de incest. nupt. sub princ. penult. col.]

Secunda pœna est, quod non ita liberam habent suorum bonorum administrationem. nec enim vltra tertiam eorum partem, in dotem secundo marito dare potest, nec donatione cōferre, nec testameto relinquere. Cuius generis pœna à Deci. in d. l. 1. leuis existimata non est. Sed in duobus grauiter obesse mulieri euidens est. Primo, quia ei etiam superstiti, liberam illam, quæ cuique data est, bonorum administrationem aufert, quod sanequam grauis & ignominiæ plena cuilibet homini ingenuo [tex. in l. 2. §. vl. si quis à paren. manumis. fuerit.] Secundo, quia non ita facile maritum, vel saltem, nō ita dignum inuenire possit, cum leuiorē haberet dotem [arg. eius quod tradidit Accurs. in l. si præsens. C. de donat.] quod maxime in vidua obtinet quæ nisi cū opima ac ampla. dote maritum sibi inuenire non potest [vt testatur Bal. in cons. 26. factum proponitur lib. 1. & cons. 98. mulier maritum lib. 2.]

Tertia pœna cæterarum meo iudicio grauissima, quod testamenti factionem cum extraneis non habent, ita vt ex extranei testamēto nil quicquā capere possint, siue iure institutionis, siue iure legati, vel ex donatione causa mortis. Quod coniicio ex verbo, expers, quod eum habet sensum, vt sit sine parte. Ita vtitur Iurisconsf. in l. Athletæ. ff. de excusat. tu. & l. expertes literarum. C. de decur. libr. 10. Interim tamen tu diligentius expendito, in d. l. 1. de secund. nupt. C. in qua constitutione fit tantū mentio emolumenti quod ex vltima voluntate & mortis causa donatione mulieri obueniret, si nō ita temerè ad secundas nuptias festinasset. Quo fit vt illa pœna ad donationē inter viuos non protrahatur. vt censuit eodem in loco Accurs. in verb. donatione. Quem sequitur Sal. & alij. & confirmat Dec. duobus argumentis: primo, quia limitata est hæc pœna in his quæ ex vltima voluntate descendunt: [l. 1. sub. fi. de tribu. exhiben.] vnde trahenda non est ad dispositionem inter viuos. Cum, vt vulgo in iure dici solet, limitata causa limitatum pariat effectum. [l. in agris. ff. de acquir. re domi. In quam rem est tex. quoque, in l. cum hi. in princ. iuncto vers. plane. ff. de transact. vbi prohibitio facta super his quę veniunt ex vltima voluntate vel contēplatione mortis, qualis est donatio causa mortis facta, locum non habet in donatione inter viuos.] Secundo, quia hic agimus de re plane odiosa, nempe pœna. ideo extēsionem nullam recipit, cum potius restringenda foret. vt tradit Accur. in d. l. 1. in verb. donationum. Quæ res ab omni dubio procul est ex illa iuris regula quæ iubet pœnas potius molliendas, quàm exasperandas. [l. interpretatione. ff. de pœn.]

Casi sos pot am

Quarta pœna est, quòd quascunque res amittit, quas à primo marito quecunque titulo, modo lucratiuo, siue donationis propter nuptias, siue causa mortis, vel ex testamento, legatóue, aut fideicommisso consecuta est. Quod genus pœnæ variis modis se habet. Nam si mulier ante luctus tempora nupserit, illa funditus rebus sibi à marito relictis, nulláque in re retento sibi vsufructu, priuatur. At res aliter se habet, si id post legitimum luctus tempus fecerit: hoc enim casu pœna molliēda erit, & eo vsque temperanda, vt non nisi proprietate amissa, vsumfructum earum rerum, quas diximus, sibi iure retineat. [traditur in d. l. 1. & l. fœminæ. & l. hac edictali. C. de secund. nupt. Vbi Bald. & alij hoc ita explicant.] Qua in re animaduerte, nō frustra à nobis factam esse mentionem tituli lucratiui, quo limitatur hæc pœna. Nec enim extenditur ad amissionem earum rerum, quas vxor ex causa onerosa à marito habuisset, vt puta, exemptione & venditione, quem contractum inter maritum & vxorem constare aperti iuris est. [not. in l. si sponsus. §. si circa vēditionem. & l. sed etsi vir. §. si vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxo.] Et ita hanc pœnam restringendam recte putat Bald. in auth. in donatione. C. de secun. nupt. & in d. l. hac edictali. §. illud autem. in verb. deuolutas. & probauit Pont. in consil. 219. Ex themate. col. 2. in ver. vltima pars ista. iisdem fere rationibus quas proxime retuli.

Verum ex his duabus proxime relatis

pœnis quæri poteſt, ad quem ea bona vxori amiſſa, peruentura ſint. Et reſpõſum eſt, bona à marito vxori ex teſtamẽto relicta, cohæredi, ſi quis ſit, accreſcere, quod ſi nullus cohæres extet, ad legitimos hæredes qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, pertinere. Sin autem inſtitutionis titulo, ſeu nomine legati vel mortis cauſa donationis ea acceperit, ea apud eũ qui illa dare grauatus eſt, remanebunt. vt not. in d.l.1. quo in loco Bald. egregiè docuit ea ad fiſcum deuoluta non iri, eo quod vxor ea cum effectu accepiſſe non creditur, ideo ideo nullam fiſco iniuriam vel fraudem factam. Illa enim teſtatoris diſpoſitio de hęreditate vxori relinquenda, vel legato dãdo, pro non ſcripta habetur. Quibus adde quod idem rurſus in hanc rem tradit in l. 3. C. de teſt. licet hæreditas ab indigno hærede ſublata, ſoleat fiſco applicari, hoc tamen locum tantum habet, vbi hæres ob delictum aliquod commiſſum, factus eſt indignus [iuxta l. papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſtam.] Secus autem ſi non ob crimẽ aliquod patratũ, ſublata fuiſſet hæreditas, ſed quod tantum in mores ciuiles deliquiſſet, vt quia in ingratitudinem incidiſſet: tunc enim locum ſibi vendicaret quod traditur in d.l.1. Quod placet quoque Ang. in d. §. meminiſſe. Quibus autem ſoleat applicari hæreditas vel legatum incapaci relictum, tractant vberrime Bart. Bal. Alex. & reliqui, in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. Interim obiter adnotabis præclaram illam Petri traditionem, quam refert Bal. in d.l.1. Quòd quando quis eſt adeo hæreditatis vel legati indignus, vt ea non capiat, id eſt cum effectu accipiat, tum ea fiſco non inferuntur. Quod ſi acceperit quidem ea ita vt nõ habeat, aut cum effectu retineat, iuxta l. aliud eſt capere. ff. de verb. & rer. ſignif. tunc ad fiſcum deuoluuntur. l. his generaliter. §. 1. ff. fam. herciſ. quo in loco notãt Bart. & alij, fiſcum nequaquam ad hæreditatem vacantem admitti, vbi is qui in ea inſtitutus eſt penitus eſt incapax: ſed à venientibus ab inteſtato excluditur. [in quã rem facit l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis plane. ff. de acq. hæredit. & l. ſi in metallũ. ff. de his quæ pro non ſcript.] Quod vero ad alteram pœnam pertinet, conclude ea quæ à priore marito ſuprema eius voluntate relicta ſunt, per immaturum matrimonium amiſſa, à duodecim perſonis propinquioribus conſanguinitatis iure marito coniunctis, vendicari: ſeruata interim ſemper gradus prærogatiua, & ſucceſsionis ordine. vt ex contextu eiuſdem l.1. conſtat.

Patrem ſecũd trãſeu nullar repe ur

Capere cum effectu intelligitur.

Quinta pœna eſt, ſi mulier nuptiarum feſtinatione religionem luctus non ſeruarit, vltra tertium gradum coniunctis non ſuccedit. d.l.1. in fi.

Sexta pœna. Quicquid ex facultatibus prioris viri quocunque titulo modo lucratiuo conſecuta eſt, moriens ad filios ex primo matrimonio ſuſceptos trãſmittere compellitur, nec quicquam ex his in extraneam perſonam, nedum in ſuos filios ex ſecundo matrimonio natos, alienare poteſt. Quo fit, vt dominium ac proprietatem earum rerum amittere cenſeatur, quod plenum & integrum ante ſecundas nuptias habebat: poſt quas contractas, iam affectum videtur ipſis filiis ex priori matrimonio ſuſceptis, illiſque ſeruare tenetur. vt eo in loco tradit Bal.

Septima pœna, Si quid ex ſucceſsione liberorum ex primo matrimonio ad eam, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtuto, peruenerit, illius proprietatem per conuolationem ad ſecunda vota prorſus amittit: ita vt ius tãtum poſsidẽdi atq; fruẽdi habeat in extremũ vſque vite ſuę diem, nulla interim permiſſa poteſtate, aut teſtandi de his, aut quoquo alio modo alienandi. Sed filiis qui ſuperſint ex primo matrimonio omnino reſeruet, oportet.

Octaua pœna, mulier ſecundo viro nubens vel vlteriori (quod enim de ſecundis nuptiis dicimus, intelligẽdum quoque de vlterioribus. l. hac edictali ſub prin. de ſecund. nupt.) vllo liberalitatis titulo, ſeu lucrandi pacto, vel relicto non plus conferre poteſt in ſecundum illum maritum, quàm in ſingulos filios priori coniugio procreatos. Et quod ei vltra donauerit vel reliquerit, non conſiſtet. [d.l. hac edictali. in prin. C. de ſec. nup.] Quod autem de pacto dictum eſt, ſanè intelligere oportet. Nam certum eſt ſine pacto de lucrando, poſſe vniuerſum ſuum patrimonium in dotem ſecundo viro dare, [vt eſt in d.l. gl. celebris, in verb. diuidi. quam Bar. Bal. & alij probant. & ita haberet locum diſpoſitio l. mulier bona. ff. de iu. dot. & l. nulla, lege prohibetur. C. eodem. quibus conſtitutionibus liberum eſt mulieri, totum patrimonium ſuum in dotẽ marito dare.]

Nona pœna eſt, quod à filiorum tutela remouentur, vt expreſſe hoc noſtro capi-

te cauetur, & in auth. matri & auiæ. C. quando mul.tut.off.fung. Et hic quæri solet: An per sponsalia sola mater desinat esse filiorum tutrix, quemadmodum per secundum matrimoniũ? Bart. quidem duobus in locis non audenter quidem, ac tute nimium respondit se existimare per sponsalia matris, tutelam desinere. [In auth. Sacramentum. C. mult. tut. off. fung. pos. & in l. si quis sub conditione. in pen. col. ff. de de testa. tutel.] eam suam opinionem tuetur authoritate Specul. tit. de tut. §. nunc dicendum, in cuius citatione Bart. toto, quod aiunt, cælo aberrauit. Nam Spec. eo in loco, in verfic. quid si nondum. contrariam sententiam tutatur defenditque omnino, sola sponsalia matrem à iam obita tutela non excludere, sed quidem impedimento esse quominus suscipi possit. Quod & eo loco cõfirmat Bal. in addi. alleg. arg. l. vlt. ff. de diuort. Cui sententiæ se quoque adscripsit Ang. in l. solet. ff. de his qui not. infam. Quæ mihi sanequam cordi est.

An spõsalia sola tutelam maternã soluant.

Porro, vnum hoc scito hanc iniunctam mulieri secũdo viro nubenti pœnam extẽdi ad eum casum vbi mulier turpiter & luxuriosè viueret, vt tradit Specul. in d. §. nunc dicendum. vers. item excipitur contra matrem. In cuius sententiam induco singulare Bart. dictum ac dignum cuius perpetuo recorderis, in l. his solis. de reuo. donat. inquientis omnes pœnas, in mulieres secundas nuptias contrahentes constitutas, locum quoque habere in eas qui inhonestam ac lubricam vitam agunt. [in quam videtur esse tex. in auth. de rest. & ea quæ pa. in vn. mens. §. vlt. & in auth. de non elig. secun. nub. §. si quidem filiis. ver. si autem istud. vbi id ex illo tex. cõfirmat Iac. de Beloui. Idem etiam sentire videtur Bal. in l. 1. sub fin. ff. de his quib. vt indig. Quod etiã tradunt Accurs. & cæteri scriben. in auth. eisdem. C. de secund. nupt. & in auth. Sacramentum. C. quan. mul. tut. off. fing. poss.] Et hoc sane nõ sine magna ratione. Magis enim castitati quàm libidini indulgendum. Nimirum nil aut minus peccauit mater quę suæ pudicitię parcens, secundo viro nupsit, quàm quę falso & ementito viduitatis honestę prętextu, prostitutè ac deperditè viuit. [quæ probari possunt ex l. vl. C. quando mul. tut. off. fungi poss.] Iustiori igitur de causa mater inhoneste degens tutela filiorũ priuatur, quàm quę secũdo nupsit. [Accurs. probat, in d. auth. Sacramẽtum. C. quan. mul. tut. off. f. p. Bar. l. si quis sub condit. col. 5. vers. Quæro mulier quæ transiuit. ff. de testa.] Huc facit quod Ang. aret [in §. actionum. col. 25. Inst. de actio.] non meleganter dicebat. Sicut adulterij viuo marito conuicta vxor, dotem donationémque propter nuptias perdit. [tex. in auth. vt lic. mat. & au. §. quia vero plurimas. coll. 8.] ita etiam vidua adulterio perpetrato post mortem viri. Cæterum, quoniam in adulterij mentionem incidimus, adnotabit obiter legum ciuilium studiosus, vxorem adulterio patrato (quod cum filij homicidio lex comparat. l. codicillis. §. penult. de leg. 2. & Ro. pontifex quouis scelere atrocius existimat. 32. q. 7.) priuari bonis omnibus quæ sibi viri pacto quæsita sunt. adeo vt Bal. [in c. ex parte, extra. de consue.] affirmauerit coniugem adulterij semel conuictam, à marito ali non oportere. [ex l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. mat.] quod temperandum est vbi esset à viro adulterij manifestè conuicta, id est, vt aiunt doct. vbi crimen esset notorium, vel ex necessariis conuitiis, concludentibúsque argumentis: vt quia nuda cum nudo lasciue luderet: vel ex sententia quę iure facit. [l. ingenuum. de sta. hominum.] Vbi enim adhuc penderet intentatum adulterij crimẽ, eam à marito ali oporteret, quousque plenè de adulterio constiterit. [not. ex l. si instituta. ff. de inoff. testam. & in c. ex parte, extra de accusat. & in c. significasti. extra. de diuort. l. libertis. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg.] Quæ pœna locum habet non solum aduersus vxorem, quæ superstite marito, adulterij rea fuit, sed & in viduã quæ post mariti mortem stuprum commisit. Quæ res duabus concludentibus rationibus cõfirmari potest. Prima est, quia quandiu mulier vidua manet, nec alium virum à primo defuncto agnouit, censetur in priore matrimonio permansisse, donec illud ex secundo deleatur. [l. vlt. C. de bon. mater.] Et id non solum verum obtinet quoad priuilegia, quibus ex persona defuncti mariti, quandiu vidua est, gaudet, [vt in auth. de consul. §. itaque & l. fœminæ. ff. de senat. l. mulieres de dignit. lib. 12. & l. quoties de priuileg. schola. eodem lib.] Verum etiam quantum pertinet ad viri domicilium, quod quidem adhuc retinet vidua [l. filij. §. vidua. ff. ad municip. & l. vlt. C. de incol. lib. 10.] Secunda, quod iniuria defuncto marito eiúsque sanguini

Pœnæ omnes in secũdo nubentes mulieres cõstitutæ, locũ habent in libidinosas & turpes.

& hæredibus ex vxoris ſtupro perinde atque ſi ſuperſtes eſſet, infertur. [Bart. in l. ſi mulier. C. de aduct.] Nam vt ille refert quod ad conſanguineos pertinet, illud notiſsimũ eſt eos perĩde iniuria ac dedecore, ex mulieris viduæ ſtupro affici, ac ſi illius maritus adhuc in viuis eſſet. Quo fit vt vidua ſtuprum paſſa, dotem petens ſtupri exceptione repellatur. Nam vt vulgo traditum eſt idem eſt exhibendus honos ac obſeruantia ipſius defuncti cineribus, qui dũ in viuis ageret habebatur [l. apud Celſum. §. aduerſus. ff. de dol. except.] Accurſ. in l. ſororem. C. de his quib. ac non dotem ſolum ſed & legata. [Bart. l. fideicommiſſum C. de fideicom.] Cum enim hîc ſe indignam ex manifeſta luxuria prodat, non præſumitur teſtator aliquid in indignos conferre voluiſſe, quo laſciuam & impuram vitam agerent. Quam ſingularem Bart. traditionem multum commendat Abb. in c. vxoratus ex. de conuerſis coniugat in 20. notab. Cui & illud optime conuenit quod idem alio in loco refert. in l. 1. ff. de his quib. vt indig. inquiens non abſurdum videri vt mortuus offendi poſſit, adeo vt qui cum illius vxorem ſuę pudicitiæ ſollitauerit & ſtuprum intulerit indignus ſit legato quod à teſtatore ei erat relictum quod ideo ad fiſcum defertur. quod neceſſaria ſane ratione probat. Si enim legatarius id indignum facimus eo viuo commiſiſſet, certum eſt illum iuſta indignationis cauſa commotum nunquam aliquid ei relicturum fore. Quod & in vidua magis vrgere merito cenſuit Bart. in l. Titius in princ. ff. de excuſac. tut. Itidem Bal. in d. c. ſi quis de feud. ſine cul. non amitt. tradidit vaſſallos feudum amittere ſi domini vxorem adulterij ſollicitauerint ſintque cum ea impudice verſati viuente domino. ita etiam eo defuncto. Cuius ſententiam ſecutus eſt hypoli. de Mar. in eo celebri conſilio in eam rem edito, quod eſt 13. in volumine conſiliorum criminalium, incipit. Diuini nummis ſuffragio. & Alexand. in d. l. ſororem.

Vidua ſtuprũ paſſa dotem amittit.

Vidua impudice ac turpiter viuens, legata perdit, quę ſibi relicta erant.

Decima pœna in mulierem ad ſecundas nuptias conuolantem ſtatuta, ea eſt quod ſucceſsione filiorum impuberum ex primo matrimonio ſuſceptorum priuatur, quamuis etiam eis pupillariter eſſet à marito ſubſtituta, vbi contigiſſet eos in pupillari ætate decedere. Quam tamen pœnam euadet, ſi hæc duo ante cõtractas ſecũdas nuptias adimpleuerit. Nimirum ſi alium tutorem impuberibus filiis dari petierit: Et exactam ſuæ hactenus geſtæ adminiſtrationis rationẽ reddiderit. [textus aperti in l. omnem. C. ad Tertul. vbi Bal. & cæteri interpretes, & in auth. iiſdẽ pœnis 2. reſp. C. de ſecund. nupt.] Quo fit vt cum mater ad ſecunda vota migrare proponet, iudicem ante adeat oportet, eique declaret, ſe cogitaſſe iam de ſecundis nuptiis contrahendis, & proteſtetur ſe in manus illius filiorum tutelam ac curam deponere. Qua proteſtatione emiſſa iudicis partes ſunt, pupillis tutores decernere, eo ordine ac forma quam tradũt ſpecul. tit. de tut. §. ſi autẽ tutor. & poſt eum Bal. conſil. 81. Caſus ſuper quo lib. 2. vbi refert tunc locum eſſe datiue non legitimæ tutelæ.] Sed tamen authores nullam de reddendis à matre, eo modo filiorum tutelam deferente, rationibus, mẽtionem feciſſe ſum aliquando miratus. Nec Deci. quoque vtriuſque auctoritatem citãtem in conſil. 246. in 2. dub. ad fi. Quod nihilominus præſtare mater tenetur. Nec enim defertam recte ab ea tutelam quis, exiſtimet niſi ſic adminiſtrationis rationibus redditis. Quo fit vt mater ad vtrũque obligata ſit, ſcilicet vt filio tutores petat, & rationem hactenus adminiſtratæ tutelæ reddat. [l. ſi mater. C. in quib. cauſ. pig. contra. Bal. in l. 1. C. ſi aduerſ. ſol. & obiter Bart. in l. nonnunquã. ff. de adopt.] Vnde non abs re Bal. exiſtimauit, alterum ex his duobus ſupra enarratis omiſſum, ſatis eſſe, quo mater in hãc integram pœnam incurrat, nempe amittendę impuberum ſucceſsionis. licet hoc videatur aliquanto durius, quàm ferat mulierum in his rebus ignorantia ac imbecillitas. Verum lege ita conſtitutum eſt vt cõſtat ex corp. vnde ea auth. deprompta eſt. Quin etiam mater rationibus non redditis, dotem repetens non auditur. Et eam repetere conanti, obiicitur ea rationum non redditarum exceptio. Ita vt eius dos quæ pupillo ſub nomine tacitæ hypothece obligata eſt, iure retineatur, donec redditę ſint rationes. [luxta l. pro officio. C. de adminiſt. tut.] Quamuis matres aliter ad filiorum tutelã accedere prohibeãtur, quàm ſub expreſſam bonorum ſuorum hypothecam [l. vlt. C. quãdo mul. tut. off. fung. & in auth. vt ſine prohibit. mat. §. quia vero.] Cuius hypothece nomine ſiue expreſſæ ſiue tacitæ dos retineri poteſt [l.

quamuis. C. de distract. pig. l. vlt. C. commod. l. si non sortem. §. si centum. de condi. indeb. & apertius, l. 1. C. Etiam ob chirograph. pec. Et plenissime disputat Socy. consil. 180.]

Quod autem pertinet ad istud quod diximus matrem filiis tutores petere teneri: Ita temperato, si sola filiorum tutelam gerat. Si enim contutorem haberet, illi non necesse est, peti alium adiungi tutorem: sed sufficit ille contutor, cui etiam rationes reddendæ sunt, vt not. Bal. in d. l. omnem. Illud quoque adiiciens in odium secundarum nuptiarū matrem quàm exactissimā rationē reddere teneri: cum aliàs non ita exactè cogeretur. [vt tradunt Accurs. & Bal. in l. cum oportet. §. sed cum tacitas. & in l. si paterna. C. de bon. quæ lib. idem in l. hac edictali. §. his illud. C. de sec. nupt. quod & suprà obiter annotaui, vbi de inuentario egimus in c. 2.]

Rationem autem huius obligationis, qua tenetur mater filiis tutores petere, nō aliunde petendam existimo, quàm ab ipsa natura, quæ iubet matri vt filiis omni auxilio destitutis, cum iam de secundo matrimonio cogitarit, cum iudicis authoritate prouideat. [l. matris. & l. vl. C. qui pet. tut.] Notato etiam interim matrem in similem pœnam cadere, vbi filiorum tutelam ac curam neglexit: non petitis tutoribus quamprimum pupilli facti sunt, ac patre suo orbati mortis interuentu, non etiam emancipatione. [l. 2. §. mater. ff. ad Tertul. l. matres. C. eod. & l. 2. & l. vlt. C. qui pet. tut. & Inst. ad Tertul. sub finem tituli.] Quod intellige, si impuberes decesserunt, quippe si ad pubertatem peruenerunt, hanc pœnam non patitur mater, nō petitis curatoribus. Nam, cum pœna in cōtemplationem tutelæ imposita sit, quàm adueniente pubertate euanescere certum est, pœnam quoque eodem tempore cessare, optima ratione creditum est. [l. matres. & l. omnem. C. ad Tertul. §. vlt. Inst. eod. l. sciant. C. de legit. hæred.] Verum nō caret scrupulo, quod dicimus matrem debere cōfestim filiis impuberibus tutores petere, cum ipsa, tutelę officium, ob secundas nuptias deponit. Sese enim torquent super interpretatione illius verbi, confestim. Quidam enim interpretantur vt hunc habeat sensum, quamprimum potest id faciat, vel quamprimum explorare potuit, quid pupillis expediat. Cum enim lex aliquid fieri iubet, id confestim peragendum esse intelligitur. [l. 2. §. confestim. ff. ad Tertul.] Non desunt qui dicant indultum esse anni spacium ad petendos filiis tutores, quod tempus extraneis quoque datum videmus. [l. sciant. C. de leg. hęr.] Quo fit vt hoc tēpore debeat quoq; frui mater, cum qua non ita exactè aut dure agendum est. Verum, aduersus ea vrgenti replicatione opponit [Bart. in d. l. 2. ff. qui pet. tut.] durius & strictius cum matre. hoc in casu in petendis scilicet filiis tutoribus agi oportere, quàm cum cæteris successoribus, licet remotiores sint, hoc potissimum argumento inductus: Cum enim, inquit, duæ sunt causæ permixtæ, quarum vna è natura, altera ex his quę vt plurimùm accidere solent profecta est, naturalem accidentali præferri certum est. [ex l. qui habet. ff. de tutel. sub princip. & l. filio quem. in princ. de lib. & posth.] Sed in proposito casu constat matrem qui filiis impuberibus tutorē petere neglexit, vt ei ex iure naturę incumbebat. [l. matris pietas. & l. vl. C. qui pet. tut.] iuri naturali per negligentiam contrauenit. Successores vero alij qui in eandem negligentiam pupillis tutores petendi incurrêre, non cōtra naturæ ius, sed ciuilem tantum constitutionem deliquerunt, quo fit vt merito eos leuius peccasse quis existimet. [argu. l. venia. C. de in ius voc.] vnde motus Bar. in eam condescendit opinionem, vt existimaret matrem quamprimum subiit cogitationem de secundis nuptiis, debere de petendis quoque tutoribus cogitare. Bal. autem his nihilo motus in contrariam sentētiam iuit. [in l. precibus. in 6. col. in vers. item dixi confestim. de impub. & ali. substit. C. & in l. matris. colum. 2. ad Tertul.] Quę Bal. opinio mihi semper æquior visa est, atque adeo verior, quia confirmata sit tex. aperto. in §. vlt. Init. ad Tertul. Concludito igitur ea quæ suprà dicta sunt intelligenda, vbi mater neque tutelam filiorum suscepisset, neq; alium filiis tutorem petiisset.

An mater protinus atque de secundis nuptiis cogitauit tutores filiis confestim petere debeat. An vero vt cæteris successoribus detur annus.

Verum, quæri potest, num minor ætas matrē à pœna excuset. Hæc quæstio duo habet capita. Primum est, quando mater filiis tutorem omnino non petiit: Alterū, quando petiit quidem, sed negligentius quàm oportuit. Nec enim confestim ac protinus id fecit. Quod ad primum pertinet, Bal. [in l. 1. C. de secūd. nupt. in vers. si qua mulier.] negat minorem ętatem matrem aliquo modo excusare à non peten-

An minor ętas matrem quæ filiis tutorem non petiit à pœna excuset.

dis tutoribus:his potiſsimum inductus rationibus. Cum enim ſimpliciter ac generaliter hæc pœna conſtituta ſit in matres filiis tutores non petentes,non eſt ad adultas tantũ quę maiores ſunt vigintiquinq; annis reſtringenda, nec ea reſtrictio vllo iure vſpiam probatur. Obtinebit itaque vulgatum illud apud iuriſconſultos dictum, quod lex non diſtinxit, arrogantis planè & inſolentis eſſe diſtinguere velle. Præterea pro explorato habemus, matrem quæ filiis tutores non petiit, grauiter nedum contra conſtitutiones ciuiles peccaſſe,ſed & in ipſum ius naturæ,neglecta filiorum cura,vt ſuprà oſtendimus. At in delictis minoribus, nedum per reſtitutionem in integrum legis auxilium denegare pluſquã manifeſtum eſt.[l.1.C. ſi aduerſ.deli.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.] Commune item eſt ac regulare, ſtatutum ſeu conſuetudinem omnes cõprehendere,etiã minores, quos expreſsè non excepit.[l.ſi ſine hærede.§.Lucius.ff.de adminiſt.tut.vbi Bar. Item Ang.in l.ſi plures. ff. de pact.] Quod autem ad alteram propoſitæ quæſtionis partem pertinet, idem Bal.in l.matres.in 1.q. C.ad Tertul. reſpondit,eam quæ filiis ſuis tutores confeſtim non petiiſſet, minoris ætatis auxilio excuſari. [ex l. 2. C. ſi aduerſ. del.] Quod ad me pertinet, vtraque Bal. deciſio ſatisfacit : diuerſa nimirum ratione, quanuis neutram attigerit. Primo nempe caſu quo nullo modo tutores petiit ad ſecundas cõuolando nuptias,deliquit in factum, ex quo in dolo manifeſto fuiſſe cõuincitur, aduerſus quem non ſolet minoribus auxilium reſtitutionis in integrum dari.[l.ſi ex cauſa.§.vlt. & d.l.auxilium.§. in delictis.ff.de min.]Deceptis enim & nõ decipientibus ſubueniri ſolet. At in altero caſu mater nõ petitis protinus filio tutoribus in non faciendo tantum deliquit, quæ leuiorem pœnam meretur,quo fit vt ob ætatem excuſetur.[l. minoribus. C.de his quib. vt indig.& expreſsior eſt tex.in d.l.2.C.ſi aduerſ.delict.]

In delictis, minoribus non ſubueniri.

Vndecima pœna, ex ea quam proximè diximus pendet. Si enim mater ad ſecunda vota tranſiẽs,non petito prius filiis tutore, nec reddita ad vnguem ſuæ adminiſtrationis ratione, ſecundum virum cui nupſit, obligat in ſubſidium pro ratione tutelæ antea geſtæ[vt eſt caſus in l. mater. C.in quib.cauſ.pig.tac. contrah. vbi Bal. & in auth. de nupt. §. ſin autem tutelam. in his verbis. ſed & mariti ſubſtantiã trahit cum hypothecis,&c.]

Duodecima pœna,quanuis tutor à matre pupilli petitus ſeu nominatus, omnibus legitimis præferatur, ita vt matri liceat quem libuerit nominare, & iudici offerre.iuxta d.§. ſin autem. Vſque adeo vt iudex ita ſequi matris volũtatem debeat, vt conſtituere aliquem qui non ſit ex illius animi ſententia non poſsit[l.1. C. ſi cont. vol. mat. tut. ſit dat. vbi plenè Bal.] tamen in pœnam ſecundarum nuptiarum à ſe contractarum conſtitutum eſt vt tutorem filio eligere non ſit amplius vt ante fuit liberũ. Quam rem interim quoniam ſingularis & frequens eſt, placet altius repetere. Duo itaque ante omnia nobis diſcutienda ſunt, quo res magis eluceſcat. Primum, An tutor petitus ſeu nominatus à matre, ſit à iudice dãdus neceſſario : & ita aliis legitimis tutoribus præferendus? Alterum an ſecundus maritus qui vitricus eſt, priuignis ſuis id eſt filiis vxoris ex primo matrimonio ſuſceptis tutor dari poſsit? Quod ad primã quæſt. pertinet,videtur tex.aperto conſtitutum in d.§.ſin autem tutelam.in auth.de nupt. iudicem non poſſe alium dare tutorem quàm qui à matre propoſitus ſit. Quod cenſuit etiam Accurſ.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſtamẽt.tut.Et Dyn.etiam quem refert Cy.in d.auth.matri. & auiæ. A qua tamen opinione reliqua ſcribentium ſchola receſsit, vt teſtatur Bart.in auth. ſacramẽtum eodem tit.Nam & in l. credendum.ſub fi.ff.qui pet.tut.caſus eſt expreſſus vbi matris officium in petendis ſeu eligendis tutoribus non ſufficit, quod Bart.ibidẽ maxime probat. Quin etiam ait nuſquam apud iuriſconſultos lectum nec relatum, iudicem debere omnino eum quem mater petierit tutorem dare, ſed matris partes tantum eſſe tutorem filiis petere non nominare, ad iudicem autem pertinere quos videbitur conſtituere[l.matris.C. qui pet. tut. &. ff. ad tertul. l.2.§. ſi mater. Quod Bal. quoque confirmat in l. precibus. C. de impub. & al.ſubſtit.] Quare cum lex in iudicem omnem pupilli curam ac prouiſionem contulerit,tutorum electio tota ad eum referetur, nulla habita ratione eorum qui à matre propoſiti ſunt.[C.de cõfirmat.tut. l.ſi vt proponis,& l.1.C. vbi. pupil. educ. deb. & l.1.C.de nupt.]Non enim introductæ ſunt tutelæ propter,tutores ſed tuto-

res propter ipſos impuberes pupillos conſtitui ſolent.

Quod ad alteram quæſtionem pertinet qua quæſitum eſt, an vitricus poſsit priuigno tutor dari. Paucis concludito, vitricum priuigni tutelæ præfici poſſe. [l. nõnũquã. vbi hoc notat Bart.ff.de adop. Non quidẽ quod ad plenam tutelam admittatur, ſiquidem tutelæ pars eſt educatio quam præſtare domi non poteſt vitricus. Nam conſtitutum eſt filios apud vitricos ſeu matris quæ ſecundas nuptias cõtraxerunt,ali non debere.[d.l.1.vbi pupil. educ deb.] Eſt enim in iudicantis arbitrio poſitum, vbinam pupillus educandus ſit in auth. de nupt.§. eius quoque principis. & in d.l.1. vbi pupil. Et ita tradidit Bal.in l.omnem.C.ad Tertul. licet eodem in loco & clarius in l.vlt.C. de contra. iud.tutel. ſenſerit vitricum contractis nuptiis cum matre impuberis non niſi adiuncto curatore illius tutelã adminiſtrare poſſe: ea potiſsimũ motus ratione,quod in vxoris quę ante nuptias cum illo initas tutrix erat, obligationem ſuccedat. Ita vt eius rei nomine bona illius ſint tacite obligata pro reddenda tutela quam eius geſsit vxor, ex ratione l. mater. C. in quib. cauſ. pig.tac. contrah. Vnde in eo ſibi vendicat locum diſpoſitio, auth. minoris debitor. in 2.reſp.C. qui pet.tut. quod tamen non ita verum obtineret, ſi vxor ante contractas cum eo nuptias,adminiſtrationis præcedentis rationem reddidiſſet. Tũc enim tutò tutelam gerere licet priuignorum, cum ceſſet illa tacita obligatio qua aliàs tenebatur, & ita ceſſat omne fraudis præſumptio. Et ſi Bal. aſſerat vſu obſeruatũ eſſe ſimpliciter licere vitrico res priuignorum adminiſtrare tutelæ nomine.

Poſtremo vt ſupremam huic rei manum addam duo ſuper his, quæ de pœnis, matribus ad ſecunda vota feſtinantibus, impoſitis,inueſtiganda ſunt. Primum an illæ pœnæ in virum defuncta vxore ad ſecundas nuptias conuolantem extendantur. Alterum an hodie ea pœnarum genera in vſu eſſe deſierint. Quod ad primum quæſt. pertinet paucis cõcludito eas quinque pœnas quas primo loco retulimus locum in marito non haberet, vt ſupra diximus.[docet Accur.in l.2.ff.de his quib. vt iudic. Az. ſumma tit. de ſecun. nup.] Quæ enim his introducendis pœnis cauſam dederint in marito ceſſant, videlicet timor perturbationis ſanguinis ſeu ſeminis, quæ incertitudo & ſuſpicio prolis nõ immerito naſcitur. l. liberorum. §.1.ff. de his qui not. infam. Præterea non poteſt maligna aliqua ſuſpicio ex hoc ſecundo matrimonio oriri, vt in muliere. in auth. de reſtit. & ea quæ par. in vndec. menſ.§. vlt. Quod vero pertinet ad alias pœnas quæ non in ruptam luctus religionem in mulieres ſecundo nubentes conſtitutæ ſunt, hac breui diſtinctione rem omnem concludito. Aut pœnæ illæ ſunt non tam in odium nubentium,quàm in liberorum fauorem inductæ. Aut contemplatione tantum parentum ad ſecunda vota conuolantium. Si in liberorum fauorem,illas pœnas in viros quoque conſtituta, perinde atque in mulieres,non abs re creditum eſt.[ex auth.de non eligen.§.quia vero cõtra.confirmat Accurſius in d.l.fœminę.§. illud.C.de ſecund nupt.& Bart.id verum eſſe rationibus comprobat, in l. de emancipationibus. C. de legit hæred. Et Paul. Caſtr.in l.mater ad Tertul.]

Quod vero ad alterã quæſtionem pertinet,in ea ſibi contrarius fuit Accurſ.qui [in cit.l.1.de ſecund.nupt.& in l.liberorũ. §.notantur. ff.de his qui not.inf.] tradidit pœnas illas hodie abrogatas eſſe.[Quę opinio videtur confirmari ex loco illo D. Pauli ad Corrinth.7.& c.pen.& vlt.extr. de ſecund.nupt.] mulieres ad ſecunda vota conuolantes Apoſtoli conſilio, à legis canonicæ authoritate circũſcriptæ videãtur, vt in l.1.C.de his qui ven.ætat. impet. Eo enim ipſo quod Apoſtolus ſanxit, canítque nõ illicitum fore mulieres viduas, quibus abſtinendi à viri conſortio facultas non eſt, ad ſecunda vota tranſire, pœnam omnem remouet, cum id permittat. Facit & quod Salyc. ait, ſi id mulieribus prohibitum foret quæ continere non poſſunt, induceretur manifeſta peccandi occaſio. Et hæc ſanè ſententia mihi oppido quàm placet. Contrarium tamen docuit Accurſ.in l.decreto. C.ex quib.cauſ.infa. irrog.Cui ſentẽtiæ aſſenſit Iac.de Rauen. & Cy. in cit. l.1. contendentes has pœnas hodie minimè ſublatas, eóque maximè q propter matrimonia principaliter nõ imponantur. Conſtat enim,inquiunt illi,legem ciuilem quę matrimonia omni fauore ac approbatione amplexata eſt,in eadẽ pœnas conſtituere noluiſſe. Nam nec matrimonium irritum voluit ob quantumcunque celerem feſtinationem.[d. l.1. de ſecund.nupt.]Sed immaturam illam præ-

cipitationem vitio vertit, quæ legitimis nuptiis non leuem dedecoris notam inierat, vt colligitur ex his quæ tradit Bald. in l.ſi qua ex fœminis,eod.tit. inquiens id eſſe malorũ morum argumentum.vtpote ex qua præcipitatione & ſanguinis perturbatio & ſiniſtræ ſuſpitiones eæq; non leues circa prolem oriantur, vt nuper deduximus ex Accur.in cit.l.liberorum.§.1. Quo fit vt cõcludant illi pœnas iſtas non in cauſam matrimonij, quod licitum ac permiſſum conſtat impoſitas eſſe, ſed ad purgandos malos mores.

Cæterum, vt eas inter ſe diuerſas ac pugnantes opiniones in vnam conſonãtiam reducamus, hanc puto adhibendam eſſe diſtinctionem. [quam acceptam fero ab Innoc. Ioan.And.cæteriſque Canoniſtis, in c.vlt.extra.de ſecund.nupt.& Old.Pe. Cy.Bart.Bal.& Saly.in cit.l.1. eodem tit. Et rurſus à Bart.in l. liberorum. ſub prin. de his qui not infam.& Bal.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Tertul.] Vt differentiã conſtituamus inter pœnas legales, quæ duntaxat in mulierum ita feſtinantium odium à lege infliguntur, ob ſcilicet irreuerentẽ, ac ita fluxam prioris viri memoriam,tum propter ſanguinis perturbationem: & eas quæ non ſolum mulierum odium reſpiciunt,ſed etiam in liberorũ fauorem ac vtilitatem inductæ ſunt,[quæ enumerantur in l.fœminæ.& l.hac edictali.de ſecun. nupt.] vt hæ hodie abrogatæ non ſint,ſed in viridi manerent obſeruantia: illæ vero deſierint eſſe in vſu. In quam ſententiam ferè conſenſerunt omnes,teſte Pont. cõſ. 182.in caſu propoſito. & Alex. conſil. 3. circa præmiſſam. vlt.col. vol.7.

DE IVRISDICTIONE IV.

DICVM COMITATVS BLESENSIS.

TITVLVS TERTIVS.

BEne erit priuſquam ad ſeriam rei interpretationem peruenia mus,pauca de ſignificatione tituli referre. Quoniam igitur de iuriſdictione iudicum prouinciæ noſtræ hic titulus inſcribitur, ſciendum eſt imprimis harum noſtrarum iuriſdictionum iura, etſi in multis ab his quæ iure communi proditæ ſunt, diſcrepent,vt facile perſpicuum erit illi, qui diligentius hunc tit. cum tit. de iuriſd. omni. iud. ff. conferet: in hoc tamen mihi,rem altius perpẽdenti, cõuenire videntur. vt quemadmodum à principio ſtãte repub. omnis penes Po. Ro. erat iuriſdictio, atq; poteſtas,quę poſtmodum cum imperio ad imperatores tranſlata eſt,[l.1. ff. de conſtit. princ. & l.1.§. cum enim lege C.de veter. in enucl.] Cum autem imperium iam in tantam potentiam támque latos fines creuiſſet, vt nec per populũ Ro. nec deinde per Imperatores,omnibus perſonis, item ſingulis in locis, tam vrbis Romæ, quàm infinitarũ prope prouinciarum, ius reddi non poſſet: maxime propter publicas occupationes, quibus diſtringebantur in imperij gubernatione: non ſolùm commodum ſed & neceſſarium omnino viſum eſt,iuriſdictionem in magiſtratus partiri, ſeu (quod dicitur) communicare. [vt traditur in l.præcipimus. & l.iubemus.C. de appellat.& in c. valde neceſſarium 94. diſt.& c.mandata.ex.de præſumpt.]Sicut item magiſtratus quos iuri dicundo præfecerant, in quatuor ordines ſeu gradus diſtribuerant, illuſtres, ſpectabiles, clariſſimos & infimos: ſingulis gradibus præſcriptã iuriſdictionis formulam tribuendo,[vt conſtat ex titulo de iuriſd.om.iud. ff. & à capite tituli de offic. ſenat. vſque ad tit. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.]

Sic Romanorum exemplo idem fere in Gallorum imperio factitatum eſt. Galli quippe multis ab hinc temporibus tranato Rheno, qui Gallią à Germania diuidit, aliquandiu in Treuiris & Neruiis ſedes ſibi conſtitutas tenuiſſent, in Ariſtocratiæ formã per optimates imperium ſuum moderati, tandem illud ad monarchiam deducentes, omne imperium omnémque iuriſdictionem in vnum Pharamundum,cum regia appellatione tranſtulère. Qui tanti beneficij accepti non immemor rex deſignatus, cæteris optimatibus per quos initio gentis imperium adminiſtrabatur, iuriſdictionẽ eſt partitus.

Cuius dignum exemplum ſequuti huius regni ſucceſſores, aliis itidem in modum contractus feudalis, cõceſſere: fidelitate, ſeu (quod hodie vocant) homagio reſſortúque regis coronæ reſeruato. Qui & in huiuſmodi cõceſsionibus ſeu infeudationibus iuriſdictionum (eo enim liceat verbo nouo vti) quadruplicẽ illum gradum peræquè obſeruauêre, tametſi aliis nominibus vſi: nempe quod iura feudorum potius ſequuti videntur. Si tamen fas ſit credere, tunc nomen & vſum feudorum cognitum fuiſſe.

Quatuor feudorum gradus.

Vtcunque ſit, ne variis altercationibus rei propoſitæ veritatem obruamus, conſtat quatuor eſſe in feudis gradus, [teſte Bellou. in proœm. feud. diuiſio. 6. & Ioan. And. in addit. Specul. in rub. de præſcrip. col. 2. verſ. col. 2. verſic. eſt autem dubium. Et Zaſio, qui eorum meminit in ſuo epit. feud. par. 5. char. 3.]

Primus eſt ducum, Marchionum, & comitum, qui a principe feuda regalia habent. Et hi inter cęteros vaſſalos, dignitatis & nobilitatis primum locum, ac prærogatiuam tenent.

Secundus eſt Baronum, qui conſpicuæ ſunt nobilitatis, à fortitudine, qualiter nomen ipſum ſonat, appellati: qui vel à principe, aut certè ab his qui primum pòſt honoris gradum obtinent, ſuas baronias in feudum receperunt: qui & maiores valuaſſores dicuntur.

Tertius eſt eorum qui minores valuaſſores nominantur, qui & feuda ſua, quæ mediocriter nobilia dicuntur, vt plurimum à ſecundo gradu, quanuis & nonnunquam à primo tenent.

Quartus gradus, & is quidem infimus, eſt valuaſsinorum, qui ignobiles & plebei ſunt: vnde & eorũ feuda, iuris ciuilis verbo, paganica appellantur, ſiue, vt vulgo Gallis dicitur, roturaria.

Feuda roturaria.

Quamquidem graduũ diſtinctionem, ex feudorum iure ortam, ſequuta videtur conſuetudo in iuriſdictionum diſtributione. Quippe quod comiti noſtro Bleſiorum, qui primi gradus eſt, cum nomine & dignitate comitatus præfulgeat, qui de feudis regalibus eſt, primum gradum & authoritatem in Bleſenſi prouincia dederit, quæ in tribus primis huius tit. praragr. præſcribitur. Deinde Baronibus ſecundum iuriſdictionis detulerit locum: & his qui maiores ſunt valuaſſores. De quo gradu infrà agitur, in §. 4. Tertium locũ eodem conſuetudinis noſtrę iure ſibi vendicãt valuaſſores hi qui caſtellani ſunt, aliíque vaſſalli quibus alicunde competit iuriſdictio: quanquam id vario modo, quod caſtellani ampliorem cæteris à conſuetudine iuriſdictionem conſecuti ſunt. Item & qui altam habet iuriſdictionem, maiorem quidem habet, quàm is qui mediam. Tum & pari ratione qui mediocrem habet, latiorem vtique habet, quàm is qui minimam tantùm.

Quatuor iuriſdictionũ gradus.

Porrò de quarto gradu nihil hic præſcribitur, quòd is gradus feudum ſimplex tantùm ſit, & ab omni iuriſdictione abſtractum. Vnde & iure feudorum deterioris longè conditionis erant huiuſmodi feuda, quæ iuriſdictione carebant. Qua ratione ſimplicia appellata ſunt, [ſecundũ Bal. poſt Bellou. in c. 1. de feud. march.] Siquidem in feudis ſimplicibus agnati vltra ſeptimum gradum non ſuccedebant, [c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Bal. in auth. defuncto. col. 1. C. ad Tertul.]

At in feudis quibus annexa eſt iuriſdictio, aliter obſeruatum eſt. In his quippe perpetuus eſt ſucceſsionis ordo, [vt tradidit Aret. con. pe. manif. col. 3. motus Baldi authoritate in commentariis ab eo editis, in l. vnicã. C. quando non pet. par. petent. in vlt. char. quem ſequitur Dec. in l. certum. col. 3. C. vnde leg.] Hinc Bald. in cit. c. 1. de feud. march. id ſumme notãdum admonet, in ſucceſsionibus illuſtrium comitum & baronum, qui ab infinito tempore feuda ab imperatoribus obtinuerũt, quòd iis ſine hærede morientibus ſuccedunt proximi agnati, quantũuis in remotiori ſint gradu. Quæ res & in regnorum ſucceſsionibus obtinet: ita vt omni prole ex regia proſapia deficiente (quod dij auertant) extarétq; aliquis hodie ex Borbonij familia, repetito etiam ab antiquo ſuæ agnationis gradu in Gallorum regnũ iure ſanguinis ac perpetuæ agnationis ſuccederet, alio proximiore non exiſtente. Etſi in aliis vulgaribus ſucceſsionibus iure communi deficientibus ex agnatione ad decimum vſque gradum, fiſcus admittatur. [Inſt. de ſucceſſ. agnat. §. vl. vbi Accurſ.] Quæ res in regni ſucceſsione non admittitur, quę ad fiſcum deuolui non poteſt. [Quam ſing. Bal. ſententiam, eo loco ſequitur Alua. & Cæpol. caut. 95. Eſt dubium an regnum. Et Dec. in cit. l. certum. & conſ. 85. diligenter & pro tenui. nu. 3.]

Sed te interim obiter admonitũ velim,

Differẽtiam inter feuda iuriſdictionis & feuda ſimplicia hodie eſſe ſublatam.

ne ea diſtinctione inter feuda iuriſdictionis, & feuda ſimplicia fallaris: illam hodie in hoc regno eſſe abrogatam, nec vſquam receptam: cum paſsim apud Gallos feuda redacta ſint omnino inſtar patrimoniorum, tam in acquirẽdo, ſuccedẽdo, & trãſmittẽdo: quã diuidẽdo, vt familiarius declaraturi ſumus poſt Fab. noſtrum, in rubri. 1. de feud. Etſi pro conſtãti habeã in regni ſucceſsione & feudis, dignitatum, quę ex principis patrimonio emanarunt, & ſunt, quod aiũt, in apanagiũ conceſſa, hãc Bald. ſententiã adhuc hodie obſeruatam.

Porro, quod hoc toto titulo nulla eius iuriſdictionis mentio fiat, quæ regi noſtro in comitatu Bleſenſi competit, huc pertinet, quod de ſup illuſtribus ſupra obiter, ac velut per tranſennam annotauimus, quodque etiam ordinariam quæ illi, vt regi competebat, cum Bleſiorum comitatũ in Gelonem primum noſtrum comitem tranſtulerit. Tum præterea quod euulgata ſit iuriſdictio illa, quæ ad principem vt principem pertinet, quam ſcilicet ſibi reſeruatam habet, nec vlli communicauit per viam conceſsionis, iuriſdictionis, ſeu poteſtatis ordinariæ, vt ſunt fidelitas, reſſortus, & alia quæ iurium regaliorum habentur [de quibus in c. 1. quæ ſint regal. & doct. in c. quod tranſlationem. de off. leg. in c. ſicut vnire. de exceſſ. prælat. & Bal. in l. reſcripta. C. de prec. imper. offer. & in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. in tract. de reg. caut. col. 2. num. 45. Nõnulla quæ ſpecialiter ſuæ iuriſd. princeps reſeruauit, connumerat Accurſ. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Moder.] Quæquidem iura alij à principe concedi non poſſunt, ita regiæ maieſtati tenaciter fixa hærent, vt ſeparari non valeant, [Luc. de Penn. in l. contra publicam. in 6. col. de re milit. lib. 12. C. & nos infrà vberius tractabimus.]

Gelo comes Bleſeñ.

Cæterum vt ad propoſitam conſuetudinis noſtræ iuriſdictionẽ redeam: ex antiquo Gallorum vtendi modo, quinque oppido quàm ſingularia annotaui ſedulo, quibus iuriſdictiones conſuetudinariæ, ab his quæ iuris communis ſunt, diſcrepant.

Quinque ſing. differẽtiæ inter iuriſdictiones iuris cõmunis & cõſuetudinarias.

Primum horum eſt, quod apud Gallos iuriſdictiones penes ſolum principem, & dominos temporales quibus in feudum conceſſæ fuerunt, non apud magiſtratus ſunt. Ac ſecus iure communi obſeruatum erat, vt rectè cenſuit Az. contra Lotharium, vt communis eſt interpretum ſententia. Quanuis Lotha. ipſe, Henrico Cæſare arbitro, viciſſe fertur, in ea contẽtione, quam ſuper hac re habuit cum Az. cuius meminit Alc. lib. paradox. Quam magnis & contentioſis altercationibus diſputatam immẽſi operis eſſet referre. Nos eã alio cõmodiori loco infrà attingemus. Ex eo tantũ id vnũ infero, Iudices, & officiarios noſtros ꝓ dominorũ volũtate reuocari poſſe, quod domini iuriſdictiones poſsideãt, non vt olim magiſtratus. Vulgatũ enim illud eſt, iuriſdictiones Gallorum manuales eſſe, hoc eſt, quod aiunt, ad nutum reuocabiles. [in quam rem glo. eſt ſing. in clem. etſi principalis. in ver. per electionem, de reſcrip. vbi habetur officialem, quem iudicem ordinarium eſſe conſtat, poſſe reuocari. Quod & eo loco confirmat Imm. & Archid. in c. 2. de offi. vic. in 6. Refert Fab. in §. item ſi adhuc. Inſt. mand.] Cuius rei duplicem puto eſſe rationem. Primam colligerere licet ex his quæ tradit Bal. in c. cum omnes. col. 4. extra. de conſti. inquiens electionem ſeu officiorum prouiſionem ius tãtùm tribuere, non cauſam tituli perpetuam. Quamobrem poſſunt ab officio remoueri, quãdocunque placuerit domino, qui eos conſtituerit, elegeritq;. Secunda ratio eſt: Iuriſdictiones eæ noſtræ, non eorum qui eas gerunt, iure exercentur, ſed iure ac nomine domini, ad quem pertinent. [l. vl. ff. quẽadm. ſer. amitt.] Earum enim iuriſdictionum exercitium eſt quid ſimile aſinariæ detentioni, [inquit Accurſ. in l. quod ſeruus. ff. de acq. poſſ.] Dominus itaque ſuæ iuriſdictionis ius, per iudicem retinet: ſicut & dominus fundum per colonum aſcriptitiũ poſsidet, item & ipſum ſeruũ & vterque à domino quaſi poſſeſſus intelligitur, ac in domini poteſtate eſſe: ille ratione iuriſdictionis, hic ratione dominicæ poteſtatis. Quo fit vt & iuriſdictionem & magiſtratũ poſsit à ſe propellere. [arg. l. ne diutius. de agricul. & cenſ. lib. 11. C.] Quare hi noſtri iudices, nudi ac ſimplices iuriſdictionis adminiſtratores intelliguntur. [ita nominantur in rubr. & l. 1. C. vt omn. iud. ita quoque eos appellat Bald. in c. cum vigeſimũ. extra. de off. deleg.] idem in tutore, ac procuratore, & ſimilibus perſonis, quæ rerum alienarum curam adminiſtrationémque ſuſceperunt. ij enim in poſſeſsione officij, ſi quod demandatum publicè habeant non cenſentur [vt tradit Bal. in l. ſi arbiter. col. 1. C. de ſentent. & int. om. iud. in l. ſi is qui. de eo qui pro tut.]

Iudicibus non competere poſſeſſionis defenſionem.

Iuriſdictiones penes regem non iudicẽ qui eas exercet eſſe.

At aliter obſeruatũ eſt in magiſtratibus, de quibus iure communi agitur. ij enim in quaſi poſſeſsione officij dicebantur. Vnde Bal. in cit. c. nihil arguit magiſtratibus competere poſſeſsionis defenſionem, vt ſentit quoq; Fab. noſter, licet ſuboſcurè in §. item ſi adhuc. inſt. mand. Benedic. tamen in repet. c. Raynutius in ver. duas filias num. 38. & in ver. & vxorem. num. 564. cenſuit huiuſmodi officia, quibus iuriſdictionis ordinariæ exercitiũ demandatur, quandiu viuit is, qui ea habet, patrimonialia videri, etiam ſi ad domini reuocare volentis nutum in his fuerint conſtituti. Non enim id obſtat quominus perpetui intelligãtur, ex. reg. Ea quæ certum ac determinatum finem non habent, perpetua cenſeri [l. ſufficit. ff. de cõdict. indeb. Bart. in l. iuriſperitos. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori ff. de nou. oper. nunt. vbi Bal. quoque & Alex. Item Fab. in l. 1. C. de contrac. iud. Bal. in c. 1. de feud. gar.]

Officiorum duplicem eſſe ſpeciem.

Porrò Bal. ſubtilis inter cæteros veritatis indagator in cit. c. nihil, & in l. non ignorat. C. qui acc. non poſſ. duplicem officiorum ſpeciem tradidit. Quædam nimirum quæ nudi tantum eſſent miniſterij, & ad alterius vtilitatẽ ſpectarent. Huius generis ſunt tutela & cura, & procuratio alienorum negotiorum. Alia verò quorum adminiſtratio ad priuatam pertineret vtilitatem. Cuiuſmodi ſunt prælatura, & illa iuriſdictio de qua agimus ex iure communi, quæ magiſtratibus competebat. De his eſt gl. in c. quia epiſcopus 5. quæſt. 3. Quare quod ad primam ſpeciem pertinet, docuit ille officia illa quæ alieno nomine, & in alterius vtilitatem exercẽtur, vt tutela, cura, caſtellania, præfectura, poſsideri non cenſeri, nec in his quicquam operari quaſi poſſeſsionem. eo quod non officiariorum iure nec nomine ſed dominorum à quibus demandata ea habent, exercentur. Ideo nec poſſeſsionis nec in conſequens præſcriptionis iura in ea cadunt. Quod ad alteram officiorum ſpeciem pertinet, in quibus verſatur vſusfructus, qui exercentibus competit vt in prælatura, ea recte poſsideri intelligũtur, quæ quidem poſſeſsio ius præbet, vendicátque ab inquietatione, ſi qua ab alio inferatur. [c. conſultationibus. ex. de iur. patr. gl. in d. c. epiſcopus. faciũt quæ à Bal. quoque traduntur. in l. 2. col. 13. C. de ſeruit. & aq.]

Regia cõſtitutio de non reuocandis temere iudicibus.

Sed laudabile certè & talis principibus dignum edictum, ſalubréque eſt à gallorum regibus emiſſum, quo & reuocationi officiorum, quæ pro ludis ac arbitrio dominorum in dies contingebat, occurſum eſt vt ea non niſi libera & ſpontanea ceſſione, morte, vel ex iuſta aliqua delicti cauſa, vacare non cenſeantur. Quam rem plurimum commẽdat Bud. noſter in annotat. in Pand. ſuper l. 2. ad l. iul. maieſt. Præclarum ſane edictum & laude multa dignum, niſi ſpontanea illa officiorum ad iudicaturam ſpectantium, malitiis hominum ac corruptiſsimis moribus ad venditionis velamentum, prętextúmque hodie traheretur, ſicut & in dies ſub libera ſacerdotiorum reſignatione, venditiones ſimoniacę egregiè prætenguntur. Sed hoc miſeræ horum temporum conditioni magis tribuẽdum arbitror, quàm principum negligẽtię, quorũ edicta nũquã ſubtilibus ac fraudulẽtis interpretationibus vacant.

Secunda eſt, quòd iuris communis iuriſdictiones, perſonis ipſis magiſtratuum, ſeu adminiſtrationi quam habent, fixę inhærent, non autem territorio, [vt cenſuit Bart. in l. 1. col. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & Ang. in l. more, ſub fi. & l. vl. in princ. eod. tit.] At noſtrę hodiernę iuriſdictiones, nõ perſonis, ſed ipſi territorio inhærent, quẽadmodum ſeruitutes eæ quæ prædus cohærent. [..quid aliud. de ver. ſignif.] Quo argumento ductus aliquando Guliel. de Cug. doctor Gallus in cit. l. 1. Item & Bar. ipſe, ea in re ſibi parum conſtans, in l. vlt. C. vbi & ap. qu. & conſ. 59. cõmune Spoleti, & conſ. 189. Primum, quia vtrum iuriſd. credidere etiam ita obſeruatum in iuriſdictionibus iuris communis, vt & eæ non perſonis, ſed territorio inhærerent. Moti opinor ex l. 1. §. cum vrbẽ. ff. de offi. præfect. Vrb. & Bald. in c. licet cauſam. de proba. col. 3. eam rem denuo firmans, ait iuriſdictionem eſſe quid corporale, territorio inhærens, quæ & vendicari poſsit, & pro ea poſſeſſorio agi [per d. c. licet cauſam. & l. de iure. ff. ad munici.] Cuius quidem iuriſdictionis territoriũ, habitus ſit & præſcriptio.

Iuriſdictiones noſtras non perſonis vt olim, ſed territorio inhærere

Verum diuerſæ hæ opiniones mihi videntur conciliari poſſe, ea ratione quam tradit Bal. in cit. l. 1. §. initio. de off. præfec. vrb. Quo loco docet iuriſdictionem tripliciter accipi ſecundum tria, quæ vocant logici, prædicamenta. Vt nimirum in perſona ius dicentis ſit, ſub prædicamento a-

gere, & ſic formaliter & actiuè (vt logicorum verbis vtar) in magiſtratu eſſe dicitur. Habita autem ſubditorum ratione, ineſt in illis ſub prædicamento pati: & ita materialiter, eſſentialitérque in perſonis ſubditorum eſſe dicitur. In territorio autem ſub prædicamento vbi, & ſic ratione ſitus, territorio ineſſe dicitur. quia territorio illa terminatur, [l. vlt. de iuriſd. om. iud.] Idem Bal. in c. ad hoc, col. 2. ver. modo quæro. de pac. iur. firm. docet iuriſdictionem, & in magiſtratu & in territorio eſſe in hoc nimirum tanquam in re inanimata, ſicut ſeruitus in fundo ſeruiente vel dominante: at in illo tanquam in ſubiecto animato, ſine quo nihil agit iuriſdictio. [l. 2. §. poſt originē. ff. de orig. iur.] Quæ etiā aliquando eſt in habitu per potentiam, & in actu per exercitium. [hac de re plene tractatur ab Alex. con. 35. viſo proceſſu. col. 1. vol. 4. & Moder. in cit. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.] De hac autem iuriſdictione quæ ineſt magiſtratui, & ſubditis eleganter diſſerit Cicero, tertio de legibus. Quo in loco docet hanc magiſtratus eſſe vim, vt præſit præſcribátque recta & vtilia, & cōiuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus. Verēque de his dici poteſt magiſtratum eſſe legem loquentem. Legem autem mutum magiſtratum.

Conſuetudinarias iuriſdictiones tāquam priuatum patrimonium eſſe in hominum commercio.

Tertia differentia eſt, quòd iuriſdictiones, quibus hodie vtimur, patrimoniales ſunt. At quæ iuris cōmunis ſunt, minime [l. 1. §. publicum ius. ff. & iuſt. & iur.] Cum enim antiquitus ad imperatorem pertinerent, nec vendi, nec alienari poterant. Ideo Bal. rectè exiſtimauit [in c. ad hoc. de pac. iur. fir.] eas eſſe iuris publici, non priuati, nec poſſe ideo vendi, cum extra patrimonium noſtrum ſint, & in conſequens extra commercium noſtrum. [vt in aut. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.] At videre eſt hodie noſtras has iuriſdictiones paſſim vendi, diuidique & tractari veluti priuatū patrimonium. Vnde in feudum cadunt, cum feudum ſit quaſi contractus.

Iuriſdictionem diuidi poſſe.

Proinde docuit Bal. in c. vno delegatorū. col. vlt. ex. de off. deleg. iuriſdictionē poſſe in varias ſcindi partes, diuidēdo ipſum territorium & vaſſalos ipſos per tribunalia, aut illius vſum per ſtata tēpora: quanuis ſola diuiſio fructuum, iuriſdictionem ipſam, quoad eſſentiam, non diuidat, vel (vt ita dicam) per inferius & ſuperius, id eſt, quod vulgo dicitur per reſſortum. Nam vt ille ait, Iuriſdictio iuriſdictionis eſſe poteſt, veluti ſi quis iuriſdictionem directam habens, alteri vtilem concedat, qualiter in feudis fieri ſolet, cum vtile dominium ſit quædam inferior proprietas. Feuda quippe & iuriſdictiones hodie æquiparātur. Nempe quod vtraque ſint ad inſtar patrimoniorum redacta, tam in acquirendo, & alienādo: quàm in ſuccedendo & tranſmittendo, vt nos vberius ſumus declaraturi infra in Rub. de feud.

Feuda hodie iuriſdictionibus æquiparari.

Quo fit vt eæ hodiernæ iuriſdictiones hereditariæ ſint, id eſt, vt iure ſucceſſionis ad hæredes deuoluantur. qua in re maximè à iuriſdictionibus iuris communis diſcrepant. Eæ quippe ſiue delegatæ ſint, & ſic perſonales, ſiue ordinariæ, & ſic reales, eo quod firmantur territorij ſoliditate, ad hæredes tranſmittuntur, excepta ſola delicti cauſa, [ff. de ſeruit. leg. l. præf. §. 1. & notat Bal. in cit. c. vno delegatorum. in vl. verſ. extra. de off. deleg.]

Hodiernas iuriſdictiones eſſe ad hæredes trāſmiſsibiles.

Hinc quoque ſequitur has noſtras iuriſdictiones, non niſi amiſſo patrimonio, eas quoque amitti. vt tradit Bal. in l. 1. col. 1. C. de ſecund. nup. vbi vxor ad ſecundas nuptias feſtinantius conuolans, vt puta intra annum luctus, in infamiæ notam incurrit. Ob quam tamen, iuriſdictionem ſibi competentem non amittit, quòd hæreditaria eſſet, ac in hæreditatis conſequētiam obueniſſet. Tum quia ſit territorio annexa, & propterea non niſi acceſſorie veniat [argu. l. ſi is qui duos. ff. de lib. leg.] Quæ tamen in iuriſdictionibus iuris cōmunis non procedunt, vt pote quæ cum perſona extinguantur, ac per infamiæ irrogationem amittantur, cum pendeant illæ ex publico. [vt in cit. l. 1. vbi Accurſ. & Bart. ff. de iuriſd. omn. iudicum. & in aut. de defenſ. ciui. §. decreto.] Et in conſequētiam ipſa dignitas, [vt interpretatur Accurſ. in cit. auth. de def. ciuit. ſub princ. in verb. poteſtatis. verſic. nos igitur.] Infamia enim nedum iam habitam dignitatē expellit, [vt inquit Bart. & alij, in l. infamia. de decur. lib. 10. C.] Sed & eam quam conſecuturi eſſemus, impedit [vt per eoſdem in l. 2. de dignit. C. libr. 12. De qua re planè agit Dy. in reg. infamibus, de regu. iur. in ſexto.]

Ob infamiæ irrogationē iuriſdictionem non amitti.

Infamia nedum dignitatem iam habitam expellit ſed & ne nouam adipiſcamur impedit.

Quod porro à nobis ſuprà annotatum eſt, iuriſdictiones has noſtras in patrimonio noſtro cenſeri, & idcirco hæreditarias ac, vt aiunt, alienabiles, ita accipiēdum eſt prout territorio cohærent, non vt magi-

Interpretatio eorū quæ proxime dicta ſunt.

ſtratibus inſunt. Ea enim habita ratione extant à rege emiſſæ conſtitutiones, quibus huiuſmodi iuriſdictiones magiſtratibus inhærentes, vendi, alienariue prohibentur. Quandoquidem cauſæ prohibitionis quæ iure cõmuni cauſam huic edicto dederunt, adhuc hodie eædem manẽt: videlicet fraudes innumeræ, exactionéſq; ac concuſsiones, [vt in cit. auth. vt iud. ſine quoq; ſuffr. Et not. Bal. in cit. §. ad hoc. de pac. iu. firm.] Item quod & ipſi iudices, iuriſdictionis non ſunt domini, ſed vt ſuprà proximè oſtendimus, nudi tantùm adminiſtratores.

Iuriſdictiones hodiernas ſemel, quæ illis, eſſe non, ſicut eæ, quæ iuris communis ſunt, reuocari.

Quarta differentia colligitur ex ea quã proximè retulimus, vt cũ ſcilicet hodiernæ iuriſdictiones inſtar patrimonij habeantur, ſequitur vt ſemel illæ conceſſæ reuocari non poſsint. At quæ iuris communis ſunt contrà reuocabiles, & ſi in priuilegium forent conceſſæ, ne ratione quidem habita an in alicuius ſingularis perſonæ fauorem, an vniuerſitatis tributę ſint. [no. doc. in l. omnes populi. ff. de inſt. & iur. & nominatim Bal. in l. quod ſi patris, col. 7. verſ. hoc ſcias quòd ſi princeps. C. vnde lib. & poſt eum Aret. in c. nouit. extra. de iudic.] Etiam ſine cauſa. [l. qui fundos. C. qui fundos. C. de omn. ag. deſ. lib. 11. C. & Bal. in cit. quod ſi patris. verſ. ſed quid ſi dicitur.] Cuius differentiæ ratio manifeſtè conſtat ex his, quę ſupra diximus: Quod noſtræ ſcilicet iuriſdictiones per modum contractus concedantur, nempe in feudum, quem contractum eſſe certum eſt in ſuo, quod aiunt, eſſe perfectum. licet ille anomalus ac irregularis ſit, vt docet Bal. in c. quæ in eccleſiarum. extra de cõſtitut. ea ratione quòd non cõſtet an nominatus ſit, ſeu innominatus, vt idem ipſe tradit, conſ. 327. Pridie enim cõſului, vol. 1. de quo plene idem & cæteri feud. in prælud. feud. & in Rub. C. de iur. emphit.

Feudum cõtractum eſſe anomalum.

Feudum ſemel conceſſum nec auferri nec onerari poſſe.

Eo autem conſilio Bal. egregie docuit Papam vel Imperatorem feudum alicui cõceſſum, nedum reuocare non poſſe, ſed ne oneri quidem vllo grauare. Propterea quod perfecta ſemel donatio nec tolli, nec mutari à donatore poteſt, nec ei adiici quicquam. [l. perfectam. C. de donat. quæ ſub modo. l. cõtractus. C. de fid. inſtrum.] Sicut nec perfecto actui quicquam addi aut detrahi poteſt, niſi ex communi partium conſenſu. [l. ſicut. C. de act. & oblig.] Quę res ex communi iuris regula confirmatur, qua cautum eſt id quod per cõtractus modum conceſſum eſt, reuocari non poſſe, niſi ſecundum ipſius rei naturam. [l. fundi. C. de fun. patr. lib. 11. C.] vnde ne ipſe quidem Imperator feudũ conferre poteſt, niſi precario eſſet conceſſum. [argu. l. Lucius. ff. de donat.] aut per priuilegium, [d. l. qui fundos. C. de om. agr. deſert. facit c. ex multiplici: & quæ ibi tradunt canon. extra. de decim.] Quare vbi princeps aliquid per viam contractus conceſsit, non poteſt ex pœnitentia reuocare, cum iure gentium ex contractu obligetur efficaciter. [not. in c. 1. extra. de probat. vbi Butr. & Abb. Et Cy. in l. digna vox. verſi. vltimò ſcias. C. de leg. Bal. in c. 1. in princip. de nat. feud. Paul. Caſt. in cit. l. digna vox. & Bal. in cit. §. ad hoc. col. 5. in verſ. item not. ex gloſ. de pac. iura. firm.]

Huic rei conſentaneum eſt hoc nobile Ariſtotelis de fide ſeruanda præceptum. Qui ad Alexandrum ſcribens eum ſummopere monebat, vt fidem, ſi quid promiſiſſet, exolueret, inquiens vt plurimũ deteſtabilem finem ei fore principi, qui fœdera etiam cum hoſtibus pacta violaret. Cui philoſophicæ planè ſententiæ adſcribit diuinus ille Auguſtinus, in c. noli exiſtimare. iuncta gloſ. in verb. hoſti. 23. q. 1. Sed iuuat tribus rationibus elegantiſsimis probare, principem non poſſe iuriſdictionem ſemel delatam reuocare. Prima eſt, quia ea eſt feudi natura, vt non poſsit ſuperior, vaſſali ſui iuriſdictionem in re aliqua infringere. [tex. in c. 1. de nat. feud.] ſed omnino eundem teneri ad obſeruanda ea iura, quæ ad feudum pertinent. [c. 1. ſub fi. de nou. for. fid l.] Et ideo nihil poſſe contra feudi naturam decernere. [l. ſi peculium. §. de pecul. leg. & l. per ſeruum. ſub fin. ff. de vſ. & habitat.] Secunda ratio eſt, quòd non ea coniicitur eſſe principis mẽs vel intentio, vt iuri iã alteri quæſito derogare vellet. c. [c. ſuper eo. de off. deleg. quo loco gloſ. multa conuenientia iura adducit. Facit etiam tex. in c. ex tuarũ. de auth. & vſ. pal. & c. quanuis. de reſcript. in 6.] Tertia ratiò, quòd in contractibus conſtat principem iure communi vti, ac pro priuata perſona haberi, cum in contractibus debeat eſſe æqualitas. [no. Bal. ex l. ex imperfecto. ſub fi. C. de teſta.] Ita vt quicunq; contractus cum principe geſti bonę fidei naturam ſapiant, [vt ait Bal. in c. 1. §. ſi quis. de pac. Conſt.] Ex his itaque conſtat in ſumma vaſſallum legitime de feu-

Fidẽ etiam hoſti ſeruandam.

do,ſeu iuriſdictione qua inueſtitus eſt, priuari non poſſe à principe,indicta maxime cauſa. [vt eſt tex.in c.1.ſub princ.vbi Bal. & reliqui feudiſ. eſt expreſſa in eam rem Bal.deciſ.conſ.326.Rex Romanorum. & conſil.ſeq. vol.1.] Non tamen negauerim certis ex cauſis à iure permiſsis,id contingere,& vaſſalum committere poſſe, vnde feudo ſuo à principe ſpolietur.Nam & videmus caſtra quæ vocant limitropha, hodie à rege capi, quo ſui regni limites commodius tueri,ac defendere,ab hoſtium incurſu poſsit, vel agros ipſos, quo vrbis mœnia profundioribus ac largioribus foſſis muniat. [iuxta l.ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vend. & in l.vlt.§. vlt. ff.de pignor. act.& l.Lucius Titius.ff.de euict.] Quam rem tamen intellige ſi damnum precio, iuſtáque rei eſtimatione reſarciat. [vt not. Bal.in l.2.C.quib. ex cauſ.ſeru. pro prim. lib.accip.]Et ita temperãda ſunt iura,quibus principi res alienas occupare conceditur.[Archid.in c.per principalem.9.q.3.& ſunt tex.in eam rem expreſsi in cit.l.2. & vlt. iunc.glo.quib.ex cauſ.ſeru.pro prim. lib.accip.

Quintam differentiam colligere licet ex ea, quam tertio loco ſupra retulimus, in qua, cum oſtenſum ſit iuriſdictiones conſuetudinarias in feudum cõceſſas inſtar patrimonij haberi,& ita vaſſalos,quibus cõceſſa eſt iuriſdictio, in illa vtile habere dominium, [vt eſt tex. in c. 1. vbi gl. in verbi vtiliter.& Bal.de controuerſ. inter vaſ. & al. & in c.1. de inueſt. & reb. al. fac.& in c.1.de capitan. corror, & in c. ſed & res.in princ.per quos fiat inueſt.]Ita vt hodierno iure vaſſali feudum, cum iuriſdictione ſibi cohærente, in bonis vaſſali eſſe dicatur,[vt ait Bal. poſt gl. in c.1. ſub pr.per quos fiat inueſtit.] ſequitur has noſtras iuriſdictiones venire priuatiue ad iuriſdictionem, quam habent ſuperiores. At ſecus ſe res habet in iuriſdictionibus, quæ iuris communis ſunt. Vulgo enim in iure receptum eſt, iuriſdictiones inferioribus iudicibus conceſſas accumulatiuè, non priuatiuè ad ſuperiorum iuriſdictionem venire. [Ita tradidit Ioh. Andr. tum & alij multi quos refert Fely.in c. paſtoralis. ex. de offic. ord. confirmat Ang. in l. 1. §. ſi quis in appellationi in pen. col. ff.de appellat. Facit & Bart.ratio in l.ſtudentibus. C. de offic. præf. vrb. dicentis, ſpecialem iuriſdictionẽ inferiori iudici conceſſam,vniuerſalem quæ ſupremæ eſt poteſtatis, nõ tollere.] Itaque in iuriſdictionibus quæ ſunt iuris communis, putarim ego locum eſſe præoccupationi ſeu præuentioni[arg. l. ſi ex pluribus. §. vlt. vbi Bart. Aret. Alex.& Iaſ.de leg.1. Et Bart. in l.ſi maritus.ff. Ad l.iul.de adult.] At diuerſum obtinuit in hodiernis his noſtris iuriſdictionibus, in his quippe nõ eſt præuẽtioni locus. Quæ quidem res quoniam magis proprium ſibi vendicat locum, bene erit, ſi ad.§. 2. j. eodem tit. remittatur. Hactenus igitur ſatis ſupérque dictum ſit de iuriſdictione, cuius definitio & ſi pluribus examinãda foret,potius tamen breuitati conſulendum duxi, quàm leui cuidam plurimarum rerum oſtentationi.Ad reliquorum igitur vocabulorum interpretationẽ quibus hic titulus inſcribitur pergendum eſt.

Iuriſdictiones hodiernas quæ inferiores ſunt ad ſuperiores priuatiuè venire.

¶Iudicum.

Hos noſtros iudices nihil cõmune habere cum his qui iure antiquo iuriſdictionis officium exercebant.

Diuerſa ſane eſt noſtrorum iudicum appellatio à magiſtratibus illis, qui iure communi in quatuor diſtinguebantur gradus,illuſtrium nimirum, ſpectabiliũ, clariſsimorũ & infimorum. De quibus plene agitur in gl. & à ſcrib. in l. 1. ff. de offic.eius cui mand. eſt iuriſ. Quorum graduum ne veſtigia quidem vlla apud poſteros remanſere. Nempe quòd ſeneſchallos & balliuos (quibus nominibus iudices maiores appellantur)nedum procõſulibus,ſed ne præſidibus quidem comparandos exiſtimauit Budæus in annot. in Pand. ſuper l. ſi in aliquam.§. cum pleniſsimam.ff.de off.proconſ.& leg. Quod autem præpoſiti noſtri, præfectis vrbis aſsimilantur, tantum abeſt, vt eos potius magiſtratibus municipalibus aut defenſoribus pares aut omnino non abſimiles iudicaris. Ideo nunquam induci potui,vt eorum ſententiam probarem, qui ortam inter bailliuum noſtræ ciuitatis ſeu qui eius vicem ac locum tenet, & præpoſitum eiuſdem vrbis cõtrouerſiam componebant, adiuuabántque vtriuſque cauſam ex iure communi, quod omnino hodiernis iuriſdictionibus diſsidet, vt recte quoque animaduertit Senatus Pariſiẽſis penes quem eius controuerſiæ cognitio deuoluta erat, licet adhuc rem in ambiguo reliquerit. Interim tamen obiter admonendi ſumus eam iudicum diuerſitatem, ſi non iiſdem modis, origine tamen emanaſſe à Romanorum inſtituto.

penes quos diuerſa quoq; iudicũ erat poteſtas, vt teſtatur M. Varro lib. rerum humanarum primo & viceſimo. cuius verba adſcripſit Aul. Gell. lib. noct. attic. 13. c. 12. In magiſtratu, inquit, habent alij vocationem, alij prehenſionem, cæteri neutrum. Conſules quidem vocationem habebant: Tribuni plebis prehenſionem. Qui autẽ viatorem habent neutrum horum.

¶Comitatus.

Quid Comitatus.

COmitatum ex iure communi conſtat proprié territorium eſſe vrbi adiacens, quod Romæ intra centeſimum miliare erat. [l. 1. §. in initio. ff. de off. præf. vrb.] Quod quidem terræ ſpatium Bart. & Bal. comitatum eo loco appellãt: quod quoque & vrbis appellatione continebatur. Budæus autem noſter in annot. Pandect. ſuper l. ſi in aliquam. §. cum pleniſsimum. ff. de off. proconſ. & leg. continens illud ad mille paſſuum protendi refert, & vulgato Gallorum verbo hodie Banleucam appellari. Qua ratione maiores noſtri iuriſdictionem prefecti Bleſiorum intra vrbis mœnia, & Bãleucam illam quæ ex omni vrbis parte ad milliare tantùm porrigitur, concluſere: Reliquum autem continens, quod vltra protendebatur, nõ comitatus, ſed diſtrictus nomine appellauere, quem nos Caſtellaniam vocamus. Porrò, quo rem omnem (quod aiunt) ad vnguem diſcuſſam habeamus, nedũ vtile, ſed neceſſarium duxi, harum vocum quæ paſsim hoc titulo occurrunt, ſignificationem premittere. Cuiuſmodi ſunt vrbs, ciuitas, oppidum: item quid terra, quid territorium, quid villa, quid diſtrictus, quid caſtrum, quid burgus, quid deniq; comitatus, cuius appellatione cætera nomina ante relata continentur. [quorum vim & ſignificationem expendere Cano. in c. ſi ciuitas. de ſentent. excommunic. in 6. & in c. Rodulphus. extr. de reſcript. Et Alb. in l. in nomine domini, de of. præfect. pret. Aphric.] Ad vetera enim doctorũ interpretamenta addemus aliquid, nil interim omiſſuri ex his quæ bene rectéque ab illis tradita arbitrabor. Itaque inter vrbem & ciuitatem tantum intereſt, quãtum inter cõtinens & contentũ. Vrbs enim eſt continens illud ædificiorum, muro circundatum, & vallatum. [l. 2. ff. de. verb. ſignific.] Vnde vrbem à dictione Vrbo, appellatã, quod eſt aratro diffinio, teſtatur Pomponius in l. pupillus. de verb. ſignif. referẽs Varum dicere Vrbum curuaturam eſſe aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet.

Limites iuriſdictionis præfecti vrbis Bleſeñ.

Vrbs & ciuitas.

Ciuitas.

Ciuitatem porro appellamus ipſam ciuium collectionẽ, quam in eum modum ab Iſidoro. 15. etymolog. lib. definitam accepimus. vt ciuitas ſit hominum multitudo, ſocietatis vinculo adunata, ad vnà viuendũ. Quam definitionẽ probat Ioh. And. in c. ſi ciuitas. ſub princ. de ſentent. excommunic. lib. 6. in nou. Cæterum ea vocabulorum differentia ſæpius confunditur, ac aliud pro alio frequentiſsime vſurpatur. Sic & ciuitatem Carthaginenſium dixit Modeſtinus iuriſcõſ. aratrum paſſam fuiſſe, poſtquam euerſa eſt [in l. ſi vſusfructus. ff. quemad. ſeruit. amit.] Nec admittenda eſt eorum ſententia, qui apud nos crediderunt ciuitates eas tantum dici, quæ epiſcopum habent, vt eſt Carnutum vrbs noſtræ finitima. Sed falluntur illi. nec enim epiſcopatus quicquam facit ad ciuitatis appellationem, [tex. in c. vrbes, c. illis. & c. illud. 80. diſt. & in c. fœlix. & c. multis. 16. quæſt. 1. & in c. ita nos. 25. quæſt. 2.] Nam certiſsimum eſt ciuitates ante conditas appellatáſque fuiſſe, quàm epiſcopi fuêre creati. Paucis enim ab hinc temporibus cogniti ſunt epiſcopatus à Chriſti ſeruatoris noſtri aduentu. Quare ciuitatem proprie dici crediderim locum in quo iuriſdictio exercetur, quæ ad ciuitatum defenſores pertinet. De qua re agitur in auth. & defenſ. ciuit. §. iuſiurandum. col. 4. Nam & Bart. in cit. extra. ad reprim. ait ciuitatem hinc dici, quod ciuium affluentia maior cõcurrat, ac frequentior ſit cauſarum forus, ita vt minores ſub ſe vrbes contineat, hiſque iuri dicundo quaſi præſit. [l. ſi duas. §. eſt autẽ. ff. de excuſat. tut. & in l. vnic. de metropol. ver. lib. 11. C.]

Antiquiorẽ longe ciuitatum quàm epiſcoporũ appellationẽ

Quare arrepta hinc occaſione minuenda eſt Carnutum noſtrorum nimis imperioſa iactantia, ac arrogãs opinio, qui Bleſas vrbem hanc noſtram ſuę ciuitati Carnuto ob ſuum epiſcopatum omnino ſubiectam referunt. Nam etſi noſtrę ciuitatis originem ſpectes, nõ eſt quòd Carnutum cum ea cõferas. Fuit enim antiquitus omnis huius prouinciæ caput Cæſaris temporibus, qui cum his locis hyberna duceret ab eius militibus eſt cõdita, ac cum tanta gloria noua vrbs ab his eſt maximis ſtudiis exculta, vt finitimos omnes po-

Bleſas à Cęſarianis conditas.

pulos illius imperio.iuriſdictioniq; ſubiecerint. Quo fit vt perpetuo ciuitatis nomine ac titulo ad poſteros conſecrata ſit. Errant itaque noſtri Carnutēſes qui Bleſarum originem regi Ludouico duodecimo referunt, Quod conſtet principem illum continua habitatione natale hoc ſuū ſolum ingenti laude cumulaſſe, celebrioremq; & ſuis natalibus ac continua habitatione reddidiſſe. Supra trecentos tamen annos ante Ludouici tempora Bleſenſes noſtri comites Carnutibus imperitarunt, omneq; ditionis ius in eos exercuerunt, vt teſtes ſunt infiniti prope authores, qui Gallorum res geſtas, ſuarumque ciuitatum originem memoriæ tradiderunt. Quorum ſi tibi explorata non eſt fides, negaturus ſaltem non es ea quæ colliguntur ex c. ex parte in Chriſto dilectæ filiæ comitiſſæ Bleſen. & c. cū olim, extr. de verb. ſig. Quæ res etiam manifeſtius liquet ex tenore Bullæ quæ hodie apud Carnutēſes canonicos extat. Cedat itaque imperioſa illa Carnutum vrbs Bleſis noſtris valeatque cum ſuo epiſcopatu.

Vrbem Bleſiorum recte ciuitatem appellari.

Certè quoad temporalia, conſtat eos nimis arrogāter abnegaſſe vrbem noſtram, ciuitatē non appellari, cum ea ſuum præſidem nemini niſi ſuo principi ſubiectum habeat, cui omne imperij ius competit, cognitioq; omnium cauſarum, ac delictorum coertio: ea denique omnia, quę ad meram mixtāmq; iuriſdictionem, ac imperium pertinēt. Et ad quem omnes prouocationes quę à iudicibus prouincię fiūt deferūtur, omneſque prouincialium querelæ. Quinetiā præſes ille noſter illuſtrius ſplendidiuſque nomen eſt ſortitus, quàm apud Carnutum vbi bailliui capitaneiq; nomen tātum vſurpatum eſt: at apud nos præſes prouinciæ rector, gubernatorque appellatur. Ea enim appellatio inſignium prouinciarum præſidibus olim peculiare fuit. Sed hæc hactenus de ciuitatis appellatione.

Quid oppidum & quomodo à ciuitate diſtet.

Opidum autem à ciuitate diſtingui refert Zazius in ſuo enchiridio ſuper l. 1. ff. de orig. iur. ſub princ. in verb. ciuitatis. vt oppidum quidem dicatur, quod ſolennibus legibus proprio iure inſtitutis vti non poſsit, hæc vero poſsit. Quā differentiam haud ſane omnino aſpernādam arbitror.

Oppidū ab opprobrio dictum.

Cæterum, oppidi etymologiam potius quàm legitimam definitionem deſcripſit Pomponius in l. pupillus. §. ff. de verb. ſignif. inquiens oppidum ab ope appellatū, quod eius rei cauſa mœnia cōſtituta ſint, vt inhabitantibus ſint auxilio, eóſque ab hoſtium iniuria, ac incurſu vendicent, vt eo loco ait Accurſ. Conſtat autem cæteras vrbes ab vrbe Roma (quæ peculiari nomine ſola vrbis appellationē ob eius excellentiam vindicauit) fuiſſe appellatas oppida, authore Valla. c. 20. elegātiarum. Quare apud nos oppidū propriè eſt ædificiorum congregatio mœnibus cincta, ac vallata: ita dictum quod contra hoſtes opem. ferat ſecūdum Archid. in c. qualiter. 33. q. vlt. Bart. quoque in cit. extrauag. ad repr. inquit oppida eſſe maiora caſtra, quę Gallico vocabulo villæ appellantur.

Vrbes omnes præter Romam appellatas tantum oppida. Alia op. diſſ.

Caſtrum in ſingulari prolatum numero, locum muris cinctum, munitúmq; ſignificat. Caſtra verò plurali numero, ſunt locus exercitui deſtinatus, quo obſidionem aliquam facturi, aut in ſtatione permanſuri figāt tentoria, vulgari Gallorum idiomate nos campum appellamus, qui caſtra quaſi caſta appellari quibuſdam placuit, quòd diſciplina militaris quæ ad vnguem à pop. Romano totius orbis domino obſeruata fuit, vetabat ne quod impurum corruptúmue, in ea introduceretur. Verùm, vt de re nobis hìc propoſita propius agamus, ſciēdum eſt iure communi, nullam caſtro iuriſdictionem ſubeſſe, cum & ſine territorio, & diſtrictu eſſe illud poſſit. Tum quia licebat vnicuiq; nullo perſonarum habito diſcrimine loca ſua vallo munire, ac mœnibus circūdare. [l. per prouincias. C. de ædific. priuat. vbi hoc Fab.] Idq; duobus exceptis caſibus, in limine ſcilicet imperij ſeu regni cui ſubeſt, vel in alterius æmulationem iniuriámue. [no. in l. quicunque caſtellorum. vbi Accurſ. de fund. limitroph. lib. 11. C. & in c. ex parte. extr. de for. cōp.] Quo fiebat vt caſtrum nec territorium, nec diſtrictum, nec quas appellant pertinentias nec limites, niſi facto homine deſtinatos, haberet. [Innoc. in c. cum ad ſedē. de reſti. ſpol. Alex. de Imm. in cō. 43. de celerrima. vol. 1. & Bal. in rub. extra. de iudic. in 1. lect. col. 1. Et idem eleganter. conſ. 245. villa vel caſtrum. vol. 3. poſt Innoc. in c. ex literis. extra. de iur. patron.] Huc ſpectat quod Bal. in conſ. 357. Nota, inquit, pro domino duce, nomine quidem ciuitatis eius territorium iuriſdictionémque non contineri. [l. nam quod liquidē. §. ſi ita. ff. de pen. leg. l. 2. ff. de verb. ſignifi.] Caſtrum igitur ſi væneat ſimpliciter vt res ſingularis, iuriſdictionem, pa-

Caſtrum.

Caſtra.

Licere vnicuique iure communi loca ſua munire niſi limitropha vel in alterius iniuriam.

tronatum, huiuſmodiq; honoris iura non complectitur. Quod ſi væneat, vt vniuerſitas: vt ſi, verbi gratia, ita in diſtractione cautum ſit, cum ſuis iuribus & pertinentiis, vt vulgo dici ſolet, cenſebitur & iuriſdictionem ipſam væniiſſe, & in ſumma iura omnia quæ ab ea dependent. [l. ſi aquæ ductus. ff. de contrahen. empt.] Quod ſatis per ſe ſuadet ipſa connexitatis ratio. [l. Seiæ. ff. de fund. inſt.] Item & communis hominum opinio vulgo exiſtimantium ciuitatem ſine iuriſdictione minimè vendi, quod vulgare hominum iudicium nõ nunquam attenditur. [vt in l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam. de fund. inſt.] Præterea & id dictat perfectio vniuerſi. Illa quippe tum demum perfecta diſpoſitio dicitur, quæ omnibus ſuis abſoluta eſt numeris, & (vt aiunt) appendiciis. [vt in cit. l. ſi quis aqueductus.] Tum quia vniuerſalia largè ſunt interpretãda. [l. Lucius. ff. de fũd. inſt.] vnde vulgari caſtri appellatione hodie apud nos, & ipſum territorium, illiq́ue connexa iuriſdictio continetur. Cum id Gallorũ mos obtinuerit, vt nemo caſtrum habere dicatur, niſi qui dominus (vt aiunt) caſtellanus ſit, id eſt iuriſdictionis prę̃ſes mixtum merúmque habẽs imperium, quod iuriſperiti maximã, mediam, ac infimam iuriſdictionem vocant. vt. j. c. c. 5. 6. & 7.

Vniuerſalẽ diſpoſitionẽ large eſſe intelligẽdam.

Municipium dicitur locus, à principe ius aliquod maioris vel minoris officij habens. Ita diffinit Ioan. Andr. in cit. c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6. à munere & capio appellatum. Vel municipium dicit eſſe caſtrum munitiſsimum, regionis munera capiens propter ſtipendiarios, ibi in cuſtodia conſtitutos, licet municipes largiori ſignificatione capi dicat in l. 1. ff. de mun. & honor. Sed has ſanè definitiones, vt multorum aliorum vocabulorum deprõpſere Canoniſtæ noſtri ex mera ipſa barbarie. ea enim quàm longiſsime à lingua latina ſunt aliena.

Municipiũ.

Quare ita municipium rectius diffiniẽdum putarim, vt ſit ciuitas Romano imperio adiecta, quam captã populus in ſua iura, viuendiq́; leges receperat, eadem huius municipij ciuibus munera honoraria concedẽdo, qualia ciuibus Romanis competebãt. Vnde municipes à munerum honorariorũ participatione appellati ſunt. Qua in re differt municipium à colonia, quæ non ex ciuitate propagata iura inſtitutáque populi Romani habet. Vnde coloniarum conditio, magis obnoxia, minúſq; libera erat, quàm municipiorũ. horum author eſt Aul. Gell. not. attic. lib. 16. cap. 13. Porro his temporibus nulla apud nos extant huiuſmodi municipia, quæ etiam ſub Gellij tempora abrogari tolliq́; cœperant. Ex ea municipij appellatione tantùm remanſit legum municipaliũ nomen, quas vnaquæque ciuitas ſibi condidit, longóq; vſu confirmauit: quibus ſemper vſus eſt hic noſter populus Bleſenſis, ſicut olim municipes ſuo iure propriiſq́; legibus viuebant.

Burgi vici ſunt pagani. Frequentes enim villæ ac frequentes domus inſtar vici vrbani vocantur: ſi modo ſuburbani non ſunt. Tunc enim ſuburbana plurali numero ſeu ſuburbia vocantur. author eſt Valla. c. 1. lib. 4. elegantiarum. Burgi.

Quid ſit terra ſatis omnibus notum arbitror. Cuius tamen vocis ſignificationem Canoniſtæ noſtri ſagaces, ſi diis placet, rerũ inueſtigatores ad inſigne quodcunque dominium, cui ineſſe iuriſdictio protraxerunt. Ita vt non ſolum terræ appellatione, regnum prouinciámue intelligi putent, quinetiam oppidum, villam, & caſtrum. Ita egregie Alber. in ſuo dictionario in verb. terra. [Quam ſignificationẽ probat tex. apertus in cap. cum in partibus. de verb. ſig. in quem locum iſtas ineptias effutiũt, & in c. ex parte eodem tit. in ver. in terra ſua, & in ver. terram eius, & in c. 1. in ver. terrã propriam. de poſtul. præl. & c. ſi ſententia. de ſentent. excommunic. in 6.] Quinetiam Bal. canoniſtarum barbariem indigne ſequutus, hanc terræ interpretationem tanquam genuinam ac propriam in ſtatutis ipſis admittere non dubitauit. in l. ſi non ſpeciali. vlt. col. C. de teſtam. Et Alex. quoque in l. 1. §. ſiue autem. de nou. oper. nunciat. Quorum interim errori nobis quoque ſi non conſentiendũ, ſaltem conuiuendum eſt. Iam enim ille error ita increbruit, vt pro iuſta ſignificatione vſurpetur. Porrò & terræ quoque nomine venit terra feudalis. vt eſt tex. iunct. gl. in aut. ſi verò dominus. C. de hæret. & c. excõmunicamus. §. 1. eodem tit. in ant. Vnde Iaſ. con. 224. videretur. col. 4. vol. 2. ſtatutum de terra loquẽs, interpretatus eſt de terra feudali, & cui ineſt iuriſdictio. Terra.

Terræ appellatione venit terra feudalis.

Territorium autem & diſtractum plerique ſynonima eſſe crediderũt, [vt Ioan. And. & Card. in. 5. quæſt. & Abb. in cl. ne

Territoriũ & diſtrictus.

Romani. §. ſane in ver. in cuius diſtrictu ſeu territorio. de elect. Idémque habetur in c. vbi periculum. §. porro. vbi id not. Gemi. eodem tit. lib. 6. Bal. & Deci. in c. licet cauſam. ext. de probat. & idem Bal. in c. accedens. 2. extra. vt lit. non conteſt.] Quę ſentẽtia his duabus rationibus confirmari poteſt. Prima ex vtriuſque nominis etymologia deſumitur. Territorium quippe à terrendo dictum credunt. [l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſignif.] ſicut diſtrictus à diſtringẽdo: quia magiſtratus intra ſuũ territorij, ſeu diſtrictus fines ius terrendi, ſeu diſtringẽdi habet. Secunda, quod illa dictio, ſeu, poſita in cit. cl. ne Romani, inter has dictiones territorium & diſtrictum eundem ſignificatum habere videtur. In quam rem facit ſingularis illa Bart. diſtiſtinctio. [in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. in 5. oppoſit.] qua docet quaſdam eſſe diſiunctiuas, quæ tam ſenſum quàm verba diſtinguunt, diſiungúntque, vt aut dies eſt, aut nox eſt. Aliæ verò ſunt quæ etſi verba diſiungant, ſenſum tamen copulant. vt Alexander ſiue Paris Helenam rapuit. cõſtat enim de raptore, vtro autem nomine appellatus ſit, dubitatum eſt. [Et ita refertur in l. vlt. §. hæc omnia munera. ff. de muner. & hono. & l. 1. ff. de his quib. vt indig.] Alij contrà differentiam cõſtituêre inter territorium & diſtrictum: cuius ſententiæ fuit Ang. in l. extra territorium. ff. de iuriſd. omn. iudi. quo loco docet territorium eſſe vniuerſitatem agrorum iuxta cinitatem poſitorum. [vt eſt tex. in cit. l. pupillus. §. territorium. de verb. ſigniſi. & gloſ. in c. vt animarum. de conſt. in 6. in ver. territorium.] Diſtrictum vero loca, qui extra vniuerſitatem agrorum ſita ſunt, ſub poteſtate tamen eius qui territorio præeſt. Cui Ange. opinioni aſſenſit Alex. ab Imm. in locis ſuprà citatis. Præterea Bal. alia ratione territorium à diſtrictu differre tradidit. in l. 1. §. in initio. ff. de off. præf. vrb. inquiens ea inter ſe differre, tanquam excedens & exceſſum, cum latior ſit diſtrictus ſignificatio, quàm territorij & comitatus. Eò ꝙ clerici, de diſtrictu iudicis laici eſſe dicuntur. [not. in c. 1. de off. deleg. in 6.] vnde appellatione diſtrictus continentur clerici, [ſecũdum eundem Bal. in l. §. huius ſtudij. ff. de inſt. & iur. & Anchar. in c. delicti. extra. de for. comp. Per quem tex. ibidẽ tradit Card. clericos ciuium ac prouincialium numero haberi.] Idem Bald. in rubr. quæ ſint regal. tradit territorium in terra tantùm dici: at diſtrictum etiam ad mare protendi. Franciſc. autem Aret. aliam addidit differentiam inter diſtrictum & territorium, in conſil. 77. Et ratio ſcribendi. Quam apud eum videre potes.

Supereſt dictio, Comitatus: in cuius explicatione adnotandũ eſt, quòd licet olim idem eſſet, atque id quod nos banleucam hodie appellamus, vt ſuprà oſtẽdimus: eſſe tamen his temporibus & latiorem, & digniorem illius ſignificatũm: cum nõ ſolum territorium, quod intra banleucam eſt, verumetiam omnem terram quæ ſub præſidatu (vt ita loquar) ſeu bailliuatu Bleſenſi eſt, continet. Et ita non ſolùm illud terræ ſpatiũ quæ ad patrimoniale dominium & iuriſdictionem ordinariam ipſius comitis intra ciuitatem & banleucam pertinet, quod hodie vrbis præfecto competit, ſed etiam diſtrictũ ſeu caſtellaniam, quæ pariter in iuriſdictione ordinaria comitis eſt, & quæ à ſuo balliuo exercetur. Quinetiam oppida omnia, caſtra, vicos, ſeu burgos, feuda, & iuriſdictiones totius prouinciæ Bleſiorum complectitur: quæ etſi ad alios pertineant, ipſi tamen comiti per viam prouocationis iure reſſortus, vt appellant, deferuntur. Comitatus ſiquidem dignitas eſt, cuius nomine vniuerſa prouincia, cui præeſt comes, ſignificatur, [vt docet Lud. de Penn. in l. ſi quis decurio. 1. in verb. comitatum. de Decu. lib. 10. C.] Sic & comes dicitur, qui ex comitatu eſt inueſtitus, [text. in c. 1. quis ſit dux vel march.] Quare errant qui comitem appellant, qui ſine comitatu ſit, quales ſunt illi comites noſtri palatini, quorum priuilegia ridiculis lepidiſque dictertis, eo loco inſectatur Bald. Vide Specu. tit. de iuriſd. omn. iud. verſ. medij ſunt ſpectabiles. Comitatus.

Nec prætermittendum eſt iſtud, huiuſmodi regalibus feudis, vt ſunt ducatus, marchia, & comitatus, hoc ineſſe priuilegij, vt miſsio bonorum in illorum poſſeſſionem fieri non poſsit, propterea quòd illa nec vendi nec obligari poſſunt, niſi per quotam partem vel in totum. [not. Bald. in auth. ei qui. col. 7. verſ. ſed nunquid poteſt. C. de bo. auth. iud. poſsid.] Quo fit vt propter comitis debita non poſsit fieri bonorum miſsio in ſuum comitatum. Quãuis eam fieri poſſe in fructus reditúſque comitatus tradiderit Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de publ. & vecti. & Ang. Imm. & Pont. in l. eorum. eo titu. Et not.

Chaſſan.in prooem.cõſuet.Burg.in verb. Conte de Flandres. Quę tamen ſententia apud nos hodie recepta non eſt,cum Gallorum conſuetudine feuda inſtar patrimoniorum redacta ſint,niſi, vt dicitur,de coronæ appennagio eſſent. Cæterum,quæ ad comitatus ſignificationem pertinent, vberiorem copiam ſuggeret Aluar. in cit. c.quis ſit dux,com.march. & Fely.in cap. Rodolphus.extra.de reſcript.

¶Bleſenſis.

BLeſas ciuitatem ſub Cæſaris tempora,ab eius militibus in ea loca miſsis, conditam accepimus, vt nos proximè attigimus. Paucis poſt temporibus in comitatus dignitatem eſt erecta,Carolo ſimplici in Gallia regnante. Ea porro velut in medio Gallię vmbilico ſita eſt inter Belſiam & Sicaloniam. Eam Ligeris inter Galliæ amnes celeberrimus circunfluit. Fontium aquarúmque amœniſsimarum, ac ſyluarum ingentium diues. Loci amœnitate deliciiſque capti, ex regibus multi eam inhabitarunt,maximè Rex Ludouicus duodecimus:tum & Franciſcus huius nominis primus. Quorum incolatu multũ apud Gallos celebris eſt reddita. Duos ſub ſe comitatus habet, Dunenſem ſcilicet, & ſanctum Anianum. Baronias autem quatuor, Feritatem Imbaldi, Rutam Indriæ, Valentiacum,& Caſtrum Reginaldi. Centum vel amplius caſtellanias. & oppida decem.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt, facilis ſanè patebit ad iuriſdictiones noſtras aditus: quarum tractatus nunc nobis commodiſsimè eſt aggrediundus.

ARTICLE DIXIESME.

Premierement,le Roy noſtre ſire à cauſe de ſon conté de Blois, a tout droit de iuſtice,haulte,moyenne,& baſſe:& cognoiſſance de toutes actions perſonnelles, réelles & mixtes, ciuiles & criminelles: & la pugnition & correction de tous cas crimes & delictz.

§. PRIMVS. TIT. TERTII.

Primum omnium Rex idémque dominus noſter, ex ſui Bleſenſis comitatus cauſa, omnimodam habet iuriſdictionem, meram quippe,mixtam,ac infimam: Actionúmque omnium perſonalium, realium atq; mixtarum: tum & ciuilium ac criminalium cognitionem: coertionem præterea atq; adnimaduerſionem maleficiorum delictorúmque omnium.

NVnc ſatis cõſtare opinor quàm appoſitè quanque cõmodè ſuprà in modum cuiuſdem præuię inſpectionis de iuriſdictionis déque comitatus definitione tractauerimus:ſine qua vix aut temere hæc noſtra conſuetudo intelligi poterat. Ex cuius diſpoſitione hoc in ſumma eſt conſtitutum,omnimodam iuriſdictionem noſtræ ciuitatis Bleſeñ. eſſe Regi ipſi attributam. Quam quidem Rex non iure ſui regni vẽdicat, ſed ratione comitatus Bleſiorũ, qui ad eum pertinet. Nam etſi quis alius à principe in hac regia vrbe comes eſſet iuridicus eadẽ omnino iura ſibi vendicaret,quæ regi noſtro competunt in regno ſuo[vt placet Imm.in c.dilecti. extra de arbit.& Alb.in l.vlt.col.2.C.de iuriſd. omn. iudic.] Porrò id ignorãdum non eſt Bleſenſem comitatum e patrimonio fiſci non eſſe, quod vulgo dicimus, ad regiam coronam nõ pertinere, nec de eius appennagio. Immo nec ad priuatum quoque patrimonium Franciſci regis inclyti pertinebat. Conſtat enim ad auguſtiſsimam illam reginam Claudiam, regis Ludouici huius nominis duodecimi filiam, adhuc illis temporibus cum regio mãdato conſuetudines noſtræ in certam redigerentur formam, huius comitatus proprietatem dominiúmque pertinuiſſe, quam in cauſam legitimę ſucceſsionis à Ludouico patre acceperat. Ita vt à die ſecunda Martij anno, 1534. hic Bleſeñ.comitatus ad illuſtriſsimos reginę filios Franciſcum, Henricum & Carolum, hæreditario iure per-

Bleſiorum comitatum è regni appennagio non eſſe.

uenerit. Quare quod hac consuetudine Franciscus rex, comes appellatur Blesen. id quidem non ex proprio patrimonio, sed vxoris illius Claudię regině. Eo quod mariti sunt rerũ dotalium domini, quandiu constat matrimonium [l. doce ancillam. C. de rei vendic. & inst. quib. alien. lic. sub princ. de qua re nos infra copiose agemus. in. §. 2. de matrim.]

Duplex principum patrimonium.

Sed quia incidimus in res quę principis sunt, sciendum est earum esse duplicem speciem. Patrimonium quippe & appennagium, cuius rei notio apprimè necessaria est ipsis neotericis, vt vocant praticis. Ante hęc autem nosse oportet quod Pet. à Bel. part. & eum sequutus Cy. tradidit in l. procurator. C. de ædend. principem scilicet duplex habere patrimonium. Nimirum fisci, & Cæsaris. [l. fiscus. §. vlt. ff. de iur. fis. Idem notauit Alb. in l. 1. §. hoc interdictum ad ea. ff. ne quid in loc. pub. & Alex. con. 6. Ponderatis. col. 2. lib. 4.] Patrimonium itaque Cæsaris illud appellatur, quod est ipsius principis proprium, seu priuatum, id est quod ex successione, vel propria acquisitione habet, cuiusmodi est hic noster Blesensis comitatus, qui à comite quondam nostro ad Ludouicum duodecimum, tãdem hodie ad Henricũ illustrissimum Galliarum regem iure successionis legitimo deuolutus est. Item & Roma minor, & Nubitia Cæsaris, duæ in agro Blesensi insignes castellaniæ sereniss. Francisci quondam regis patrimonium paternum & auitum fuit. Et hoc quidem peculiare priuatúmque principis patrimonium, apud nos vulgari verbo domanium, non appennagiatum appellari solet. Alterum porro quod non ipsorum quidem principum sed ipsius imperij regnique proprium est, in iure, fisci patrimonium, apud nos domanium coronę vocatur. Cuiusmodi sunt Parisiorum, Senonum & Ambianensium vrbes.

Duo Regis procuratores.

At non est opinor qui nõ videat, quantum inter hæc duo patrimonia intersit. Quod vel ex eo constat, quod illorum quodlibet suum specialem habeat procuratorem. Patrimonio quippe priuato designatus est procurator Cæsaris: at patrimonio imperij vel coronæ, procurator fisci seu rationalis. [De iis tractant Pet. & Cy. in cit. l. procurator. & Ias. in l. 1. ff. de offic. proc. Cæsar. sub princ. & Luc. de Penn. in l. quicunque. 2. in 1. not. de omn. agr. desert. lib. 11. C. & Bart. in l. si quando 2. C. de bon. vac.]

Priuatum principis patrimonium alienari posse at non id quod regiæ coronæ est.

Alia etiam ratione differt priuatum principis patrimonium, ab eo quod est imperij. Quod illud alienare liceat, hoc minimè. Nam princeps vt quilibet alius, rerum suarum ita priuati patrimonij legitimus est moderator, ac arbiter [iuxta l. in re mandata. C. mand. l. 1. ff. si quis à par. fue. man. l. fundi. & l. hi quibus. de fund. patrim. lib. 11. C. l. quicunque. de omn. ag. defer. l. vlt. de loc. prædi. fisc. eodem lib.] At longe diuersum obtinuit in re fiscali: cuius re vera principem dominum non esse cõtenderim, sed quasi dominum duntaxat [iuxta l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. pub. Dictio enim quasi ibi adiecta, improprietatem significat: vt supra pluribus declaraui in. §. 3. de gard. in ver. velut.] Recte enim princeps in rerũ fiscalium iure comparabitur cum marito, in rebus vxoris. & cum patre in rebus filiorum, ac denique cum episcopo, prælátóque in rebus ecclesiasticis. Huiusmodi enim personæ non vere domini, sed quasi pro dominis habentur. [hãc comparationẽ pluribus verbis explicat Luc. à Penn. in l. quicunque. de omn. agr. desert. lib. 11. C.] Animaduerti autem in re alia hanc comparationem principis, cum marito & cæteris recte adhibitam: ratione scilicet interdictę alienationis. Nec enim maritus potest res dotales quarum constante matrimonio tantum dominus est, alienare. [inst. quib. al. lic.] Idem in patre, qui licet legitimam habeat administrationem bonorũ maternorum, quæ ad filios spectant, fuósque faciat fructus, eorum tamen alienatione omnino prohibetur [l. 1. C. de bon. mater.] Idem & de prelato receptum est, vt ei interdicta sit rerum ecclesiasticarum alienatio [l. iubemus. sub princ. C. de sacrof. eccles. & tit. de reb. eccles. nõ alien.] Ita quoque & principi non licet res ad fiscum pertinentes alienare. Eæ enim non sunt, vt dixi, è proprio patrimonio sed imperij sui, seu coronæ. Quare absurdum videtur, vt quod aliquis in bonis suis non possidet possit alienare, vel ex pignoris causa obligare. [l. vlt. §. sed quia. C. comm. de leg.] Quare concludito huiusmodi patrimonium ab imperio coronáue separari non posse, & proinde nec concedi, nec ex quacunque causa alienari, cum id non sine magno imperij detrimento contingere possit. Quinetiam Bal. in c. licet causam. extra. de probat. col. 3. apposita sanè

Principem non vere dominum esse rerum fiscalũ sed quasi dominum.

similitudine bona fisci, ipsis imperij clauibus comparat, quas ab imperatore in alium transferri iniquum est. Ea itaque illæsa integráque successori suo resignare tenetur: alias iniustam proditionis notam incurret [l.cum pater.§.pater pluribus.de leg.2.l.vlt.C.de acq.possef.] Vnde eodem loco concludit non posse Baroniam in alium à rege transferri, ne regni maiestas sensim pessum eat, labatúrque. Alioquin in periurium incidere. Quæ etsi de imperatore tradantur, maiori tamen ratione eadem in regno locum habent, [vt idem docet per c. intellecto. extra.de iureiu. & plenius in proem.fforum.] Hinc sequitur prohibitas quoque donationes earum rerum, quæ ad coronæ patrimonium (ita enim vulgo vtimur) pertinent. [Luc. de Penn.in cit.l.quicunque.de omn. agr.desert. & l.cõtra publicam.col.2.de re milit. lib.12.C.vers. sed pone, rex.]

Principem Res ad Imperium coronámque pertinentes donare non posse.

Quæ quidem omnia quæ de prohibita rerum ad coronæ patrimonium spectantium alienatione dicta sunt, hodie à sereniſsimis Galliarum regibus pro lege recepta, obseruatáque sunt, quòd scilicet nudi sint earum rerum administratores, quorum administratio vnà cum vita expirat. Quare nihil in præiudicium successorum efficere possunt [l. eum qui. ff. de iurisd.om.iud. & arg.l.peto.§.prędium.de leg.2.& quę traduntur in l.digna vox.C. de leg.] Vnde docuit Bal.in proe.fforum. principem successori suo legem imponere non posse, nec contractus quoque conditiones: cum contractus authoritas à lege pendeat. [l.legitima. ff. de pact. Accurs.in auth.quo mod.opor.epis.] Etsi enim receptum sit, Romanum pont. Imperatorem vel Regem sibi legẽ imponere posse, suóque iuri derogare, non tamen in sui successoris præiudicium id efficere potest. [c. licet Romanus.de constitu. in 6. Archid.in c.in summa.25.q.2.& glos.pen.in c.vlt.de rescript.] Tum & ea necessaria subest ratio, quod si regibus liceret res ad regnum pertinentes alienare, iamiam labefactata essent quæcunque potentisima ac florentisima regna, idemnimirum facturi successores, quod & prædecessores fecissent: quæ res pessimo foret exemplo.

Regem nihil posse in successoris præiudicium agere.

Quam rationẽ maximè approbat Bart. in prœm. fforum. Qua sola motus Accurs.in auth.quo mod.oport. epis.co. tendit donationem à Constãtino in Syluestro papam collatam non valuisse. Regum enim est imperij sui fines quoad potest augere, non autem diminuere, nec minuere. [l.1.de rit.nupt.] Qua ex causa Imperatores Augustorum nomen sunt sortiti. [De ea autem Constantini donatione acerrimè disputant doct.in proœ.fforum, & in l. diui Constantini. C. de nat. lib. & in l.1.§.cum vrbem.ff.de off.præfe.vrb. & in c.Constantinus.86.dist.c.fundamenta. de elect.in 6. & in clem. Romanus de iureiur.] Sic nec valuit donatio à Pipino in papam collata de ciuitate Bononiæ, & comitatu Romẽdiolæ. [Cuius meminit Specul.in tit.de rescript. potest.§.vlt. & Imm. in rub.de verb.oblig.] Cum vulgatum sit nudos administratores earũ rerum, quarum administrationem demandatam habent, alienatione prohiberi, vt nos suprà pluribus docuimus. Ac maxime prohibita est donatio, quæ dissipationi quid simile habet. [iuxta l. filiusta.ff. de donat. & l. cum de indebito.ff.de probat.] etiamsi illa iusta ex causa fieret. [Bal.in proœ.fforum col.4.] Quare nec Rex, nec Imperator, immensas illas illas donationes, quibus grauis fiat imperio iactura, licite facere possunt. [vt constat ex c. intellecto. vbi omnes Can.extr.de iureiur. & quæ not. Specul.tit.de edit.§.nunc videndum.vers. plenè. & Old.de ponte, consil.94. eleganter. Bal. & Alex.in addit.in l.prohibere.§.planè. ff. quod vi aut clam.] Quo fit vt cum huiusmodi donationes prohibitę sint, possint non solùm à regio hærede, sed & a rege ipso tanquam illegitime reuocari, etiã, quod mirum est, si iurisiurandi accesserit religio: quo etiam pollicitus sit eas se minimè reuocaturum, nec huiusmodi alienationes rescissurũ. Nec enim obligatorium censuerunt doct. esse huiusmodi iuramentum contra bonos mores, regiámq; dignitatẽ, ac publicam imperij vtilitatem præstitum, [iuxta c. si prel byterorum. de reb. eccl.non alien. & c.non liceat.35.q.9. magis in eam rem facit. c. cum contingat. sub fin. & c.sicut nostris.extra.de iureiur.] Nam iuramẽta contra cuiusquam dignitatem iúsque, quæ sine salutis æternæ dispẽdio custodiri nõ possunt, minimè astringere certũ est, vtpote quæ iniquitatis sint vincula. [c.quãto, eod.tit. & c.animaduertendum. 22.q.2.] Tum postremo quia reges, [vt inquit Bal.in c.intellecto, eod.tit.] sub initia regni coronam regalem accepturi, iurant se nihil contra regni sui iura, gesturos, sed eius dignitatem pro virili cõ

Donationẽ quondam à Constãtino factam Syluestro papæ non valuisse

Donationes à rege factas tanquam illegitimas reuocari ab eo dem vel eius successore etiam si interuenerit iuramentum de non.reuocando.

Non est obligatoriũ contra bonos mores præstitum iuramentum.

ſeruaturos, nec quicquam ex eo alienaturos. Vnde quicquid contra tale iuramentum poſtmodum fecerint. irritum cenſebitur. [vt in cit.c.intellecto.] Quibus adde nedum huiuſmodi rerum donationes valere, ſed ne illas quidem donatas à donatario poſsideri. nec in conſequens præſcribi poſſe. Ideo non mirum ſi pro arbitrio reuocẽtur. [vt docet Cy. in l. comperit. C. de præſc.trig.vel quad.an. Et Card. in cit.clem. Romani. §. vlt. q. 3.

Cæterum, quæ hactenus de non alienãdis à principe rebus fiſcalibus dicta ſunt, ita temperari opoortet, vt valeant donationes conceſsionéſue, ſi non ita in perpetuum ac graue regni præiudicium vergerent, [vt in cita.c. intellecto. de iureiur. & quæ eo loco tradunt Innoc. & cæteri Cano.] conſtat enim principem iuſtis publicæ vtilitatis de cauſis motum, eas res alienare poſſe, vel conſeruandæ dignitatis ipſius imperij. [vt in auth. vt om. obed. iud. §. arripiant.] Qua ex re defendi aliquando illam donationem caſtellanię Monſterioti Bonitij in militem quendam nobilem, natione Scotum, à Carolo ſeptimo factã ob ſingularia eius in Anglos Gallorum hoſtes geſta, idque in præſentia reuerendi Cardinalis Senonenſis legati, ac Cancellarij Galliæ. In cuius donationis comprobationem quatuor potiſsimum rationes adducebam. Primam quidem deſumebam ex ſtatu ac perſona concedentis, nimirum regis Gallorum inter cęteros vt florentiſsimi, ita & potentiſsimi. A cuius dignitate non fuit alienum, peregrinum militem egregie de ſe, ac ſuo regno meritum, aliqua honeſta remuneratione beare. [not. Bal. in cit. c. intellecto. & Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & Alex. conſil. 1. ponderatis his vol. 5. col. 5.] Secunda ratio erat, exiguus illius caſtellanię donatę valor: ita vt terrula tantùm eſſet, nullis propugnaculis munita, nec in regni limine ſita. Cuius commercium etiã prælatis & quibuſlibet adminiſtratoribus competit. [c. terrulas. 12. q. 2.] Tum poſtremò quòd huiuſmodi donatio facta eſſet ob benemerita, & ita in remunerationem [l. ſed ſi lege commiſſoria. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Copioſe moder. Mediol. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iur.] Neq; enim (vt ait Papinianus, in l. Attilius Regulus. ff. de donat.) hęc erat mera donatio, ſed officij viri militaris quadam mercede remuneratio, quæ non ſolùm à principe, ſed & à ſimplici tutore fieri poſſe explorati iuris eſt. [l. cum plures. §. vlt. ff. de adminiſt. tut.] & à prælatis. c. [quicunque ſuffragio. 12. q. 2.] etiam in ſucceſſoris damnum ac præiudicium. [confirmat Io. And. in rub. de reb. eccleſ. non alien. vbi Barb. & Alex. conſ. 55. Conſideratis verbis. col. 2.]

In huiuſmodi autem remuneratione principi in milites qui ſtrenuè ſe geſſerũt, conceſſa, obiter adnotandum eſt, vt remunerãda ſit priuata perſona his iuribus, quę in priuatum cadunt, non in principem. Quo fit vt princeps priuato etiam ex cauſa quacunque remunerationis, ius condendæ legis, eiuſdémque interpretandæ, monetam cudendi, facultatẽ tribuere non poſsit. Ea enim ſunt regalia iura, quæ ſolis regibus competũt in ſignum ſupremæ eorum poteſtatis reſeruata. Quæ cum ita regiæ dignitati fixè hæreant, non poſſunt ex quacunque clauſula, ſiue generali, ſiue ſpeciali, ſiue proprio motu, ſiue ex certa ſcientia, in priuatos transferri. [vt colligitur ex his quæ tradit Luc. de Penn. in l. cõtra publicam. de re milit. col. 5. & col. 6. idem in l. 1. col. 7. verſ. vel dicas plenius de priuileg. ſchol. lib. 13. & in l. 1. in ver. augere. de vetera. lib. 11. C. Itẽ Alber. in l. 1. ſub fi. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Cano. in c. quoad tranſlationem. extr. de off. deleg. & Feud. in c. 1. quæ ſint Regal.] Nam & in vniuerſum Rex, aut quilibet alius princeps, non poteſt iure aliquo, ſeu ex quacunq; cauſa, ex ſuo regno vrbem prouinciámue in alium omnino transferre, ſe omni iure quod in ea competit abdicãdo. Etſi enim dicatur principem omnia poſſe, moderãda tamen eſt ea tã lata poteſtas, in his quæ ſaluo regali iure dignitatéque fiunt. [vt teſtatur Bald. in prælud. feud. in verb. aliqua.] Hinc réctè quidem meo iudicio Butrig. (quem refert Bal. in prooe. ſforum. verſ. quęrenti.) docuit ſi quid contulerit in aliquem princeps ex regali territorio, valere quidem id quoad conceſſionem, ſed non rei proprietatẽ à ſeſe abdicare intelligitur. Neq; enim ſe ſua dignitate ita exuere poterit, vt ait Bald. in cit. prælud. feud. verſ. expedita. inquiens fructus commodáque alicuius ciuitatis, iuriſdictionéſue rectè concedi in vtile etiam dominium: at veram proprietatem nunquam trãsferri. Quòd ſi reipſa data ſint, id pro nullo eſt habendum. [ita cenſuit quoque Ang. in l. ſi certarum. ſub fi. ff. de teſtam. mil. & vterque Imm. Ioh. ſcilicet

Iura regalia non poſſe à principe in priuatum conferri.

in rubr.de verb.oblig.& Alexan.in l.filio quem pater.ſub fi.print.ff.de lib.& poſth. & conſ.24.ponderatis his.col.pen.vol.5. Luc. quoque de Penn.in l.in ſacris.pen. col.verſic.ſed pone, Rex Siciliæ.de prox. ſac.ſic lib.12.C.] Hęret ſi quidem illarū rerum dominiū ipſi coronæ non Regis perſonę[iuxta l.ſi ſticho.& l.quis ergo.ff.de pecul.& l.3.ſub pr.ff.pro ſoc.facit l.conſenſu.ſub.princ.de repud.& c.inter corporalia.in pr.extra.de tranſl.epiſc.]

Rerū ad coronam regiā pertinętium non eſſe licitam alienationem.

His & compluribus aliis ſimilibus rationibus, initæ quondam pacis conditiones inter Carolum quintum Francorum & Eduardum Anglorum Reges ruptæ fuêre, quòd pro Ioannis patris Caroli redemptione, tota Aquitania è regno Gallorum, ad Anglos trāſlata fuerat. Quam cum Carolus ius alienandi non habuerit, Romani põtificis auctoritate & imperatoris ſententia factum eſt, vt Anglus iniuſte detentam aquitaniam rurſus Gallis reſtituere armis iuſtè captis cogeretur. Et huic rei non abſimilis ſuperioribus annis accidit, dum ſub Pauiam Frāciſcus huius nominis primus Gallorum rex captus in Hiſpaniam deducitur. Pro cuius redemptione traditus eſt imp. Carolo quinto comitatus Flandrię, quem quia cõſtat ad Galliarum regnum pertinuiſſe, pro non tradito habendum eſſe, poſſéque Regem noſtrum eam patriam iuſtis vendicare armis, ac bello repetere nemini ambiguum eſt.

Non valuiſſe pactū fœdus inter Carolum. 5. & Eduardum.

At diuerſa omnino ratio eſt, vbi Imperator vel Rex aliquid ex patrimonio ſuo in feudum conceſſiſſet cuidam ob ſingularia eius in ſuum regnū benemerita, modo ęque cum beneficio accepto commenſuretur, fidelitate interim, reſſortu, ac ſuperioritate vt ita loquar, ſibi reſeruatis. [ita cenſuit Bald.in rub.de no.Cod.conf. in ver.primus caſus.] Quę res maximè locum habet in pace ineunda, quam etiam optimus quiſque princeps magno ęre cõparare debet. Nam & ita traditum quondam fuiſſe Aquitaniæ ducatum teſtatur Rom.pont.in c.nouit.extr.de iudic. Neq; enim per infeudationē minuitur honor, ac regia dignitas: quinimo ex ſubditorum potentia & facultatibus, augetur. [iuxta auth.Conſti.quæ de dignit.§.generaliter. collat.6.] tum etiam mutuo quodam obligationis officio inuicem aſtringuntur vaſſalus & dominus, mutuáque defenſionis præſtāt officia. [vt in c.1.de for.fidel.& in c.1.de nou.for.fidel.] Quo fit vt per infeudationem, non fiat conditio domini deterior, cum vaſſalum ſibi obſequentem reddat. Hodie tamen conſtat longè deteriorem eſſe vaſſali conditionē quàm domini.

Poſſe principem ratione pacis ineundę patrimonium regiū in feudum alienare.

Has autem licitas conceſſiones ſeu donationes fieri, duobus potiſſimum conſtat. Pragmatica quippe ſanctione, ſeu ſecunda iuſſione, [iuxta auth.de mād. prin. §.ſi quis autem cui tale.] Cum per ſecundam iuſſionem, res maturiore animi deliberatione, ac iudicio procedat [vt in auth. vt cum de appell.cognoſc.§.ſed hoc præſenti.& ita nominatim concludit Plac.in l.vl.de locat.præd.fiſcal.col.pen.lib.11.C. Facit quoque l.idem Iulianus.§.conſtat. & quæ eo loco not.doct.de leg.1.] Oportet & ſecundo eaſdem conceſſiones eſſe, vt aiunt practici, regiſtratas & interinatas, probatáſque in camera compotorum. Alioqui nullius ſunt roboris. Qua re non adhibita, qui præſumpſerit his cõceſſionibus pro animi arbitrio vti, iiſdem priuatur, ac earum rerum donatarum poſſeſſio in priſtinū ſtatū reducitur, eo à petitione excluſo, qui non dubitauit inuadere, quod iure petere debuiſſet. idq; non obſtante quocunque principis reſcripto. [iuxta l.omnes.C.de fun.patrim.li.11.C.]

In legitimis principum conceſſionibus duo concurrere debere.

¶Omnimodam.

HOc verbum non abſimilem puto recipere interpretationem, qualis eſt in gloſ.in cl.1.de for.compet.in verb.omnimodam. vt adiectum ſcilicet iuriſdictioni, merum mixtúmque imperium generaliter comprehēdat, omnémque iuriſdictionis ſpeciem, temporalem, ciuilem & criminalem. Quo fit vt comes noſter, cui omnimoda iuriſdictio competit, habeat incarcerandi ius, non tamen ſecundum iuris communis formam, ſed vt iuxta ſuæ prouinciæ conſuetudinem in iudicando procedere poſsit, iúſque ſuis ſubditis reddere, ac delicta intra ſuum cõmiſſa territorium punire. Ex quo gloſſemate infertur comitem noſtrum, facultatem habere condendi ſtatuti inter ſubditos ſuos, tam quod ad litis ordinationem, quàm deciſionem pertinet, necnō ad delictorum intra ſuum comitatum commiſſorum punitionem. [quam ſententiam multum commendat Põt.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam. infec.& idem in l.ſi duo.ff.de acqu.hæred. & confirmant Abb.& Fely.in c.conque-

Comitem Bleſen. poteſtatem habere condendę legis inter ſuos ſubditos.

ſtus.extr. de for. compet. & in c. quod ſedes,extr.de offic.ord. Fely.rurſus in c.auditis.col. 4. de præſcript. & in c.graue. de off.ord.col.1.] Vnde Paul.docuit hoc verbum,omnimodam,idem ſonare quod pleniſsimam: qua dictione vtitur iuriſcon.in l.ſi in aliquam.§.pleniſsimam. ff. de offic. proconſ.& leg.

¶ Altam.

QVibuſdam ex celebrioribus noſtris huius temporis practicis, viſum eſt eas quas hodie iuſtitias appellamus, altã, mediam, & baſſam,idem omnino ſignificare quod iure communi merum, mixtúmque imperium,ac ſimplex iuriſdictio. [de qua triplici imperij ſpecie tex. eſt in.l. imperium,cum l.ſeq.ff.de iuriſd.om.iud.] Sed illi toto (quod aiunt) aberrant cælo. Siquidem merum imperium conſtat nihil aliud eſſe,quàm gladij poteſtatem habere in facinoroſos homines,vt eo Vlpiani reſponſo continetur. & ita conſiſtit in puniendis his omnibus,quę contra ius equitatémque fiunt, quod nos Gallico vocabulo exceſſus appellamus. Mixtum autem imperium verſatur circa decretorum interpoſitiones. Simplex item iuriſdictio in cauſis pecuniariis & litibus quæ ſuper negotiis,actionibus,commerciiſq; hominum interueniunt,cõſiſtit.[Quod fuſius tractant interpr.in cit.l.imperium.& maximè Bartol.in eo loco. & in l.placet. vbi Paul.quoq;,Ang.& alij.C.de pedan.iud. & Bal.in c.licet cauſam. in 3.col. extra.de probat.] Quæ quidē diſtinctio meri mixtiq; imperij, & iuriſdictionis, non correſpondet, nec commune quicquam habet cum his iuſtitiæ generibus, altæ,mediæ,& baſſæ. Quæ res vel inde liquido patet, ꝙ cui mediæ iuſtitiæ exercitium competit, eidem competit gladij poteſtás, quæ quidem ad merum tantùm imperium pertinet. Tutoris autem datio, & miſsio in poſſeſsionem, quæ ſunt mixti imperij, illi nõ cõpetunt. vt conſtabit ĵ. ex contextu huius tit. vbi de medio iuſtitiario fit mentio. Vnde fit, vt eius conſuetudinarię iuriſdictionis diuiſio, qua in altam, mediam, & infimã ſcinditur, non conueniat cum illa quæ à iure cõmuni fit. Sed crediderim ego cum Bal. in c.licet cauſam. de probat. has iuſtitiæ altæ, mediæ, & infimæ ſpecies eſſe iuriſdictionis ſimplicis. Quę enim infima iuriſdictio dicitur, illa eſt quæ iure communi olim ad quadraginta ſolidos (pro quibus hodie aureis vtimur) extendebatur. [l.1.C. de defenſ. ciuit.] Poſtmodum auth. iure ad trecentos eſt eadem aucta. [vt in auth.eod.tit.§. & iudicare.col.3.] De qua Bal.in c.irrefragabili.extr.de off.ord. inquit iuriſdictionem infimam eam eſſe, quæ alium inferiorem non habet, vtpote à quinquaginta aureis, vel ea quę iure magiſtratus competit, [vt in auth. de defenſ. ciuit.§.audiēt. & in c.humilis.ext. de maior.& obedient.in nouel.] At moribus noſtræ ciuitatis longè diuerſum obtinuit,multúmque coarctata eſt hæc infima iuriſdictio. ad ſeptem enim tantùm ſolidos & dimidium protenditur.

Quid infima iuriſdictio.

Eſt etiam aliquid in media iuriſdictione immutatum à iure communi, quo extendebatur illa ad trecẽtos vſque aureos. Sed hodie limitata eſt ad cauſas illas, quarum mulcta ſexaginta tantùm ſolidorum eſt. At quæ maior dicitur, ſupra eas ſummas in infinitum vſque prctenditur.

Iuriſdictionis tres ſpecies & circa quod ſingulę verſentur.

Facit & ocularis ea ratio, qua manifeſtè oſtẽditur ex huius tit. diſcurſu hic iuriſdictionem tãtùm ſtrictè ſumptam, quæ tertiam facit ſpeciem iuriſdictionis in genere. Nam imprimis noſtra conſuetudo huius iuriſdictionis generaliter ſumptæ, tres ordines ſeu gradus conſtituit, videlicet Comitis, Baronis,& Caſtellani. Quibus ſingulis omne iuriſdictionis ius, altæ, mediæ,& infimæ atttribuit, & quæcunq; ad merum imperium peertinẽt,cuiuſmodi ſunt gladij poteſtas, & ius decernendi, quod mixti eſt imperij. vt conſtat ex natura harum copulatiuarum dictionum, &,etiam,& ſimilium,quę ad augmentum apponi ſolẽt. Præterea poſt horum trium ordinum conſtitutionem,& tres alios ſuperaddidit: Alterum nimirum iuſtitiariorum (his enim noſtræ conſuetudinis verbis vti nõ verebor, magis rei ipſius quàm verborum ratione habita) quibus quidē omnium cauſarũ ciuilium cognitionem attribuit,quemadmodum & ei qui de iure iuriſdictionem altam habet. Multa inſuper eidem cõcedit,quæ ad merum mixtúmque imperium pertinent, vt habetur in 10. 11. §§. ĵ. eodem. Medio autem, iuriſdictionem illam ciuilium cauſarum limitat ad mulctam ſexaginta ſolidorum, nonnulláque quæ meri imperij ſunt concedit,vt patet ex §§.quibus mediæ iuſtitiæ fit mentio. infimo autem ciuiles tantùm cauſas attribuit,& quidem perſonales tã-

tùm, quarum mulcta ſummam ſeptem ſolidorum cum dimidio non excedit.

¶ Omnium.

Dictio, omnis.

DIctionem iſtam (omnis) ſecundum Archid. in c. diſpendia, de reſcrip. in 6. vniuerſalis eſt; quæ de pluribus (vt dicũt) verificatur. l. ſi pluribus. de leg. 2. & ex ſua natura collectiua, & ſic actum verbi vel rei cui iungitur omnibus ſimul peræquè attribuit. Qua ex re differt à dictione (quilibet) quæ diſtributiua eſt. Nam verbi actum cui iungitur cuilibet in ſolidum attribuit, vt declarant Bart. & Bald. in cit. l. ſi pluribus. Quæ res probatur ex l. non diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. Eadem quoque ratione differt dictio (omnis) à dictione (quiſquis) ſeu vnuſquiſque, ſecundum Bar. Quam differẽtiam expreſsius docuit Bald. in l. in hoc articulo. ff. de hæred. inſtit. Hæ enim dictiones actum de quo quæritur cuilibet inſolidum attribuunt: at dictio (omnis) non cuilibet inſolidum, ſed collectiuè ſimul omnibus.

Dictio, quilibet.

Dictio, quiſquis.

Omnium actionum inuniuerſum cognitionẽ ad comitem Bleſenſ. pertinere.

Cæterum quod ad huius conſuetudinis interpretationem pertinet, qua conſtitutum eſt omnium actionum notionem ad comitem Bleſenſ. pertinere, ita accipiendum eſt generaliter, vt omnes omnino cõprehendat actiones, nulla prorſus excepta. Ea enim eſt natura ſigni vniuerſalis vt omnia cõplectatur. [tex. eſt etiam in l. à procurator. vbi doct. omnes. C. mand. & l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. præd.] niſi ſpecialiter excepta probẽtur [l. vlt. ff. de pen. leg. l. 1. ſub. princ. ff. de vſufr. earum rer. quæ vſ. conſum. & l. 1. ff. de aleat.] vel niſi rei natura refragetur. [Accurſ. in l. vlt. C. ſine cenſ. vel rel. fund. comp.] Vnde cenſuit Old. de Pont. in con. 148. quidam comes. in vlt. col. nullum vſquam verbum eſſe adeo generalis ſignificatus, quin habita legitimarum circunſtãtiarum ratione, ciuilem recipiat interpretationem. [l. ſi mihi & Neuiæ. de leg. 3.] Verba enim quantũcunque generalia non extenduntur prẽter naturam illius actus, ſuper quo interponuntur. [Bal. in l. à procutore. C. mand. l. 1. §. vlt. ff. de vſufr. acceſc. & l. inter omnes qui ſatiſd. cog. & l. creditore. §. datur ſub ſi. ff. de bon. auth. iud. poſſidend. vbi verbum omne per quod adæquatur actio in factum contra creditorem in poſſeſſionem miſſum, actioni negotiorũ geſt. reſtringitur ad vtilitatem, quæ ex bonis debitoris prouenit, non ſi quid ex culpa abfuerit.] Sic pietatis intuitu reſtringuntur verba generalia: vnde in legato generali non cedunt filij naturales, ne fiat dura ſeparatio filiorum à parentibus. [l. vxorẽ. §. codicillis. de leg. 3.] Eadem quoque ferè ratione obligatio generalis reſtrictionem accipit [l. obligatione generali. ff. de pign.] Item propter fraudis euentum limitari quoque ſolet generalis ſchedula, quã vulgo quictãtiam appellamus. [l. tres fratres. ff. de pact.] Item & generale mandatum cum libera. [l. creditor. §. Lucius. ff. mãd.] Præterea & ratione ſubiectæ ſpeciei generi derogari ſolet. [l. cum quidam. de ſupellect. leg. & tractatur in reg. generi per ſpeciem.]

Nil adeo vniuerſale eſſe quod dictante circunſtantiarum legitima ratione limitationẽ aliquam nõ recipiat.

Item & ex his quæ ſubſequuntur, id quod ante factum per verba quãtumcunque generalia reſtringitur [l. ſeruo manumiſſo. ff. de pecul. leg. l. ſi ſeruus pluriũ. §. 1. de leg. 1.]

Ex his cõſtat, quàm ſæpe verba quantumuis generalia interpretationem, reſtrictionémque accipiant. Quæ omnia manifeſto argumento ſunt (vt ad propoſitam rem deducantur) iuriſdictionẽ omnimodam hac conſuetudine comiti noſtro Bleſenſ. attributam, quantumuis ſub verba generalia, ac indefinita non continere ea iura quæ Francorum Regi in ſupremæ ſuæ maieſtatis teſtimonium reſeruata ſunt. Cum huiuſmodi regaliorum iura immotè hæreant in ipſa principis perſona, nec in priuatos cadant. Quare hæc iuriſdictio ſiue à principe conceſſa ſit, ſiue à conſuetudine attributa, [quod fieri poſſe oſtenderunt interp. in l. 1. C. de emãcip. lib. Et tex. in l. viros. C. de diuerſ. offic. lib. 12. C. & c. cum dilecti. extra de arbit.] ordinariam tantum, non regiam comprehendit. Per quamcunque enim indefinitam, & generalem conceſsionem, ea quæ ſpecialia ſunt & à iure cõmuni (quod dicitur) exorbitantia transferri non intelliguntur, [Luc. de Penn. in l. 2. de iur. reipub. & in l. 1. de vetera.] Nam ſi effuſę huiuſmodi, ac immenſæ conceſsiones regaliorum fierent, vis legi, regiarum rerum alienationem, diuiſionémq; vetanti, afferetur. [c. lege. 12. diſt. Innoc. & cæteri. in c. intellecto. ext. de iureiur. & in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per fed.]

Cæterum placet hic obiter in practico-

rum gratiam pauca referre, quę ad horum ſignorũ vniuerſaliũ differentiã pertinẽt. ea enim quã frequentiſsimè ac paſsim occurrere nemo eſt qui neſciat. Signa itaq; illa ſunt, vniuerſi, omnes, totus, cuncti: quæ quidem indiſcriminatim, ac promiſcuè à Gallis vſurpãtur ea ſola voce, tous.

Sciendum autem eſt, imprimis ea quæ ſub nominibus vniuerſalibns continentur, non vt ſingula, ſeu particulariter ſub vniuerſitate contineri, ſed vt ſimul collecta accipienda eſſe, & quæ vnum vniuerſale conſtituunt. vt hæreditas, dos, patrimonium, peculium, caſtrum, & innumera alia. Quæ autem ſub generalitate continentur, conſiderantur quidem vt ſingula, & vnumquodque per ſe, vt dicunt logici, quanuis ſub generalitate incluſum ſit. Vnde quæ ſpecialiter concedi non poſſunt, in generali conceſsione non veniũt, vt proximè oſtendimus. Ita & quæ ſpecialiter prohibita ſunt obligari, in generali obligatione non continentur. [l. obligatione generali. ff. de pignor.] At diuerſum obtinet in vniuerſalitate, cũ ea enim tranſeunt etiam quæ ſpecialiter alienari prohibita ſunt. [l. in modicis. de contrah. empt. & l. quædam. ff. de acqui. rer. dom.] Vnde vendito caſtro, cenſetur quoque venditum ius patronatus, quanuis ipſum per ſe ſolũ vendi non poſsit, cum ſit quid ſpirituale. [c. ex literis. c. cum ſecundum, & c. de iure. extr. de iur. patro. Latè id tractant Cano. in c. quanto, extr. de iudic. & Bart. in l. generali. §. vxor. ff. de vſufr. leg. Pont. cõ. 44. ex ſuprà narrato themate.]

Ius patronatus ſub vniuerſitate vẽdi poſſe eum caſtro ad quod pertinet.

Vt autem ſingulas quaſque dictiones ſuprà relatas quibus ea generalitas & vniuerſitas ſignificatur, proſequamur. Noſſe primùm oportet, ea dictione (vniuerſi) denotari plurium collectionem. Et ſic vniuerſitatis appellatione contineri eos qui vno eodémque collegio ſunt coadunati. Et propterea hęreditatem (quę eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit. [l. nihil aliud. de reg. iur.)] non conſiderari vt ſingularia, particulariáue bona conſtat: ſed vt vniuerſa ſimul coadunata, coniunctáque. Omne verò ediuerſo accipimus, vt res quidem plures ſignificet, ſed eas vt ſingulas ſimul collectas conſiderari, quæ quid vnum conſtituunt, ſicut ſingulę ſpecies vnum genus. Ex qua re patet differentia inter omne, & vniuerſum, quã ſuboſcurè tradit Accur. in l. hæres in omne. ff. de acq. hæred. Sed manifeſtius declarabitur exemplo, verbi gratia, Omnes Gelonis milites Bleſis ſibi habitandi ſedes conſtituerunt: ea verba hunc habebunt ſenſum, vt horum vnuſquiſq; ſibi ſedem ac domicilium conſtituerit. Sin verò ea dictione, vniuerſos milites, &c. vſus fueris, tunc intelligemus omnes vniuerſaliter vnam veluti, communémque ſedem pro omnibus delegiſſe. Totum autem magis ad temporis vnitatem, ſiue, quod aiunt, integralitatem refertur: Qua in re à dictione omne diſtat, quæ vniuerſos, ſiue plures deſignat: totum autem de eadem re prędicatur. [Quam quidem differentiam ſenſiſſe videtur Accurſ. in inſt. pro ſoc. ſub princi. vbi Io. Fab. & Ang. Aret. meminit. Bart. in proœm. ff orum. & rurſus in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.]

Differentia inter omne & vniuerſum.

Quæ vniuerſitatis appellatione contineãtur

Ex quibus conſtat dictionem, omne, ad numerum magis referri, ſeu ad plura quæ numero diſtincta ſunt, vt omnis grex, omne pecus. Totum autem ad quantitatem pertinet, & ad corpus aliquod integrale, vt totũ corpus, totus homo, tota domus, Nec enim tota domo plures domos intelligimus, ſed omnes ædium partes ſignificantur. Et qui totam noctem inſomnem duxit, non pluribus noctibus inuigilaſſe cenſetur, ſed omnibus illius noctis partibus. [Iaſon in l. 3. §. filius autem, poſt prin. ff. de lib. & poſth. & in l. Cẽturio. in 2. lec. ff. de vulg.] Hinc quoque colligi poteſt differentia inter totũ & vniuerſum. [quã obſcurè tradit Accurſ. in l. nihil aliud. ſub fi. ff. de verb. oblig.] Itẽ & inter has quoque dictiones, cuncti, & vniuerſi. Dictio enim cuncti, ad ſingula refertur, vt cunctos qui domi aderant, interpellauimus, id eſt ſingulos. At cum vniuerſos dicimus, omnes ſimul collectos intelligimus, vt vniuerſos qui domi erant, vi expulit, hoc eſt omnes ſimul.

Differentia inter totum & vniuerſum.

Differentia inter omne & totum.

ARTICLE VNZIESME.

Ledict ſeigneur comme conte de Bloys, a reſſort & ſuzeraineté ſur ſes vaſſaulx, & ſubiectz eſtantz audict Conté: c'eſt à ſçauoir ſur le Conté de Dunois, & ſur les Barons chaſtellains, haultz, moyens & bas iuſticiers eſtantz audict Conté de Blois: tant en cas d'appel qu'autrement. Et a ledict ſeigneur preuẽtion en tout ſondict Conté & reſſort d'iceluy, es cas de nouuelleté.

§. SECVNDVS.

Idem ipſe princeps vt Bleſenſis comes ſuperiorem iuriſdictionem habet in clientes ſubiectos ſuos, comitatus ſui incolas, in comitem ſcilicet Duuenſem, Barones caſtellanos reliquos: item dominos, merum, mixtúmq; imperium, aut iuriſdictionem habẽtes: cum in appellationum cauſis, tum & in cæteris. habet idem ius præuentionis iuriſdictionis, in cauſis in quibus de ſaiſina & nouitate controuertitur, idque in vniuerſo ſuo cõmitatu ac prouincia.

INter cætera harum conſuetudinum capita, hoc maximè non immodicas excitauit altercationes, controuerſiáſque inter homines noſtros, qui his pùblicandis interfuerunt. Dum enim hanc conſuetudinem vt cæteras publicandam curarẽt regij aduocati, procuratoréſque, aſſentientibus his quibus huius rei cura demandata erat, ſummis contentionibus ſe huic publicationi oppoſuerunt inferiores iudices, ita vt in ſeditionem vſque ferè itum ſit. Quę tamen me authore tandem pacata eſt, in meámque ſententiam pedibus à reluctantibus etiam iudicibus itum eſt.

Dicebam itaque ante omnia, Bleſenſem noſtrum comitatum, antiquiſsimum eſſe regale feudum, ab ipſo regali ſceptro coronáque ex lege feudi immediatè profectum. Ita vt in vetuſtis regiis diplomatibus, nobile coronę Franciæ membrum, illuſtri ac magnifico titulo appellatum ſit. Non quod ex coronæ patrimonio eſſet, aut in apennagium aliquando fuiſſet conceſſum, aut reuerſioni in coronam ſubiectum, Sed quia, vt dixi, regale feudum eſſet, à regia profectum corona. Tum quod etiam antiquitus Bleſiorum Comes regalia in Bleſenſi diſtrictu, ſuo iure percipiebat. Quare cudendi monetam (quę Bleſia vocabatur) ius habebat, & feuda tollẽdi, quod vulgus Gallorum amortiſſare appellat. Item & gratias, delictorúmque abolitiones, quas remiſsiones dicimus, concedere, euocare præterea ab exilio licebat. Quę facultas conſtat ex antiquis chartulariis, quæ in camera rationum ſeu compũtorum Bleſis adſeruantur, quibus manifeſtè cõſtat, antiquos Bleſiorum comites omni regaliorum iure in toto ſuo comitatu vſos fuiſſe. Quæ ipſa per ſe ſatis oſtẽdunt, feudum id planè regale eſſe, per ea quæ nominatim docet Bald. & cæteri feud. in c. 1. de feud. march. & in titul. quæ ſunt regal. Præterea Bleſenſis. comitatus duos alios ſub ſe continet, Dunenſem, & Sanctanianum. licet hoc §. Dunenſis tantùm fiat mentio. Comitatus ſiquidẽ Sanctanianenſis, poſt publicatas has noſtras conſuetudines in comitatus dignitatem erectus eſt. Præterea quatuor quoque baronias, & centum vel amplius caſtellanias ſuæ iuriſdictioni ſubiectas habent Bleſæ noſtræ, quæ ſingulæ à Comite noſtro Rege in feudum tenentur, ſuntque de eius iuriſdictionis reſſortu, ita vt cauſæ appellationum vel mediatè vel immediatè ad iudicem Bleſenſem (quem Bailliuum Gallico vocabulo dicimus) deuoluantur tanquam ad fontem à quo profluxerunt, vt in ſimili dixit Bal. in c. 1. §. de pac. ten. quo fit vt negare non poſsit, eos inferiores vaſſalos, ſuas iuriſdictiones infimas, à noſtro comite acceptas, in feudum habere. Ideo has ſuas iuriſdictiones accumulatiuè quidem, non priuatiuè ad hanc Bleſenſem iuriſdictionem venire cõſtat. In quam omnis fere poteſtas regia tranſlata eſt, ex conceſsione in feudum facta. Ideoque pleniſsima omnino iuriſdictio comiti noſtro in Bleſeñ. prouincia, vt regi intra ſui regni fines patet, & Imperatori in toto orbe.

[Paul.Caſt.con.34.ſuper primo dubio.in no.] Nam & quod ab aliquo per productionem quidem, at non per auerſatiuam ſubſtractionem conceditur, ſapit quidem eius qui id transfert originem, nec minus in effectu eſſe cenſetur in cauſato, quam in cauſa[l.qui id quod.ff.de donat.& l.tutor.ff.de fideiuſſ.] Vnde colligere licet per vtriuſque poteſtatis, ſcilicicet concedentis, & conceſſæ influentis coniunctionem ſeu communicationem, eadem peræque obſeruari priuilegia, & regis, & comitis noſtri. Quo fit vt recte conſtitutum ſit inter comitem noſtrum, & illius vaſſalos locum eſſe præuentioni[arg.l. ſi pluribus §. vlt. cum his quæ eo loco traduntur ab Alex.Aret. Bart. & Iaſ. ff. de adult. & in auth.qua in prouincia. C.vbi de crim. ag. oport.cõfirmat.Ang.in l.1.§. ſi quis in appellatione.pen.col.ff.de appellat.] In hanc rem facit Bart. ratio tradita in l.ſtudentibus.C.de off.præf.vrb.inquiens ſpecialem iuriſdictionem aliquibus conceſſam iudicibus, iuriſdictionem poteſtati non tollere, propterea quod iuriſdictionem habet vniuerſalem. [quod videtur probare tex.in cit.l. ſtudẽtibus.& l. quoties.§. vlt. ff.de adminiſt. tut.vbi curator bonorum, quæ pupillo ſuperueniunt, adminiſtrationi deputatus, tutoris cui vniuerſa rerum omnium adminiſtratio demandata eſt, poteſtatem non reſtringit: quod quidem reſponſum maximè ad propoſitam rem facit. vt docet Aret. in l. quod in rerum.§.ſi quis poſt.de leg.1. eſt & tex. in c. per hoc. de hæret. in 6. vbi Gemi. Pont. con.393.preſens conſultatio.& Aret.con. 101. Spectabilis domine & duca. Item & vterque Imm.poſt Iaſ.in l. titiæ textores. ſub fi.pr. de leg. 1. & ampliſsime cumulat Fely.in c. paſtoralis.de off.ordin.]

Sed ne ego omnino viderer, inferiores iudices deſtitutos relinquere, plurima quoque in eorũ cauſam adducebam. Ac primum conſtat inferiores iuriſdictiones pro Gallorum moribus inſtar patrimoniorũ eſſe, vt ſupra fuſius oſtẽdi in prox. §.in ver.iuriſdictione.vnde fit vt vaſſali in ſuis feudis & iuriſdictionibus illis cohærentibus, vtile habere dominum intelligantur[vt eſt tex.in c.1.vbi gl. in ver.vtiliter.& Bal.de cõtroueſ.inter dom.& vaſ. & tex.in c.1.§.1.vbi Bal. de inueſt. & reb. al.fac.& in c.1.§.preterea.de capit.Cor.& in c. ſed ea res. in pr. per quos fiat inueſt.] Secundo, feudum ipſum in bonis vaſſali cẽſetur[vt docet gl.& Bal.in c.1.ſub prin. per quos fiat inueſt.] Igitur preferri debẽt in iuriſdictione exercenda, ſuperiori directum dominium habenti[per l. procuratore in rem ſuam dato.ff. de proc. Quam ſententiam expreſſe refert Bal.in c.1.§.ſimiliter. de leg. Corr.] Iuriſdictiones & feuda in bonis vaſſalis eſſe, ac in his vtile dominium habere.

Tertio, eæ iuriſdictiones à comite Bleſenſi ſuis vaſſalis, in feudum conceſſæ ſunt ex lege contractus, qui vltro citróq; obligatorius eſt, vt nos vberius proſequemur in rub.infra,de feud.vnde qui eas cõceſsit ad obſeruandam contractus legem tenetur. Quæ obligatio etiam ad ſuos hęredes tranſit: quinetiam Imperator ius alteri ex contractu cum eo inito quæſitum, ſuo etiam ſummo poteſtatis iure tollere non poteſt.[c.1.de nat.feud.& nos proximè explicuimus.] Quo fit, vt vaſſalorum ſuorum iura conceſſa, ſtatúmque eorum ac honorem, iure immutare non poſsit. [tex.in eam rem expreſſus in auth.de refe rend.§.præterea.] etſi id proprio motu cõſtitueret: cum ius in hoc circunuentos eos fingat, ita vt in contrarium probatio non admiteretur.[l. prædia. C.de locat. præd. ciuil.lib.11.& l.1.C.de diuer.prę.d.eod.lib. Bald.conſil.327.pridie conſului. & in c.1. §.vl.qui feud. dar.poſſ.] Ea eſt enim feudi natura, vt vaſſali iuriſdictio à ſuperiore infringi non poſsit. [tex.d.c.1. de nat. feud.] At non poteſt princeps cõtra cuiuſquam rei naturam decernere.[l.ſi peculium. §.1. de pecul.leg.l. per ſeruum.ſub fin.ff.de vſ. & habit.]

Quarta item ratio potentiſsima eſt: nã conſtat iſtas iuriſdictiones inferiores vaſſalis quidem cõceſſas, non tam in gratiam coadiuuandæ ſupplendæque iuriſdictionis generalis, quam in toto ſuo comitatu habet comes noſter, quàm in ſubditorum fauorem, ne videlicet longius à domiciliis ſuis agentes, à negotiis priuatis diſtraherentur, ac ne immenſis ſumptibus vexarentur: & ne ruſticis maximè deſerta agricultura tam peregre proficiſcendum eſſet,[vt in auth.de defenſ.ciuit.§.2. verſi. & iudicare.] Præterea & hæc quoque conceſſa in gratiam & remunerationem meritorum à vaſſalis acceptorum, vt nos infrà vbi de feudis ſerius agemus. Vnde eæ iuriſdictiones ex lege contractus vaſſalis conceſſas, in certis locis & territoriis, tanquã è generali comitis noſtri iuriſdictione ſeiunctas, & velut ſpecies à genere ſeparatas, nullo modo ad eam amplius perti-

nere.[vt docet Bal.in c.vno delegatorum. in 3.col.verſ.quæro de tali dubio.extra.de offic. deleg.] Conſtat enim ſpeciem à genere euulſam atque diſtinctam eidem derogare.[Bal.in c.ſtuduiſti.ext.de off.leg.] Et ita ſpecialis illa conceſsio generali derogat iuriſdictioni, præferríque illi debet. [vt concludit vterque Imm.in cit.l. Titiæ textores.de leg.1.]

Iudicem ſuperioré non poſſe inferiorem iuriſdictione ordinaria defraudare.

Quintò, docuit Bal.in.l.1.q.13.ff.de of. conſ.ſuperiorem iudicem vetare non poſſe, ne inferior ſua vtatur iuriſdictione, prę- terquam in cauſa ad ſuperiorem deoluta, vel ex cauſa appellationis, vel nullitatis, vt in integrum reſtitutionis coram ſuperiore intentatę.[l.4.C.de accuſat.argu. l.ſi ex cauſa.C.de tranſact.] Aut etiam niſi inferior iuriſdictionem tātùm haberet, ad nutum & voluntatem ſuperioris, qualiter habet vicarius à domino.[l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.] Fateor quidem diuerſum obtinere vbi iuriſdictio nō eſſet iam inferiori accommodata, ſed ad vtrunque promiſcuè ſpectaret. Tunc enim melior eſſet præeminentioris iudicis conditio, æquúmque foret minorem maiori cedere. [in quam rem citat Bal.l.1.C. de off.præf. vrb.& quæ tradunt Accurſ. & Cy.in l.illam.C.de donat.]

Sextò, conſtat ſuperiores prælatos, & dominos extra caſum negligentiæ, iuriſdictioni inferiorum ſeſe immiſcere non poſſe.[gloſ.ſing.in cl.gratiam.verſi.ne igitur. de celeb.miſſ.

Vaſſallos non poſſe niſi coram dominis cōueniri nec in alium iudicem conſentire.

Septimo ab Imperatore Federico diſpoſitum eſt, vt ſi inter duos vaſſalos lis ſuper feudo oriatur, ad dominum pertineat huius controuerſiæ cognitio, determinatióque. Ita vt non poſsint vaſſali niſi coram dominis conueniri, [gl. ſing.in c. imperialē.§.prēterea ſi inter duos.de prohib. feu.alienat. per Feder. & tex. in c.1. apud quos controu. feud. diffin.] nec per viam prorogationis in alium iudicem conſentire poſsint.[Bart. in l.1.ff. de iudic. & in l.1.§. poſt operas.ff.de nou. oper. nuntiat. Bal.in l.deſeruiunt.col.2.C.de ſacroſ. eccleſ. fa.l. priuatorum conſen. ff.de iuriſd. om.iud.] Nam iudiciū ſpeciem quandā alienationis habet [notatur in l.ait prætor. ff.de iur.delib.] Quod & ſanxit Ro.Pōt. de clericis: vt non niſi coram proprio epiſcopo conueniri poſſent, etiam nec in alterum iudicem conſentire, niſi accedat prorogationi huic illius authoritas[c.ſignificaſti.de officio. & poteſt. iud. deleg.] Ita vt per viam voluntariæ prorogationis citra dioceſani conſenſum, in non ſuum iudicem conſentire non liceat. Vnde ſequitur vt cum omnes apud nos iuriſdictiones temporales, feudales ſint, & in feudū conceſſæ non poſsit ſuperior in præiudicium vaſſallorum vſurpare iuriſdictionē, in illorum ſubditos, vt ſupra oſtendimus in rub. in ver. iuriſdictionem. Quare nec ſubditi coram aliis litigando, aliorum iuriſdictionem in præiudicium domini prorogare poterunt [vt concludit Fab. in l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſ.audienti.]

Conſuetudinem poſſe tribuere ac detrahere iuriſdictionem.

Octauo, conſuetudo ipſa iuriſdictionem tribuit perinde, atque ipſa lex. [Accurſ.in l.1.de emancip.lib. & Bart. in l.viros.de diuerſ.off.lib.12.C.] Quinetiam & iuriſdictionem eadem detrahit conſuetudo. Poteſt enim conſuetudo ipſo eodem caſu ab epiſcopo iuriſdictionem tollere, ac inferiori tradere prælato, nec poteſt epiſcopus tunc ſe inferioris iuriſdictioni immiſcere.[ita not.Bal.in c.cum ab eccleſiarum.vlt.col. extr.de off.ord.] Et hoc ideo quòd iuriſdictio alicui conſuetudine quæſita, fortius ac tenacius nobis inhæreat, quàm ea quæ à iure communi vel principe conceſſa eſt.[vt refert Bar. & poſt eum Ang. & Plat. in cit.l. viros, vbi ſi ſimplici ſtatuto derogatum ſit aliquorum iuriſdictioni, non cenſetur diminutum quicquā ex iuriſdictione, quæ conſuetudine introducta eſt, ſed reſtringitur ſtatutū ad eam duntaxat, quæ iure communi competit. Iaſ.in l.moribus.col.2.ff.de vulg.]

At conſtat hoc toto tit. de iuriſdictione com. Bleſeñ. vnicuique iudicum certum gradum atq; ordinem conſtitutum eſſe, nempe de qua re, de quibus item cauſis, & inter quos cognoſcant. Nec eſt præuertendus ille præſcriptus ordo,[vt in auth. vt ab illuſtr.in rub.& contextu. refert Bal.in c.1.ſub princ.ext.de offic.leg.] Ideo cū certa præfixáque iuriſdictio vnicuique ex noſtri comitatus iudicibus, hac conſuetudine aſsignata ſit, cenſentur præuentiones, quæ in iuris communis iuriſdictionibus locum habebant, ſublatæ. Ne ſi vnus alij creditam iuriſdictionem ſubſtraheret, ſeu cognitione præueniret promiſcuis actibus, rerum turbarētur officia, ordinéſque confunderentur.[l. conſulta diualia.C.de teſt.]

Poſtremò horum iudicum inferiorum cauſam tuebar eo perpetuo edicto, quo Ludouicus nonus, & Philippus quartus

illius nepos, & Ioannes, clarissimi Gallorum reges sanxerunt ne baronum subditi, quibus altæ iustitiæ ius competit, ad alia regia iudicia, nisi ex causa reissortus, seu appellationis traherentur, sed coram suis iudicibus conuenirentur. Cuius præclarę sane constitutionis meminit Fab. inst. de Attil. tut. sub princ.

Post multas tamen hinc inde altercationes, omnis lis ac disputatio me iudice ita definita est. Sanxi itaque ego, vt cum hodie in hoc nostro regno iurisdictiones omnino sint vassallis in feudum concessę, excepta causa ressortus, quæ ad regios iudices deuoluitur, superiores nullam in vassallorum territoriis & iurisdictionibus præuentionem habere. quandoquidem, vt ait Card. in cit. cl. causam. vers. ne igitur, in iurisdictione inferiorum prælatorum, quę illis proprio iure, priuilegio, vel consuetudine competunt, non se intromittunt superiores, nisi in casu negligentiæ. [c. irrefragabili. §. 1. de off. ord. text. ting. in c. dilecto. extr. de off. archid. text. in auth. de defens. ciuit. §. 2. versic. & iudicare.] Cæterum, vbi superior & inferior in iurisdictione concurrunt, tunc conclusi locum fore præuētioni. [c. 3. extr. de off. archid. de qua re plenè in l. si pluribus. §. vlt. de leg. 1.] Et hoc casu procedunt argumenta quæ pro prima parte retulimus in defensionem huius nostræ consuetudinis. Ea enim locum habēt, vt nominatim docet Fab. in ti. de Attil. tut. in locis, prouinciisque in quibus omnimoda iurisdictio ad vnum solum spectabat, vt ad Regem, qui vtrosque iudices instituerat: nec erat alteri officialium propria. Hæc autē in posteriore casu propria est baronum, & aliorum inferiorum vassalorum. Quę res satis constat ex statutis regiis, quibus inhibitum est ne regij iudices aliquem iudicialem actum gerant, exerceántue, in territoriis baronum, nisi ex causa ressortus. Et ita res obtinuit, publicatáque est hæc egregia consuetudo, renitentibus maximè regiis aduocatis. sed horum conatus quibus inferiores iurisdictiones labefactare nitebantur, planè elusi ac in nihilum redacti sunt.

ARTICLE DOVZIESME.

Ledict seigneur Conte, Barons & chastellains dudict conté & bailliage de Blois, ont droict de tenir leurs asisses quatre fois l'an: esquelles asisses sont traictées les causes d'appel interiectées des iuges inferieurs, ressortissants es sieges desdictz seigneurs: & auxquelles sont tenuz comparoir lesdictz vassaux, ou leurs iuges, ou procureurs en leursdictes iustices.

§. TERTIVS.

Præfatus dominus Comes, Barones, atque castellani huiusce comitatus & prouinciæ, quater singulis annis solennibus sessionibus (asisias vulgo appellant) subditis ius dicunt: quibus appellationum causæ ab inferioribus iudicibus interpositæ tractantur. In quibus quidem sessionibus, clientes, qui iurisdictionem habent, vel qui eorum vicem gerunt, procuratóresue, suo nomine sistere necesse habent.

Quid sessiones quas vulgo asisias dicimus.

HVius consuetudinis interpretatio, maximè constat ex declaratione vulgaris illius vocabuli sessiones, Galli asisias vocant. Quæ quidem sunt certi, præfixíque dies, quibus maiores iudices, vt Comitum, Baronum, & castellanorum, publice ac solenniter subditis suis iura reddunt, quæ à diuo Ludouico clarissimo Galliarum Rege duplici de causa institutæ referuntur. Primo ad exaudiendas denuntiationes, querelásque subditorum, super dolis, fraudibus, malisque versationibus ab officialibus commissis. Secundo ad definiendas appellationum causas, quę ab inferioribus iudicibus interponuntur. Harum stationum seu sessionum meminit Fab. in 2. procem. inst. in materia notorij, vbi notorium id ait esse, quod in illis generalibus sessionibus fit, perinde atque quod populo vnà congregato diebus festis, professisque indicitur.

Porro & id ſciendum eſt cum hac conſuetudine fiat tãtum mentio Comitum, Baronum, & caſtellanorum, non ius eſſe inferioribus dominis, ſeu iudicibus aſsiſias tenendi, vt puta his qui alteram duntaxat ex his iuriſdictionibus altam, mediam, vel infimã habẽt: ea enim prærogatiua tantùm conceſſa eſt maioribus dominis, ſeu iudicibus, & in conſequens minoribus cenſetur denegata. [l. ab executore. vbi gl. 3. ff. de appellat. Specul. tit. de arbit. §. ſequitur. de quibuſdem verſ. ſed nunquid verbum obſcurum. col. 10. facit l. 1. ſub fi. ff. de quæſt.] Eo tamen iure repugnante hodie videmus inferiores iudices hanc poteſtatem, ſibi arroganter ſatis vſurpaſſe.

ARTICLE TREZIESME.

Le Baron a droict d'auoir fourches patibulaires à quatre pilliers par dedans & par dehors, & a feſt & a ſoubzfeſt, & tout autre droict de iuſtice qu'ont les chaſtellains & autres ſeigneurs inferieurs.

§. QVARTVS.

Baroni ius eſto furcas patibulares quatuor erectas columnis, intrà extráque eminentibus ac colligatis habere: cui & competunt alia omnia iuriſdictionis iura, quibus caſtellani inferioréſque iudices vtuntur.

BAronem Iſern. in c. 1. §. ſimiliter. in ver. baronia. de capita. qui cur. vend. eum eſſe definit. qui plura ſub ſe habet feuda. Vnde Bal. in c. edoceri. col. 1. extra. de reſcript. docet Baroniæ plæraque membra ſubeſſe, quemadmodum eccleſiæ. Qua ratione Turones, Andes, & Cenomani, populi nobis finitimi, Baronis titulo eum honorant, cui duæ, pluréſue caſtellaniæ ſubſunt. vnde apud feudiſtas barones maiores valuaſſores nominantur [Bal in c. 1. §. ſunt & alij. Qui feu. da. poſ. & Aluaro. in c. vno. col. 2. Quis dic. dux. march. Bal. in c. vno delegatorum. ſub fi. ext. de offic. deleg. inquiens Barones eſſe eos, qui opibus potentes, iuriſdictionum iura aliqua habent. Idem in c. penult. extra de renuntiat.] Sunt tamen Barones comitibus dignitate minores, quia & ſi feudum dignitatis ij habeant, non tamen regalis, vt comites. Qua re diſtat Baro, à Comite [vt eſt tex. in c. 1. de feud. march.] Sed iſta meo iudicio non ſatis exacte oſtendunt, nec definiunt Baronis conditionem. Vnde non his admodum ſatisfactus Barbat. in extrauag. volentes. In ver. Co. Baro & nobilis, quem refert Curt. in ſuo tract. feudorũ. in 2. quæſt. princ. qui inſcriptus eſt, de feud. laic. teſtatur nuſquam à ſe lectũ in iure, quis eſſet proprie Baro. Niſi quod quædã leuis huius deſcriptio extet ſcripta in c. 1. quis ſit dux. vel march. Vbi Baro is eſſe definitur, qui à principe vel à poteſtate, plebe aliqua, vel plebis parte per feudũ fuerit inueſtitus: is enim capitaneus appellatur qui proprie valuaſſor magnus vulgo Baro dictione à Græcis mutuata quę grauem ſignificat. De differentia inter Baronem & Comitem vide Curt. Seniorem con. 68. dominus Ioannes. col. 5.

Comites dignitate antecellere baronesquòd feudum regale habeant.

Cæterùm, quod ad baronum prærogatiuas pertinet, nihil eſt huius rei his noſtris conſuetudinibus proditum. Satis enim ſupérque ſibi iuris & authoritatis arrogant qui ea dignitate prefulgent. Tum ſi quid eſt quod in iure deſideres, petendũ eſt ex finitimorum populorum moribus: vt ſunt Turonenſes, Andes, & Cenomani, quorum conſuetudinibus pleraque baronibus ſingularia iura cõceſſa ſunt. [Idq; ſuadet faciendum Rom. Pontif. in c. cum olim. extr. de conſuet. & c. ſuper eo. extr. de cenſ. vbi gloſ. & ſcrib. & in l. 2. quæ ſit long. conſuet. C.]

¶Furcas.

FVrcarum tractatum copioſè ac doctè edidit Oldr. conſ. 161. Thema tale eſt. orta materia. inquiens eo in loco ſub primum reſponſum primæ quæſt. eas hac de cauſa inuẽtas, vt qui flagitioſe quid egiſ-

sent, vnde mortem mererentur, vitam laqueo, his suspensi furcis publicè finirent. Quó fit, vt censuerit idem in publicam vtilitatem erectas fuisse furcas, cum reip. summè interfit crimina non remanere impunita. [l. item vulneratus. ff. ad l. aquil. l. bona fides. ff. de postul. l. si actus. §. vlt. ff. de fideiuss.] Præterea & eas publicè erectas in propatulo esse suadet publica quoque vtilitas, vt scilicet earum conspectu facinorosi homines territi facilius à malè agendo auocentur: nam furcæ, veluti cuiusdā minacis ac terroris pleni edicti, pro rostris propositi, proscriptio sunt. Nam propterea quòd pœnarum impositiones, earundémque executiones momēto trāseunt, ac hominum memoria quàm citissimè excidunt, factum est legum industria, quo suppliciorum recordatio diutius inhæreret hominum mentibus, iísque ocius à maleficiis auocarentur, vt furcæ in eius rei gratiam perpetuo starent erectæ, non secus atque videmus in defunctorum memoriam, ac humanæ conditionis, fragilitatísque recordationem, alta antiquitus extructa esse monumenta. [l. quidā in suo ff. de condit. inst.] Nec omittendum quod Ord. in d. con. 101. l hema tale est, docuit dominum soli, in quo commode furcæ in omnium conspectum ex loco eminentiori erigi possiunt, illud vendere cogi posse, ratione publicæ vtilitatis. [vt in l. si locus. sub fi. ff. quemadm. seruit. amitt. Faciunt quæ not. doct. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de re vendic. l. vlt. §. vlt. ff. de pignor. act. l. Lucius. ff. de euict. l. lex Cornelia. ff. ad Sylei. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sump. fun. & arg. l. sunt qui putant. ne quid in loc. publ.] His autem cōpetit ius furcas erigēdi, quibus huius generis pœnam irrogare ius est. [ita Oldr. d. con. 161.] Et in crimen falsi incidere traditum est eū qui furcas erexerit nullo eius rei sibi competente iure. [l. eos qui. versic. & eum qui contra signum. ff. de falsi. & c. si iudex. de senten. excommunic. in 6.] Quo fit, vt intelligatur ei tantùm furcas figendi ius habere, qui merum habeat imperium, id est gladij, necísq; potestatem. [l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.] Ex furcarum enim erectione constat, arguitúrque meri imperij iurisdictio, vt eodē in loco concludit Oldr. Traditum quippe est personas & res ex loco, seu situ, suum modum significandi habere. vt prætor in sede, & furcę in aliquo erectæ territorio, quę merum significant imperium. [secundum Bald. in c. in Genesi. col. 3. extr. de elect. idem cons. 420. verba principis Montiferrati. lib. 1. dicit furcas magnam ac necessariam esse meri imperij significationem. Idem in l. à procuratore. sub princip. C. mand. & in c. 1. col. 2. quid sit inuest. & in l. arboribus. §. de illo. vers. nam etsi agrum. ff. de vsufr. inquiens per furcarum erectionem, quasi possessionē meri imperij retineri.] Vnde si vel intra centū annos nullus his furcis esset suspensus, non tamen tollitur illius imperij ius: nihil enim ea in re necessariū est exercitium seu actus, sed sufficit aptitudo ac potentia. Vnde sufficit signum, licet desinat signatum. vt docet idem Old. in vers. respondeo ad vltimū quęsitum. Cæteris autem qui mixtum imperium, iurisdictionémue simplicē habent, præfertur in erigendis, furcis is qui merum habet. [Ioan. And. in add. ad Specul. tit. de execut. vers. vidi dubitari. vbi omnia ille ab Oldr. præceptore suo satis inuerecunde mutuo accepit. Idem Bal. in cit. c. 1. col. 2. versi. quæ sunt Oldr. quid sit inuest. & Deci. consil. 249. in casu de quo quæritur.]

Solum in quo cōmode furcæ erigi possunt posse inuito domino distrahi ob publicam vtilitatem.

Sed quæri potest quę sit furcarum pœna. Et sane constat mortis pœnam esse. Qui enim furca pendent, solet ab his vita laqueo eripi. vt est apud Sallust. in bello Catilinario de coniuratoribus, qui in carcere Tulliano Ciceronis suasu strangulati sunt: quanquam hoc laquei supplicium à iure improbatum videatur. [l. aut damnum. §. 1. ff. de pœn.] verum hoc, nisi in famosos latrones irrogetur [vt eo loco placuit Accurs. per l. capitalium. §. famosos. de pœn.] Hoc autē pœnæ genus ignominiosum est admodum, magísque quàm capitis pœna: & qui vitam laqueo finierunt, adeò vili penduntur, vt ne eorum quidem cadauera sepulturæ mandentur, quæ res aliquando gratiosè solet concedi quibus caput amputatū est. Hæc autem sepulturæ priuatio antiquitus pro grauissima pœna habita est. [l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid.] Præterea & hodie videmus furcarum supplicium solere infligi ignobilioribus, ac infimæ conditionis hominibus. At capitis amputationem his qui nobilitatis gestant insignia, qui has viles pœnas minimè patiuntur. [vt docet Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœn.] Vnde tradit Bald. in c. cum quidam. extra. de iureiur. id abiectum pœnarum genus non solere in magnates decerni, nisi quid gra-

Quibus liceat furcas erigere.

Furcas merum omnino imperiū significare.

Vile ac abiectum pœnarum genus non debere nobilioribus ac magnatibus imponi.

ue admiſerint, vt quia proditionem in patriam ſint machinati, tunc enim in odium proditionum, cenſet eos furcis altioribus ac eminentioribus ſuſpendendos. [Tractat de hoc pœnarũ genere, quod grauius quódue leuius, Soci. conſ. 157. præſens conſultatio. col. 2. vol. 2. & Deci. con. 65. pro tenui. col. 3. quo loco concludunt minus infamię irrogare amputationis capitis pœnam, quàm furcarum.] Huc quoque pertinet quod tradidit Accurſ. pœnam capitis ſolere infligi ex publicis delictis: At furcarum ex priuatis [Ita ille in l. penul. ff. de condict. ob.] Quo fit vt ex furcarum ſupplicio, non veniat bonorum publicatio de iure communi. [idem Accurſ. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. Et Bal. conſ. 426. Premittẽdum eſt, vol. 1.] Veruntamen id noſtra generali Gallorum conſuetudine abrogatum eſt, qua obſeruari ſolet, vt cum vita, bona quoque amittantur. Ex omnibus enim admiſsis criminibus ex quibus mortis infertur condemnatio, ſequitur quoque bonorum publicatio [Vide Bal. in c. cum inter. de ſent. & re. ind. extra.] Sed quàm iuſtè viderint principes.

Qui vitam amittit, amittit & bona ex conſuetudine.

¶ Domini inferiores.

HAec verba ſuperflue ac otioſe adiecta fuiſſe vel hinc argui poteſt: quòd quæ licent inferiori, & quidem ſuperiori licere manifeſtum eſt [l. quod licet. de reg. iur. & ſuprà annotauimus in §. proximo.]

ARTICLE QVATORZIESME.

Le ſeigneur Chaſtellain, qui eſt moindre du Baron, a toute iuſtice & cognoiſſance de toutes actions réelles, perſonnelles & mixtes: & auſsi la cognoiſſance & correction de tous cas, crimes & delictz, faictz en ſa terre & chaſtellenie: exceptez les cas royaulx.

§. QVINTVS.

Caſtellanus, qui Barone eſt inferior, omnimodam habet iuriſdictionem, notionémque omnium actionum realium, perſonalium, atque mixtarum: notionem præterea atque animaduerſionem omnium criminum, delictorúmq; in ſuo territorio commiſſorum: realibus tantùm exceptis caſibus.

HActenus viſum eſt de primo dignitatis gradu, quo comites cõſtituũtur. Item & ſecundo qui eſt Baronum, nunc ad tertium qui Caſtellanorum eſt, quorum inferior eſt dignitas, ordine deueniendum eſt. De cuius definitione prius eſt vt videamus. Caſtellanum itaque à caſtro appellatum conſtat. Quid autem caſtrum eſſet, ſupra affatim explicuimus in rub. in ver. Comitatus. verſ. caſtrum. Caſtellanus verò is dici ſolet apud nos qui iuriſdictionem habet in caſtro in ſubditos & vaſſalos ſuos, vt declarat Hoſt. in c. ad audientiam. extr. de præſcript. Quo loco Bal. quoque annotat eum caſtellanũ eſſe, qui caſtri proprietatem poſſeſsionémque habet, & iuriſdictionem in eo, à ſuperiore collatam. Porrò interpretes noſtri vulgares eũ caſtellanum exiſtimauerunt, cui caſtri ſeu arcis cuſtodia commiſſa eſſet. [Ita tradiderunt in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.] Sciendum verò id vnum eſt, quòd licet antiquitus vnicuique libera eſſet facultas caſtrum in ſuo ędificandi [l. per prouincias. C. de ædif. priuat. & nuper diximus.] tamen hodie iſta apud Gallos non licent ſine principis reſcripto, [vt teſtatur Ioã. Fab. homo in Galliæ pratica verſatiſsimus, in cit. l. per prouincias.] niſi id ſuo iure faceret, vt Comites, Barones & Caſtellani, quibus omnimoda competit iuriſdictio. Quare iſtęc omnia ſua auctoritate, ſuóque iure agere poterunt. teſte Pe. Rebuf. in cit. l. quicunque.

Quis caſtellanus.

¶ Regalibus.

NOn abs re adiecta eſt exceptio iſta caſuum regalium. Cum enim ſub princip. §. omnimoda iuriſdictio eſſet hac conſuetudine caſtellano attributa, nihil omnino exceptũ videbatur, niſi expreſsè id poſtea cautum foret, vel niſi rem ita

absolutam iuuisses interpretatione Baldi qui in l.imperiũ in 1.lect.col.3.ff.de iurisd. om. iud. duplex meri imperij genus tradit, absolutum quippe in principe, & limitatum in inferiore.

ARTICLE QVINZIESME.

Ledict seigneur Chastellain peult auoir deux iuges: c'est à sçauoir, bailli & preuost: dont ledict bailly a cognoissance des actions réelles & mixtes, & la correction desdictz crimes & delictz. Et ledict preuost des actions personnelles tant seulement: les appellations duquel preuost ressortissent pardeuant le bailly.

§. SEXTVS.

Idem Castellanus duos habere potest iudices superiorẽ quidem (quem vulgari idiomate bailliuum dicimus: inferiorem quoque quem prefectum Latine, Gallice prævostum.) Quorum iurisdictiones sic distinxit cõsuetudo, vt bailliuo omnis iurisdictio, notióque actionum realium, ac mixtarum, criminum, delictorúmque animaduersio competeret. Præfecto autem actionum duntaxat personalium. A quo etiam interpositæ appellationes ad bailliuum deferuntur.

HOc consuetudinis caput ad castellani iurisdictionem quoque pertinet, de quo & in superiori quoq; §. actum est. Cuius exercitium duobus demãdari solet iudicibus, vni siquidem qui prius de causa, eáq; personali tantùm cognoscat, alteri qui ex secundo per viam (quod dicitur) ressortus. Et hoc sibi vult in summa hic §. Quę quidem constitutio nescio quid iniqui præ se ferre videtur, ex tam varia appellationum multitudine, quibus miseri litigantes inanibus exhausti sumptibus vexantur: ita vt lites in longius protendendi occasionẽ aperiat hæc consuetudo. Quanuis enim baronibus & castellanis concessa sit, vnà cum oppidis & castris, ipsa iurisdictio quę illis inhæret, tamen apud concedẽtes semper ipsa remanet superioritas, & noua recognitio iurisdictionis conceſſæ. Quo fit, vt magis à sententiis latis ab eo, cui demãdata est iurisdictio, aut eius iudice, appellandum sit ad eum qui demandauit, quàm ad bailliuũ castellani. [vt sensit Specul. & Ioã. And. in rub. de iurisd. om. iudic. Ang. in l. 1. §. qui mãdatã. in vlt. versic. ff. de off. eius cui mãd. est iurisd.] Quare nec barones nec castellani ipsi plures gradus iudicũ facere possunt, ita vt de vno ad alterũ pro uocet [vt nominatim docuit Fab. inst. de vulg. sub fi.] Nam quanuis Imperator finem litibus imponendi studio, certos gradus iudicum constituerit, vltra quos prouocare non licebat, hodie tamen non sine magno reipub. malo, ij obseruati nõ sunt, ita vt meminerim ego cuiusdam causæ septies iudicum sententia, dum ab vno ad alterum ex causa prouocationis deuoluere tur, decisę. Quos etiam infinitos appellationum gradus nullo modo præuertere licet, sicut nec qui iure communi introducti erant. [vt docet Bart. in l. penult. ff. de aq. pluu. arc. & Bal. in l. vlt. vers. sed nunquid per statutum. C. de senten. & interloc. omn. iud.] Quid? quod d.c. non putamus, nedum recepta cõsuetudo reiicitur, sed & futura damnatur, prohibetúrque. [iuxta auth. nauigia. C. de furt. & aut. peregrini. C. comm. de succeſſ.] Vnde nominatim Bal. credidit nullo modo à vicario ad episcopum appellari, cum idem esse tribunal ac auditorium constet. Quam rem ait à iure veteri determinatam non fuisse. Tres enim tantum fuere casus proditi in materia apellationum: quando scilicet ad superiorem, ad parem, & ad inferiorem appellaretur. Quando verò ad eundem, vt hic, nihil prorsus de eo casu actum, ne cogitatum quidem est. Verum quo rem omnem intelligamus, nostrámque hanc consuetudinem aduersus has non leues sanè rationes tueamur, sciendum est huiusmodi præpositos (quos vulgo preuostos nũcupamus) non esse iudices ordinarios, sed veluti officiales (vt ita loquar) foraneos ad leuium, ac minimarũ causarum cogni-

Vicarij & episcopi dẽ esse tribunal ideo ab illo ad hũc non appellari.

tionem delegatiuvt conſtat ex contextu huius §. quo eſt attributa cauſarum merè perſonalium tãtum cognitio, quæ infimæ duntaxat iuriſdictionis ſunt: quarũ mulcta ſeptem ſolidos cum dimidio non excedit. Cætera autem quæ meri mixtíque imperij ſunt, & altæ ac mediæ iuriſdictionis, ad eum quem bailliuum dicimus, ſpectãt, tãquam iudicem ordinarium caſtellaniæ. Non mirum itaque ſi appellationes ab illis inferioribus iudicibus, quibus infima tantum iuriſdictio competit, ad ſuperiorem ac ordinarium iudicem deuoluantur. Sicut & in foro eccleſiaſtico videre eſt appellationes ab officialibus foraneis, & ad vnam tantum cauſarum ſpeciem delegatis interpoſitas, ad generalem officialem, cui omnes epiſcopi iuriſdictionis partes commiſſæ ſunt, deuolui. [iuxta c. Romana. in princ. de off. ord. in 6. vbi id confirmat nominatim Imm. & not. Anchar. Io. And. Gemi. & Francus. in c. Romana. de appellat. in 6. Item Bart. in l. 1. §. ab eo. ff. quis & à quo appell. ſub fi. & Abb. in c. relatum. ſub fi. de off. deleg.]

ARTICLE SEZIESME.

Ledict ſeigneur Chaſtellain a droict d'auoir fourches patibulaires à quatre pilliers, liées par dehors & patées par embas.

§. SEPTIMVS.

Eidem caſtellano furcas patibulares exterius colligatas, infernéque protenſas erigendi ius eſto.

ET is quoque §. ex ſuperioribus duobus dependet, quibus de iuriſdictione, ac iure caſtellanorum tractatur. Quibus & furcas quoque in eam figuram quę hic deſcribitur, erigere licet. de quibus nos ſuperius egimus. Illuc itaque recurrito. Interim tamen obiter illud annotato, & hic & aliis in locis ſuperioribus, diuerſam erigendarum furcarum formam eſſe introductam, ad ſignificandam cuiuſque iuriſdictionis qualitatem, ac ius. Ideo illarum differentiam eſſe proditam in ſignum iuris illius, cui eas erectas habere licet. [vt not. in l. ſtigmata. de fabricen. libr. 11. C. & l. quod ſi neque. ff. de pen. com. rei vend. Bal. in rub. C. eod. & in auth. dos data. C. de ſec. nup.]

ARTICLE DIXSEPTIESME.

Auſsi ledict ſeigneur Chaſtellain à ſéel, a contractz & droict de tabellionnage: peult bannir & exiler de ſa terre les delinquans en ſadicte terre, a la cognoiſſance des grandz chemins & des cas commis en iceux, peult donner tuteurs & curateurs à mineurs, prodigues, & inſenſez: faire inuentaire des biens, criées & ſubhaſtations d'heritages.

§. OCTAVVS.

Inſuper & eidem caſtellano ſigillum authenticum ad contractus, iúſque tabelliones creandi competit, item & relegandi, & in exilium mittendi extra territorium ſuum, qui in eo deliquere. Præterea & ſuper viis publicis cognoſcendi, quæque in his admiſſa ſunt delicta puniendi: tutores curatoréſque minoribus, prodigis, furioſis, ac mente captis decernendi. Inuentarium bonorum conficiendi, proclamationes, ſubhaſtationéſque bonorum proſcriptorum faciendi.

MVlta hac constitutione enumerata habes iura, quæ castellano, præter iuris communis dispositionem, competunt, vt ex his constabit, quæ in vocabulorum enarratione docebimus.

¶ Sigillum.

DIutissimè dubitaui ego aliquando, an sigilli ius seorsum à iure tabellionatus accipi deberet. Et coniectura ea quam ex hoc textu faciebam, mihi quàm plurimum facessit negotij, quod hic sub diuersis vocibus vtrunque positum videamus. Qua ex re dubitatum quoq; est, an istorum Castellanorum sigilla authentica sint, fidémque faciant horum quę continentur in charta simplici (vt ita dicam) non instrumentata, cui affixa sunt, pendéntue. In qua quæstione primum omnium animaduertendum est, quod de sigillo tradidit Bal. in sua glo. tit. de pac. Constant. sub fi. pr. in verbo, sigillo cõmunire. Inquiens sigillum sine literis seu instrumento ex se mancum, mutum, incertúmque velut esse testem. Vnde idem in l. falsus procurator. sub fi. C. de furt. ait sigillum nullius ex se efficaciæ esse, sed eã chimeræ cuidam assimilans, dicit mortuam quãdam ac abusiuam repræsentationem, & plærunq; fallacem ac dubiam. Quo fit, vt ex solo sigillo non probari delegationem, seu commissionem, præsertim speciale affirmet [vt not. in c. quãuis. de pręb. in 6. in nouel.] docétque Bald. vbi non est tabellionis facultas, contractum ex partium sigillo probari. [not. in c. 2. de form. compet. in 6. Facit l. hac consultissima. §. vlt. C. qui test. fac. poss. & l. si vnus. C. de testam. Hanc autem sigilli materiam copiosius examinant Cano. præsertim Butrius vberrimè in c. post cessionem. extra. de probat. Imm. Abb. & alij, in c. 1. & 2. & c. cũ dilectus. & c. inter dilectos. de fid. inst. Spec. tit. de citat. §. iam de citatione. versi. literis. & fusius in tit. de probat. §. vlt. versic. decimo.]

Ex sigillo solo non probãr cõmissionẽ aliquã.

In defectum tabellionis subscriptiones ac sigilla partium fidẽ facere.

Ex iis porrò quæ satis confuse tradita sunt à doct. quæ ad rem propositam facere videbuntur, nonnulla colligam. Ac primum sciendum est, Papam, Imperatorem & reges, authentica habere sigilla, cum vtrique totius orbis competat imperium, illi (vt aiunt) spirituale, huic, temporale. Pro sigillis autem Romanus Pon. plumbea vtitur bulla: Imperator vero, aurea. [ꝓbatur in cl. 1. sub fi. vbi glos. est fing. dẽ iureiur. in 6.] Videtur tamen in oppositũ tex. in c. cum dilectus. 2. respon. de fid. instr. Quo loco id nisi admittente loci cõsuetudine non est receptum. Quod Fabi nostro nõ placuit. in §. possunt. inst. de test. Illic enim intelligitur tex. de sigillis super cõtractibus appositis, nõ in diplomatibus illis regiis, quæ literas patentes regis vocamus suo ipsius signatas sigillo: quod indubitatã apud omnes facere fidẽ plusquam exploratum est. Cum vt imperator in imperio, ita is quoque in suo regno pro monarcha habeatur. vt suprà ostendimus in §. de sta. hom.

Qui habeãt sigillum authenticum.

Sigillum quoque authenticum habere legatos certum est. [c. cum dilecti. extr. de confirmat. vtil. vel inutil.

Item Cardinales, [c. quod super his, extra. de fid. instr.]

Prẽterea & episcopi. [c. post cessionem. de probat. & c. curæ. & c. debent. 11. q. 3. c. cum à nobis. extra. de testam. Spec. in §. vl. de probat.] Hinc Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleri. ait post Butrig. tria esse sigilla publica, episcopi siquidem, ciuitatis, & vniuersitatis. Cætera autem minimè, vt sunt doctorum quorũ instrumenta à tabellione, seu publico vniuersitatis scriba confici oportet. Ea literas testimoniales vulgo appellãt, quas non sufficit priuatis doctorum signatas esse sigillis, sed à scriba vniuersitatis sunt conficiẽdæ. At non ita de maioribus magistratibus & ordinariis, quorum sigilla authẽtica publicáque esse, ac fidem facere nemini est dubium, vt fatentur doct. omnes in locis suprà citatis. Quam rem intellige si apposita sint illa super actibus ad eorum officium, iurisdictionémque spectãtibus, & destinata sint sigilla ad eas res, super quarum fide apponuntur. Nam aliis sigillis solent vti episcopi ad excommunicationes, absolutionésq;, & aliis itẽ ad collationes & præsentationes: quod quidem sigillum his actibus apponi solitum Cameræ appellatur. Item & aliis ad sententias, quæ ad causas vocantur: Aliis ad cõmissiones, quæ contra sigillũ dicunt: Aliis ad cõtractus. In quibus omnibus actibus sigilla apposita plenam indubitatámque fidém faciunt, si in eum effectum specialiter apponãtur. Alias minimè. [d. c. post cessionem. vbi scrib.] Cuius rei rationem nominatim adducit Pont. in l. admonend. ff.

Maiores magistratus authẽtica publicáque sigilla habere.

Sigillum cameræ.

Sigillum ad causas.

Contra sigillum.

Ad contractus.

de iureiur.col.13. verſ.vlterius principaliter.quia virtus confirmādi probationem ſeu alium actum, eſt ſpecialiter ſigillo ad hoc deſtinato attributa, Vnde in aliam rem appoſitum ſigillum nullius eſſet momenti,[per c.ſignificauit.extra.de appel.] Quod confirmat Bald.in rubr.de fid inſt. verſ. ſecundum ſupplementum, Quo loco refert ſigillum comitis Peruſij valde authenticum eſſe,ſi tamen priuatæ apponatur ſcripturæ, vel contractui, tanquam inepte, ac non rite appoſitum,nullius eſſe virtutis. Non eſt enim in hos vſus inſtitutum ſigillum.Ex quibus cōcludendam opinor dubitationem, quam à principio mouimus vt caſtellanorum ſigilla authentica non conſeantur, præterquam in duas cauſas adhibita,contractuum nimirum & iudiciorum. Et ita moribus noſtris inductum receptúmque eſt.[caſus eſt in c.cum dilectus.in 2.reſpon. de fid.inſtrum.] licet ſecus iure communi obſeruatum ſit, vt in proximo gloſſemate infrà dicturi ſumus. Verùm vt in ſigillis ita, & in cæteris fere rebus perpetuo habenda eſt conſuetudinis ratio, quæ ſigilla authentica facere, ac reprobare poteſt.[vt placuit Imm. in c.1. de fi.inſt.& Specul.in cit.§.vl.ver.decimo. de probat.Idq; arg.l.1.C.de emancipa.lib. & c. conqueſtus.9. q.3.] Cæterùm in actibus à caſtellanorum iuriſdictione alienis, eorum ſigilla minimè probant. At in illis qui ad illos proprie pertinent, plenam fidem faciunt, vt in conſtitutione procuratoris.[iuxta l.ſi procuratorem. & quæ eo loco ab interp.maximè Accurſ. Bart.traduntur.ff.de procura.] Quę res ita verum obtinet,vt in priuatis quoque rebus, quæ ad eos ſpectant, illorum ſigillo fides habeatur. vt ſi curent euehenda frumenta, vina, & cætera quæ ad rem eius domeſticam ſpectant,non ſoluent pedagia,ſi ea illorum eſſe, ſuis aſſeruerint ſigillis.[iuxta l. ſi publicanus. §. de rebus. ff. de public.] Item & in receptione in homagium, & renouatione inueſtituræ in vaſſalos ab ipſis caſtellanis factis,illorum literæ ſuo ſignatæ ſigillo fidem faciunt. [quod tractat Io. Fab.in §.poſſunt.inſt.de teſta.] Quę omnia vera accipe modo de eorum ſigillis cōſtet.[ſecundum Bart.in cit.l.ſi procuratorem.] Idq; vel per teſtes, qui deponant ſigillum illud à caſtellano appoſitum fuiſſe:aut per ſubſcriptionem publicæ perſonę:quales ſunt notarij. Vnde quo cautius res gerantur, ſolet huiuſmodi adiici clauſula. In cuius rei fidem ſeu teſtimonium, has literas ſubſcriptione notarij illius, ac noſtri ſigilli munimine roborandas curauimus. Quæ ſanè haud omnino aſpernāda ſunt. Et ex his colligenda ſunt duo, in quibus priuata ſcriptura fidem faciat, Primum ſi priuata illa ſcriptura contineatur factū ſeu obligatio ipſius qui ſcripſit, ſeq; ſuo ſubſcripſerit ſigillo, Tunc enim & priuata ſcriptura priuatúmque ſigillū fidem aduerſus ſcribentem, ſignantémque facient. Cum vtrunque vnius tantùm chirographo factum ſit. Quam rem ego ſem per veriſsimam arbitratus ſum, quicquid dubitauerit Iaſ. in repet.l. admonendi. ff. de iureiur.col.40.verſ.ex prędictis omnibus. Cuius quidem pertinacia confundi-tur ex l. diſtrahente. C. de reb. alien. non alien. argumēto à contrario ſenſu ducto, vt eo in loco docet Bald.& Paul.Caſtr.in cit.l.admonendi.col.8.verſ.circa tertium, Et Pont.col.13.verſi, inquantum tamen. & Specul.in cit.§.vlt.verſic.decimo.tit.de probat. Alter caſus, cum priuata ſcriptura publico ſigillo munita eſt. quæ res maiorem lōge habet cautionem.vt ecce dum ruſticor,à te decē mutuo accepi, dum non eſſet notarij facultas ſchedulam priuato chirographo conficio quam tibi traditam Bleſas deferendam me conſentiente curaſti, vt illic publico notarij ſigillo confirmaretur, valebit ſanè ea mea priuata ſcriptura,fidémq; integram faciet.[Io.Andr. in addit.Spec.§. nunc dicendum. in addit. mag.verſic. ſecundum ſupplementum.de inſtr.edit.& Bal.in rub.C.de fid.inſtrum. col.10.ſecundum ſupplementum.Butr.in cit.c.2.col.3.verſ. Septimus caſus de inſtr. edit.] Quæ res vſqueadeo vera, vt etiam nihil neceſſe ſit teſtes adhiberi, ſecundum Nicol.de Mata. Dummodo priuatum illud inſtrumentum contineat actum, qui ad ſigillātis officium pertineat.[auth. adhæc eodem tit.l.in fraudem. §. quoties. ff. de iur.fiſ.& l.vl. de quadrien.prę.ibi, ſiue per noſmetipſos,ſiue per procuratores ex epiſtalmate tamen noſtro. Id copioſe tractant interpr.in cit.cap. cum dilectus.& c. inter dilectos.de fi.inſt. & c.poſt ceſsionē. extra.de probat.] Quo fit, vt nihil magis ſecurū ſit,quàm priuata iſta ſcriptura ſigillo authentico ſignata, maioriſque ſit probationis,quàm illa quę à notario conficitur,cum teſtibus nullis egeat.

In duobus caſibus priuatam ſcripturā fidem facere.

Cōſuetudine ſola ſigilla authētica fieri poſſe.

¶ Tabelliones creandi.

IVs istud tabelliones creandi, magis est ex consuetudine introductum, moribúsq; receptũ, quàm ex iure. Nam Innoc. in c. cum P. tabellio. extra. de fid. inst. censuit nulli subdito ius esse notarios publicos constituendi, cum istud ad supremam aliquam maiestatẽ pertineat. Habet enim vt ille inquit, nescio quid mirandi, vt pelli mortui animalis tanta habeatur fides, ita vt id supra ius naturale positũ videatur. Vnde hanc ita nouam, mirámque potestatem concedere tantùm Papæ, Imperatoríq; licere credidit. vt scilicet quisquam per aliam personam obligetur, quod cum iure naturali pugnare videtur [l. principes ff. de leg. facit tex. in l. actuarios. C. de munera, & actua. lib. 12. & in auth. de Tabel. §. si vero. in his verbis, Tabellio qui authoritatem habet à nobis.] Immol. quoque in cit. c. cum P. Tabellio id enumerauit inter iura, qui ipsi principi in signum supremæ suæ potestatis reseruata sunt: à cuius personæ authoritate instrumenta à tabellionibus confecta fidem accipiunt. Quare his tãtùm qui supremũ habẽt imperium creandi tabelliones ius competere concluſit Oldr. de Pon. con. 75. Quis creare possit notarium. Et specul. in tit. de instr. edit. §. restat. vers. sed quis potest creare notarios. In quam rem tex. est in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. quo loco eam potestatem regi Francorum concessam esse ostenditur, quòd superiorem quoad temporalia non agnoscat.] Doct. tamen in d. c. cum P. tabellio. & Old. in cit. cons. existimant eam potestatem ex consuetudine vel priuilegio alicui competere posse [arg. l. 1. & vlt. C. de emancip. lib. c. accedentibus. extra. de excess. præl. Adde sing. tex. in c. cum cõtingat. de for. comp. Quo loco id nominatim confirmat Abb. in 3. col.]

Ius creandi tabell. ad solos principes ob rei miraculum pertinere.

Quæsitum est autem an statuto, perinde atque consuetudine ius tabellionatus dari possit? Et respõsum ab Innoc. in cit. c. cum Petrus. non posse. Cum non liceat inferioribus à principe aliquid contra ius naturale, vel publicas leges statuere: ratio autem differentiæ huius inter consuetudinem & statutum ea esse creditur, quod in consuetudine aliqua introducenda, necessario interuenire oporteat principis consensum expressum, seu tacitum [vt not. in c. 1. extra. de consuetud.] At in statuto diuersum obtinet quod statim non expectato principis consensu effectum suum trahit. Nam si à principe cõfirmaretur, iam non esset statutum, sed in constitutionis nomen transiret. Quod enim quis approbat, ipse facere videtur [l. 1. §. omnibus. C. de veter. iur. enucl.] Quæ tamen differentia inter statutum, & consuetudinem à multis impugnatur, & maxime Hostien. Ioan. And. But. & Imm. q̃ in citato loco vno omnes ore affirmant. id concedi posse statuto vniuersitatis, vbi plurium consensus admittitur, quamuis id fieri posse negent ex statuto à singulari persona lato. Quod nominatim cõfirmat Bart. in l. 1. de offic. procons. & leg. quo loco docet tabellionem à ciuitate creari posse, secundum formam statuti. Qui tamen extra territorium ciuitatis instrumenta cõficere non potest, cum hanc potestatem à principe non habeat, & quæ in ciuitatis districtu confecerit instrumenta vbique sunt valitura. At tabellio à Papa vel Imperatore creatus, vel comitibus qui principis auctoritate ac officio fungũtur, vbique locorum illi principi subditorum instrumenta cõficere, & omnes actus qui ad tabellionem pertinent recipere poterit. vt placuit Bal. in c. dudum. 2. col. 5. ex. de elect. Vbi docet quoque tabelliones debere eos qui sub eorum sigillo contrahũt cognoscere, ne qua fraus cõmittatur. [Quod etiam statuto creari possint tabelliones tradidit Bal. tribus in locis à Fely. congestis. in cit. c. cum P. tabellio. col. pen. videlicet in l. rescripta. al. 2. de prec. imper. offer. in l. instrumenta. in vlt. col. c. de probat. & in l. cunctos populos. 15. col. vers. vlterius quæritur. C. de summ. trinit. & fid. cathol. & c. dilectus. extra. de fid. instr. & in tractatu quem de tabel. edidit. in 1. & 2. quæst.] Idem sensit Card. in cit. c. cum P. tabellio. eo docens loco nullam omnino differentiam esse inter cõsuetudinem & statutum, cum vtriusque eadem sit vis ac potestas. Quod & in secularibus quoque rebus admittitur, [vt notant interpr. in l. omnes populi. de iust. & iur. Cui opinioni adhæsit quoque Abb. & Anchar. in cl. 1. de excess. prælat. & plures alij quos eo loco commemorat Fely.] Sciendum tamen est hodie in regno Franciæ quæcunque statuta siue ab vniuersitate, siue ex singulari aliqua persona, quãtamcunque iurisdictionẽ aut administrationem habent, nullius omnino esse momẽti, nisi authoritatẽ habeant à principe ipso. Cum potestas leges statutaque condendi, de

Tabellionẽ personas cõtrahentium agnoscere debere.

Non posse statuto singulari tabelliones creari

ſummo ac mero imperio fit. Et ideo nulli præterquam principi competat. [l. non ambigitur. ff. de legibus. & §. ſed quod principi. inſt. de iur. nat.] Quam quidem poteſtatem à bailliuis noſtris aliquando vſurpatam, ex ſupremo Pariſien. ſenatuſconſulto inhibitam memini. Quod proxime iuris communis conſtitutioni accedit, quo cauſarum cognitio deciſióq; magiſtratibus eſt attributa: non autem condendarum legum in cauſarum definitionibus [vt placet Bal. & moder. in l. omnes populi. de iuſt. & iur.] Quæ tamen vera accipe niſi communicato cum regiis defenſoribus conſilio, & ſcabinis ciuitatis, aliquid in vtilitatem ciuitatis conſtitueretur, vt ne quis pugiones, tela, armáue geſtet, ne quis tempore annonæ frumenta alio circunferat, ne immunda peſtiferáque animalia intra vrbis mœnia enutriantur. Huiuſmodi enim ſtatuta poteſt vna quæque ciuitas ſibi condere, legéſque præſcribere, cum iſta ad iuriſdictionem nullo modo pertineant [vt notant interp. in cit. l. omnes populi. de iuſt. & iur.]

Poſſe plebiſcito conſentientibus regiis defenſoribus aliqua fieri cõſtitutio in cauſã reip. exigẽte maxima neceſsitate.

An ius iſtud tabelliones creandi poſſit præſcriptione queri

Quæri etiam poteſt an ius iſtud tabelliones creandi, de quo hic agimus, poſsit per præſcriptionem quæri, quam difficultatem pro epiſcopo & Comite Bellouacenſi luculenter diſcuſsit ſuper ea conſultus Bal. con. 201. Caſus eſt talis. Reuerendus pater. Quo loco inter cętera argumẽta quæ multa adducit, hanc affert concludentem meo iudicio rationem. Quòd licet ius creandi tabelliones in toto hoc regno ſoli regiæ authoritati cõpetat: quoniam tamen iãdudum à multis annis eam poteſtatem ſciente patientéque Rege ſibi vſurpauit, præſcripſitque Bellouacẽſis ciuitas, ex ea patientia ius videtur illi quæſitũ, eiúſque quaſi poſſeſsio à Rege amiſſa, & in eccleſiam ad quam ea poteſtas pertinet, omnino tranſlata. Vnde non contradicẽtibus regiis defenſoribus ius illud legitime ab epiſcopo præſcriptum cenſetur. [Quod rectè probari affirmat ex l. ſi ego. §. 1. vbi plenè Bart. ff. de public. l. quoties. ff. de ſeruit. l. etſi forte. §. 1. ff. ſi ſeru. vend. & c. auditis. extra. de præſcript. Vbi Innoc. & idem plenius in c. cum olim. 3. de reſtitut. ſpol. & c. cum dilectus, de capell. monach.]

Addam ego duo alia argumenta, quorum primum eſt: Quæ ex priuilegio quęruntur, eadem & præſcriptione quæri poſſunt. [c. duo ſimul. de off. ord. c. cum contingat. de for. cõpet. vbi bona pars interp. in hoc conſentit. & c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignific. & l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aq. quotid. & eſt. tractat Butr. in c. peruenit. 11. col. verſi. ex his apparet. extra. de cenſ. Bartol. poſt Iacob. & Aret. in 1. conſtit. ff. §. vlt.] At conſtat ius tabelliones creãdi poſſe priuilegio ac ſpeciali principis indulgentia quæri, vt expreſſe ſenſit Innoc. in cit. c. cum P. cui omnes vno ore conſentiunt, Igitur & præſcriptione. Qua ex re cõcludũt Bar. & Abb. vterque Siculus. in cita. c. cum contingat. de for. compet. poſt Butr. in d. c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. inferiores à principe poſſe ſibi lõgi temporis præſcriptione legitimandi ius quærere.

Quod priuilegio quæri poteſt, idem poteſt & præſcriptione acquiri.

Secunda ratio eſt, quia epiſcopus Bellouacenſis eſt comes & dominus temporalis ciuitatis, & comitatus Bellouacenſis, qui ad inſtar regalis dignitatis habetur, vt nos ſuprà oſtẽdimus in rub. in ver. comitatus. Tum & is comes inter duodecim Pares Franciæ (ſic enim appellant) à Carolo magno Gallorum Rege, ac Romanorum imperatore primum inſtitutos connumeratur. Vnde non eſt dubiũ eum epiſcopum legitimam habere perſonam poſsidendi, percipiendíque iura regalia in ſuo comitatu. vt no. in c. 1. de feud. march. Vnde cum ius poteſtáſque creandi magiſtratus ac tabelliones ad regias partes pertineat, & inter regalia cẽſeatur, nil obſtare videmus, quominus ea epiſcopo concedatur. Niſi obiicias aduocatos procuratoréſque regios defenſuros, ea quę ſoli principi reſeruata ſunt, nullo tempore præſcribi. Nam cum bona eorum venia dictum ſit, diſtinguenda ſunt illa, duplici ſpecie quę ſibi reſeruauit princeps. Quędã enim ſunt quæ reſeruantur in ſignum ſupremæ ſuæ maieſtatis, & vniuerſitatis dominij, quæ non negauerim ita principatui inhærere, vt ab eo ſeparari non poſsint, nec in quenquam transferri vllo titulo, ideo nec in præſcriptionem cadunt. [l. competit. C. de præſcript. trig. vel quadr. ann.]

Quædam verò ſunt, quæ ſibi reſeruare ſolet princeps, non quidem in ſignum ſupremę ſuę poteſtatis, aut vniuerſitatis dominij, ſed ductus ille magnitudine ac grauitate cauſæ, vel in ſignum prærogatiuæ, vt creare notarios, illegitimos legitimare, ætatis veniã concedere, immunitates erogare, priuilegia indulgere, & ſi qua ſunt ſi-

milia. Quæ quidem longi temporis præſcriptione quæri eſt in confeſſo. [Et hanc diſtinctionem probauere Anto.de But.in c.peruenit.col.11.extrau.de cenſ.& magis expreſſe in c.cum contingat. extr. de for. comp. probarunt quoque vterque Siculus. Abb. & Barb. & Butr.in c. per venerabilem.qui fil.ſint leg. Adde quod Abb. ea diſtinctione eſt vſus in c.cum nobis.extra.de præſcript. & inter moder. præſtantiſsimo viringenio,Aret. in l.more.verſi. vtrum præſcribi poſsit.col. 3. ff. de acqui. hæred.]

Id verò intelligendum plerique putauerunt duobus demum concurrentibus: videlicet tãto temporis ſpatio, cuius memoria non extet. [c. ſuper quibuſdam. §. præterea.de verb.ſignif.& c.de præſ.in 6.] & principis ſuorúmque officialium ſcientia ac patientia. [iuxta ea quæ egregie tradit Bart.in l.1.§.vectigalibus.ff. de public. & vectig. & in l.1.ſub fi. de aq. pluu. arc.] Concluſit tamen Bal. in c.1. quæ ſint reg. hoc poſtremum neceſſarium non eſſe,vbi poſſeſsio eſſet immemorialis. [Sic But.in cit.c.peruenit.col.21. & 24.& Saly.in l.2. no.vertig. Imm.in l.ſi publicanus, de publica. Ponta.in l.1.§.denique.& l.vectigalia.eod.tit.Paul. denique & Iaſ.in l.imperium.de iuriſd.om.iud.Alex. conſ.6.viſo themate.vol.1.] Quinetiam, quod magis eſt,contenderunt Abb. & Barb. in cita.c. cum contingat.ea quæ ſunt principi in ſignum prærogatiuæ, ſeu priuilegij ſpecialis reſeruata, poſſe ab inferiore legitima præſcriptione acquiri. [De quibus in c. tranſlationem.de off.leg.& in c.ſicut vnire. de priuileg. & id confirmat Abb. in c. ſuper quibuſdam.§.præterea.ext.de verb. ſignif.per illum tex.& Ang.conſ.290. eſt & gloſſema ab omnibus approbatum, in clem.ne in agro.§.ad hæc.verſ.ordinarios. ſub fi.de ſtat.monarch.]

Cæterum vt ex tam diuerſorum, ac pugnantium authorum ſententiis,quid certi eliciamus, concludito, ius tabelliones creandi legitimo tempore præſcribi poſſe. Quod vel ex eo maxime cõſtat (præterquam quod ea eſt iure ciuili approbatior ſententia)quod innumerę hodie & baroniæ & caſtellanię ſunt,quarum domini ea iura ſibi vendicant, vel ex conſuetudine, vt apud nos, vel ex præſcriptione,vbi nulla viget conſuetudo.vt apud Carnutes & Aurelianenſes. Ex quibus ne vllus quidem vllum ius titulumue oſtẽdere queat, nec meri mixtíque imperij conceſsionem documẽto aliquo cõmonſtrare. Tutiitaque ſolo diuturnæ horum iurium poſſeſſionis iure,ac vſu ſe defendunt, idq; ſciẽte patientéque principe, vel qui defenſandis tuendíſque illius iuribus ſunt deputati, quos vulgus gẽtes regias appellat. Quod ſufficere adfirmat Bald.in cit.l.ſi publicanus.§. in vectigalibus. de publican. Qui etiam in illa ſua eleganti diſputatione incip. Appulus Romanus. belle docet,tempus ipſum in alienãdo, perſonæ vicem gerere, & iura ſupinorum hominum conſumere,ac confundere, & in diligẽtiores rerum neglectarum collectores transferre. [iuxta l.qui agros. C.de om.ag.deſer. lib. 11.] Tanta eſt enim vetuſtatis vis, vt omnia reddat licita. [d.l.1.§.vl.de aq.plu.arc.] Quare ex longa ſuperioris patientia, & vſu inferioris,cauſa præſcribendi prę ſupponẽda eſt.[l.qui in aliena.§.1.ff.de acqui. hæred.l.filiuſſa. C. de petit. hæred.] Quo fit,vt ſufficiat hęredibus,in potiũdo quocunque iure, allegare ſuperioris cõceſsionẽ,quæ ſatis prę ſumitur,eo quòd ipſe ſcit, ac patitur. Ferè enim traditum eſt in iuribus incorporalibus quærũdis nõ ita ſummopere inſpiciendum titulum. [l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. vendic.] Præterea vbi eſt territorium, ibi quoque ſubeſſe iuriſdictionem, quæ illi annexa ſit, neceſſe eſt. [l.vlt.C.vbi & ap.quos.] Quod vel ex ipſa vocabuli analogia conſtat. Cui enim territorium competit, eidem ius quoque terrendi. [iuxta l.pupillus.§.territorium. ff.de verb.ſignif.] Tũ quilibet in ſuo territorio maior eſt alio quocunque [vt eſt gl.ſing. ſecundum Ang. in l. apud eum.ff. de manumiſ.& refert idẽ Bal.in l. ſi ducta C. de furt.] In hanc rem facit ſing. deciſ. doctorum vno ore conſentientium merum imperium, perinde atque cætera iura præſcriptione acquiri. [Ita Guil. Bal. & reliqui in l.more.ff.de iuriſd.omn.iud.Itẽ Cy.& Bal.in l.1. de emancipat. lib. & in l. 2.de ſeruit.& aq.in aut. quas actiones. C. de ſacroſ.eccleſ.Ang. in l. hæc autem iura ff.de ſeruit.vrb.præd.Pont.in l.1.§.vlt. de aq.plu. arc. & canon. in c. cum contingat extra.de for.comp.]

Magna vis temporis vt ius alterius in alium transferat.

Merum imperium vt cætera iura præſcriptione quæri.

Præterea lege generali ſancitum eſt,vt in ſingulis prouinciis ac dioceſibus, publici tabelliones conſtituantur. [l. generali. de tabul. lib.10.C.& l.duos tabularios.C. de ſuſcept. & archa.] At princeps nominatim non cauit à quibus conſtituẽdi fo-

rent huiuſmodi notarij. Ideo eorundem creationē prouinciarum rectoribus commiſiſſe tacite videtur. [l.1.§. cum vrbem. ff.de offi.præf.vrb.] Neceſſarium enim eſt vt coniiciamus quod princeps ſibi ſpecialiter non reſeruauerit, id inferiori conceſſiſſe [arg.c.nuper.extra.de ſenten.excommunic.] Et cum iſtud iure aliquo ſpeciali prohibitum non ſit, conceſſum licitúmq; videtur: cum è genere eorum quæ prohibita ſunt non inueniatur. [l. necnon.§. 1. ff.ex quib. cauſ. maio.] Facit & ad hanc. quęſt. quod aliquādo dubitatum eſt, num notarij officium dignitatē in ſe haberet? & reſponſum ab antiquis iuriſprudentiæ cultoribus, non habere. cum & libertus eo fungi poſsit officio. [l.vlt. C. de ſeru. reip.manumit.] Quinimo vile eſſe huius officiū. exercitiūue cōcluſum eſt. Proinde decurio prohibetur eſſe tabellio. [l. vniuerſos.de decur.lib.10.C.] Quod vel ex appellatione conſtat, cum & ſeruus publicus nuncupetur [l.2.C.de adopt.vbi Accurſ.] vnde quod ad propoſitam quæſt. pertinet, nō eſt veriſimile principem tam vile, & abiectum officium ſibi ſpecialiter reſeruaſſe. Nam & lex ipſa aliquando cogit per ordinarium, aliquem huiuſmodi munus obire [l.1.ne quis lib. inu. act reip. ger.cog. lib. 10. C.] Ideo à iudicibus ipſis ſolent illi, & quæ ab illis geruntur authoritatem accipere. Nam & ex illius velut mandato ſtipulantur & non alterius [l.3. ff.rem pub. ſal.fo.] Et cum quis diem ſuū obiit, eius prothocolum alteri, qui à iudice in eius locum ſuffectus eſt, ab eodem committitur. [cit.c.cum P. tabellio. & c. Romana.§. clericos. de for. comp.] Et ſi quid deliquerint, falſiſque admiſerint ab eodem iudice puniri ſolent, & ab officio, ſi ita videatur, remoueri [l.iubemus.§. his tabellionibus. C. de ſacroſ. eccleſ. l. duos tabularios. C. de ſuſcept. & archa.] Quæ omnia manifeſto ſunt argumento, tabellionum creationem ad iudicem pertinere nec ſoli reſeruatā principi. cum vt inquit Bart. in l. nec ei.§. eorum. ff. de adopt. eius ſit creare, qui & remouere poteſt. [vt in auth. de tabel.§. pen.] facilius enim creandi facultatem concedi conſtat, quàm exauthorandi, ſeu priuandi. [c. fœlix. & c. ſin autem. 15. quæſt. 7.] Quæ tamen ſanè ſunt intelligenda. Nam licet magiſtratus habeant iuriſdictionem ordinariam iudicandi, non tamen iidem habēt auctoritatem nouum officium publicū creandi [Bal. in rub. de fid. iuſto. C. col. 1.] vnde indicta cauſa tabelliones iam creatos remouere, ac alios inducere non poterit iudex ordinarius, niſi quod in abſentium defectum aliquos ſufficere ad tempus poterit [c. ſtatutum.§. notarium. de reſcrip. in 6.] Idem facturus, ſi ita videatur de nuntiis publicis, ſeu apparitoribus, quos ſeruientes vulgo appellamus, & hoc propter vtilitatem publicam [facit l. curēt. ff. de teſt. & quæ traduntur in c. quoniam contra falſam. extra. de probat.]

Quod princeps ſibi ſpecialiter non reſeruat id alij concedere videtur.

Notarij vile eſſe officium

Non licere ei qui iuriſdictionem habet notarios iam creatos nisi ex cauſa immutare.

His non obſtant quæ in contrariam ſententiam ſupra adducta ſunt ab Innoc. maximè tex. in cit. l. actuarios. Nam (vt Oldr. & Bart. in locis ſupra citatis) eo loco ſpecialiter id conſtitutum erat in actuariis, qui non ſolum notarij officio præpoſiti ſunt: ſed & pecuniis principis recipiēdis vacabant. Qua in re cautius eſt agendum. Ideo nihil mirum, ſi eorum creatio principi ſit reſeruata [arg. l. hoc iure. ff. de ſolut. & l. qui proprio.§. qui alieno. ff. de procurat.] Non obſtat item tex. in cit. aut. de tabell. ea enim conſtitutio localis eſt: ſecundum Oldr. Quod ad vltimum Innoc. fundamentum pertinet, quo credidit ille inſtreandi tabelliones eſſe contra ius naturale ob miram fidem quæ ex inſtrumentis ab his confectis reſultat, ſatis ego ridiculum ſemper putaui, & tanto viro indignū. Quod illuſit quoq; Card. in cit. c. cum P. tabellio. Nam prēterquam quod certiſimū eſt, nihil in eo iure creandi tabelliones eſſe, quod iuri naturali aduerſetur, quod coniicit ille ex eo quod (ſi diis placet) pelli animalis mortui credatur, errat ille toto cælo. nec enim pelli ſed ſcripturæ authentico ſigillo ſignatę à publica perſona legitime in eam rem depicta, omnique cautela ac ſolennitate adhibita, ac teſtium præſentia fidem haberi exploratum eſt. Quod ſi etiam, cum iure naturali pugnaret, ea facultas nec principi quoque liceret [vt not. in c. quæ in eccleſiarum extra. de conſcitut. & in l. vlt. c. ſi cont. ius vel vtil. pub.]

Cæterùm, quo hunc de tabellionibus tractatum tandem abſoluamus, explicanda eſt ea quæſtio, qua apud iuris interpretes diu dubitatum eſt: An inſtrumenta & acta ab iſtis notariis confecta, vires extendāt, fidémque faciant extra territorium, ei qui illos creauit, minimè ſubiectum. Et reſponſum eſt proculdubio fidem facere. [per l.1.C. de emancip. lib. & hanc ſenten-

An inſtrumentum à notario legitime confectū fidem faciat extra territorium.

tiam nominatim ſunt ſequuti Cuneus, Bart. & Bal. in penult. chart. in l. cunctos populos. de ſumm. trinit. & fid. cathol. & rurſus Bart. in l. nec ei. §. eorum. de adopt. Bal. in c. dilecti. de fid. inſtr. ſub princ. Anchar. in repet. c. 1. in 25. chart. verſic. venio ad tertium. extr. de conſt. Gemi. in c. Romana. de for. compet. in 6.] Ratio eſt, quia vt primum inſtrumentum eſt confectum intra territoriũ & inter ſubditos loci, quo deputatus eſt notarius, id cum omni legitima ſolennitate quæ à iure requiſita eſt, fingitur originem authoritatémque à iure traxiſſe. Vnde non mirum, ſi vbique locorum fidem faciat, & aduerſus quoſcunq;, cum ius probationis ortum à principio, mutatione loci non tollatur. vt inquit Bal. in cit. l. cũctos populos. Quemadmodum & in ſimili acta coram vno iudice confecta, fidem faciunt coram omnibus aliis [l. is apud quem. C. de edend. l. nec cauſas. ff. de appella. l. à proconſulibns. C. eod. tit. l. vlt. C. de teſtam. & l. in arbitris. de arbit. ſub fi. Bart. in cit. l. cunctos populos. col. 13.] At diuerſum obtinet, vbi quis ſe ſola loci conſuetudine defenderet. Ea enim in aliis prouinciis legitimam ac ſufficientem probationis cauſam non præberet. vt ſi verbi gratia ferat huius patriæ conſuetudo, vt mercatorum libri, quibus omnem mercaturæ ſuæ rationem cõſcribunt, plenam fidem faciant. Hac ſola probatione tutus non eris alio in loco quo iſte mos non ita inualuit. Capit enim ea probatio originem à loco ſpeciali: vt quia ita ſpecialiter obſeruetur. Quo fit, vt inter eos qui huius loci conſuetudini ac iuriſdictioni ſubiacent, locum habeat, non contra eos qui alieno territorio ſubſunt. [Bal. in l. exemplo. ſub med. C. de proba.] Quęritur etiã, nũ notarij certę caſtellanię deputati poſsint extra illius caſtellaniæ locũ, inter eas tamẽ pſonas, quæ iſti ſubſunt territorio, inſtrumẽta cõficere. Et reſpondeo quidẽ eſt ab Abb. in cit. c. cũ P. id nõ licere, ea ratione quod iuriſdictio etiã volũtaria ab alio cõceſſa, quã à principe non poſsit extra cõcedẽtis territoriũ exerceri. [l. 2. de off. proconſ. & leg. & c. Romana. §. ſed nec. de for. cõpe. in 6.] Vt enim egreſsi ſunt tabelliones territorij ſui fines officium tabellionatus depoſuiſſe videntur. Porrò, quanuis eam ſuam opinionem cõfirmare nitatur Abb. ex communi omniũ authoritate præter Bald. crediderim tamen, pace eius dixerim, & frequentius & rectius in contrariam ſententiam à communi interpr. ſchola itum. Quam idem etiam Abb. ſibi non ſatis conſtans, alio loco poſt Anchar. probauit in c. ſicut. in 4. & 5. col. ne cler. vel monach. motus vterq; meliori ſane ac vrgentiori ratione. Cum enim notarij extra ſuum territorium inſtrumenta ſuper aliquo actu geſto conficiunt, id quidem ex partium contrahentium conſenſu. Quo fit, vt non abs re iuriſdictio voluntaria cenſeatur. Ideo extra territorium prorogari poteſt, & in eum qui ſubditus non eſt, conſentientem exerceri. [vt in cit. c. per venerabilem. & rurſus affirmat Ancha. in comment. c. canonum ſtatuta. in 12. q. prin. col. 37.] Nec obſtat cit. l. 2. de off. proconſ. qua ſola motus Abb. contrarium ſenſerat, quia, vt idem ait, illic de iuriſdictione agitur, hic verò tãtùm de officio notarij, cui nulla eſt annexa iuriſdictio. [vt not. Cug. in l. repetita. C. de epiſ. & cler.] At officium cui nõ eſt annexa iuriſdictio, non limitatur per viam territorij inter conſentientes. [l. quæro. de ſolut. ff.] Quod eadem ratione confirmat Card. ab Abb. relatus, in cit. cap. ſicut: inquiens inſtrumenta conficere, non eſſe poteſtatis ſeu iuriſdictionis, ſed officij ſeu facultatis, & authoritatis. [arg. c. ad audientiam. de præſcript. & c. illud. de præſump.] Quòd ſi aliqua ex parte eſſet iuriſdictionis, voluntariæ vtique eſſet, quam etiam in cõſentientem, licet non ſubditum, exerceri ſupra oſtendimus. [d. c. per venerabilem. qui fil. ſint leg.] Quinetiam magis ſenſit But. eo in loco exiſtimãs notarium ab Imperatore creatum poſſe vbiuis locorum etiam in rebus, perſoníſque eccleſiaſticis ſeſe intromittere, ac inſtrumenta conſcribere. Sed an notarius certo territorio deputatus, poſsit intra illius fines, inſtrumenta inter extraneas perſonas, & illi non ſubditas conficere? & deciſum eſt id illis licere, cum ratione contractus forũ in huius territorij quo contraxerunt iuriſdictione fortiantur. [c. dilecti. & c. vl. de for. comp. in antiq. & c. Romana. §. cõtrahentes. eod. tit. in 6. Io. And. in addit. Specul. tit. de inſtru. edit. §. Reſtat verſ. Quid de his. Butr. in cit. c. per venerabilem. col. 13. Abb. & Fely. in d. c. cum P.] Pragmaticos tamen admonitos velim, iura illa quibus conſtitutum eſt quem ſortiri forum ratione contractus, hodie in diſſuetudinem abiiſſe: eáque ratione abrogata, quòd hodiernæ iuriſdictiones ad inſtar patrimo

Probationes quæ ex ſola alicuius loci cõſuetudine pendẽt aliis in locis admitti.

An tabelliones inter nõ ſubditos inſtrumenta cõficere poſſint.

Hodie à ſubditis in aliena iuriſdictionẽ conſentiri non poſſe.

niorum redactę in feudum concedi ſolcāt. & ideo in dominorum præiudiciū à ſubditis prorogari non poſſe: vt ſuprà in rubri. oſtēdimus. Ad probationem tamen quod attinet iure communi receptum eſt, omnia inſtrumenta à notariis in ſuo confecta territorio, inter extraneos, ſeu non ſubditos ei qui illos creauit, firmiſsimum probationis robur habere: vt puta ſi duo Bleſis oriundi, ac comitis Bleſenſis iuriſdictioni ſubditi, Lutetiæ Pariſiorum contrahant coram illius loci notario. executionem verò minime. Quod duplici ratione probari poſſe arbitror. Primò, ꝙ tabellio, ex tabellionatus munere nullā habet iuriſdictionem, nec poteſt authoritatem ſuam vllo modo in actibus legitimis interponere. [text. eſt quem ita ſummauit Bal. in l. adoptio. ff. de adopt.] & ideo euictionis præceptū, quam garentigiam vulgo appellamus, facere ei non licet, cum actus ille iuriſdictionis ſit, quanquam voluntarię in volentem & acceptantem. [gl. eſt in l. vlt. in verb. non habent. C. vbi & apud quem. & in l. rem non nouā. in verb. facultatem. C. de iudi. & in l. 1. in verb. tribunali. ff. eo. Innoc. in c. cum à nobis. ext. de teſt. & Paul. Caſt. in l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi.] niſi fortè in hoc notarij officio interueniſſet iudicis authoritas. [vt docet Bal. in cit. l. adoptio. & in l. iubemus. §. ſane. de ſacroſ. eccleſ.] Aut hanc ille à principe haberet ſpecialiter datam. [vt placuit Ang. & Imm. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de iud. & eidem Ang. rurſus in l. ſi cum dotem. §. eo tempore, vbi Alex. de immo. ff. de ſol.] Secundo, ſtatuta quibus diſpoſitū extat inſtrumenta habere executionem paratam abſque alia cauſæ cognitione, aduerſantur iuri cōmuni. [vt eſt tex. apprimè ſing. in l. minor 25. annis cui fideicommiſſum. ff. de minor.] Quo fit vt interpretationem extenſiuā minime recipiant. [iuxta l. quod vero. & l. ius ſingulare. ff. de leg.] In quam rem prodita eſt conſuetudo. j. de debit. perſon. §. 4. Ex quibus manifeſtè apparet inſtrumenta iſta garentigiæ ab his confecta notariis, à baronibus ſeu caſtellanis creatis, inter extraneos executioni mandari non poſſe, aduerſus illos alienum habitantes territorium. Conſiderandū quippe eſt eos tabelliones à principe creatos non eſſe, nec iudices ordinarios eſſe, item nec iſtud ſibi ex priuilegio vendicare. In quē ſenſum accipi debet d. §. 4. j. de debi. perſon. De qua re nos latius eo loco diſſeremus. Ita quoq; accipiendum puto quod docet Bal. in addit. ad Specul. tit. de appellat. inquiens præceptum garentigiæ contractui inhærere: ideo vbiuis locorum demandari poſſe executioni, nec ab ea executione appellari, quāuis extra territorium notarij ſit. Cum ſcilicet ille notarius eſſet iudex ordinarius, vel carthularius eam habens ſibi ſpecialiter à principe cōceſſam authoritatem ex priuilegio. Secus eſt ſi ab inferiore eſſet creatus.

Inſtrumēta inter nō ſubditos à notario confecta quoad probationis vim valere, non quoad executionem.

Nulla inſtrumēta ex iure cōmuni executioné habere paratā.

Hinc verò dubitatum eſt, vtrum tabellio ab alio quàm principe creatus, vt puta ſtatuto conſuetudinéue, vel iudice conſtitutus, poſsit inter non ſubditos, ac extra territorium inſtrumenta conficere. Et cum ea poteſtas ad voluntariam iuriſdictionē pertineat, & ideo prorogari poſſit, videbatur id licere vbi cōſentiunt contrahentes. [ita ſenſit Abb. in cit. c. ſicut in antepen. col. ne cler. vel mon. Bal. in l. iubemus. 2. §. ſane. de ſacroſ. eccleſ. fac. quæ tradit Specul. in cit. §. reſtat. verſ. quid de his. tit. de inſtr.] Contrariam tamen opinionem veriorem contenderim, cum Cuneo in l. repetita. C. de epiſ. & cler. cuius eo loco meminit Bal. vbi docet tabellionis officium non poſſe etiam ex conſenſu partium prorogari, ſicut & iudicis iuriſdictio. Vnde licet actuarij vbiuis locorum inſtrumenta cōficere poſsint, non tamen ita notarius, qui certos limitatóſque habet fines, vltra quas ſuū exercere officiū nequit, quantuncunque rogatus à contrahentibus. [§. 1. in aut. de adminiſtrat. offi. l. hac parte. de prox. ſac. ſcrin. l. in prouinciis. de munera. & actuar. l. quicunque. de extra. & exact. lib. 12. C.] Et Bart. in l. apud proconſulem. ff. de manumiſ. vind. concludit tabellionem à Rege creatum, poſſe omni in loco, & quacūque eius patet imperium, inſtrumēta conficere. Eum verò qui ab aliqua tantum ciuitate factus ſit, extra eam ciuitatem non poſſe munus tabellionatus exercere. adducit. l. 2. ff. de offic. proconſ. Idem quoque ſenſit in l. nec ei. §. eorum. de adopt. & Bal. in addit. ad Specul. tit. de fi. inſtrum. c. magis expreſsim in l. 1. ſub fi. ff. de iudic. Quibus in locis eleganter oſtendit prorogationem locum tantum habere in his quæ iūriſdictionem reſpiciunt: non autem in cæteris officiis ac muneribus publicis. Cuiuſmodi eſt tabellionatus, quem ſane prorogari non poſſe conſtat. Quod res manifeſta ratione probatur. Quandoquidem nota-

An notarius ab inferiore à principe creatus poſſit actus inter non ſubditos, & extra territorium non geſtos excipere

Tabellionē regia manu creatum poſſe vbiuis locorum in regno inſtrumenta conficere.

rius, ſola eius qui eum inſtituit creauitq; authoritate, nititur. At (vt vulgo dicitur) non plus poteſt creatura, quàm is qui eam creauit. Vnde non potent ille, ſicut nec dominus, extra territorij ſui metas officium exercere. quod confirmat Gemi. in cit.c.Romana. Imm. Abb. & Fely. in cit. c.cum P.tabellio. Facit & ſing.Bal.tradi-tio.in l.1. col. 3. ne fil. pro pat. inquientis, quòd licet ex forma ſtatuti nulla poſsit exceptio quantumcunque peremptoria obiici contra executorem inſtrumẽti: poterit tamen opponi huiuſmodi inſtrumẽtum à notario extra ſui territorij fines cõfectum. Hanc ſecundam opinionem affirmare auſim eſſe prima vt lõge veriorem, ita & frequẽtiorem. Licet quidem prima poſſet forte locum habere in notariis illis qui iudices cartularij appellantur: quos conſtat maioris eſſe prærogatiuæ, quàm ſimplices notarios. [vt docet Accurſ. & Bart.in cit.l.1.C. vbi & apud quẽ. & But. in c.1.col.5.de fid.inſt. & Abb.in d.c.ſicut. ne cler.vel mo.]

An imperialis tabellio poſsit ſe actibus ſpiritualibus immiſcere.

Quod autem ad notarios imperiales attinet, etſi varij de illis varia tradidere, pugnãtiáque: ego tamen crediderim cum communi doct. ſchola, etiam notario imperiali inſtrumenta ſuper rebus ſpiritualibus conficere licere. licet res ſatis noua ſit. Si tamen eam optime tibi probatam velis, adito Fely.in cit.c.cum P.qui vberrime hanc quæſtionem diſputat. q. 13. Et hactenus de notariis.

¶ Exilium.

EXilij indictio videtur ipſi principi reſeruata. Ideo Bal.in l.imperium.ff. de iuriſd.omn.iud.inter ea iura quæ principi reſeruata ſunt, quę eo in loco recenſet, annumerat ius relegationis & deportationis, motus tex. in l. illicitas.§. qui vniuerſas.ff.de off.pr-fid.vbi conſtitutum eſt, ne præſidem quidem prouinciæ ius deportãdi habere, & idem in l.2.§. pręſidẽ.de pœn. & in l.1.§.hi quibus.verſic. deportatos. de leg.3. Ex quo infert Bart.in cit.§.qui vniuerſas. ſi præſidi in inſulam relegandi ſeu deportãdi ius non eſt, nec exulãdi quoq; eſſe. Ergo & id multo minus rectori ciuitatis licebit, qui longe minorem habet authoritatem & arctiorem. Quod enim maiori magiſtratui non licet, nec inferiori quoq; licebit, [vt idem Bart.ſenſit in ſua diſputatione incip. Lucanæ ciuitatis ſtatuto.in 2.arg.ſolut. & ſimilem illationem facit Cy.poſt Iac.de Rauen.in l.1.C.de hę red.inſtit.] Idem de delegatis ab inferioribus, quàm à principe decidit Bal.[in rubr. de off.deleg.extra. in 1.col.] inquiens non niſi delegatos à principe in exiliũ mittere nec relegare poſſe. Vnde cõcludendum videtur, nec bailliuos noſtros à baronibus, & caſtellanis inſtitutos, nec regios præſides, exilij pœnam indicere poſſe.

Aliud bannum aliud exilium.

Quo rem omnem abſolutè teneas, noſſe prius oportet verbum quod hodie dicitur banniment, aliud longè eſſe à pœna exilij, & in diuerſo varióque ſignificatu vtrũque accipi. Ac primum docuit Ang. in l.1.C.de hæred.inſtit. bannum quadrupliciter accipi. Primo pro omni voce à precone emiſſa. [auth. qui ſemel. C. quo iu. & quando iud.] Secũdo, pro mulcta. [l. 3. vbi Accurſius in verb. ſtrictioribus. ff. de ſuſp.tut. & idem rurſus in l.1.§.1.in verbo, vel mulctis. ff. de vẽt.inſpi.] Tertio, pro an notatione ſeu confiſcatione bonorũ. [De qua Accurſ. in l.1. in verb. requirendis. ff. de req.re.] Quarto, pro ipſa iudicis ſententia, qua banni pœnam pronuntiat, quod quidem interlocutoriam tantùm & non diffinitiuam pronuntiationem continet, nec quẽquam inteſtabilẽ reddit. [l.ſi quis filio exhæredato. §. eius. de iniuſt. & irri. fac.teſtam.]

Exilij autem ſignificatio, triplex eſt vt nominatim docet Marcellus in l. exilium ff.de inter. & releg. Primo, eſt certorũ locorum interdictio, vt cum aliquis certæ prouincię acceſſu interdicitur, ſeu incolatu alicuius territorij, vel etiam vrbis. quæ quidẽ exilij ſignificatio, eadẽ ferè eſt cum eo quod bannimentum galli appellant, quo iudices præſidéſque vti ſolent cum ſuis ſententiis interdicunt alicui toto illo territorio, quod ſuæ ſubeſt iuriſdictioni. Extra enim diſtrictus ſui fines quem exulare ſeu, quod aiunt, bannire non poſſunt [iuxta l. relegatorum.§. interdicere. de interd. & releg. Tradit Bal.in l.executorem col. 7. verſ. Modo ego quæro. C. de execut.rei iud. & in l.1.col.3.verſ. & circa primam. C. de hæred.inſtit.]

Secundo, omnium prorſus locorum prẽter certũ interdictio eſt cum lata fuga. Hanc nos vulgo confinare appellamus, ſeu ad confinia eiicere.

Tertio, eſt inſulę vinculum, id eſt in inſulam relegatio. vbi condẽnato tanquam ei qui excõmunicationis ſententiam paſ-

ſus eſt, interdicitur hominum commercium, cui ciuitas quoque, & bona adimuntur. Et hæc tertia ſpecies propriè eſt ea quam deportationē in iure appellamus, ex qua ciuitas vna cum bonis amittitur: & eſt ea grauiſsima exilij pœna.

Hæ porro & banni & exilij ita diſtinctæ ſpecies facilem ſternent viam, lucémque magnam adferent ad definitionem noſtræ quæſtionis, ad quem exulandi ius pertineat? Quæ quidem ex ſupra relatis ſpeciebus ita eſt diſtinguenda, vt quod ad hanc vltimam exilij ſpeciem pertinet cæteris grauiorem, quam deportationem diximus, quatuor ſint tantum perſonæ à quibus ea pœna infligi poſsit, quas enumerat Accurſ. in §. 1. inſt. quib. mod. ius. pat. poteſt. ſol. primo, Imperatori, & ei cui vices ſuas in iudicando mandauit. Cui adde reges, principéſque omnes, qui ſuperiorem non agnoſcunt. ſecundum Ioan. Fab. & Ang. aret. in eo loco. Secundo præfecto prætorio. Tertio præfecto vrbis, qui omnimodam habet imperij poteſtatem, & iuriſdictionem: qualis eſt præfectus Pariſiorum, non item Bleſiorum, & cæteri qui minores ſunt præſidibus, cum illis ſubſint (quod dicitur) in reſſortu & iuriſdictione. Quarto Senatui ſeu (vt aiunt) parlamento, qui maioris longe eſt authoritatis præfectis, tam prætorio quàm vrbis: ita vt non minorem habeat in ſententia ferenda authoritatem, quam princeps ipſe, cū ab eo minime appelletur. [l. quod principis vbi not. Accurſ. ff. de aq. plu. arc. l. non ambigitur. ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. quominus. ff. de flu. l. 1. §. 1. à quib. appel. non lic. & l. 1. §. de qua autem reſtitutione ff. de poſtu. Ang. Aret. in cit. §. 1. inſt. quib. mod. ius pat. poteſt ſol.] Senatus enim aliquādo principi æquiparatur. Vnde ſupremę curię indiſtinctè licet & deportationis ac banni pœnam, extra regnum indicere. Ab ea enim latæ ſententiæ vndique, qua noſtrum patet regnum, effectum habent. [teſte Bal. in cit. l. 1. col. 3. C. de hæred. inſt.]

Deportationis pœnam qui poſsint irrogare.

Quod verò ad relegationem pertinet: in ſumma conclude, qui merum habet imperium, eundem habere relegandi ius. [vt placuit Accurſ. in cit. loco. in verb. deportatus. & in ver. relegati. & in eam rem mihi videtur caſus in l. nullæ. C. de ſenten. & interl. om. iud. vbi Accur. & Cy. & Bal.] Angelus quoque [in d. l. nullæ] tradidit iudices quibus meri imperij ius non eſt, non poſſe quem ciuitate, vel patria interdicere, nec (quod aiunt) confinare. cum iſtud ſit ferè relegationis inſtar. Iſta enim ſunt prorſus meri imperij, [vt eo loco Bal. & in c. cum non ab homine. vlt. col. extr. de iuſtit. & Bart. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud.] Niſi ita lege municipali amplior poteſtas eſſet inferioribus cōceſſa [vt limitat idem Bal. in cita. l. nullæ. ſub fi.] Relegatio autem & deportatio tripliciter differunt, [vt colligere licet ex l. relegatorum. iuncta l. 1. ff. de inrerd. & releg. & ex Accurſ. glo. in §. 1. inſt. de pat. poteſt. & ex his quę tradit Bal. in l. 1. C. de hæred. inſtit.] Primo q̄ deportationis pœna ſolùm à principe infligi potuerit, tum & à ſenatu, præfectóque prætorio, ac præfecto vrbis. Cæteri autem qui infra hos, deportandi poteſtatem non habent. Secundo, deportatio perpetua eſſe intelligitur, etſi nullum ſit præfixum tempus. [d. l. relegatorum. §. hæc differentia. vbi Accurſ.] Tertio, deportationis pœna ciuitatem adimit, ac ius patriæ poteſtatis ſoluit. [glo. in d. ver. relegati. inſt. de patr. poteſt. & text. in l. qui cū maior. §. is demum. de oper. libert.]

Triplex differētia inter relegationē & deportationem.

Relegādi ius ſolis competere quibus merum imperium.

Cæterùm, relegationis pœnam infligere quilibet poteſt, cui merum imperium competit, etiam ſecundum Fab. minores iuſtitiarij: tum & in perpetuum & ad tempus. Item nec bona adimit, nec ciuitate priuat, nec ius patriæ poteſtatis ſoluit. Ex quibus conſtat non ſatis rectè eos ſentire, qui cum deportatis bannitos comparant. Nam hodie cuilibet fere etiam inferiori iudici, ius eſt ex cōſuetudine bannum indicendi. Deinde banniti noſtri bona ſua non amittunt, ſicut nec relegati. At hoc in deportatis eſt notiſsimum, niſi in ſententia reſeruatum fuerit. Alia etiam forma eſt deportationis, alia banni. Quia deportatus toto orbe præter certam inſulam in quam miſſus eſt, interdicitur. At econtrario bannitus in omni orbis parte habitare poteſt præterquam in patria, à qua exul factus eſt. [vt ff. de orig. iur. l. 2. verſ. epheſi exulatū.] Adhęc, deportatione patria poteſtas ſoluitur: bannimento minime. Adde quòd banniti. [vt not. Bal. in l. 1. §. exactis, per §. poſtea. d. l. 1. ff. de ori. iur. & Accur. in l. 1. C. de mod. mul. & l. vl. C. de ſuſp. tut. & l. 3. §. tutores. ff. eo.] nulla infamiæ nota afficiuntur. Vnde cenſuit Bal. qui ex patria vna extorres eſſent facti, alia in honore haberi. Cuius rei manifeſto eſt exemplo præſes ille quondam noſter Raynerius gentilis, quem tamen non

Bannitos à deportatis differre.

Bannitos nullam infamiam incurrere.

nisi honoris causa nomino. Magna enim fuit ille nescio an dicam fortuna, seu prudentia, qui Roma exul factus apud nostros in tanto honore est habitus. Quo fit vt concludēdum putem eos exules, quos hodie bannitos appellamus, magis relegatis, quàm deportatis accedere. Et hæc de bannitis satis.

Bannitos magis relegatis quā deportatis cōparari.

¶Delinquentes.

HOc contextu videtur à cōtrario sensu innui. quod si qui alio in loco castellani iurisdictioni minimè subdito, deliquerint, non possint ab eo in exilium, seu bannum mitti. Nam & Bart. post Cy. [in l. cunctos populos. in penult. col. versi. meri autem videntur. C. de summ. trin.] non ineleganter interpretatur statutum, quo limitatur id quod intra territorium fit, vt non extēdatur ad eos casus, qui extra territorium. ex vulg. ratione l. h verò. §. de viro. ff. sol. mat. Et ratio est, quòd statuta quibus conceditur facultas inquirendi super aliquo delicto, vel de pœna super eo infligenda, eam tacitam accipiant limitationem, vt intelligantur de his delictis, quæ intra ipsum territorium commissa sunt, cuius tutela iurisdictioniſque administratio ad statuentes pertinet: id quod apertè comprobatur hac nostra cōsuetudine. Nec enim cogitasse videtur qui in suo territorio edictū edidit, seu statutum condidit, de his qui in illis locis extra eius iurisdictionem positis, committerentur. Nā nec offensus iudex seu dominus prouinciæ videtur, ex his quæ extra eius cognitionem versantur, nec respub. quoque cuius administrationem suscepit. Quare non est quòd moueatur his quæ neque in se, neque in suos admissa sunt. [d. l. cunctos populos. & l. extra territorium. ff. de iurisd. omn. iudi. & ita sensit Gand. in suo tractatu de maleficiis. & Io. And. in addit. ad Specu. tit. de compet. iud. adit. §. 1. quorum meminit Bal. in d. l. cunctos populos. col. penul.] Vnde creditum est eos qui aliquid extra territorium suum perpetrassent, posse iudicem ordinarium vt incompetentem recusare, licet illius iurisdictioni sint subditi. [& hanc sententiam nominatim confirmat Ioan. And. in c. 1. de constitut. in 6. & Bal. in d. l. cunctos populos. & in l. 2. C. de eunuch. & Card. in cl. 1. §. 1. de for. compet. Anchar. in repet. c. postulasti. q. 5. eod. titu.] Possent tamen iudices (vt aiunt) animaduertere in eos, qui illius iurisdictioni subsunt, sed non ea pœna quę ex statuto loci prodita est, cum ea extra territorium nequaquam extendatur.

Consuetudines seu statuta ciuitatis extra eius districtum non extēdi.

Quare nostra hæc consuetudo locum habebit in eos tātùm, qui in castellani territorio deliquerunt: ita vt extra districtū minimè extendatur, nec ad eos qui foris sunt.

Sed inter hæc cogitabam ego diligentius num aliquādo fieri posset, vt illis nostris castellanis ius esset in exilium agendi ob delictum à suis subditis, extra territorium tamen commissum: idque alia ratione quàm ex vi consuetudinis, in his præsertim casibus quibus iure communi pœna exilij imponitur. Mouebar, quòd licet præses prouinciæ deportandi ius non haberet, vt suprà proximè ostendimus, bannire tamen potest, curaréque debet quàm maximè vt malis, ac flagitiosis hominibus sua vacet prouincia. [l. congruit. ff. de off. præsid. l. 3. eod. tit. gl. sing. in c. à nobis. extr. de senten. excommunic.] Ita in proposito licet castellani ex vi consuetudinis non possint in eos qui aliquid extra territorium admiserunt, animaduertere, cum consuetudo sit limitata: hoc tamen de iure cōmuni possunt. [text. in l. non solum de commer. & mercat. C. & Bald. in l. mercatores, eo ti.] licet enim subditus alio in loco delinquens, non sortiatur forum sui castellani, ratione tamen domicilij & originis de eius delicto cognoscere poterit. [l. 1. C. vbi de crim ag. opor. Bart. in d. l. cunctos populos. q. 8.]

Cæterum ego hic adhibendam puto distinctionem qua vsus est Bart. & Bal. in d. l. cūctos populos. & in l. 2. C. de eunuch. Vt siquidem delictū à subdito extra territorium tamen cōmissum, sit huiusmodi vt banni seu exilij pœnam iure communi mereatur: tum castellanus seu eius iudex, exilij pœnam indicere possit, nō quidem ex vi cōsuetudinis, quę extra territorium non porrigetur: sed ex iure cōmuni, quo iudex in subditum, quanuis extra territorium delinquētem, animaduertere potest, ratione originis, ac domicilij, vt supra dixi. Si vero delictū hoc tale foret quod exilij pœnam non mereatur iure communi, sed ex vi tantum alicuius statuti, seu regiæ constitutionis: vt si verbi gratia aliquod à ciuitate emissum esset proclama, tempore annonæ, ne quis frumentum transueheret alio, sub banni pœnam: &

quiſpiam ex illa ciuitate frumentum ex alio loco,qui extra territoriũ eſſet, tranſ uexiſſet, non poſsit à ſui domicilij iudic banni pœna condemnari, cum ea ſtatuto tantum, non iure communi prodita ſit.

Sed & dubitatum eſt, quid iuris eſſet de eo extraneo, qui à caſtellano apprehẽ-ſus eſt ob delictũ alio in loco commiſſum. Qua in re id ſummè animaduertendum eſt, quòd apud gallos vſu obſeruari ſolet, cum (vt ſæpius eſt à me repetitum) iuriſ-dictiones noſtrę temporales, ſint ad inſtar patrimoniorum redactę, & per viam con-tractus feudi ſint vaſſallis in feudum con-ceſſæ, non poſſunt à ſubditis in domini prę iudicium prorogari, nec contrahendo, nec delinquẽdo. Sicut nec ab epiſcopi iu-riſdictione recedere ſubdito licet [iuxta c. ſignificaſti. extra. de for. comp. & quæ tradit copioſè Bart. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de no. op. nunt.] ita vt quæ cauta, diſpo-ſitáque iure communi extant in l. hæres abſens. ff. de iudic. c. Romana. §. cõtrahen-tes. de for. comp. in 6. & in l. 1. iunct. auth. Qua in prouincia. C. vbi de cr. ag. opor. hodie vſu abrogata ſint, vt nedum in ciui-libus, ſed & in criminalibus negotiis, qui-libet alio in loco conuentus, ad domicilij iudicem remittendus ſit. Exceptis iis qui incertis ſedibus ſine certa arte, ac officio hac atque illac vagãtur. qui ob delictum, etiã alio in loco admiſſum, vel à non ſuo iudice puniri poterũt, ſecundum ſtatuta à conſuetudine loci in quo deprehenſi fue-runt. In quam ſentẽtiam omnes fere vno pede iuiſſe videntur doct. in l. cunctos po-pulos. & l. 1. & aut. qua in prouincia. Ex-ceptis etiã his tribus caſibus, quibus quis forum ſortitur ratione delicti. 1. Qui res naufragio ruináque amiſſas capiunt, puni-ri poſſunt à iudice eiuscui furtum com-miſſum eſt. 2. qui res ſociorum ac confœ-deratorum occupant. 3. cum in loco deli-cti non inueniuntur, vel cum nulla admi-niſtratur iuſtitia in his locis quibus admiſ ſum eſt delictum. Tunc enim in huius rei defectum poſſunt delinquentes à quo-cunque iudice puniri. Quos tres caſus v-berrimè proſequuntur Bart. & Bal. in cit. l. cunctos populos.

Vagabũdos vbiq; puniri & quocũque iudice.

¶ Viis publicis.

Quid via publica.

VIas publicas dixit Vlp. in l. 2. §. via-rum. ff. ne quid in loc. pub. eas eſſe quas Græci baſilicas, Latini prætorias ſeu cõſulares appellant. Quarum ius ipſi principi conſtat reſeruatum, qui ſolus ius publicandi habet. [§. viam publicam. in d. l. 2. & c. 1. in princ. quę ſint regal.] Vnde & iure diuino viæ publicę regiæ appellaban-tur. nume. 21. licet enim vnicuique priua-to liceat his vti, in his ire, agere, iumenta plauſtráque ducere, harum tamen ſolum publicum eſt, ac ad Regem pertinet. Vn-de abſque eius iuſſu non poſſunt nec re-ſtringi, nec alium in locum transferri, cũ iſtud ſummè reipub. interſit. [l. quod prin cipi. ff. de aq. pluu. arc.] Et quanquam tui-tio conſeruatióque viarum publicarum, & cura earum, quò tutius in his agere li-ceat, ad principem pertineat, animaduer-ſióque latrociniorum, ac delictorum quæ in illis committuntur: ita tamen apud nos vſu obtinuit, vt ea cura caſtellanis noſtris ac prouinciarũ præſidibus cõmitteretur. Quæ res ſanè licite fieri potuit, vt ſuprà oſtendimus. Nam cum hodie videamus caſtellanos noſtros ſibi arroganter ſatis omne ius ac emolumentum quod ex du-ctis plauſtris, vectíſque mercibus, ac cæte-ris rebus per vias publicas pendi ſolet, at-tribuiſſe, æquum ſane fuit eos quoque earum curam gerere, ac à latronibus, graſ-ſatoribúſque vacuas reddere, ita vt ipſi quoque teneantur eos, qui in illis viis ſunt graſſati, exhibere, aut res abſtractas reſtituere, & dãna illata ſarcire. [iuxta l. ne quid. de incend. rui. naufra. Quo loco iſtud copioſe examinat Bart. not. Archid. 33. q. 5. c. ſi quis peregrinos. & nominatim Bal. in c. 1. §. conuenticulas. in vlti. not. de pac. iur. firm. & in c. 1. §. marchio, qui feud. dar. poſ. & deciſ. delph. 5. quęſt. 413. vbi ali quis.] Solẽt enim in eam rẽ pedagia exigi. [Bal. in cit. c. 1. quæ ſint reg. verſ. extra no. & Hoſtienſ. tit. de conſ. §. ex quibus. verſ. ſed nunquid.] Vnde qui pedagium (vt di-citur) ſoluit pro repreſaliis capi non po-teſt. [ſecundum Odofr. quem refert Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patr.]

Pedagia ob viarum ſecu ritatem pen-di ſolere.

¶ Succinctus ac perutilis viarum publ. Tractatus.

PORro, cum magnas ac diuturnas con-tentiones ſuper viis publicis motas, nõ eſt qui non viderit aut audierit, è re erit vt pauca quæ ad eam rem pertinent, refera-mus. Ac primum traditum eſt à Caio iu-reconſ. [in l. viæ latitudo. ff. de ſeruit. ruſt. præd.] viæ publ. latitudinẽ ex lege 12. tab.

in porrectum ſeu directum, octo pedum eſſe, in anfractum autem, id eſt in diuerticulis vbi eſt torua ac inflexa, duplicatam eſſe, nempe ſexdecim pedum. Quod quidem intellige de via legali. Nam conuentionalis via ex partium conuentione, & latior, & anguſtior eſſe poteſt. [l. certo generi. ff. de ſeruit. ruſt. præd.] Huius autem latitudinis pub. ratio eſt [ex d. l. viæ latitudo.] quòd tanto ſpatio poſſunt duo plauſtra ſeſe in via occurrentia, tranſitum facere, vt res ipſa nos ſatis edocet. Et eadem ratione viæ latitudinem, cum in anfractū iret, duplicatam lex voluit, vt ſcilicet ſexdecim eſſet pedū, cum ſi foret anguſtior, aurigæ (qui propter diſtortum iter, non ſeſe animaduerterant) impedirētur trāſitu. Verùm cum hoc perſæpe vſu euenire videamus (ſcilicet antiqua illa cura in ſternēdis reficiendiſq; viis publicis paſsim neglecta) vt pluribus in locis ita ſtrictæ ſint viæ, vt ex iniuſta latitudine obuiantibus ſeſe duobus plauſtris neceſſe ſit alterum retro ire: Quæſitum eſt quem aurigarum currum retroducere oporteret. [hęc diſputatio mota eſt primum ab Accurſ. in gloſ. mag. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. pub. & Bart. eodē in loco. tum & Cy. Bal. & Saly. in l. per agrum. C. de ſeruit. & aq. & Ang. in cit. l. fluuium. de dam. infec. ſub princ.] Et concluſum eſt in ſumma, ei omnino deferēdum eſſe, qui primus viam eſt ingreſſus. Quod enim in vſus publicos deſtinatum eſt, id primo occupanti cō ceditur. Nec ſanè ij mihi rectè ſatis ſenſiſſe viſi ſunt, qui crederent ea in re gratificationi locum eſſe. quę enim gratificatio, cedo, niſi ex vrbanitate, cuius plane expers eſt rude hoc aurigarum & quadrigariorum genus. Quare vel res, vt plærique cenſuerunt, ſorte dirimēda eſt, cum nulla interueniſſet culpa, vel ei qui maiori onere præmitur, eſt cedendum: quam rem hodie magis in vſu eſſe conſtat, idque ratio ipſa dictat, vt magis onerato potius fauendum ſit. licet iuris rigor præoccupanti publicæ rei vſum magis indulgeat. Qui obſeruari ſolet in illis noſtris publicis conuēctionibus, quibus ad illuſtrationes, quas vocamus proceſsiones, itur. Si enim duæ ſeſe occurrant parrochiæ, vt ferè fit, ei quę prima viam ingreſſa ſit, vtique eſt deferendum. Quam rem memini à me aliquando diſputatam, cum ſuper ea non leuis aliquando inſurrexiſſet contētio inter duas parœcias, quæ ita me iudicante pacata ac definita eſt, ex deciſ. Bal in cit. l. per agrū. de ſeruit & aq. Quod intellige niſi certus eſſet, vel ab antiquo vel impræſentiarum præfinitus ordo, vel altera parrochia dignitate alteri præcelleret. Tunc enim vel ordini præſcripto eſſet ſtandum, vel digniori cedendum.

Viæ pub. latitudo.

Rerum pub. vſum primo occupāti cōcedi.

Præterea, quod huc pertinet, admonendi ſumus, ad eum cuius partes ſunt vias publicas curare, pertinere eas vel reſtringere ſi latiores ſint quàm à iure definitum ſit: vel ampliare, ſi anguſtiores fuerint [per not. à Bart. in cit. l. 1. ſub prin. de viis publ.] Ad quas ampliandas eidem licebit ex proximo agro, & circumiacente quod deeſt ex iuſta latitudine ſupplere [vt eſt tex. ſing. in l. ſi locus. §. cum via. ff. quēad. ſeruit. amitt.] Sed an dominis circumiacentis agri in viam publicam præſtiti debeat refundi pretium? Et reſpondit Bart. [in d. l. ſi locus] rem ſibi iuſtam videri, vt qui in vſus publicos fundum ſuum vel inuitus præſtiterit, à fiſco iuſtū illius prætium ferat. licet aliter conſuetudine obſeruatum teſtatur. Quæ ſententia Flor. non placuit, exiſtimanti minime ei vicino refundendum eſſe precum agri ad ampliandam viam præſtiti, cum etſi ea plus æquo lata foret, quod ſuperfluì eſſet, illi agro vicino accederet. Vnde non videtur grauatus dominus ex eo in quo emolumentum quoque ſperare debuit. In quam rem faciunt quæ traduntur de his quæ agris vicinis ex alluuione aquarum accellerunt.

Quod ex iuſta viæ publ. latitudine deeſt, poteſt ex circumiacētibus agris ſuppleri.

Quæri etiam poteſt (quod indies vſu euenire videmus) an cum via publica magna imbrium vi corruit, vel tanta limi colluuies contracta ſit, vt nullus ferè vel difficilis pateat acceſſus, liceat viatoribus ſeu aurigis per vicinum agrum iter facere, ac plauſtra ducere. Et licere quidem crediderim [ex cita. §. cum via, vbi & ita ſenſit Bal. & in l. per agrum. de ſeruit. & aq.] nec poſſe viatores à domino, fundi ſui acceſſu prohiberi. nec ſi eos pecora abigentes inuenerit, poterit ea capere iuxta diſpoſitionem. §. 3. 1. de capt. animal. Cuius rei euidens eſt ratio. quia qui eo caſu per fundum alienum iumēta plauſtraque agit, id non vaſtandæ rei alicuius animo, ſed cogēte neceſsitate facere intelligitur. Quare culpa vacat. [argumento eius quod tradit Bart. in l. 1. in vlt. verſic. de naufr. & ita eſt tex. iunct. gl. in can. 2. ſub fi. diſtinc. 1.]

An cum via publ. eſt inacceſsibilis, poſſint viatores in fundum proximum diuertere.

Hinc manat & altera dubitatio ad quē pertineat huius viæ ruinoſæ ac attritæ re-

fectio. Qua in re Bart. in l. per Bithiniam. de imm. nem. cõc. lib. 10. C. diſtinguẽdum ſenſit inter viam publicam ac priuatam, & inter eam quæ in ciuitate ſit, vel foris. Vt quidem via quæ intra ciuitatis mœnia, à ſingulis ciuibus ante ſuas ędes ſternenda, muniendáque ſit. [iuxta l. ædiles. §. ſtudeant. ff. de via publ.] Quam ſententiam probat Pont. in verb. viam. ver. not. ꝙ viam. quam tamen temperat ſi dominus illarum ædium eſſet ſoluendo. Nam ſi tanta rerum inopia laboraret, vt ei reficiendæ viæ non eſſet, quæ ante illius domum eſt, vicinorum vtique eſſet tantæ paupertatis miſereri, iiſq; illam viam ſternere tenerẽtur. [per. l. 1. §. vl. ff. de via pub.] licet Butrig. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. eccleſi. contra exiſtimauerit vt ſcilicet cum hoc onus reficiendæ viæ onus ſit reale, domuique, ante quam ea eſt, incumbat, poſsit ea domus capi, & (quod vulgo dicitur) areſtari pro pauimento. Ex quo inferre licet non inquilinum quidem, nec conductorem ad huiuſmodi onera realia teneri, ſed dominũ domus, ſeu locatorem: quo tamen ceſſante poterit conueniri conductor, vt reficiat, deductis tamen impenſis ex penſione domus. [Bart. & Alb. in d. l. ædiles.] Tum & quidem tenentur ipſi inquilini vias mundare & purgare. qualiter ſolet plærunque publicis ſtatutis & proclamationibus indici. Cæterum ea omnia onera agnoſcere tenetur, is qui gratis illam ex domini beneficio domum inhabitat. [vt ſenſit Bart. in cita. l. ædiles. & videtur caſus in l. 3. de imp. in reb. dotal. fac.] Quod intellige ſecundum Bart. niſi alius has immundities in viam publicam proieciſſet, eas enim tollere tenetur. Ad quæ omnia onera exigenda ſolum competit iudicis officium, & nonnulla quandoque dantur interdicta, vt placuit Specul. in tit. de off. omn. iudic. Ideo videmus in dies ob res iſtas, iudicis officium implorari, vel illius qui earum rerum curam ex publico demandatam habet: ad quem quoque pertinet, iubere vt omnia quæ vias publicas impediunt, tollantur, eiiciantúrque immunda, & ſi quæ ſimilia. [vt patet ex l. 2. ff. ne ne quid in lo. publ. not. Specul. tit. de iniur. & dam. da. & in tit. de cauſ. poſſ. & prop. §. 3.] Aſt vbi agitur de via publica, quę extra ciuitatem eſt, puto ego ea in re Bartol. rectè ſenſiſſe, qui exiſtimauerit eam cõmunibus ciuitatis impenſis, ad quam ea pertinet, reficiendam. Tunc ſiquidem imponenda venit ciuium contributio, quam collectam vocant, pro modo patrimonij ac facultatum vniuſcuiuſq;. [l. per Bithiniam. & l. ad inſtructionem. C. de ſacro. eccleſ. & in auth. de eccleſ. tit. §. ad hoc ſancimus.] Quæ res tamen temperãda eſt ex diſtinctione quã in eam rem adhibet Plat. in l. vnica. ff. de Alexand. primat. lib. 11. C. vt ſiquidem ciuitas recipiat vectigalia, ac tributa quæ ſolent ſingulis viatoribus imponi, ad eandẽ pertineat onus reficiendarum viarum, & inſtruendorum pontium, ex reg. qui ſentit onus. Si non percipiat, non æquum eſt eo onere grauari. [Quam diſtinctionem ſecutus eſt Pirrhus, venerãdus mihi ſemper præceptor, in cit. l. vnic. & Cep. in ſuo tract. ruſt. præd. tit. de via. q. 25.] Quod autem de viarum ac pontium inſtructione dictum eſt, id locum habet etiam in muris ciuitatis, & aggeribus, quibus ſolet aquarum impetus reprimi: item & in reficiendis in aquæ ductibus & canalibus, & portubus, [vt tradunt interp. in cit. l. per Bithiniam. & l. ad reparationem. de aq. duc. libr. 11. C. & l. ad portus. C. de oper. publ.] A quarum rerum ad publicum vſum deſtinatarum contributionẽ, neminem prętextu officij dignitatiſue excuſari cõſtat. [l. abſit. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. C. & l. ad portus. & l. omnes. de oper. publ.] ita vt ne quidem eccleſia ipſa ab eo eximatur onere. [d. l. ad inſtructionem. & §. ad hoc ſancimus. in auth. de eccleſ. tit. Not. Butr. in c. non minus. de Imm. eccle. Card. in cl. 1. q. 17. de vit. & honeſt. cler. & Anchar. in repet. c. poſtulaſti. exr. de for. compe. q. 7.] Vnde ſicut tenetur eccleſia ad huiuſmodi operum publicorum refectionem, ita & ad gabellæ, quæ rebus inuectis in ciuitatẽ imponitur, ſolutionem, & cæterorũ onerum præſtationem quæ illius ergo impoſita videmus. [vt docent Butr. & Bal. in d. l. ad inſtructionem. & idem Bald. in c. nos Romanorum. in ver. munitionibus. de pa. Conſt.] Ratio autem quare nemo ab huiuſmodi oneribus tã inſtructionũ, quàm gabellarum in eam cauſam impoſitarum nõ eſt alia, quàm quòd ea onera ſint, quod dicitur, terratica, & ſic realia, quæ nõ perſonis, quæ ſolent aliquando ob dignitatẽ vel priuilegium, eximi ab impoſitis oneribus, ſed rebus ipſis incumbunt. Qualiter à noſtris factitatũ eſt in reparandis littoribus & aggeribus Ligeris, fluminis rapidiſsimi (hæc vulgus calciatas appellat)

A reficiendis operibus publicis ne eccleſiam quidẽ ipſam excuſari.

in quibus extruendis, impetrato in eam diplomate regio, impositi sunt singulis terræ iugeribus iuxta Ligeris ripas circũiacentibus, asses tres. A qua impositione, cum ipsa realis sit, nemo est qui exemptus sit, nedum ecclesia ipsa: idque rectè. [teste Saly. in l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & Plat. in d. l. per Bithiniam.]

Porro quod ad viam priuatam pertinet, non est propositi nostri hic referre. quisnam ad eius refectionem teneatur. Faciet tibi satis Bart. in cit. l. per Bithimam & fusius Cepo. in suo illo libro, quem de seruit. rust. præd. scripsit. §. via.

An qui ī via publica ædificauit, cogatur ædificiũ demoluri.

Vt itaque nil cõfuse à nobis tractetur, non miscẽda est via priuata cum publica, quæ à nobis exactius tractanda est. Quæri ergo potest si quis in via publica ædificare præsumpserit, an destrui ac solo æquari debeat ædificium. Qua in re omnino adhibendam censeo non minus æquam quam elegantem Vlp. distinctionem in l. 2. §. si quis à nemine. & l. vl. ne quid in loc. pub. vt siquidem vsui publico nõ noceat, non sit compellẽdus qui ædificauit suum ædificium tollere. Et hoc optima constitutum ratione puto ne ciuitas scilicet ruinis deformetur, temeritatis tamen suæ pœnas non euasurus: ita vt vectigal huic ædificio imponendum sit quod Solarium à solo appellant. Quod ita accipe si nulla præcesserit operis interdictio, vt illis duobus responsis præsupponitur. Et in hoc standum omnino arbitror, prætermissis interim illis otiosis altercationibus, quas super ea re inter se mouent doct.

An via ī medio duorum territoriorũ posita communis sit vel diuidenda.

Sed & dubitatum est de via illa quæ in confinio seu limite duarũm castellaniarum, seu prouinciarum seu quæ media est inter duo territoria, vtri applicari debeat? Bal. [in l. si plures vers. fuit quæstio col. 4. C. de condit. insert.] post multa tandem hinc atque inde adducta, eõcludit in summa illam viam minimè diuidi oportere. Cum diuisionem commodam via non recipiat. Certa enim est iuris regula substantiam eius rei indiuiduam esse, cuius effectus est indiuiduus [arg. l. cuius effectus. ff. de reg. iur. & l. arbor. §. de vestibulo. ff. com. diuid.] Vnde quæ in ea via admissa fũt delicta, ab altero ex præsidibus vtriusque prouinciæ puniri possunt, non habita illa leui & futili ratione, in qua viæ parte an hac, an illac versus, admissa sint: cum vt diximus, via in promiscuo sit vsu, ac iurisdictione. Ita vt vterq; præses in colligendis ex hac via pedagiis tum & sustinendis oneribus quasi socij habeantur, cum eã omnia emolumenta & onera ex æquo inter eos diuidantur: item & maleficiorum cognitio & coertio: nec inter vtriusque præsidis iudices locus erit præuentioni. Quam Bal. sentẽtiam veram certámque arbitror.

An via pub. præscriptiõe amitti possit

Sed an contra viam publicam præscribi possit? In quam rem (ne longius vagemur) extat expressum responsum in l. viam. ff. de via pub. quo cautum est populum via publica etiam à longo tempore non vtẽtem eam amittere nõ posse. [Cui consentit Accurs. in l. cum notissimi. §. eodem iure. C. de præs. trig. vel quad. ann. Bart. in d. l. viam. & Guil. de Cug. in l. si rem. §. omnes. de pig. act. & scrib. in l. cum notissimi] Quandoquidem ire per viam publicam ius esse non existimãt, sed quandam tantum facultatem [iuxta l. 2. §. viam ff. Ne quid in loc. pub.] Quæ quidem facultas nullius temporis præscriptioni subiacet.

¶ Tutores.

IN huius vocabuli explicatione, istius obiter admonendi sumus, quanam ex causa id factum est, vt cum maiores nostri ea omnia quæ ad merum imperium pertinerent, vt est gladij potestatem habere, & mixtũ cum omnimoda iurisdictione alta media & infima, castellanis concessissent, specialiter tamen ius tutores curatoresq; pupillis, minoribus, & prodigis ac similibus personis, dandi, huic constitutioni adiecerint. Nam in ea tam lata ac effusa generali imperij concessione, satis ea potestas contineri videbatur. Et enim certum est ius dandi tutores mixti imperij esse: idque vbi pupilli substãtia ad quingẽtorum aureorum summam, vel supra, extenderetur. Et si infra illam summam sit, simplicis tantum iurisdictionis esse [iuxta. §. pẽnult. inst. de Attil. tut. & not. Accurs. in l. ius dandi. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.] Quo fit vt ex abũdanti & otiose adiecta sit huius infimi iuris concessio, quæ videtur etiam minus apte fieri ex priuilegio, cum iure quoque communi competeret, cũ, vt dixi, mixti sit illud imperij. [vt tradit in simili Bart. in l. muto. §. tutores. de tut. ff.] vulgaris siquidem est iuris reg. quæ cui quod minus est licet, & licet quoque quod minus. [l. quod licet. de reg. iur.] Quod & similiter in iure factum occur-

rit. Nam constat præsidi prouinciæ merum cõpetere imperium [L illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præs.] Eidem tamen lex Iulia Attilia specialiter ius dãdi tutores concessit. [§. 1. inst. de attil. tut.] Qua in re animaduertendum est iure antiquo

Tutoris datione neq; imperij neq; iurisdictionis esse.

dationem tutoris, neque imperij neque iurisdictionis olim fuisse, sed illa his solis competebat, quibus ex lege vel senatusconsulto, vel principis placito specialiter demandata erat [tex. in d. §. tutores & testatur Iacob. Aret. vetustissimus iuris interpres quem refert Bart. in d. §. tutores. & Saly. in l. cognitio. ff. de offic. eius cui, mand. est iurisd.] Vnde Accurs. in l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his. non sine causa negauit ius dandi tutores cuiquam competere, ex eo quod merũ haberet imperium, vel mixtũ, sed eum solum affirmauit, cui illud esset, à lege cõcessum, vel ab eo qui legis cõdendæ haberet potestatẽ. Quo fit vt in l. 3. cod. tit. connumerentur ij nominatim, quibus ea tutoris dandi potestas competit. Cuius rei sane puto habuisse rationem maiores nostros, qui hanc consuetudinem introduxere, vt præter iura castellanis concessa, & hanc quoque potestatem tutores dandi specialiter adiceret, quasi ea iure speciali competeret. Quod porro in huius constitutionis contextu subiicitur de potestate creandi curatores venit hoc quidem in consequentiam dationis tutorum vt placet Ang. in

Ius creandi curatores ei competit cui & datio tutorum.

cit. l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. per. §. penult. inst. de Attil. tut. addens, & hoc singulare, vt idem quoque iuris procedat in constituendo curatore ad lites. Nam coram quocũque iudice lis minorum ventiletur, ab eodem in eam creari potest curator. [Innoc. in c. petitio vestra. extr. de procurat. tex. in c. si cõmuni. de iud. in 6.] Idem quoque iuris procedere certum est in curatoribus, qui furiosis, mente captis, prodigis & similibus personis dãtur, ad exemplum minorum [inst. de cutat. §. furiosi. & l. 1. ff. de curat. fur.]

¶Inuentarium.

Inuẽtarium iudicis auctoritate cõficiendum.

QVandoquidem à plerisque dubitatum extat, an inuentarium à iudice conficiẽdum esset, an à notario solo ego (vt paucis me aperiam) conficiẽdum puto iudicis auctoritate, illud præsertim quod ab hærede fit. & hæc receptior est sententia, & confirmari videtur tex. l. nulli. §. cum autem de episc. & cle. & l. de creationibus. C. de episc. aud. vnde hîc partes ex castellano seu eius iudici commissæ sunt qui altam iustitiam exercet, vt j. eo. §. 11. Ideo ad inferiores iudices non pertinet.

¶Subhastationes.

INter cetera admonendi sumus quęcũq; de iurisdictionibus hactenus dicta sunt, ea in priuilegium esse ipsis castellanis concessa. Idque contra vel saltem præter iuris communis regulas, præterquam ea ipsa quæ proxime de inuentario diximus. Vnde supereſt vt & de proclamatum, seu subhastationum materia videamus, An eius cognitio ad castellanos ex priuilegio pertineat? Qua in re si credamus Francis. Accurs. (cuius meminit Cy. in l. 3. Si in caus. iudic. pig. cap. fit.) si ius addictionis seu impetrationis dominij rei subhastatæ spectes, videbitur iure speciali, ac in priuilegium concessa. Quod quo perfectius capias, sciendum est aliud esse vendere, aliud in solutum dare, & aliud addicere. vt sensit Aret. quem refert Cy. in cit. l. 3. Sed vterque frigide satis horum vocabulorum differentiam tradit. Quare vt quid nos plenius doceamus, intelligendum est victori pro executione sententiæ, & hodie creditori, ex omnibus fere Gallorum moribus Italorúmque statutis, in executionem instrumentorum (quod dicitur) garẽtigiæ, quatuor in summa prodita esse remedia [quæ connumerat Accurs. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud, referũt Bal. & Saly. in Lordo. in. 1. not. C. de execut. rei iud.] Horum primũ est, vt capiantur pignora, quæ si creditor penes se retinere voluerit, poterit quidem; ita vt ad eorum venditionem minime deueniatur. Per quam tamen viam non satis tuto sibi consulere creditorem arbitror. Cum fructus ex his rebus perceptos in sortem imputare cogatur [l. 1. & 2. C. de pig. act.] Secundum remedium est, vt creditori addicantur pignora pro debita quantitate, non pro minori [in cit. §. si pignora] Quæ addictio speciem venditionis habet. [l. si prædium. C. de euict.] Ea autem, quæ est in solutum datio, fieri non potest, nisi præcedente subhastatione, vt placuit Saly. in cit. l. ordo. per illum tex. eo loco id subiicies, quod si alicui ex litigatoribus pignora capta, nondum finito subhastationis tempore, addicantur, si supereniant qui

plus offerant, erunt audiendi. [Casus est in l. si tempora. C. de fid. inst. & in has. fis. lib. 10. C.] Vnde sensit Alexan. tum demum eò peruenirí, si quæ capta sunt pignora emptorẽ non inueniant [vt est tex. in cit. l. ordo. & l. 2. Si in caus. iud. pig. cap. sit] Quo fit vt præpostero loco referatur hoc remedium. Tertium remedium est posse creditorem licitare, & emere ab executore vt quilibet alius extraneus. dicta l. 2. si in caus. iud. Quod quidem mihi tutior videtur via secundum Bal. eo in loco. Quartum, si ex debitoris calliditate non inueniatur eorum pignorum emptor, poterit creditor dominium rei captæ à principe imprtrare [iuxta d. l. vlt. C. si in causa iud. & l. vl. §. seruãtur. de iur. dom. impet.] Porro duæ illæ viæ addicendi & in solutum dandi possunt ab ordinario iudice, qui sententiam & instrumentum garentigiæ exequitur, concedi. In quam rem omnes vno ore consensere. Quartum vero remedium est impetratio dominij, quod non nisi à principe indulgeri tradiderunt doct. ij quos commemorat Cy. in d. l. vlt. A iudice tamen ordinario tantùm id impetrari posse cẽsuerunt alij permulti [per tex. in cit. l. ordo. & l. 2. C. de exec. rei iud. Maximè Raph. & Alex. in d. §. si pignora Bal. & vberius Saly. in cit. l. vlt.] Dura enim & laborioſa res illis visa est, creditorem debitoris calliditate circunuentum ad principem recurrere, cum adsit illis iudex prouincię, qui his fraudibus obuiam ire potest. Quod autem de principis auctoritate dicitur, respondent Bal. & Saly. iudicem ista quidem permittere, sed ex principis authoritate, qui eam licentiã illi concesit ex suo rescripto quod extat (vt aiunt) in iuris corpore clausum. Vnde quia princeps & consuetudo iurisdictionem tribuunt, vt nos supra ostendimus. Introducta est hæc consuetudo super subhastationibus & cridis qua castellanis ipsis, & his omnibus, quos altos iustitiarios appellamus, attributa est horũ remediorum potestas, vendẽndi scilicet, in solutum dandi, & addicendi, seu ius dominij adiudicandi vt. j. eod. §. 11. Quod sane necessarium fuit cõsuetudine expresse definiri propter hoc vltimum, quòd non nisi principi, vel eius iudicibus quibus illud commisit competere videbatur.

Adiectionẽ seu dominij adiudicationem à iudice ordinario fieri ex prĩcipis authoritate.

ARTICLE DIXHVICTIESME.

Item ledict seigneur Chastellain a droict de retenue par puissance de fief, des choses tenues de luy en foy & hommage, vendues à personnes estranges du lignage dudict vendeur, au dedans de l'an de l'exhibition des lettres d'aquest: en rembourssant l'aquereur de son sort principal & loyaulx coustz & mises: pourueu qu'il n'ayt receu l'aquereur en foy & hommage, ou baillé souffrance. Toutesfois s'il y auoit concurrence sur ledict retraict entre ledict seigneur, & le lignager du vendeur qui seroit venu dedans l'an, le lignager sera preferé audict seigneur.

§. NONVS.

Eidem Castellano ius fásque esto feudum, quod ab eo pendet quod extraneo vassallus vendidit, intra annum à die exhibitionis instrumẽti emptionalis, à nouo emptore, pretio illi cum legitimis impensis refuso, auocare. Nisi forte emptorem in fidem admiserit, aut ad eam præstandam dilationem indulserit. At vbi ad reuocandum huiusmodi alienatum feudum, cognatus dominúsq; concurrerent, potior erit ea in recognati conditio.

CVm his omnibus constitutionibus de iure castellani agatur, & hic quoque attributa est illi quædam super retractu rerum ab eo in feudum dependentium potestas. Quam antequam declaremus, prius nosse oportet triplicem fere apud pragmaticos retractus obseruari speciem. Quidam enim est conuentionalis, qui ex pacto de retrouendendo in contractu emptionis &

Triplex retractus species.

venditionis appoſito oritur, vt cum verbi gratia ita inter contrahentes conuenit, vt emptor refuſo ſibi pretio rem venditori reſtituat. [in quam rem caſus eſt in l. 2. C. de pact. int. emp. & vend.] Quam quidem retractus ſpeciem Cagnolus. in repetit. d. l. 2. in 3. not. contendit magis appellãdam pactum de reſtituenda re, reſtituto precio, quàm pactum de retrouendendo. & hac de re agitur in his noſtris conſuet. tribus in locis. ĩ. de obuen. feud. §. 7. & ſeq. & ĩ. de cenſ. §. 19. & de retract. §. 14. Secunda retractus ſpecies eſt, quæ dicitur ſanguinis ſeu linearius retractus, qui morib. noſtris cõſanguineis datur ad reuocandas res immobiles, quæ maiorũ fuere, extra familiã venditas. Huius originem à iure diuino plerique referunt. At crediderim ego non aliunde quàm ex vſu & moribus noſtris emanaſſe, vt oſtẽdemus ĩ. de retr. vbi rem omnẽ altiori indagine diſcutiemus. Tertius retractus dicitur feudalis, & is competit domino feudali, ſeu patrono ad reuocandum feudũ à vaſſalo olim in caſu permiſſo hodie indiſtinctè venditum. hic à nonnullis ius prælationis, ab aliis ius retentionis, ſeu vulgo retenuti appellatur. [de quo hac conſtitutione agitur. & ĩ. de retrac. §. 16. & c. 1. §. porro. qual. olim feud. alien. pot. & c. 1. §. ſi Titius. de controuerſ. feud. inter dom. & agn.]

ARTICLE DIXNEVFIESME.

Le hault iuſtitier non ayant droict de chaſtellenie a vn ſeul iuge qui s'appelle Bailli: lequel a cognoiſſance de toutes actions, réelles, perſonnelles, & mixtes. Et peult punir & corriger tous crimes & delictz qui ſont commis & perpetrez en ſon bailliage, tant ciuilement, que criminellement. Sinon qu'il y ait reſeruation expreſſe au contraire.

§. DECIMVS.

Cui alta competit iuriſdictio, non autem caſtellaniæ ius, iudicem vnum, qui Bailliuus eſt, tãtum habere licet. Ad cuius notionem pertinent omnia actionum genera, realium, perſonalium, & mixtarum: omniúmque criminum ac delictorum quę in ſuo committuntur territorio, coertio, animaduerſióq; tam ciuilis quàm criminalis, niſi ſpecialiter in contrarium reſeruatio facta fuerit.

HActenus igitur de tribus ſupremis iudicum gradibus tractatũ eſt, quales ſunt comites, barones, & caſtellani, quibus merum mixtúmque imperium, ac omnimodam iuriſdictionem cõpetere definimus. Nũc de inferioribus iudicibus agendum, quorum hîc tres ſunt ſubiectæ ſpecies. Quidã enim ex his altam, quidã mediam, alij infimam iuriſdictionem habent. Et eam quidem iuriſdictionem quæ ſtrictè ſumi ſolet, non ea quæ large ac generaliter accepta, merum mixtúmque imperium cum iuriſdictione comprehendit. [vt pluribus declarat inter cæteros Bar. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. & attigi obiter ſuprà in §. 1. eo. in ver. altam.] Ex quo inferre licet, eum qui altam, mediam, infimámue iuriſdictionem habet, non poſſe de cauſis criminalibus cognoſcere: ea enim res propriè ad merum imperiũ pertinet: item nec ius decernẽdi, nec in poſſeſſionem mittẽdi habet, ea enim mixti ſunt imperij, niſi ea ſpecialiter ei ſint à cõſuetudine, vel lege indulta, vt liquido conſtabit ex ſubſequentibus conſtitutionibus, quibus huiuſmodi inferiorum iudicum iuriſdictio ac poteſtas ſigillatim explicabitur. Quinetiam, quod magis eſt, contẽderim, hos iudices nullum ſibi aſſerere poſſe territoriũ, cum illud ad merum mixtúmque imperium pertineat, [vt innuit Bart. in l. 1. ff. de dam. infec.] Vnde is cuius poteſtas in ſpecie eſt limitata, territorium habere nõ intelligitur, cum territorium vniuerſale eſſe non ambigatur. Sicut nec qui in certa re vel ſpecie inſtitutus eſt hæres propriè hæres non dicitur. Hæredem enim vniuerſalem eſſe ſucceſſorẽ intelligimus, [vt C. de hered. inſt. l. quoties.] Ita licet in ſuo ar-

Tres inferiorum iudicum gradus.

chidiaconatu iuriſdictionem habeat archidiaconus, territorium tamen eum habere non dicemus: vnde ſuus ille archidiaconatus non de ſuo, ſed epiſcopi territorio dicetur. Nullus ſiquidem præter epiſcopum in dioceſi territorium habere intelligitur. Tota enim dioceſis, in ſpiritualibus ſolius epiſcopi territorium eſt.[c.omnes baſilicæ.16.q.7.c.1.extr. de off.ord. & c.cum epiſcopus.eod.tit.in 6.]Et quod de archidiaconis dictum eſt, procedit, & in abbatibus, qui iuriſdictionem in ſuis habent monaſteriis, ſed limitatam quidem. Idem & in rectoribus, qui olim meis etiam temporibus non leuem in ſcholaſticos habebant iuriſdictionem, [vt not. Abb. in c. cum in eccleſiarum. de offi. ordi. in antiq.] Idem in defenſoribus ciuitatum, & magiſtris artium. [Bal. in l. 1. §. initio. col. 2. ff. de off. præf. vrb.] ij enim iudices, quibus nec merum, nec mixtum imperium cõpetit, nõ poſſunt quem re ipſa in poſſeſſionem mittere, nec in carcerem cõiicere, vel quid ſimile exercere. [l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iudi. & not Abb. d. c. cum in eccleſiarum. & Bal. d. §. initio.] Vnde ſi ij inferiores iudices de his rebus cognouerint, ad ſuperiores eos recurrere oportet. per ea quæ traduntur in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iud. Quæ omnia planè noſtris moribus recepta ſunt in infimis iudicibus, non autem in altis & mediis: his ſiquidem nedum ſimplex conceſſa eſt iuriſdictio, ſed merum cum iuriſdictione imperium, licet limitatum. Ad eos ſiquidem cauſarum criminalium pertinet cognitio, etiam vſque ad mortem incluſiuè, vt conſtat ex ſequẽtibus conſtitutionibus. maxime in §. 14. & 15. Ad altum quoq; (vt aiunt) iudiciarium decernendæ commiſſionis ad ſaiſiẽdum poteſtas, tum & dandi tutores pertinet. vt j. proxi. §. Infimis autem de criminalibus ac realibus actionibus cognoſcẽdi ius non eſt, vt conſtat ex vltimis huius ti. conſtitutionibus. Vnde in cauſis feudalibus, cenſualibus, & (vt vocant) terragialibus commiſſiones ad ſaiſiendum, vt dicitur, decernere non poſſunt. [iuxta §. 6. & 7. j. tit. proximo.] Is enim tantùm miſsionem realem, ſeu corporalẽ iubere poteſt, qui merum habet imperium. [teſte Innoc. in c. tuæ. extr. vt lit. non conteſt.] aut ſaltem mixtum, [vt expreſsim cautum eſt in l. iubere. de iuriſdi. omn. iud. & l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconſ.] Vnde Accurſ. in l. 4. §. 1. in ver. poſſeſſionem. ff. de dam. inf. affirmat prętorem ſibi ius miſsionis in poſſeſſionem reſeruaſſe, quod imperij eſſet. Tũ quia, vt diximus, infimi iudices, vt ſuprà oſtendimus, territorium habere nõ intelliguntur, ideo ſaiſire non poſſunt. Eſt enim ſaiſimentum propriè territorij accidens. Bal. in cit. l. habere.] Quo fit, vt ſi ex illius decreto ſeu commiſsione ad ſaiſinam feudi, aut alterius rei immobilis procedatur, id pro nullo ſit habendum, perinde atque in alieno territorio factum. [l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auth. iud. poſsid.] Cæterum, non leuis remouendus eſt huic rei obex. Nam conſtitutum eſt in l. 4. §. 1. ff. de dam. infe. minores etiam magiſtratus, poſſe bonorum miſsionem decernere. Quamobrem eo in loco Immola contendit, etſi miſsionem corporalem quis iubere non poſsit, niſi qui merum imperiũ habeat, poſſe tamen minores iudices poſſeſsionem, vt aiunt, minorem decernere, puta illam quę fit ob rei cuſtodiam, quæ quidẽ cum quacunque leui cauſæ cognitione fieri ſolet. Verum quo huic rei ſatisfiat, ſciẽdum eſt, huiuſmodi miſsiones in poſſeſsionem ſeu ſaiſinas, non fieri cuſtodiendæ rei tantùm gratia. maximè ſi ea feudalis ſit, cum præſtent domino ſaiſiẽti, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, fructus conſtante ſaiſina perceptos. vt j. de obuent. feudal. §. 1. & §. proximo. Vnde non immerito ea miſsio ſeu ſaiſina maioribus magiſtratibus eſt reſeruata. Sicut in ſimili miſsionem ex ſecundo decreto ſibi prętor reſeruauit, cum ſit imperij. [tex. in d. l. 4. §. 1. & ibi Accur. in ver. poſſeſsionem.]

Infimum iudicem de criminalibus ac realibus cauſis non cognoſcere.

Quin magis crediderim ego, nedum infimum iudicem, ſed ne medium quidem in bonorum poſſeſsionẽ mittendi ius habere, cum media iuſtitia non imperij ſit, ſed iuriſdictionis tantùm, vt ſuprà oſtendimus, in §. 1. in ver. altam. & ex diſcurſu §§. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. quibus quidem cõſtitutionibus vniuerſa illius iuriſdictio ac poteſtas deſcribitur. Quare & in ea idem definiendum videtur, quod de infima iuſtitia concluſimus. cum neutra ad imperium pertineat, ſed iuriſdictionis tantùm ſint ſpecies, cuius non eſt in bonorum poſſeſsionem mittere. [iuxta cit. l. iubere cauere.] Item quoque iudicandum credidiſſem in alto iuſticiario, niſi j. prox. §. expreſſim ei attributa eſſet meri, mixtique imperij poteſtas, & ſpecialiter ius decernendi, ac commiſsiones concedendi in cauſis ſai-

sinæ & nouitatis,tum & subhastationum ac cridarum per quas ad saisinam realem proceditur. licet diuersum obtineat apud Andegauos, Turones, ac Cenomanos populos nobis finitimos, quibus is mos inualuit, vt medij ac infimi iudices, saisinãdi potestatem habeant. Sed sua id expressim fert consuetudo, cui standum est illis. [iuxta l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clã. Et ita sensit Bal. in l. 1. §. initio. ff. de offic. præf. vrb. Innoc. in c. adhæc. de off. archid. Ang. in l. vlt. in princ. de iurisd. om. iud. & plene in c. literas. de rest. spol.]

¶ Reseruatio.

OBiter annotandum est, eam reseruationem vt plurimum fieri in concessione iurisdictionis in feudum, vt infra in proximo §. dicturi sumus.

ARTICLE VINTIESME.

Item ledict hault iustitier pour executer les sentences de son bailli peult auoir fourches patibulaires à deux pilliers seulement, liées par dedans, & patées par embas: pillier & carcan affichez. Mais il n'a point de féel à contractz, ne droict de tabellionnage: sinon qu'il eust lesdictz droictz par concession & octroy de ses superieurs, ou qu'il en eust iouy par temps immemorial. Mais peult bien donner commission en matiere de saisine & nouuelleté, de criées & subhastations, créer tuteurs & curateurs à mineurs, faire & ordonner inuentaire de biens. Et aussi a droict de prendre & appliquer à luy les terres dont les seigneurs meurent sans laisser aucuns lignagers, & qu'il y a estaincte de ligne. Et les successions des bastardz qui meurent sans enfans naturelz & legitimes.

§. VNDECIMVS.

Præterea cui alta iurisdictio cõcessa est, ad sui iudicis seu Bailliui exequendas sententias, furcas patibulares quę duabus columnis intrà colligatis & infrà protensis stent: columnellam insuper cum ferreo annullo infixo habere ius est. Cæterũ nec sigillum ad confirmandos contractus, nec tabelliones creandi ius habet, nisi id ex superiorum priuilegio specialiter indultum sit, aut tanti temporis vsu cuius memoria non extet sibi quæsierit. De interdictis porro pro turbata possessione: déque programmatis venditionibúsque sub hasta: tutores item curatoresque dandi, atque super inuentariis bonorum conficiundis decernendi auctoritatem habet. Insuper & in defunctorum prædia vacantia, si nullus ex legitima linea supersit hæres, & in successiones illegitimorum, qui sine legitimis ac naturalibus liberis mortem obierũt, se intromittendi iure suo possunt.

HOc §. in summa connumerantur iura quæ ad altum (quod aiunt) iusticiarium pertinent, & inter cætera, ea quæ meri ac mixti imperij. Ex quibus constat quàm longe fallãtur ij qui altam iustitiam cum mero imperio, mediámque cum mixto: & bassam cum iurisdictione simplici conferunt.

¶ Vacantia.

QVo bonorum vacantium ratio clarius innotescat, in modum cuiusdam præuiæ inspectionis, quinque potissimum explicanda sunt. Horum primum est, Bona vacãtia ea dici propriè, quæ non existentibus legitimis successoribus, vt puta liberis, parẽtibus, vel propinquis, iacent vacua, nec ab vllo occupata. vnde ad fiscum deuoluuntur, si is cuius fuerant, nullo extraneo hærede scripto, intestatus decesserit [iuxta l. 1. & l. vacantia. & vtro- Bona vacantia.

bique Bart. & Plat. de bon. vac. lib. 10. C.] Et quãquam iure communi vir & vxor nõ extãte legitimo hærede, excluso fisco, vocaretur [iuxta l. 1. C. vnde vir. & vx.] non autem cæteri affines ratione vxoris coniuncti [l. affinitatis. & l. vitrico. C. cõm. de succes.] tamen hodie is mos apud Gallos inualuit à viro & vxore fiscũ non excludi, sed his præferri, & aliis multis personis quæ antiquitus eodem iure fiscum excludere solebãt, [quas enumerat Accu. in cit. l. 1. de bon. vac. C. & Alex. con. 31. viso themate. vol. 1. & con. 111. in 4. vol. Quo loco hanc rem vberrime tractat.]

Secundo deficiẽte legitimo successore, vel vt dixi, eo qui testamento scriptus esset, fiscum vt hæredem, personæ iuxta atque bonis succedere: ideo omnia iura quæ defuncto competebant, in eum transire. Diuersum tamen obtinet quando ex expressa legis dispositione succederet, vt cũ bona propter delictum aliquod publicantur, aut caduca vel vacantia, id est à nemine possessa, in eum transferuntur. Quo casu eum impropriè hæredem quis appellet [iuxta Linter eos. §. vlt. ff. de fideiuss. vbi Bart.] tunc siquidem magis intelligitur bonis succedere, quàm personæ. Quo fit vt defuncti personam nõ representet: nec itidem in eum trãsit instãtia [l. si constante §. vlt. ff. sol. matr. vbi Bart. Ang. & alij. & Bal. in c. præsentia. extr. de probat. col. 5.] Vndè liquido apparet fiscum propriè hęredem non esse, sed anomalum quemdam ac improprium successorem. Obiter tamen admonendi sumus etiam & hoc posteriore casu; eum ob delictum succedentem creditoribus teneri, non ea quidem ratione quod hæres sit, sed quia defuncti bona habet [l. quoties. sub fi. & l. nouatio. ff. de nouat. l. tutoris. C. de vi publ. & priu.] Eo quod iura & actiones in bonis esse intelligimus, siue ea actiue, siue passiue capias [l. vnic. C. de pecul. eius qui lib. mer. Et ita sentire Bart. Alex. & cæteri, in l. si cõstante. §. vlt. sol. mat. Bart. rursus in l. non intelligitur. §. cum ex causa. de iur. fis. Plat. in cit. l. 1. de bon. vacant. & in l. si sub pignore. de iur. fis. lib. 10. C.]

In fiscum instãtiam non tranfire, vbi ex delicto succedit.

Tertio, bona huiusmodi vacãtia in fiscum tãtum principis, non ciuitatis aut aliorum inferiorũ à principe dominorum deferuntur. Hi enim iure communi minimè succedunt [vt in d. l. 1. de bo. vac. C. & l. properandum. §. penul. ex ver. fiscales iuncto ver. iure ciuitatum. C. de iudic. & l. 1. §. illud sciendum. cum seq. ff. de ædil. edic. & l. simile. ff. ad municip. Ita quoque censuere Accurs. & cæteri interp. in l. item veniunt. §. senatus. ff. de petit. hæred. & in l. 3. §. municipibus. ff. de bon. posses. & in rub. de iur. fis. lib. 10. C. Bart. in l. 2. ff. de iur. fis.] Præter ciuitates quæ superiorem non agnoscunt. Ea enim vacantia sibi acquirunt [Bart. d. l. 2. de iure fisci]

Quarto nosse oportet dominos temporales qui ex priuilegio & concessione principis merũ imperium, regaliorúmque iura in suis territoriis habent, in consequens ius istud bonorum vacantium habere. Quo fit vt quoties bona àliqua vacabunt, siue ex delicto secuta sententia, siue ex caducitate, aut ex lineæ sanguinis extinctione, aut ex quacunque alia causa, ea iure successionis sibi vendicare possint [Bart. in d. l. 2. sub princ. ff. de iur. fis. & in l. item venit. §. acqui. senatus. ff. de petit. hæred.]

Ius bonorũ vacantiũ præscriptioni quæri.

Postremo ista bonorũ delatio nedum pertinet ad eos, quos supra retulimus, puta ad principem, & ciuitatem quæ superiorem non recognoscit, item & eos qui ius regaliorum ex priuilegio habeant, sed etiam & cæteris omnibus competit, qui merum mixtúmque imperium & ius regaliorum longi temporis vsu cuius initij memoria non extet ac præscriptione in suis territoriis quæsiuere. Is enim diuturnus vsus, priuilegio à principe ex certa scientia concesso equiparatur [iuxta ea super quibusdam. §. præterea. extr. de verb. signif. & not. Spec. in tit. de caus. possess. & propr. §. quia vero. vers. quid de colligentibus pedagium. & confirmat. Bal. in tit. quæ sint regal. in 1. col. Plat. in cit. l. 1. de bon. vac.] Vnde constat hanc nostram consuetudinem quę ius bonorum vacantium his qui altam hãbẽt iurisdictionem tribuit, iure communi subsistere.

An hac consuet. bona mobilia vacantia altis iustitiariis deferantur vt immobilia.

Ista porro omnia, ad eam pertinẽt quæstionẽ, qua non abs re dubitari solet: An consuetudo hæc nostra, quæ bona immobilia vacãtia altis (quod dicitur) iustitiariis defert, comprehendat & mobilia, de quibus nihil expressim disponit. Et quibusdam ex practicis nostris eruditissimis hominibus visum est, bona mobilia vacantia eisdem deferri, cum deferantur & immobilia, existimantibus mobilia quid minus esset, quàm immobilia. Sed leuis est ea ratio. Ego putarim alia ratione mobilia intelligi. Nam quod est à consuetu-

dine omissum, iuris cõmunis dispositioni relictum censeri constat [l.si vero.§.de viro.ff. sol. matr. & l.commodissime. ff. de lib. & posth.] Vnde iuxta iuris communis dispositionem in summa iudicandum est, si quæ bona mobilia, ac immobilia vacent morte alicuius, sine legitimo hærede defuncti, vel ob delicti sententiam publicata, ea fiscum vel altum iusticiarium sibi iure vendicaturum, & maximè omnia prorsus mobilia vbiuis locorum inuenta, siue in suo territorio siue extra territorium: immobilia verò ea tantum, quæ intra districtum suum sita sunt. Quæ enim extra territorium extant, solent ei qui in illo iurisdictionem altam obtinet, adiudicari. Nam & Bal. [in l. mercatores. C. de cõmer. & mercat.] tradidit imperatorem posse bona mobilia, etiã quæ extra suum existẽt imperium publicare. At non item immobilia: ea motus opinor, ratione quòd quæ mobilia sunt personam ipsam cõcernunt, cuius illa sunt: at immobilia magis territorium concernere intelliguntur.

Quare secundum Bal. concludito, in publicatione seu delatione bonorum vacantium adhibendam esse differentiam inter mobilia & immobilia. vt scilicet mobilia omnia vbicunque existant, contineãtur: immobilia verò ea tantùm, quæ intra territoriũ sunt: at quæ extra territoriũ sunt, non cõfiscata censentur, quoad, intellige, vtilitatem publicantis. nam, vt dixi, semper publicata intelliguntur ad vtilitatem eius, qui iurisdictionẽ in eo territorio in quo sita sunt, habet. [& in eam quidẽ sententiam videtur iuisse Bart. in l. cunctos populos. in vlt. quæst. de sum. trin. & fid. cath. C. & Alex. con. 31. vol. 1. quibus ego subscribo, licet aliter visum sit Bal. in c. 1. col. 3. vers. item nota q̃ bona mob. de pat. & eius viol. & Alex. consil. 16. viso titulo. col. vlt. vol. 4. existimantibus mobilia censeri territorij illius in quo existũt.]

Bona immobilia cõfiscata cedere domino territorij in quo sita sunt: immobilia, verò ei tantum qui publicauit.

Item dubitatum est, an bonis alicuius publicatis, fiscóq; seu alto iustitiario delatis, veniant nomina, iura & actiones quę in bonis cõdẽnati erant. Et respõsum est, à Saly. [in l. 1. C. de sum. trin. & fi. cathol.] non habita ratione, an ad res mobiles, seu immobiles spectẽt, perpetuò originis seu domicilij locum attendi. Ideo ad eum qui illa cõfiscauit pertinere: ea enim, etsi cum aliis personis foris contracta sint, non tamen extra territorium esse intelliguntur, cum locum non occupent, sed personæ cohæreant. [l. 2. ff. pro soc.] Quã sententiam verissimam opinor. Nam in iis quæ personam concernunt, potior est habẽda ratio loci, in quo degit persona ipsa, quàm in quo illa iura contracta sunt, seu competũt. [iuxta l. Caius. in prin. de leg. 2.] Qua ratione ea Saly. opinio apud me probata est, quod pertinet ad ea iura seu actiones, quæ pro rebus mobilibus competunt. At diuersum crediderim in illis quæ pro rebus immobilibus dãtur, cum eius ferè intelligãtur qualitatis & naturæ, cuius sunt res ipsæ, pro quibus competũt: vt nos nominatim annotauimus j. de succes. §. 14. in verb. mobilia.

An nomina, iura, & actiones veniant in publicatione bonorum.

Illa verò non leuem difficili huic aç perplexæ dubitationi ansam præbent. Nam si bona mobilia in diuersis sita territoriis (de immobilibus enim expeditum est) in diuersos fiscos seu plures dominos, iuxta relatam differentiam deferantur, iine pro rata parte bonorum delatorum, ei alieno quod conflauerat is qui quondam horum bonorum dominus erat, obligabuntur? Etenim certum est ex generali Galliæ cõsuetudine, & maxime Blesensi (vt infr. de deb. personal. §. 1.) fiscum, seu altum iustitiarium, ad quem mobilia bona condemnatorum delata sunt, debita præstare debere. Et memini quidem Bald. post Petr. [in l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. instit.] post multas altercationes concluisse tandem, vt quum fiscus loco hæredis habeatur, [iuxta l. tutoris. C. de vi pub. & l. 1. C. de bon. quæ lib. l. non intelligitur. §. ex causa. de iur. fis. & l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebel.] eadem ratione creditoribus illius territorij, in quo ea bona consistebant, teneri: ita vt singuli fisci singulis creditoribus obligentur, magis habita ratione loci, quàm quantitatis æris alieni. Exẽplo tutorũ, quorum administratio per diuersas prouincias diuisa est: alter enim pro altero minime tenebitur: [l. inter tutores. ff. de admin. tut. l. quæro. ff. de solu.] Quare & hoc casu diuersæ hæreditates iuxta diuersa territoria censebũtur: ita vt fiscus altera ex his accepta, pro alia bonorum parte in diuerso territorio existenti minimè teneatur. [Facit l. hinc quæritur. §. potest. ff. de pecul. l. si certarum. §. 1. ff. de test. mil. & l. hæredes. §. 1. ff. famil. hercis.] ita vt nec proprie cohæredes vnius & eiusdem hæreditatis quis eos existimet. Quandoquidem vno bona sui territorij repudiante, alteri fisco non accrescãt. [fa-

Fiscũ pro hęrede habent.

cit l.cohæredes.vbi Bart.ff. de nouat.l.inter eos.§. 1. ff. de fideiuſſ. & ita expreſsim concludit Bald.in cita.l.ex facto.& in l.1. C.quando non petent.part.queſt.9. verſ. ſed ponamus : quidam habebat bona Paduæ.] Et in huius ſententiæ confirmationem multa addunt Alex.conſ.31.vol.1.& conſil.111.vol.4.licet tandem in aliam deflexerit partem : opinionémque Baldi & Pe.copioſe confutat. Mihi hæc quæſt. ita definienda videtur.[cum Alb. in l. 2. ſub princ. de cap.diminut. & in l. ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iud.& Io.And. in c. cum ſecundum leges. §.cõfiſcationis. de hęret.in 6.& ibidem Anchar.& iis quę Bart. in eam rem tradit in l.cunctos populos.] vbi diuerſæ ſunt iuriſdictiones: & (ſi ita dicere liceat) diuerſæ burſæ fiſcales, & confiſcatio ſeu bonorum delatio iure cõmuni cõtingit, tunc quemlibet fiſcum ea bona accepturum, quæ in ſuo territorio conſiſtunt, ac pro rata quantitate bonorum acceptorum creditoribus reſponſurum: & hoc quidem quoad immobilia. nã quod ad bona mobilia cõfiſcata pertinet, potius adhærendum crediderim Baldo in l.mercatores.& Alex. in cit.duob.conſil. quorum mobiliũ nomine veniunt & nomina & actiones,quæ pro mobilibus competunt:quia de his idem eſt iudicium,[per l.1.vbi Accurſ.C.ſi aduer.tranſact.& quæ tradit Bart.in l.ſi ſic.§.1.de leg.1 & Saly.in d.l.cunctos populos.& nos fuſiori ac vberiori diſputatione examinabimus.j.de ſucceſ.§.14.in verb.mobilia.q.7.]

An res in emphiteuſim receptæ,in bonorũ cõfiſcatione veniãt

Memini etiam aliquando alteram dubitationẽ apud nos in controuerſiam veniſſe,quæ eſt eiuſmodi:Cum dux Borboniæ,vir non tam fide,quàm armis clariſsimus,à Rege Gallorum ad Cęſarianos defeciſſet, bona omnia quæ in Galliis habebat publicata, confiſcatáque eſſe nemini eſt ignotum. Inter cætera quandam domum Bleſis à ſancti Saluatoris canonicis ſibi,ſuóq; vni ſucceſſori receperat. Quæſitum eſt ac magna altercatione controuerſum, eáne domus confiſcata cẽſeretur, an iure dominij directi ad canonicos reuerti deberet. Cum canonicorum partes defendendas ſuſcepiſſem, allegabam ego communem canoniſtarum ſentẽtiam, [in cit.c.cum ſecundum leges.] vno ferè conſenſu exiſtimantium eo caſu non ad fiſcũ, ſed ad dominum directum feudũ ſeu emphiteuſim reuerſurã.[id confirmat quoq; Oldr.de Ponte.conſil.17. Thema tale eſt. quidam clericus,quo loco hanc quæſt.pluribus diſputat. & Bal. in l.ſi preſbyter.C. de epiſc.& cler. Alex. conſ.23.opportunè conſideratis.vol.1.] Et hanc ſentẽtiam iure communi veriorem crediderim. Contraria tamen apud Gallos eſt conſuetudo recepta in feudis . quia ea ad ſimilitudinẽ patrimoniorum redacta ſunt, vt nos infrà oſtendemus, in rub.de feud. Vnde fit, vt quando alicuius bona vel ex delicto, vel vt vacantia ob extinctam cognatorum lineam in fiſcum deferuntur, feuda quæ in illis ſunt non ad dominum, iure conſolidationis,ſed ad altos iuſtitiarios,in quorũ territorio ſita ſunt feuda,deuoluuntur:etiam ſi ab aliis iudicibus decreta eſſet horum publicatio. aut ſi is qui deceſsit nullo relicto legitimo hęrede alio in loco,quã ſui territorij morte interceptus eſſet, aut alibi domicilium habuiſſet. Quannis cõtra ſenſerit Pet.Iaco.practicus Aluernus, in tit.de cauſ.quib. vaſſal.amit.deb. feud. Et hæc de bonis vacantibus dixiſſe ſatis ſit. Reſtabat non à propoſito aliena quæſtio de bonis illis quæ neq; ex delicto, neque ex defectu lineæ, ſed quia à nemine poſsidentur, vacant: eáne ad altos pertineant iuſtitiarios, ſed hanc nos loco commodiori ſubiiciemus.j.eod.§.17.

¶Illegitimorum.

ILlegitimos eos Latini appellant, quos nos baſtardos vulgo dicimus, qui non vero ac legitimo ſuſcepti ſunt matrimonio.quorum materiam infrà.tit.de ſucceſs. §. 11. vberius tractabimus. Quod tamen ad huius §.explicationem pertinet,obiter admonendi ſumus, iure communi receptũ eſſe, baſtardorũ (vtimur vulgari verbo,quo res familiarius explicetur) ex cõcubina, id eſt illa quæ indubitato affectu loco vxoris domi habetur ſuſceptorũ,vel ex alio illegitimo coitu à lege ciuili minimè dãnato, ſine liberis diem ſuum obeuntium, matrem hæredem fore.[l. hac parte. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cog.] niſi mater illa illuſtris fœmina fuiſſet.[l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.]Cui etiam defunctæ matri ſuccedebant cognati proximi,id eſt fratres vterini,& qui ex his extant liberi. [d.l. ex parte. & l.ſi ſpurius.] Pater verò, cæteríque agnati nuſquam ſuccedebant, ea de cauſa, quòd inter patrem & filium naturalem, nulla ciuilis cognationis coniunctio interceſsiſſe intelligatur. [vt d. ll.

Vulgo quæſitis liberis matres, niſi illuſtres ſint, ſuccedere.

& not. Bal. in l. certum. col. 4. verſ. ſed pone baſtardus. C. vnde leg.] Cæteri ſi qui ex damnato ſunt nati coitu, quem lex reprobat & punit, veluti ex adultera, conſanguineáue, aut monacha, nulla horum intelligitur legitima ſucceſsio. Neque enim pater, neque mater, neque cæteri ex his originem ducentes ſucceſſuri ſunt. [not. in auth. quib. natur. effic. leg. §. pen. Et ita ſenſit Accurſ. in d. auth. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. & inſt. eod. §. legitime. vbi Fab. & Bart. in l. vlt. ff. de his quib. vt indig. col. 2. ver. quæro cui ſuccedat.] Itaque omnibus legitimis ſucceſſoribus ea prohibitis hæreditate admittebatur fiſcus. [l. ſi quis inceſti. C. de inceſ. nup. l. 1. C. de nat. lib. Bar. in cit. l. vlt. de his quib. vt ind. & in l. hæreditas. C. eod.] Quæ res nedum in paſsiua, ſed & in actiua ſucceſsione (vt verbis interpretum vtar) locũ habet, id eſt, vt qui illis illegitimis liberis ſuccedere non poſſunt, nec iiſdem illi] ita ſenſit Azo. quem refert Bart. in d. l. vlti. & in l. 1. in fin. prin. ff. de cont. tab. & Bald. in auth. licet. C. de natur. lib.] quod eadem ratione ad fideicommiſſa & legata extẽdebatur, vt ſi qua ad huiuſmodi natorũ ex inceſtuoſo coitu, commoda relinquerentur, fiſco applicarentur. [vt not. in l. 1. & aut. licet. C. de natural lib. & in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. & nupt.] Quod etiam & iure feudorum procedebat. [c. 1. §. naturales. de controuerſ. inueſt. int. do. & agn. & ita nominatim ſenſit Bart. in cit. l. vl. & Specul. tit. de loca. §. nũc aliqua. verſ. 67. Item Fab. in §. nouiſsimè. ad Orfic.] Cæterum, reiectis ac exploſis his ſubtilibus iuris communis ſeu feudorum differentiis, ea apud nos inualuit conſuetudo, vt quicunque ex illicito illegitimóque ſuſcepti ſint coitu, non habita ratione, ſitne ille à lege ciuili reprobatus, & vt dicunt punibilis, nécne, ij inteſtabiles ſint, ſeu (quod aiunt) inſucceſſibiles. Idque tam actiuè, quàm paſsiue, vt neque ſuccedant, neque illis ſuccedi poſſit. niſi illi iuſto ac legitimo contracto matrimonio, naturales ac legitimos reliquerint filios. his quippe ſui ſuccedunt liberi. [§. 11. j. de ſucceſſ.] & ita hodie ſuccedit antiqua iuris regula, indiſtinctè huiuſmodi baſtardorũ hæreditates, excepta filiorum cauſa, fiſco deferri, aut vt hodie fit, altis iuſtitiariis, quibus ea in re ius regaliorum, contra iuris communis regulas cõceſſum eſt, vt ſuprà pluribus in locis eſt à me annotatum. id quod tamen exceptionem recipere opinor, ſi tria hæc concurrerint. Primum, ſi baſtardi hi eſſent ciues (vt vocant) originarij, id eſt, oriundi ex territorio illius alti iuſtitiarij. Secũdum, ſi in eo territorio tẽpore mortis domicilium habuerint. Tertium, ſi eodem in loco mortem obiiſſent. Alioqui non ipſi iuſtitiarij, ſed fiſcus regis in eorum vocaretur ſucceſſionem. & idem ſenſit Boher. [in §. vlti. de teſtam. in comment. conſuet. Bitur.] contendítque ille, baſtardos etiam teſtamenti factionem habere: motus quodam ſenatuſconſulto Pariſienſi. Quæ ſententia apud me ita pro expedita habetur, vt ab omni dubio procul eam exiſtimem. Cum illi iure communi vtantur, niſi vbi quid ſpecialiter illis foret prohibitum. Quod autem pertinet ad aduenas, ſeu alienigenas, quos albinos dicimus, qui relictis natalibus ſedibus, in noſtrum regnum habitandi cauſa migrauêre: in ſumma, concludendum opinor, eorum hęreditates ad regis ærarium ſeu fiſcum pertinere, cum illę inter regalia connumerari ſoleant, & nihil ſuper his ſit conſuetudine introductũ, nec altis iuſtitiariis, vel inferioribus à principe ſpecialiter conceſſum.

Legata inceſtuoſis relicta fiſco acquiri.

Hodie ex generali regni cõſuetudine baſtardorũ hæreditates, excepta cauſa filiorum, fiſco indiſtinctè deferri.

ARTICLE VINGTETVNIESME.

Le moyen iuſticier, que lon appelle vulgairement gros voier, a cognoiſſance de toutes actions, perſonnelles, réelles, & mixtes: des matieres dont les amendes n'excedent ſoixante ſolz tourñ. Sauf des cas de nouuelleté dont il n'a cognoiſſance.

§. DVODECIMVS.

Qui mediam iuriſdictionem habet (quem nos vulgo groſſum vicarium aut viatorem appellamus) ſuper omnibus actionibus perſonalibus, realibus, & mixtis ſuum interponere poteſt iudicium, quarum quidem multæ ſexaginta ſolidos turoñ non excedunt. nouitatis ſeu ſaiſinæ caſibus tantum exceptis.

PRoximo.§.de iuribus alti iuſtitiarij tractatum eſt, nunc conſequens erat videre de his quæ ad medij iuſtitiarij partes pertinebant. Sed quia nos eas ſuperius vberrimè meo iudicio explicuimus, in.§.1.huius tit. hîc non repetemus ne otio abuti videamur.

ARTICLE VINGT ET DEVXIESME.

Item ſi leſdictes matieres, dont l'amende excede ſoixante ſolz tournñ. ſont introduictes pardeuāt luy, il n'en doibt cognoiſtre: mais en doibt faire renuoy par deuant ſon iuge ſouuerain, qui en cognoiſtra. Et neantmoins ſur l'amende qu'en yſtra, ledict gros voier en prendra ſoixante ſolz tournñ.

§. DECIMVSTERTIVS.

Quòd ſi cauſæ, quarum mulcta ſexaginta ſolidos excedit, coram eo introducantur, de his ab eo minime cognoſcendum erit, ſed ad ſuperiorem remittendæ erunt. Nihiloſecius de indicta mulcta, ſexaginta ſolidos percepturus eſt, eo quod ſupereſt ſuperiori applicando.

ANte omnia ſciendum eſt id iure communi antiquitus receptum fuiſſe, vt ſi duo in eodem territorio eſſent iudices, diſtinctum tamen ac inęquale iuriſdictionis ius habētes, vt puta maior alter, alter minor, ei qui minor erat cauſarū cognitionem, niſi ad certam vſque quātitatem ſuæ præfixam iuriſdictioni, ſibi vendicare non licebat: veluti hic noſter iudex quem groſſum vicarium vulgo dicimus, cauſas intra ſexaginta ſolidos tantum diſcutit. Cæterum quod eam quantitatem excedebat ad ſuperiorem iudicem remittere cogebatur [Cuius rei videtur caſus in l. vlt. C. de ſport.] Neque enim ſatis æqua videtur Cyni ſentētia [in d.l.vl.de ſport.] adfirmantis ſi qua lis moueatur maioris quantitatis quàm ferat iudicis iuriſdictio, poſſe nihilominus iudicem ad ſuam vſque notionem iudicare & quod excedit ad ſuperiorem remittere. Id enim cum iure pugnat. [l. licet. §. vlt. ff. nau. caup. ſtab. & l. ſepulchri. de ſepul. viol.] Quare optima ratione iſti abſurditati hoc. §. obuiam itum eſt.

An reus datis ſemel pœnis leuioribus, poſſit iterum puniri.

Sed eſt à plærísque dubitatum, ſi quis ab inferiori iudice & eo incompetēti pœnas ſui delicti luerit, an poſsit iterum eius accuſatio coram ſuperiori, & regio iudice, ad quem eius rei notio pertinebat, diſcuti? Et viſum eſt quibuſdam accuſationem ſemel ſopitam condemnatione rei, non debere iterum reſtaurari, nec ſæpius de eodem delicto quæri [vt in d.l.licet] ne quis diuerſis legibus puniatur [contra l. ſenatus. ff. de accuſat.] nec habendam eſſe rationem, quòd grauiores pœnas mereretur delictum [l. prætor. §. 1. ff. de iureiur. Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult.] Bal. tamen tribus in locis contrariam ſententiam ſequutus eſt [in l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. & fid. cath. col. 5. verſ. vel vlterius opponitur. & in l. nullum. C. de teſt. & l. placet col. vlt. C. de ſacro. eccl.] exiſtimans ſi reo maioris criminis pœna leuior ab incompetenti iudice irrogata ſit, poſſe grauiorem à ſuperiore infligi nec enim purgari putauit delictum ex pœna leuiori [per tex. in cit. l. vlt. C. de ſport. ita ſenſit quoque Accurſ. in cit. l. nullum.] Cum enim delictum non eſt plene punitum, debet iuſta pœna à ſeculari iudice ſuppleri [l. ſi quid erit. ff. de offi. proconſ. & leg. & l. vlt. de offi. præfect. vigil. & l. vlt. de ſport.] Sed & meis temporibus incidit caſus non abſimilis illi quem proponit Bal. [d.l. cūctos populos.] Quidā nobilis virginem non obſcuro natam loco deperibat, qua cum potiri non poſſet niſi legitimi matrimonij prætextu, eam in vxorem duxit, cum ille iam aliam domi haberet. Cum non poſſet diutius latere hoc crimen, prima vxore virū ſuum vendicante, tandem innotuit illud parētibus. Hic quo mortis pœnas euitaret, cum pri-

ma vxore, pia & viri commiſerta, agit, vt eum coram epiſcopo accuſaret, ſciens ſcilicet illum non poſſe quem vltimo ſupplicio damnare. Officialis epiſcopi cauſa cognita neſcio quas pœnitentiales pœnas ei imponit. Huius rei admonitus iudex ſecularis, cauſam ex integro agi iubet. Id ne autem ei liceat interrogatus, reſpõdi non licere, ne bis puniantur crimina. magis enim humanum eſt reos leues criminis pœnas dare, quàm iuſto acerbiores. Ea ſane dubitatio non leuis eſt, & quę doctoribus noſtris plurimũ faceſsit negotij, aliis in aliam euntibus ſententiam [Cy. enim & Bal. diuerſas inter ſe ſecuti ſnnt partes in l. nullum. C. de teſt. vbi Saly. & Paul. de Caſt. hanc diſcutit Bal. tribus in locis, in l. placet. de ſacroſ. eccl. in l. officiales. C. de epiſ. & cler. & in l. ſi ſeuerior. ff. ex quib. cauſ. inf. irrog: Ang. item in repetit. l. ſi vacantia. de bon. vacant. lib. 10. C. canoniſtæ in d. c. atſi clerici. §. de adulteriis. extra. de iudic. maxime Bal. Abb. & Barb. Itẽ Anchar. in c. conqueſtus. de for. compet. Butrius in c. tuæ. extr. de procurat. & in c. de his. de accuſat. Ioan. And. & Gemi. in c. 2. de conſt. in 6. Et poſtremo luculenter ſatis id tractat Frãcus in c. felicis. §. per hoc. de pœn. in 6.] Nobis, vt ex diuerſis ac pugnãtibus doct. traditionibus certi aliquid eruamus, nulla melior aut expeditior via viſa eſt, quam vt regulam eliciamus, & quia non ita certam & definitam conſtituere poſsimus, addendæ nobis erunt exceptiones.

Ratione vnius delicti plures pœnas non infligi.

Id igitur in ſumma pro reg. cõſtituito. Ob vnum & idem delictum plures, diuerſáſque pœnas imponi non debere. [d. l. ſenatus. de accuſat. & c. etſi clerici. §. de adulteriis. extr. de iudic.] Cuius rei manifeſta eſt ratio. quòd vnam pœnam, alteram tollere certum eſt, nedum in eodem foro ſeu ſeculari vel eccleſiaſtico, ſed & in altero horũ. pœna ſiquidem in foro ſeculari impoſita, pœnam tollit & in eccleſiaſtico: & ecõuerſo [vt placet hoſtien. & Ioan. And. in c. tuæ. de procur.] Hęc autẽ reg. locum non obtinet in decem caſibus quibus breuiter omnia comprehendemus, quæ tam effuſe in eam rem à doct. tradita ſunt.

Primus eſt, vbi aliud ſuaderet criminis nefandi atrocitas. [In quam limitationẽ conſenſere omnes doct. in locis ſupra citatis & eſt tex. in c. ad falſariorũ. extra. de cri. fal. & c. ſtatuimus. 16. q. 1. & c. quoniã frequenter. extr. vt lit. non cõteſt. ſub fi.]

Secundus, quando per nouam conſtitutionem iniungeretur pœna pœnitus diuerſa à prima, quæ iure communi prodita eſt. Tũc enim vtraque exigi poteſt [l. qui ſepulchra. ff. de ſepul. viol. l. quoties. in princ. ff. de act.] hinc Io. And. ſenſit, quando diuerſæ pœnæ, vt puta corporalis, & pecuniaria, ob aliquod delictum imponerentur, tunc vnam per alteram non tolli. [facit l. qui cũ vno. §. qui poſt deſertionẽ ff. de re mil. & quæ notat Cy. in cit. l. qui ſepulchra. & in l. trãſigere. C. de tranſact. & ita Bal. in d. §. de adulteriis.]

Tertius, quãdo vtraque pœna id quod priuatim intereſt proſequimur, & vtraque deſcendit ex facto, ex quo vnius criminis diuerſi reſultant tituli, qui vt ſpecies ſeparatæ & diſtinctæ ſe habent, cum ex vtraque reus puniatur [l. cum adulterum cum inceſtu. ff. de adult. & l. qui de crimine. C. de accuſat. Bart. in d. l. ſenatus ff. de accuſat.] Exemplum huius rei fingito in eo qui homicidium commiſit in loco ſacro, vt pote in eccleſia. en vno & eodem actu duo perpetrata ſunt delicta, homicidium quippe, & ſacrilegium. vnde ex vtroque pœnam meretur, nec pœna ob alterum impoſita aliam conſumit. [tex. expreſſus in l. nunquam plura delicta. ff. de priuat. delic.] Fingi poteſt & alterum exemplum in eo qui violentiam & furtum commiſit, quæ diuerſa eſſe crimina conſtat. Nimirum violentia perſonæ infertur, furtum autem rebus ipſis [vt eruditè tradit Bal. in c. in literis. ext. de reſtit. ſpol.] Si quis itaque violenter rem alterius ſurripuerit, in hoc vtrunque crimen incidit: vnde diuerſæ ſunt imponẽdæ pœnæ. Quod ſi iam violentiæ accuſatus pœnas dederit, altero crimine non liberatur. Fateor equidem diuerſum obtinere, ſi ex duobus delictis vno actu commiſsis vnicus duntaxat reſultaret titulus licet agendi forma diuerſa. Tunc enim vna electa, alia tolleretur [l. itẽ ait. §. vlt. ff. naut. caup. ſtabul. l. plura. ff. de act. & obligat. Bart. in l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de public. Quam rem plene eo in loco tractat ille. & Anchar. in d. c. fœlicis. de pœn.] Idem quoque crediderim dicendum, ſi ex eodem facto reſultarent diuerſi tituli criminis, ſed vnum ſe haberet vt genus, alterum vt ſpecies, vt ſi quis patrẽ occidat, homicidium quidem commiſſum eſt, idque vt genus: item & patratum parricidium, quod homicidij velut quædam ſpecies eſt: quo fit

vt illud vna tantum lege puniatur ſcilicet parricidij pœna, quæ primum ex lege pōpeia introducta hodie ſublata eſt, ob executionis difficultatē. Vnde ego haud pau cis ab hinc diebus filium quendam (quem honoris familiæ cauſa non nomino) qui patrem inhumanè occiderat, mea ſententia manu vtraque truncatum, ad furcas quanta fieri potuit ignominiā tractum, ſuſpendio affici iuſsi.

Quartus, quando altera pœnarū, ad id quod priuate intereſt tenderet, & altera ad publicam vindictam: ſeu vbi altera ciuilis, altera criminalis eſſet. exemplum eſt in l. idem Neratius. §. ſi dolo. ff. ad l. aquil. vbi ſi ſeruus ab aliquo, dolo occiſus ſit, cōſtat in eam rem domino duas eſſe proditas actiones, Aquiliam nimirū, qua damnum ex ſeruo occiſo illatū perſequitur: & Corneliam, qua vindictam & pœnam. Quòd ſi aquiliam intenderit, nullum ſibi in altera fieri præiudicium conſtat, quin poſſit etiā recuperata ſerui occiſi eſtimatione reum homicidij accuſare. Vnde eleganter Accuſ. in l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. cenſuit pro iniuriæ perſecutione poſſe & ciuiliter, & criminaliter agi. Id enim apud iuriſperitos pro expedito eſt, ex quocūq; delicto criminalis oritur actio, ex eodem oriri & ciuilem in factum, vel de dolo. [Bal. in l. 1. in 3. col. C. de cōd. indeb.] At certum eſt eam ciuilem actionem per criminalem accuſationem non tolli. [tex. in l. 1. quando act. ciuil. præ. criminal.] Cæterum hoc verum non obtinet, ſi vtraq; actio ad vindictam tenderet, quanuis vna pecuniaria eſſet, altera criminalis. Cuius rei exēplum fingi poteſt in iniuriarum perſecutione, in quā plures proditæ ſunt actiones. quia autem eæ omnes ad vindictam tendunt, & in his magis habetur ratio contumeliæ, quàm factæ alicuius iacturæ, aut perpeſsi damni, factum eſt vt vna ex his electa & intentata, alias tolleret. [l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur.] Cuius rei manifeſto eſt argumento, quòd ea iniuriarum actio in hæreditatis diuiſionem non confertur, ſicut cæteræ omnes quæ pro rei familiaris damno dantur, qualis eſt actio furti. [l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de collat. bo.]

Ex quocunque delicto & criminalem & ciuilem actionē oriri.

Quintus, quando vtraque pœna ex eadem lege imponitur. [l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & quæ eo in loco refert Bald. poſt Iac. Butrig.] vbi duplex ex eadem l. imponeretur pœna, quarum vna temporalis, altera ſpiritualis: in vtramque reus cōdemnari poteſt: ita vt vna alteram non tollat. Si quis itaq; in excōmunicationis pœnam incurrat, non obſtat quin & temporali puniri poſsit. [vt docet Bal poſt Butrig. in d. l. placet. de ſacroſ. eccleſ. C. & Io. And. in c. vl. de off. ord. ſuper gloſ. vlt.]

Septimus, quando prima pœna eſt ſub forma iudicij impoſita: quia licet pœnam pro illo delicto impoſitam quis apud ſe in foro (quod aiunt) pœnitentieli inductam fuerit occultè, & ità apud deum ſua ſatiſfecerit pœnitentia: non propterea tamen ſublata eſt accuſatio publica, nec obeſt, quin à iudice poſsit iuſtis pœnis affici. [gl. in c. de his. extra. de accuſat. & in c. admonere. 33. q. 2. in ver. pœnitentia. in c. qui crimen. in ver. ſi ipſe ante. 6. queſt. 1. in cap. 2. extr. ſchiſmat. in c. penul. in verb. quibus. de pœnis. diſtinct. 1.] Hoſtien. porro in cit. c. tuæ. extra. de procurat. Butrig. & Imm. in c. tui. de accuſat. diſtinguendum cenſent inter publicam, & occultam pœnitētiam: vt ſiquidem publica ſit pœnitentia, iuxta noſtram reg. publicā accuſationem tollat. Quam tamen diſtinctionem minimè probarunt Abb. & Socy. ſed indiſtinctè crediderunt, per pœnitentiam ſiue publicè ſiue occulte actam, pœnam à lege ciuili impoſitam non aboleri. nam cum eæ res diuerſæ ſint, & diuerſum quoque earum eſſe effectum neceſſe eſt, nec aliam ab alia confundi. [l. & in eadem. in princi. de excep. rei iud.] Cum itaq; debeant crimina publicè puniri. [l. ita vulneratus. ad l. aquil.] per ſolam pœnitentiam non creditur reipub. ſatisfactum. [d. c. admonere.]

Octauus eſt: Si in prima accuſatione de præuaricatione accuſatoris, vel colluſione appareat. [l. 3. ff. de præuaric. l. ſi quis homicidij. C. de accuſ. & c. 1. extr. de coll.] vt puta ſi quis coram iudice quem ſibi fauorabilē ſciebat, conueniri procurauerit.

Nonus, quando pro eodem delicto pluribus pœna imponēda venit. Pœna ſiquidem vni inflicta alium correum non liberat. [l. ſi quis ad delinandam. C. de epiſc. & cler. l. penul. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. Anchar. in d. c. fœlices. §. per hoc. de pœn. Facit l. ſicut. §. ſi quis. ff. quod cuiuſ. vniuerſ. vbi Angel. & l. aliud. §. refert. de reg. iur.]

Decimus ac vltimus, quando vtraque pœna pecuniaria eſt: & id quod priuate alicuius intereſt reſpicit. Nam primæ pœnæ condemnationem, poteſt & ſecunda ſequi, quatenus primam excedit. [l. 1. ff. de

vi bon.rapt.vbi multa docte Bart.] At diuersum est, si vtraque pœnę condemnatio eandem ac parem summam contineret.[c. pastoralis.extra.de fid. instru.Ioan.And. in d.c.fœlicis.] Et huius quidem limitationis fundamento videtur inniti hæc nostra consuetudo,qua dispositum est, si superior iudex causam ad se ab inferiori euocatam discusserit,ac mulctam erogauerit, debere eum cum inferiori illam pro quantitate illius iurisdictioni præfixa communicare. Nimirum si medius sit iudex ei sexaginta solidos:si infimus,septē solidos:si superior,reliquum feret.

Cæterum, vt huic §. tandem finem imponamus, ex his quæ suprà diximus manifeste patet,eum medium iudicem (res apud nos haud paucis abhinc diebus gesta est) qui apparitorem quendam regium in suo territorio,nō satis rectè in officio versantem apprehendit,eúmq; causa cognita sexaginta solidis condemnauit, cum grauiori summa eum mulctare nō posset, nec vltrà se sua extenderet iurisdictio:ita non satis iusta affectum pœna, ad superiorem iudicem remittendum iubet,qui iuxta latam suæ iurisdictionis potestatē, eum meritis pœnis afficiat. Et dubitatū est apud plærosque ex nostris togatis, iusténe ac debitè ille fecisset. & rectè fecisse contra omnes defendi.[per l.officiales.de of.rect. prou.& illic Bart.]

ARTICLE VINGT ET TROISIESME.

¶Item que le iuge dudict gros voier a cognoissance seulement des cas criminelz qui s'ensuiuēt: c'est à sçauoir,de furt simple, de iour ou de nuict:d'homicide faict en chaulde meslée,& non quand il est faict de guet à pend,& propos deliberé: & de tous autres cas criminelz moindres que les dessusdictz.

§. DECIMVS QVARTVS.

¶Præterea, iudex medij(vt vocant)viatoris,horum criminum notionem tantum habet: furti scilicet simplicis, interdiu seu internoctu admissi: ac homicidij inter rixādum motu aliquo intempestiuo patrati, non si ex insidiis datáque opera factum sit: Cæterorum insuper criminum quæ his leuiora sunt animaduersionem.

ALterum iurisdictionis ius, potestatémque quæ medij viatoris iudicio, sic enim appellant, competit, hæc explicat constitutio. Quæ sane maiori non eget interpretatione.

¶Furti simplicis.

VErbum hoc (simplicis) meo consilio adiectum est, ab iis qui huiusce consuetudinis redigēdis prouinciam habuere,ad mouendum omnē dubitationis scrupulum, qui ex ea re emergere potest, vt infrà sumus visuri. Furti quippe plures esse species cōstat: Tres enumerat Accur. in l. si te expilasse.C. de infam. Quam diuisionem eo loco plurimum commēdant Cy.Bart.Bald.& alij. & explicat Ias.in l. rem quæ nobis.col.1.ff. de acquir. possess. Bal. item in c.congregato. versi.item furtum est triplex.col.2.extr.de elect.eo loco subiiciens tertiam furti speciem solam esse, quæ mortis pœnam mereatur. Species igitur hæ sunt:improbum, & hoc est simplex: de quo hoc §.agimus. Cuius diffinitio scripta extat.in l.1.ff.de fur.& in §.furtum.inst de obligat. quæ ex del.quam fusius ita explicamus.Furtum est fraudulosa rei alienæ contrectatio, inuito domino lucri faciendi gratia, eum lædens cui furtum factum est, aut in re ipsa, aut in vsu eius,aut in possessione.In re ipsa, vt puta si seruum meum substraxeris: In vsu eius veluti si id quod mihi vtendum datum est in vnum diem, diutius teneam,aut in alium trāsferam vsum, quàm acceperim. [§.furtum fit.inst.de fur.l.vl.ff.commod.] In possessione, vt si id quod mihi in causam pignoris, aut ex causa depositi possidendum datum est, tanquā dominus possideam,eóque vtar.[l.is qui pignore.ff.de furt. & d.§. furtum.] Altera furti species, est illud, quod vocant interpretes improbius: quale est crimen expilatæ hæreditа-

Furtum improbum.

Furtum improbius.

Furtum improbiſſimũ.

tis. Tertium furtum appellant improbiſſimum, quod cum vi ac violentia committitur. id apud nos rapina dicitur. [de qua in l. ſi quis ex domo. ff. de furt.] Bal. in d. c. cõgregato, ait illud furti genus vulgo robariam appellari. id generis furtis non abſimilia puto huiuſmodi intruſionem in eccleſiam, id eſt, poſſeſsionem quam quis mala fide accepit, fructus percipiendo. Nam & eorum fructuum furtum fieri conſtat. [l. ſi vrbana. ff. ſi cert. pet. l. in ſent. §. vlt. ff. de furt. fa. l. ſi alius. §. notauimus. ff. quod vi aut clam.] Ex his autem tribus furti ſpeciebus, primæ tãtùm quæ eſt furti improbi ſeu ſimplicis cognitionem & animaduerſionem ad medium iuſtitiariũ pertinet, ſiue ciuiliter agatur, condictione ſcilicet furtiua, qua rei furto ſubſtractæ reſtitutionem ciuiliter proſequimur: ſiue criminaliter actio furti intẽtetur, qua pœnam, non rem proſequimur. quæ eſt dupli vel quadrupli. [§. 1. inſt. de obligat. quæ ex delict.] Conſtat ſiquidem pro re furtiua duo prodita eſſe remedia, actionem furti, ad pœnæ proſecutionem, & cõdictionem furtiuam, ad rei furtiuæ recuperationem. [iuxta l. ſi pro fure. §. 1. ff. de condict. furt.]

Actionem perſecutoriã rei furtiuæ non tolli per pœnalẽ, nec è conuerſo.

quæ licet in diuerſum tendant effectum, poſſunt tamen ſimul intentari, nec vnum iam intentatum in altero prẽiudicium affert. In quam ſententiã conueniunt Moder. in l. 1. C. de furt.

Cæterum ſuper his diuerſis furtorum ſpeciebus, non ſine cauſa dubitari ſolet, an quæ ſtatuto vel conſuetudine introducta ſunt ſuper furtis in vniuerſum, locum habeant & in ſingulis furti ſpeciebus, vt puta in crimine expilatæ hæreditatis, & rapinæ. Et viſum plærisque eſt locum habere, ea potiſsimum ratione: quia cum ſtatuto ſeu cõſuetudine extat aliquid ſuper quacunque re in genere cautum, etiam in qualibet eius ſpecie diſpoſitum cenſetur. [arg. l. ſi chorus. in princ. & l. ſi quid earũ. §. interruptum. de leg. 3. l. 1. §. generaliter. de leg. præſt. & l. 1. ff. ſi cert. pet.] (Quod autem expilatio & rapina furti ſint ſpecies, patet ex ea vulgata apud logicos regula quod ſubiectum ſeu prẽdicatum furti illis conuenit: videlicet rei alienæ contrectatio, crimini expilatę hæreditatis. [d. l. ſi te. vbi Accurſ.] Idem de rapina habetur. [inſt. de vi bon. rap. ſub princ. & in l. ſi vendidero. §. cum raptor. ff. de furt.] Nam nemini dubium eſt, raptorem pro fure haberi, etiam manifeſto. [l. 2. §. damni. verſic. cæterum. ff. vi bon. rapt.] imo ſunt delicta furto longè grauiora: vnde pœnam etiam acerbiorem merentur, quàm furta ipſa.) Alioqui ſtatutum illud pro abſurdo haberetur. [iuxta l. nam abſurdum. de bon. libert. Et ita cenſuere Bald. & Saly. in d. l. ſi te. de infam. Idem tamen Saly. ſibi parum conſtans, in contrariam iuit ſententiam. [in d. l. de his.] Item Ponta. & Aret. [in l. gerit. ſub princ. ff. de acq. hæred.] moti opinor quod tituli horum criminum furti, expilatæ hæreditatis, & rapinę, diuerſi eſſent, diuerſæque in ſingula illa delicta eſſent prroditæ pœnæ. [vt conſtat ex tit. de furt. de crim. expil. hæred. & vi bo rap.]

Mihi ſi liceat mediocre hoc noſtrum iudicium, inter varias diſſentiẽtium authorum opiniones interponere, maxime habendam eſſe ſtatuti conſuetudinis rationem crediderim, ac diligenter obſeruandam, num ſtatutum pœnam contra fures conſtituens, aliquid contra iuris communis regulas diſponat: nécne. Si enim à iure communi non omnino diſſentiat, ſed aut exorbitet, aut limitet, vt ſi furti manifeſti conuictum in triplum aut ſextuplum cõdemnet: aut vt hodie fit, vt furi bis in furto deprehenſo, virgis publicè cęſo, auriculam abſcindi ſtatuat: (ea enim pœnæ ſpecies cum iure communi non pugnat. nam abſciſionem membri non continet. ſiquidem cartilago illa, quæ circunſtat aures, propriè mẽbrum nõ eſt, nec mẽbri officio fungitur illúdue coadiuuat. Vnde quid minus eſt, quàm digitus, qui licet membrum nõ ſit, coadiuuat tamen. [l. offilius. ff. de ædil. edict. Bart. & Immo. in l. 2. ſub fi. de pub. iud. & l. non ſunt liberi. vbi Accur. & doct. ff. de ſtat. hom.]) Eo itaq; caſu, pœnam hanc à iure communi exorbitantem rectè ad raptores, & expilatores trahendam opinor, ob delicti ſimilitudinem, ſeu affinitatem. Vulgare enim ac tritum eſt in iure de ſimilibus ad ſimilia recte procedi. [§. item ſi adhuc. verſic. & huic ſimile. inſt. mãd. & in c. in cauſis. de re iud. tractat Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. col. 6. Quod verum obtinet, maxime in puniendis delictis. [ſecũdum Accurſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omn. iud. vbi omnes interpr. & Imm. in c. qualiter. 2. de accuſat. text. in c. 1. §. porro. quæ fuit pr. cau. benef. amitt.]

Nec huic obſtat ſi dicas ſtatuta pœnalia odioſa eſſe, ideo magis reſtringẽda quàm extendenda. nam crediderim ego potius

Maleficiorũ coertionem fauorabilem

fauorabilia esse, si ad bonum publicum respexeris. nam è repub. est maleficia coerceri. Ideo attenta publica vtilitate ea non immerito extendendam etiam ex impropria verborum significatione. [In quam rem extat Bart. decis. in l. quēadmodum. sub med. de agricol. & cens. lib. 11. C. & eiusdem post Dy. & Accurs. in l. 2. §. exercitium. de his qui not. infa. tractat Bal. in l. non sine. paulo ante fi. C. de bon. quæ lib. Paul. Cast. in l. bona fides. ff. depos.]

Vbi vero huiusmodi statutum, vel consuetudo, omnino cum iure communi pugnaret, vt quia cautum esset vt furtum etiam rei leuissimę vt puta quod summam quinque solidorum non excederet, mortis sequeretur condemnatio. quam pœnæ acebitatem iuri cōmuni auersari constat, quo neminem pro furto morte damnari certum est [iuxta auth. sed hodie pro furto. C. de seru. fugit. vt censuit quoque Accurs. in glos. de pac. tenend. in pr.] Eo censerem casu obseruandam statuti dispositionem [vt in c. 1. §. si quinque. eo. tit.] & id quidem stricte, nec ad alium trahendam casum vt puta ad hæreditatis expilatorem, seu raptorem. Quia etsi expilatio rerum hæreditariarum iacentium, & rapina, sub furto contineantur, id tamen non ex propria, sed lata vocabuli significatione. Quam impropriam extēsionem in statutis correctoriis locum non habere cōstat [ex auth. quas actiones. vbi omnes interp. C. de sacros. eccles. vide Bart. in l. omnes. q. 6. de iust. & iu. & l. 3. §. hęc verba. de neg. gest.]

DE IVRIBVS DOMINICALIBVS.

TITVLVS QVARTVS.

FEudorum vsum, ac materiam iuris nō scripti partem meo iudicio, vt abstrusiorem, ita & difficiliorem aggressurus, altius à suo genere repetendam existimaui. Nam commodè cognito cuiusque rei genere, maturius ad specierum notionem perueniemus. Ius dominicale vtiq; quiddam generale est, multas sub se continens species, quæ singulæ suos singulares titulos sortitæ, inferius ordine tractabuntur. Primū itaq; omniū, ea quæ ad iuris dominicalis explicationē generaliter pertinēt, sunt discutiēda. Quóque id facilius perficiamus, quoniā res omnis à dominio pendet, sciendū prius est quid sit dominium. Imprimis constat dominium nihil aliud esse, quàm ius, quo res mea dicitur. [vt ait Bal. in l. 3. col. 2. C. si à non comp. iud.] Vel si mauis cum Bart. definire est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. [ita ille in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. possess. Anchar. in c. pastoralis. de cau. poss. & prop. cui ad stipulari videtur Bal. in l. fœminę. §. illud. C. de sec. nupt.] Id autem duplex est. directum & vtile. Directum id est, quod verū, proprium, ac principale dominium est. [l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. auth. si verò dominus. C. de hæret.] Ita vt ex vera & propria dominij significatione existimem id quod directum est tantùm venire. Quo fit vt cum dominium simpliciter nominamus, de directo intelligendum sit [teste Bart. in l. si modo. §. eandem ff. de except. rei. iud. & in l. §. fi. ff. si ag. vectig. post Accur. in. §. aliæ. in fi. de act. Bart. item in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. possess. & in l. 2. ff. de vsucap.] Quod maxime obtinet in statutis in quibus verba non nisi proprie ac stricte accipienda sunt [Bart. Bal. Saly. & alij post Accur. in rub. de reb. cred.] Vnde solus dominus directus ciuilem habere possessionem intelligitur [l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. possess.] Ideo & secundū Azo. [in tit. de iu. emph.] is solus dominium directū habere dicitur qui ciuiliter possidet. ita vt sine alia obligatione solus liberam rei potestatem habeat: cui etiam directo dominio proprietatis appellatio tantum conuenit, & nunquam vtili [Bal. in l. si de proprietate. in fi. 2. col. C. si à non comp. iud. & in l. cum re. in fi. C. de probat.] Hinc agnoscas differētiam inter proprietatem & dominium, quòd dominium terminus magis latus sit comprehendens directum, & vtile à directo separatum. Proprietatis autem signi-

ficatio nuda eſt, & ſtricta, vt pote quæ nũquam niſi directum dominium ſignificet. [l. ſi alij. ff. de vſuf. leg.] Aliud autem eſt vtile dominium quod à directo dependet, illúdque velut recognoſcit: verbi gratia, ſi cum ego fundi ſemproniani vere dominus eſſem, illum conceſſerim titio in feudum, ſeu emphiteoſim: mihi quidem directum dominium perpetuò reſeruo, vtile autẽ in feudatarium vel emphiteutam accipientem transfero. Cuius ſpeciei Bal. ſub princ. rub. C. de iu. emph. ſex contractus enumerat, ex quibus dominium vtile tantum in accipientem transfertur, directo penes concedentem reſeruato. Nimirum ij ſunt, ſuperficiarius, locationis ad longum tempus, emphiteoticus, is qui precaria dicitur, libellarius, & feudalis. quas ſingulas ſpecies ac earumdem vim naturámque, eleganter eo loco perſequitur. At de poſtrema ſpecie contractus videlicet feudatarij tractatur his noſtris cõſuetudinibus in quatuor proxime ſequẽtibus tit. & velut per quoddam extrauagans de contractu emphiteotico. Cæterum duas alias huiuſmodi contractuum ſpecies introduxit hæc noſtra conſuetudo, contractum ſcilicet cenſualem (qui longe diuerſus eſt ab eo qui à iure communi eſt inductus) & cõtractum terragij de quibus nos ſuo loco agemus.

Porro huius vtilis dominij duplex eſt ſpecies. vnum quippe eſt recognoſcens directum, quale habent emphiteutæ, vaſſali & ſuperficiarij [l. 1. §. fi. ff. ſi ag. vect. vel emph. l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfi.] Alterum quod opponitur, aduerſatur, & contradicit directo, & hoc eſt quod quæritur ex præſcriptione ex qua ſecundum frequentiorem doct. op. quæritur vtile duntaxat dominium [teſte Bart. in l. 2. ff. de vſuca.] Hoc autem tractãdum hoc loco non duxi, quòd extra propoſitam materiam ſit [habes tamen late illud explicatum in l. ſi quis emptionis. in verſ. exceptionem. C. de præſ. trig. vel quad. ann. vbi Accurſ. Saly. & Alex. Iaſon in l. traditionibus. C. de pact. Copioſius itẽ ab Accur. & doct. in aut. niſi tricennale. C. de bon. mater. Accur. & Bart. in d. l. 2. ff. de vſucap. & in l. 1. §. cum prędium. ff. de pig. rurſus Bart. in l. ſticho. ff. de vſuf. leg. Bal. in l. aduerſus. C. de reiuend. Dy. & Ioã. And. in c. poſſeſſor. de reg. iu. in 6.]

His ita velut prælibatis, nunc maturè agendum eſt de iuribus dominicalibus: in quorum notionem præſupponendum eſt, nedum prouinciam noſtram, ſed & vniuerſam Galliam tributariam, ac vectigalibus omnino ſubiectam eſſe, ita vt nullus rem quamcunque poſsidere intelligatur in hoc regno, qui non illius intuitu, aliquem in dominũ recognoſcat. Vnde ſcitè dominus Barma iã temporis regius in ſuprema curia Pariſienſi aduocatus, dicere ſolebat, nullum penitus apud Francos Francum allodium, id eſt liberum ac immune à cuiuſquam dominio. . . .

Vniuerſam Galliam eſſe tributariam.

Apud nos igitur tria ſunt dominicalia iura, ſuperioritatis, vt ità dicam, recognitiua: nimirum feudum, cenſum, & terragium. vt j. eodem §. 1. Quæ quidem, duo hæc habent ſpecialia quibus rei propter quam præſtantur in indiuiduo congruũt, ſcilicet quòd ſint directi dominij & ſuperioritatis erga eum cui præſtantur recognitiua: & quòd præſcribi non poſsint.

Tria iura dominicalia eſſe.

Hæc autem iura dominicalia dupliciter conſiderari poſſunt, videlicet reſpectu domini directi ſeu ſuperioris cui præſtantur, & ſubditi à quo præſtantur. Quod ad dominum directum pertinet, illa repræſentant imaginem veteris dominij, quod in re propter quam præſtantur, olim dominus haberet, & directum dominium, quod nunc in illa habet. Quanuis enim dominus rem ſuam in feudum, cenſumve, aut terragium alij conceſſerit, non tamen ob id rei ſuę dominium à ſe abdicaſſe cenſendus eſt. Quemadmodum cum dominus ſeruum manumittit, non videtur omnino ſeruus deſiiſſe eſſe ſuus propter ius patronatus, quod in eo retinet. [vt eſt text. ſing. in l. talẽ. §. ſi quis ita. vbi Io. de Imm. ff. de hæred. inſtit.] Vnde ius illud patronatus eſt velut quædam imago & reliquię veteris dominij. [Bald. in l. 3. C. de fideicõ. & in c. auditis. col. 2. extra. de elect.] Hinc aptè colligitur, eccleſiam, in qua quis præſentandi ius habet vt patronus, ab eo vel illius maioribus extructam quondam dotatámque fuiſſe: ita & qui nunc ea iura dominicalia percipit, eũ olim fuiſſe dominũ prædiorũ, propter quæ ea iura ſibi præſtãtur: in recognitionẽ quippe veteris dominij. Neceſſario enim oportet cauſam ſuũ præceſsiſſe effectum. vt obligationẽ ante actionẽ fuiſſe neceſſe eſt. Quocirca ea iura in ſua propria appellatione ſtant: cum ſint iura realia & patrimonialia loco rei patrimonialis in feudatæ, aut in cenſum, terragiúmve conceſſæ ſubrogata: non au-

Iura dominicalia ſeruitutes verè non eſſe, & in bonis noſtris haberi.

tem ſeruitutes niſi latè ſumpto vocabulo. [teſte Imm. in cit.§. ſi quis ita.] Siquidem ſeruitutes nec in bonis noſtris, nec extra bona eſſe conſtat. [l.1.ff.de vſufr. leg.] At ea iura dominicalia in bonis noſtris connumerantur. Reſpectu autem ſubiectorum, conſiderantur hæc iura, ſed paſsiuè: quia ab his debentur & præſtantur, ídque impropriè. Quæ tamẽ nominatio non eſt omnino ſine fructu. Nã quemadmodum horum iurium dominicalium exhibitiones: & præſtationes quæ per ſubditos dominis fiunt, confeſsionem ſubiectionis, & recognitionem directi dominij operantur: ita etiam conceſsionem vtilis dominij ad eos pertinentis arguunt. Nam dominus qui aliquem ex certa ſcientia aliquem in vaſſalũ recipit reſpectu certi feudi, eum vtilem feudi dominum fateri intelligitur. Idem quoque iudicandum de recenſuali, & terragiali. [vt conſtat ex his quæ in eam rem nominatim tradunt interpr. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.] & l. ſi aliena. in princ. ff. de acq. hæredit.]

Inter cætera porro & id annotandum eſt eadem iura dominicalia in tres ſolere ſpecies diuidi. Quædam nimirũ ſunt honorabilia, quæ ſpecies ſolis feudis conuenit, cuiuſmodi ſunt in fidem admittere, homagium excipere, os manúmque præſentare, & cætera id genus quæ magis honorem quàm vtilitatem cõcernunt. Alia autem ſunt vtilia, qualis eſt cenſuum perceptio, ac quotæ partis fructuum ex prædiis terragialibus: item renouationum, inueſtiturarum, laudimiarum, reliquorúmque præſtatio, & onerum, vt aiunt, burſalium, quæ ex tenore inueſtiturarum plerunque debentur, applicatio. Alia ſunt poteſtatis dominicæ executiua, vt feudi ob fidelitatem domino non iuratam apprehenſio: manus dominicæ in prædia cenſualia & terragialia ob cenſum non ſolutum, vel quotam fructuum terragij non redditam iniectio. vt j. eod. §. 6. & ſed.

ARTICLE TRENTE ET TROISIESME.

Ou conté & bailliage de Blois & reſſorts d'iceluy, y a trois droictz ſeigneuriaux, recognitifz de ſeigneurie. C'eſt à ſçauoir, fief, cens & terrage. Leſquelz s'appellent ſeigneuriaux, pource qu'aucun ne peult tenir heritage eſdictz conté, bailliage & reſſorts, ſinon qu'il le recognoiſſe tenir d'aucun ſeigneur à l'vn deſdictz trois droictz. Si leſdictz heritages n'eſtoient bien & deuement amortis, & que les ſeigneurs y pretendans cenſiues, terrage, ou feodalité, euſſent eſté payez de leurs indemnitez.

§. PRIMVS.

In comitatu, prouincia diſtrictúque Bleſenſi, tria ſunt dominicalia iura directi dominij recognitiua, feudum ſcilicet cenſus, & terragium. Quæ idcirco dominicalia appellata ſunt, quod in eo comitatu & prouincia, prædia nulla poſsideantur à quoquã, qui dominum non agnoſcat altero horum iure. Niſi extinctione aut indemnitate vectigales hos ſuos fundos eo onere leuatos oſtenderet, indemnitatíſque pretium dominis ſolutum fuerit qui huiuſmodi cenſus terragij aut fidelitatis iura ſibi deberi contendunt.

HAc conſtitutione tria illa iura dominicalia enarrantur quos nos proxime obiter ſupra attigimus, idq; in genere. Nã nulla eſt hic ſpecies quæ peculiarem titulum non habeat. Quo vbi deuenerimus rem omnẽ vberrimè expoſituri ſumus. Quod itaque ad huius. §. interpretationem pertinet, vnum duntaxat ſubiiciemus ne ſua omnino vacet elucidatione. Nimirum à quo domino recognoſci oporteat prædia huiuſmodi tributaria, ſeu alteri ex his tribus iuribus ſubiecta: Qua in quæſtione non dubito eos qui imperatoris partibus adhærent confeſtim reſponſuros orbem omnem imperiali ſubiici culmini, & ab eo quæ in terris ſunt omnia recognoſci oportere. [l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. & tradit Ang. in l. item ſi verberatum. §. 1. de reſci. vendit. & Bal. in c. vnico. de feud. march. vbi ait omnia feuda ex re-

gali profecta esse munificentia. vt in aut. de exhib.re.§. obtinent.] Quare imperij maiestatē quoad iurisdictionem, & quoad dominium, aut saltem superioritatis recognitionem super cæteros omnes extendunt [vt est gl. in cit.l.bene à zenone. & in l.Barbarius Philippus. vbi moder.ff. de offic.præt.Bart.post gl. & antiquos interpretes in procem.ff. Idem Bar. post gl. in l.1.in quib. cau. colo. dom. lib.11. C.& in extrau. ad reprimendum. verſic.totius mundi.& in l.1.§.per hanc.ff.de rei.vend.] Et proinde apud Gallos soli domini terrarum qui castra ac territoria habent à principe per cōcessionem in feudum mediatè, vel immediatè,hæc iura reposcunt, & exigunt singuli in suis territoriis. Vnde quæri solet si istorum dominorum intentio, quantū ad petitionem & exactionem præmissorum iurium dominicalium super prædiis intra fines suorum territoriorum constitutis, de iure communi fundata sit, præsuppositа hac consuetudine, qua nullus habere potest prædium in prouincia Blesen. absque recognitione alterius ex tribus supra commemoratis iuribus, erga aliquē dominum. Qua in quæstione qui iustitię apud nos exercent munus, sibi pro omni fundamento constituunt,authoritatē Ioan.Fab.in l. cunctos populos.C.de summ.trinit.& fi.cath.col. 3. Quo loco ait ille eum qui territorium limitatum habet, ac certis distinctum finibus, censeri iure communi fundatum intra eas metas ad exercēdam iurisdictionem in singulis partibus,quā in vniuerso territorio exercet [vt in l. pupillus.§. territorium.ff. de verb. signif.l. qui ex viro. ff.ad municip.l. forma census. §. si quis agrum.de cens.l.ius dīdi.ff.de tut.& curat. dat.ab his.l. duumuirum.de decur.lib.10. C.] Quinimo ait ipse omnia censeri esse cognita,& teneri à domino territorij [teste Specul.tit.de loc.§.nunc aliqua.quæst. 86.adducítque tex.in c.1.§.vlt.quib.mod. feu.amitt.& in c.quo iure.8.dist.]Verum hæc Fabri sententia satis inuoluta & perplexa est, nec satis certa. Nam & contrarium sensit Old.vir. magnæ apud omnes doctos authoritatis in con.176.Factū tale est,In vertice cuiusdam montis. in quæst.2. Censuit enim eo loco eum qui territorium haberet,nō videri fundatum in proprietate & dominio rerum intra fines territorij, vel distractus existentium. Siquidem verba illa territorium & districtus sonant in superioritatem coertionis [l.pupillus.§.territorium.ff.de verſ.signi. & c.licet causam de probat.] Proprietatis verò appellatio,nudum dominium à formali vsufructu separatū, vel cum eo coniunctum significat, aut ad significantius nobiliúsque materiæ propositum accommodatur, vt pote dominium plenum, vel directum ab vtili separatum: quale est illud quod habēt domini feudales & censuarij,vt statim dicemus. Cum itaque territorium & proprietas nulla significationis affinitate sese attingāt teste Bal. (qui in c.1.§.1. quib.mod. feud. amitt. putat aliud esse habere terrarum dominiū, & aliud habere iurisdictionem & districtum. item & aliud habere dominium rerum particulariū, & aliud habere territorium & iurisdictionem,[vt probat tex.in c.1.§. ad hæc de pac. iura.fir.]) non abs re contendit. idem Bald. in l. à procuratore. C. mand.proprietatem fundorum nihil commune habere cum iurisdictione. [arg. l.naturaliter.§.nil commune. ff.de acq.possess. l.permiscceri.in princ.& 3.resp.ff.de vsuca. l.iuste.§.non mutat.ff.pro emp.l.2.§.separata.de vsufr.& l. locum. §.proprietarius. de vsuf.] Quare ex separatis & dissimilibus male colligit Ioan.Fab. [iuxta l.papinianus exuli. ff.de minor.]cum separatorum separata debeat esse ratio.[l.de bonis. in prin.ff.de carbon.l.si maritus.C.de donat.in.vir.& vx.Socy.in l.prius.in princi. 4.col. ff.de ac.possess. & cons.86.in causa cōmunitatis.vol.1.]Cęterùm,quo res omnis facilius innotescat,& quę à doct.ita variè & perplexè tradita sunt, quilibet percipiat, sciendum est proprietatē & districtū diuersis modis accipi solere. Proprietas siquidē nūc accipitur pro pleno dominio, nūc pro directò dominio ab vtili separato. Quod ad primum pertinet,proprietas denotat plenum dominium quod quis solus in re sua habet, & hoc respectu dicitur plena proprietas apud illum esse, cum iure vtendi fruendíque re illa sua. Quod quidem plærique vsumfructum causalem appellant, eo quòd cum proprietate coniunctus sit. Secundò autem modo, dicitur proprietas directum dominium, prout separatum est ab vtili: veluti vsusfructus formalis à causali. In qua significatione dominium dici potest esse apud plures: videlicet directum apud concedētem, & vtile apud accipientem, vt emphiteutam,supeficiariū & vassalum. Quod qui-

Proprietatē fundorū nihil cōmune habere cum iurisdictiōe.

dem vtile dominium tanquam inferius, & ſubalternum dici non poteſt proprietas. quia, vt diximus, proprietatis appellatio directo tantùm dominio conuenit, ſiue illud accipiamus cum eſt vnitum ac cõiunctum, vt puta penes vnum, ſiue cum eſt ab vtili ſeparatum. [Quæ facile colliguntur ex his quæ tradit Bart. in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq. poſſ. & in l. 1. ſub princ. in 2. char. eo. tit. & Bal. in l. proprietatis. & l. cum res. ſub fi. C. de probat. & in l. ſi de proprietate. col. 2. C. ſi non à compet. iud.]

Diſtrictus quoque duplici ratione accipi poteſt: nimirũ cum iuriſdictione, vel ſine iuriſdictione, cum vnum ſine altero conſiſtere poſsit. quia iuriſdictio non cohæret territorio tanquam ius reale. [vt declarat Bart. & cæteri in l. 1. in vlt. col. ff. de iuriſd. om. iud. & l. vlt. C. vbi & ap. quos.] Territoriũ è ſubſtantia iuriſdictionis non eſſe. Tum & quod è ſubſtantia iuriſdictionis territorium non ſit. [Bal. in l. 1. §. in initio. ff. de off. præf. vob.] Eſt enim iuriſdictio in territorio, veluti nebula ſuper paludem. [Bald. in c. 1. §. adhæc. de pa. iur. fir.] ita vt territorium poſsit ad eum pertinere, ad quem non ſpectet iuriſdictio, quę alteri vt ſuperficies quædam competere poteſt. Qua re pfectè cognita puto quod à Fab. in d. l. cũctos populos. traditum eſt, in tres diſtingui poſſe quæſtiones. Prima, an ſit fundata intentio domini territorij quoad plenam proprietatem ſeu dominium prędiorum in eo exiſtentium. ita vt quæ ſita ſunt prædia in illius diſtrictu, cenſenda ſint in eius, quod dicitur, domanio. Et exiſtimo: ſi prædia illa à nullo tunc inuenian-tur poſſeſſa, nulláque veteris culturæ ſuperſint veſtigia, per quę colligas ab aliquo antiquitus poſſeſſa fuiſſe, aut in cuiuſquã extitiſſe dominio: in illis videri intentionem domini fundatam, in cuius territorio ſita ſunt: ita vt in ea manum illi iniicere liceat. [Paul. Caſt. & Sali. in l. 1. de acq. poſſeſſ. & nos infrà diſcutiemus in §. 17.] Idẽ exiſtimo, ſi nec hodie prædia aliqua à nullo poſsideantur. Id quod tamen ſanè intellige, ſi poſt proclamata, ſolennéſq; ſubhaſtationes, & legitimas proſcriptiones in publico propoſitas, nullus prædia illa ſibi vendicet, ac de eorũ dominio doceat. Tunc enim dubium non eſt quin territorij dominus poſsit illa ſuo iure ſibi vendicare, vel per officiales ſuos dominio ſuo (quod aiunt) incorporare. Altera eſt quæſtio, an dominus territorij ſit fundatus in directo dominio prędiorum ſui territorij, & ſic an fundata ſit eius intẽtio ad petendum, vt qui in ſuo territorio ſita habent prædia, illa à ſe recognoſcant altero ex iuribus hoc §. expreſsis. Et hoc propriè ad hunc §. pertinet, in qua concludendum videretur, vt cum omnia prouinciæ noſtræ prædia ſint recognitioni huiuſmodi ſubiecta, vt nominatim cautũ hic extat, fundatam forè domini territorij intẽtionem, ad hoc vt quilibet ſui diſtrictus accola, prędia omnia quæ in eo ſita ſunt, ab illo recognoſcãtur. Conſignatio ſiquidem finium territorij rem deſignat, & quicquid intra eſt, cõcludit. [l. æde ſacra. §. 1. ff. de contrah. empt. facit c. ſi diligenti. extr. de præſcri.] Hinc infert Hoſtien. comites, & dominos temporales intentionem ſuam fundatam habere de iure communi, intra limites ſui comitatus. [d. c. ſi diligenti.] Quã rem tamen temperat Abbas, vt minimè procedat reſpectu proprietatis particulariũ rerum, ſed iuriſdictionis tantùm & ſuperioritatis. Quod & confirmo ex c. cum venerabilis. extr. de except. per quem text. tradit eo in loco Bald. in 5. not. eo ipſo quòd eccleſia aliqua ſit in cuiuſdã epiſcopi dioceſi ſita, conſtare omnia eius iura ad eum pertinere, niſi contrarium appareat. idque quoad ſpiritualia tantùm. [not. in l. ſed & Celſus. ff. de cont. empt. & l. inter publica. ff. de verb. ſignifi.] Cæterum, exiſtimarem ego ea intelligi debere, vt ſi qui ſe cuiuſdã territorij dominum dicit, nihil in eo habeat præter iuriſdictionem, ita vt alia iura dominicalia, minimè percipiat, ex eo non ſatis fundatam eſſe illius intentionem ad exigẽda illa iura. [per ea quę tradunt Old. & Socy. in locis ſuprà citatis.] Siquidem ex iuriſdictione nihil infertur ad ius dominicale, quod pro recognitione proprietatis & directi dominij præſtari diximus. Ex iuriſdictione ius dominicale non inferri. Quod enim rem in territorio ſitam dicimus, hoc ſolum infertur eandem rem illius territorij iuriſdictioni ſubeſſe. At ſecus ſe habet, ſi dicamus feudum cenſum & terragium, cuiquam in territorio ſuo eſſe. Nã indubitata ex eo oritur præſumptio, omnia prędia exiſtentia in ſuo feudo, cenſiua vel tertagialia ab illo teneri, recognoſcíque debere, per præſtationem iuris illius dominicalis quod in illo territorio habet, & percipere ſolet. Nec refert habeat iuriſdictionem, nécne. quoniam Territoriũ abſq; iuriſdictione eſſe poſſe. vt cum Bar. diximus, territorium abſque iuriſdictione eſſe poſsit. Sed hoc imprimis

An ex eo quod quis ſit dominus territorij, petere poſsit omnia prædia in ſuo ſita territorio ab eo recognoſci.

ſpectandum, an habeat dominium ſuper vniuerſitate agrorũ in ſuo territorio exiſtentium. [iuxta tex.in c. quum Bartholdus.in ver.cum vniuerſitate.extra.de ſen. & re iud. Quod & innuere videtur tex.in in cit.c.1.§.itẽ ſi quis.quib.mod. feu.amit. vbi id liquido docet Bal.fac.l.3. C.de nat. lib.& l.nulli C.de epiſco.& cler.ibi. Illius ciuitatis epiſcopus exactionem habebit, ſub qua vicus vel territorium ſubeſſe dignoſcitur. facit item l. qui ex vico. ff. ad municip. & in auth. quib. mod.nat. effic. ſui. §. ſi vero. declarat Bart. in conſil.169. Primo,quòd queritur vtrum iuriſdictio.] Item & quod ij qui hanc habent vniuerſitatem, quam Bart. eo in loco minimam vocat, ſeu territorium, ſint fundati intra metas ſuæ vniuerſitatis, ſeu territorij, in perceptione huiuſmodi iurium dominicalium,confirmo ex deciſ.Ioan.And.in c. dilecto.extra.de off. archid. inquientis eo loco, Archidiaconum qui alias iure communi nullam habet iuriſdictionem, niſi ex priuilegio vel conſuetudine præſcriptam,eſſe fundatũ in perceptione & exercitio omnium iurium archidiaconalium, ſuper omnes eccleſias intra ſui archidiaconatus metas exiſtentes.] Quam deciſ. canon.refert Cy.in l.voluntarie.col.2. C.de excuſ. tut.] Facit & quod not. Anchar.in c.nimiis.extra.de iureiur.inquiens dominum territorij tributarij, eſſe contra omnes fundatum, quoad exactionem tributi,& contra eccleſiam ſi ibidem poſſideat prædia.[per c.ſi tributum.2. q.1.] Et ita in qualibet parte, ſicut in vniuerſo. [l.qui in vico. ad municip.] Vnde qui vult intendere tributum, ſeu ius dominicale cuipiã non deberi,doceat eum non dominum.[c. morem.100.diſtinct.]Et ita procedere opinor deciſ. Ioan. Fab.quam eo caſu veram ac indubitatam cenſeo. Et ita vſu confirmatum apud nos videmus. Nam infiniti ſunt in comitatu Bleſenſi vaſſali, tum & cenſiuæ, ac multa terragia, quæ ipſius comitis nõ ſunt, ſed aliorum nobilium, aut eccleſiarum, & cæterorum etiam priuatorum, quibus nulla in eodem comitatu competit iuriſdictio.

Præterea quæſitum, an qui in certo ac limitato territorio iuriſdictionem habet, ſit de iure communi fundatus in ſua iuriſdictione exercenda in qualibet parte ſui territorij,ſicut in vniuerſo territorio. mihi nullam habere dubitationem videtur, quin fundatus ille ſit. In quam ſentẽtiam conueniunt vno conſenſu omnes doct. in locis ſuprà citatis. Nam eo ipſo q̃ res aliqua intra aliquod territorium ſita eſt, è iuriſdictione domini illius territorij præſumitur. Quinetiã in caſu magis dubio decidit Anchar.in c.nimiis.extra.de iureiur. eum qui deliquit in fundo aut poſſeſsione alicuius eccleſiæ, vel etiam in ipſa eccleſia, poſsit à iudice ſeculari illius territorij in quo ſita eſt, puniri. [l.ſi quis in hoc genus. C.de epi.& cler.] Idem de caſtris intra aliquod territorium exiſtentibus, vt præſumant eſſe è iuriſdictione domini illius territorij. Sicut in ſimili omnis eccleſia intra dioceſim aliquã ſita pręſumitur eſſe dioceſano epiſcopo ſubiecta. [10.q.1.c.nulla.] At ſi caſtrum illud iuriſdictionẽ haberet, præſumeretur inquam eſſe è reſſortu domini territorij. Ita vt illum in caſu ſuperioritatis & reſſortus reſpondere oporteat, niſi forte caſtrum iſtud eſſet per ſe prouincia vel territorium: vt ſunt caſtra de Fulgeriis & de Fenis intra comitatum Bleſeñ. ſita, qui ideo directò in ſuprema ſenatus Pariſieñ. curia reſortiuntur. Et hæc ſunt quæ circa huius.§.interpretationẽ dicenda habebamus, quæ niſi quis iterum atque iterum legat, ei ſatis perplexa ſuboſcuráque videbuntur.

ARTICLE TRENTEQVATRIESME.

Item, leſquelz trois droictz ſont incompatibles,& ne peuuent eſtre concurrens en vn meſme ſubiect:tellemẽt que l'heritage tenu en fief,ne peult eſtre tenu à cens ou terrage, nec econuerſo. Sinon qu'au contraire euſt conuention expreſſe entre les parties.

§. SECVNDVS.

Et hæc quidem tria dominicalia iura inuicem incompatibilia ſunto, ita vt in eodem ſubiecto minime concurrere poſsint. Proinde feudale prædium in cenſum terragiúmue teneri non poteſt, nec è conuerſo. Niſi in contrarium eſſet pacto contrahentium conuentum.

HAoc ſane conſtitutio præclarum ſubtilémque habet intellectum. Nam quemadmodum plenũ dominium ex pluribus cauſis competere non poſſe certum eſt [l. 3.§. ex pluribus. vbi omnes ferè interp. ff. de acq. poſſeſ. & l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iur. gl. in c. pen. de præſcript. in ver. renuntiaſſe.] ita nec directũm. Ratio eſt quia dominium eſt quid perfectum. vnde qui ſemel certæ rei nactus eſt dominium, non poteſt amplius ex quacũque alia cauſa iterum effici dominus. vulgare enim & tritum eſt prouerbium quod meum eſt non poſſe magis meum effici [§. ſic itaque diſcretis. vbi ea res planè traditur. inſt. de act. &. §. ſi cui fundus. ver. ſed ſi rem legatarij. inſt. de leg. & l. ſequitur. §. lana. ff. de vſucap. notatur in l. rem meã. ff. de verb. oblig.] Quare quod ad propoſitum pertinet, ſi rem ſuam quis in feudum conceſſerit per viam contractus, reſeruato ſibi directo dominio, non poteſt ex alia cauſa idem directum dominium ſibi rurſus acquirere, vt puta ex cauſa cenſuali, vel teragij. Cõſtat ſiquidem ex multiplicatione titulorum, dominium non multiplicari [vt in d. §. ex pluribus. l. 2. §. vlt. ff. pro emp. & l. etſi ancillam. ff. pro ſuo.] Quam rem tamen ita vtroque etiam iure temperandã exiſtimo, vt procedat niſi illa multiplicitas cauſarum ſeu titulorum eodem temporis momento, eodémque actu ad vnum concurreret effectum, vt ad retentionem directi dominij, cum vtile in accipientem transfertur. vt in caſu huius. §. Tunc ſiquidem vna cauſa per aliam minime eluditur. Nam veluti ex pluribus cauſis directum dominium quæri poteſt, ac ex diuerſis titulis, ita & vtile cõcedendo, directum retineri. Exemplum fingere licet, in eo cui res ex pluribus cauſis debita ſoluitur, quo caſu omnes obligationes vnico ſolutionis actu diſſoluuntur. Ita ſimiliter pluribus cauſis ſimul & ad eũdem effectum concurrentibus, dominium rectè quæritur [l. cum quis. §. de peculio. & l. in numerationibus. ff. de ſolut. l. ſi debitori. §. Marcellus. de leg. 1.] Quare & in propoſita materia ſi prædium meum cuiquã in feudum conceſſerim, per quem contractum mihi directum dominium reſeruo, illud idẽ poſtea nec in cẽſum, nec terragium concedere poſſum, cum vt diximus, quod ex priori cauſa directum dominium eſſet iam quæſitum, iterum ex ſubſequẽti conceſſione acquirere non poſſum. Cæterum ſi vno eodémq; actu, velim in quempiam vtile dominium transferre cuiuſdam mei prædij, & illud in cenſum, ac terragium concedam: valet ſane is contractus, nec nullam in ſe habet repugnantiam. Et is ferè mos eſt monachis noſtris, generi hominum ſanequam auariſsimo, qui ſolent ruſticis ac pauperibus ſua prædia in cenſum atque terragium concedere, quo plus fructus referant. Et huius quidem ratio eſt, quia cum ab initio coniũguntur duæ formæ, id eſt, duæ cauſæ ſeu tituli poſſidendi, quæ in idem tempus & effectum eundem conferuntur, perficitur actus ad quem conſtruendum ſunt adhibitæ, ex hiſque duabus cauſis ad illius perfectionem ſimul iunctis & concurrentibus retinetur dominium. Et hoc eſt in ſumma quod ſibi vult hæc noſtra conſtitutio.

Quod meũ eſt, amplius meum effici non poſſe.

ARTICLE TRENTECINQVIESME.

Item, que leſdictz trois droictz ſeigneuriaux ſont inpreſcriptibles, & ne ſe peuuent preſcrire par le ſubiect à l'encontre du ſeigneur, par quelque laps de temps que ledict ſubiect ait tenu les heritages ſubiectz auxdictz droictz ou l'vn d'iceux, ſans les payer ou recognoiſtre. Bien ſe peuuent preſcrire les proffitz qui en dependent, par le laps de trente ans.

ARTICLE TRENTESIXIESME.

Item & s'entend ladicte couſtume que preſcription n'a lieu eſdictz trois droictz entre ledict ſeigneur & le ſubiect. Car deux ſeigneurs pretendans vn heritage eſtre tenu d'eux à l'vn deſdictz trois droictz, peuuent preſcrire l'vn contre l'autre.

Item ledict ſeigneur feodal ne peult præſcrire l'heritage tenu de luy en fief, par quelque laps de temps qui le tienne en ſes mains par faulte de foy non faite, droictz non payez & denombrement non baillez. Et tellement que toutes & quantesfois que le vaſſal offra audict ſeigneur faire la foy & payer les proffitz qui en ſeront deuz, ledict ſeigneur ſera tenu rendre audict vaſſal ſon heritage.

§. TERTIVS.

Præterea & hæc tria dominicalia iura impræſcribilia ſunto. Nam nec à ſubiecto aduerſus dominum præſcribi poſſunt, cuiuſcunque temporis lapſu ille hæredia his dominicalibus iuribus, eorúmue alteri, obnoxia non præſtiterit cognouerítue: licet quæ inde percipiuntur emolumenta præſcribi triginta annorum ſpatio poſsint.

§. QVARTVS.

Hanc autem conſuetudinem ſic accipi oportet vt nullo tempore preſcriptio horum iurium locum habeat, inter dominum & ſubditum. Nam inter dominos de aliquo contendentes feudo, cõſtat vſucapioni locum eſſe.

§. QVINTVS.

Denique ita vetitas inter dominum & ſubditum præſcriptiones conſtat, vt ne quidem ipſe dominus hæredum vaſſalli ob fidem non factam ſeu debitum non præſtitum, retentum, nullo tempore præſcribere poſsit. Adeo vt quoties ille fidem domino reddere paratus, iuſtáque offerat, cogatur dominus res eo nomine retentas illi reſtituere.

HOs tres. §. vnico continuóque contextu legendos cẽſui quod eadem res illis contineretur. Agitur enim tantũ de preſcriptione horũ trium iuriũ dominicalium: eáne ſcilicet hoc municipali iure permiſſa ſit. Pro cuius dubitationis explicatione præmittẽda eſt ea reg. quam referunt poſt gl. Bal. & Butrig. in c. cum inter. extra. de conſuetud. Nimirum cõtra debitam obedientiam nullam admitti preſcriptionem à ſubdito. Eo quod, vt inquiunt, nemo ſine capite, id eſt principe quem in ſuperiorem recognoſcat, eſſe non poſsit. Poteſt tamen fieri vt epiſcopus cõtra epiſcopum illius præſcribat ſubditos, vt nominatim teſtatur Bal. in c. cum olim. extra. de præſcript. in vlt. verſ. vbi ait quem ſibi hoc ius præſcriptione arrogare non poſſe, vt nemini obediat, ac bene quidem vt epiſcopo ſuo iam amplius non ſubiaceat, ſed Romano pontifici. Ita eadem ratione huius conſtitutionis diſpoſitione ſancitum eſt, hæc tria dominicalia iura extinctiue (quod dicitur) præſcribi nõ poſſe. at quidem tranſlatiue tãtum: vt ſcilicet ea obedientia ſeu altera velut ſeruitus, ab vno in alterũ ex longo temporis præſcriptione transferatur. Quo fit vt vaſſallus nullo tempore poſsit eam, quam debet domino feudi obedientiam, præſcribere ſeu fidelitatem, ita vt neminem in ſuperiorem agnoſcat. Sic eſt igitur accipienda conſuetudo vt hęc iura dominicalia præſcriptione extingui non poſsint: At poſsint quidẽ ab vno in alterum dominum trãsferri.

Debitam obedientiam nullo tempore præſcribi.

Cæterũ quo huius præſcriptionis materiam ſerio agrediamur, ſciẽdum eſt imprimis, feudum atque cenſum iure cõmuni preſcribi potuiſſe. Quod ad terragium pertinet, eſt hoc nouo iure municipali introductum, iure autem ciuili penitus incognitum. Eſt itaque communis interpretum ſententia, feudum ſpatio ſaltem triginta annorum iure communi feudorum preſcribi potuiſſe, [rex. quem in eam rem expendunt Iſer. Bal. Aluaro. Præpo. & & alij, in c. 1. ſi quis per triginta annos. Si de feu controuer. ſit int. dom. & agna. & not. in c. vlt. de feud. dat. in 6. Specult. tit.

Feudum iure ciuili per triginta annos præſcribi potuiſſe.

de feud.§. quoniam verſ. tertio quæritur. arg.l.cum ſatis.de agric.& cen.lib.11.C.& l.eum qui. de fund.pat.C.eodem lib.cum multis iuribus & arg. ab eodem in illo loco adductis.& à Paul.Caſt.con.155.Circa preſentē. col. pe. & Dec. con.468. Superiori anno. num.2.] Quod tamen hac noſtra cōſtitutione correctum emendatúmque conſtat. Cui conuenire quoque videtur quod iure ciuili vſufructuarius erga proprietarium, ita obſtrictus eſt & vaſſallus (qui vſufructuario ſimilis eſt) erga patronum, vt rem quam à dominis habent, illis conſeruare teneantur, adeo vt eam deteriorem reddere alienaréue prohibeātur, idque ſub commination amiſſionis vſusfructus,& feudi[vt ſunt caſus in l.æquiſimum.in 1.2.& 3.§. de vſufr. & in.§.quid ergo. de inueſt. de reb.al.fa.not. Immo.& Gemi.in c.apoſtolicæ.de ſent.& re.iud.in 6.& Bal.in tit.de pac.ten.§.publici latrones] Qua ratione hæc noſtra conſuetudo interdixit vaſſallis ne hæc dominica iura aliquo præſcriptionis titulo vſurparent, ſentiens ſcilicet ſi ita fieri permitteret, fore, vt quis ex mala ſua fide & improbitate commodum conſequeretur, contra omnem iuris rationem [l. itaque fullo.ff. de furt.l.ſiue hæreditaria. de neg. geſt.& l. ſi cui in prouincia. ex quib.cauſ. maio.]

Hodie feuda eſſe impræſcriptibilia.

Verùm, quo facilius agnoſcant pragmatici, in quibus iura antiqua circa feudorū præſcriptiones hodie hac noſtra cōſuetudine correcta ſunt, puto ego feudalē præſcriptionē in ſeptē ſpecies rectè diſtingui poſſe, quas ſingulas nos ſeparatim explicabimus. Prima eſt, quādo preſcriptio tendit ad conſtituendum de nouo feudū. quod quomodo accipiendū ſit, tribus exemplis declarabimus. Primū, ſi quis cum feudum mille iugerum haberet, huius vicinus centum vſurpauit, pro quibus ille debita domino obſequia per triginta annos præſtitit: conſtat eo caſu vicinū hunc, feudum illud cētum iugerum hac tricēnij præſcriptione ſibi acquiſiſſe, & quidem ſine inueſtitura: licet communis ac regularis modus conſtituēdi noui feudi, ſit per inueſtituram à domino factam[vt eſt tex. in tit.qual.ol.feudi acquir.quem in hoc allegat Odof.in l. traditionibus. C.de pact. vt refert Old.de Pont.con.133.factum tale eſt: dominus.col.2. verſ.adhæc.] Quare impoſterum centum illa iugera, quæ antea domini propria fuerant, preſcriptione feudalia erunt, ita vt, quod ad vtile dominium, præſcribentis futura ſint.[tex.in ci. §. ſi quis per triginta annos. & Abb. in c. vlt.col.7.verſ.ſed quæro.de præſcri. Quo caſu ſufficiet ſecundum Zaſ.[in ſua epitome feud.par.6.c.1.]ſeruitia, vt fidem, & homagium, ſemel præſtita fuiſſe, cum neceſſe ſit ea ſingulis annis præſtari.[c.cum de beneficio.de præb.in 6.] Tum quia traditum eſt quaſi poſſeſſionem per vnicum actum acquiri. [vt not. in c. cum eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſ.& prop.extr. vbi gl. Innoc & Abb.& in c.2.extr. de integ. reſtit.& Bal.in l.1.C.de ſeruit.& aq.]Hic tamen tria concurrere oportet. Primum, vt qui poſſeſſionem per triginta annorum tempus preſcribit, ſine interpellatione tāquam feudalem habuerit. Secundum, q̄ huiuſmodi ſeruitia ex re illa tanquā feudali præſtiterit. Tertium, quòd ea poſſeſſio vniformis fuerit, id eſt, vt res ipſa ſemper habita & poſſeſſa fuerit, formiter, vt feudalis,& vt à vaſſalo. Alioqui in dubio præſumeretur poſſeſſa vt propria, & ſua. [Dec.conſil.144.Et mature pro.not.in §. ſi quis per 30.an.de feud. contro.inter domi,& agna.not. Alex.conſ.169.viſo themate ſuperſcripto.col.2.vol.2.] Secūdum exemplum, ſi res allodialis, id eſt, immunis & libera ab huiuſmodi ſeruitiorum onere, iuſto errore recognita fuiſſet in feudum ab aliquo. Recognitio enim huiuſmodi preſcribēdi cauſam, ei cui facta fuiſſet, vtique præſtaret. ſed duobus demum concurrentibus. Primo, ſi(vt dixi) iuſtus fuiſſet huiuſmodi error.[Bartol.nominatim & Imm. in l. celſus. ff. de vſucap.] Secundo, vt poſt huiuſmodi recognitionem ſeu poſſeſſionem, triginta anni ſucceſſiſſent. Minoris ſiquidem temporis præſcriptio in feudis locum non habet,[Feudiſ. in cit.c.ſi quis per triginta annos. & cano. in c.cum ad audientiam.extra. de præſcr.] His adde tertium,[ex Guid.Pap.in deciſ. delph. quæſt.315. Sed iuxta præmiſſa.] Si poſt huiuſmodi recognitionem ſequeretur aliquis actus, vel vſus ad dictam recognitionem pertinēs, vt puta homagij, aut cæterorum ſeruitiorum feudalium exhibitio, cum ex ſola recognitione ius minime quæratur.[Io.Fab.in §.eque.verſi.tertio quæritur.inſt.de act.] Aduertēdum eſt tamē iſta duo poſtrema, nempe 30.annos, & vſum, neceſſario cōcurrere non oportere, ſed ſufficit horum alterum: vt ex geminata confeſsione videatur omnis error

ac dolus purgatus. [l. cū ſcimus. vbi Accurſ. & ſcrib. de agr. & cenſ. lib. 11. C.] Cæterùm, vbi omnis error dolúſue ceſſaret, reíque allaudialis dominus, ex certa ſcientia, aliquem in dominum feudalem reſpectu illius rei ſuæ recognoſceret, non video quid obſtat quominus eam ſtatim feudalem effici dicamus, cū licuerit rei ſuæ quā voluit legem imponere. [l. in re mandata. C. mand. Bald. in l. cenſualis poſſeſsio. de donat.] vel certè exiſtimarim per huiuſmodi recognitionem probari rem ipſam feudalem eſſe. [vt ait Guid. Pap. in deciſ. delph. quæſt. 272. vtrum dominium. col. 3.] Quinetiam cenſuit Specul. in d. §. quoniam. verſ. quarto quęritur. de feud. quem poſſe ſe alterius hominem, vt vocat, ligiū conſtituere ſimpliciter, ac ſolo pacto, nullāque adiecta cauſa. [per c. grandi. ibi: Fidelitate, homagio, iuramento, ſeu pacto. extr. de ſupp. neg. prælat. in 6. & l. ſi quis ſpontaneos. de decur. libr. 10. C.] eo quòd per huiuſmodi homagium non infringitur libertas, ſicut per ſeruitutem. Quod approbat Io. Fab. inſt. de iu. perſ. §. 1. col. pen. multo magis vbi cauſa ratione certæ rei adiecta fuerit. Sin autem interuenerit error iniuſtus, vt quia rem meam in feudum ab aliquo teneri putarē, cui ideo homagium fecerim, recognoſcens me illius vaſſallum eſſe, conueniunt omnes, huiuſmodi erroneam recognitionem confitenti minimè nocere, [not. in l. cum falſa. C. de iu. & fac. igno. Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſ.] ac minus is error præiudicat hæredibus. [teſte Bal. in l. tranſactione. C. de tranſact.]

Idem iudicandum exiſtimo, vbi producitur titulus vitioſus. [ſecundum Inno. in c. dudum. ſuper verb. confirmatione. ext. de decim.] Siquidem qui vitioſum ac iniuſtum producit titulum, is in cauſa eſt, vt nullum iuſtum habere præſumatur, cum coniiciatur ſi quem habuiſſet, illum producturum fuiſſe. [vt nominatim tradit Egid. Bellame. in conſ. 10. Factum tale eſt. Io. Mart.] Quantumuis igitur longæuus ac diuturnus vſus non iuuabit eum qui in hac præſumpta fide mala verſatur.

Tertium exemplum eſt, quādo res quæ de recenti recognoſcitur in feudum ab aliquo teneri, erat alterius domini tributaria. Vt quia in cenſum vel terragium ab alio domino teneretur. Qua in re maior quidem vis eſt, cum in ea non ſolum de recognoſcentis agatur præiudicio, ſed & de iure alterius, cui recognoſcens præiudicare non poteſt. Vnde quæſtionis eſt, an huiuſmodi recognitio, ei cui fit, cauſam præſcribēdi præſtet in illius præiudicium, qui verè directus eſt dominus, ad hoc vt res illa, quæ antea cenſualis aut terragialis erat, nouè feudalis efficiatur. Ac mihi ea in re concludendum videtur, vt cum is qui recognoſcit, profiteatur tacitè ſe huius rei cuius nomine recognitionem facit, vtile tantùm dominiū habere, nec poſsit alium recognoſcendo quàm verum dominum, cauſam poſſeſsionis ſibi mutare, ad hoc, vt ipſi qui iādudum fuiſſet cenſuarius vel terragialis nunc efficeretur feudatarius: multo minus poſsit præiudicium inferre iuri directi dominij, quod erat penes aliū à quo vtile dominium habuit, ſed nec quidem ei quē nouè recognouit cauſam præſcribendi præbere. [tex. in l. nemo. & l. vlt. C. de acq. poſſeſſ. Pont. in con. 371. in propoſitæ conſultationis articulo. in penult. quæſt.] Quod vſqueadeo verū eſt, vt dominus directus huiuſmodi recognitionē à ſuo cenſuario factam, ſeu ſubdito quādocunque reuocare poſsit. [tex. in c. 1. §. 1. de capit. Conr. quod tamen eo in loco gl. intelligit intra triginta annos.] Hæc tamen intelligenda ſunt quando ſimpliciter cenſuarius vel terragialis, in finibus nudę profeſsionis, ſeu recognitionis in feudum erga tertiū ſtaret. Nam & in ſimili dicimus per actus ciuiles, vt puta conſtitutum & precarium, colonum poſſeſsionē veri domini non interuertere. [l. quanuis. §. 1. vbi doc. ff. de acq. poſ.] Secus ſi realiter iſte recognoſcens inueſtituram recepiſſet, ac fidelitatem iuraſſet, ſeruitiáque præſtitiſſet, & laudimias ſoluiſſet. Nam certum eſt per huiuſmodi reales actus, poſſeſsionē prioris domini interuertiſſe cenſeri, ac præſcribendi cauſam ſecūdo domino pręſtitiſſe. [per l. colonus. & l. cum fundum. C. de vi. & vi arm. not. Bald. in cit. l. nemo. & in l. Pomponius. in veteri lect. quibus mod. vſuff. amitt.]

Secunda ſpecies eſt circa feudi conſeruationem. Veluti ſi forte feudum in cōmiſſum propter denegationem incidiſſet, [vt j. de obuen. feu. §. vlt. in vlt. parte] vel pacto aut alia cauſa in iure inſerta: tum exiſtimarem, ius auocandi feudum, tanquam cōmiſſum, triginta annis præſcribi [vt eſt in eam rem expreſſa Guid. deciſio in quæſt. 412. Pone quòd poſtquam. Et ita cōſuetudinē obtinuiſſe teſtatur Alber.

cōſ.61.in cauſa feudali.] Nec obſtat(quod quidam putant) l. 2.C. de vectig. & cōm. nec quæ per eam not. Bart.in l.commiſſa. ff.de public.& vect. vbi iuri agēdi ad commiſſum quinquennio præſcribitur. quia hoc ea fit ratione, quod commiſſum illud ex cauſa delicti procederet. At iſtud conditione ex lege feudorum & municipij noſtri.[vt in d.§.vl.j.de obuen.feu.] quam perſonalem eſſe conſtat. vt ſunt cæteræ conditiones.[§.in perſonam.inſt.de act.l. actionum genera. ff. e.] Ideóque non niſi longiſsimo tempore, triginta ſcilicet annorum, præſcribi ſolet.[inſtit.de perp. & temp.act.ſub princ.]

Tertia ſpecies conſiſtit circa feudi augmentum:in qua quæri ſolet, an illud præſcriptione acquiratur. Et quidem pleriſq; viſum eſt,non præſcribi,quod cum feudū ab initio fuerit limitatè conceſſum,vt certo ſciretur quid, quantúmque vaſſallo datum eſſet, nullum recipere poſſet augmētum.[l.in agris. ff. de acq. rer. domi.plenè tractant Feudiſt.in c.1.§. ſi quis de menſo. de controuer.inueſt.] Quare illud ſecundum fines poſitos æſtimandum putant, qui conceſsionis tempore extabant, vt de lacu dicitur.[in l.Rutilia Polla.ff.de contrahen.empt.facit.l.vicinus.§.vlt.ff.de aq. plu.arc.l.lacus.ff. de acq.rer.dom.] Vnde feudi conttractus ad aliud trahi non debet, quàm ad illud, quod eſt in eo deductum. [l. ſi vnus.§. ante omnia. ff. de pact. tex.in l.qui fundum.§.1.ff.pro emp.]Nam quod dicimus id quod poſtea fundo ſuperadditur,paulatim, ac temporis ſucceſſio eiuſdem naturæ fieri cuius eſt fundus cui vnitur in alluuione.[inſt.de rer. diuiſ. §.præterea.& in l.adeo.§.1.ff.de acqui.rer. dom.]diſtinctionem recipit,vt quæ naturaliter & paulatim accreſcunt alteri rei (vt per alluuionem) eiuſdem naturæ eſſe cēſeantur,cuius eſt fundus cui adiunguntur.vbi verò apparens ac euidens eſt incrementum,ſiue naturale id ſit (quale eſt inſulæ natæ in medio maris è vicinio fundi mei:) ſiue facto hominis, tum res diuerſa, ac vt ſeparata à re cui accedit, intelligitur. [Quæ diſtinctio probatur ex l.ſi ego.§.penult.ff. de public. & in d.l. qui fundum.§. 1.pro empt.] Vnde in propoſito caſu.exiſtimo, ſi ex tenore inueſtituræ conſtaret fundū mille iugerum, certis præſcriptum limitibus in feudum conceſſum fuiſſe, & huic fundo centum de nouo ſuperaddita iugera,& ſimul vnita, ſimúlque poſſeſſa, per triginta annorū ſpatium fuiſſe(quod eſt commune ac regulare præſcriptionum tempus,vt infrà docebimus)ea tamen cētum adiecta iugera de natura feudi cui addita ſunt non effici, eo quòd fundus feudalis,cui addita ſunt, aliam ſeparatámque conditionem ab his habet.[tex.in d.l.cum fundus.§.1.] ſed cum ſua cauſa ac cōditione tranſierunt, vt puta ſi prius in cenſum vel terragium tenebantur, cenſualia vel terragialia remanſerunt. [arg.l.ſi cōuenerit.§.ſi fundus.ff. de pign. act. & quæ not. Bar.poſt.Cug.in §.ſi nuda.eadem l.] Nam & traditū eſt vnionem ſeu cōiunctionem fundi cum altero ſeruitutem minime extinguere.[l.fundus.ff. cōm.diuid.interpr. in d.§.ſi quis de menſo. Bart. & Iaſ.in l.de quibus.ff.de iuſ.& iu.] Eſt tamen verum, ſi feudatarius vtriuſque fundi dominus, ex certa ſcientia, illa cētum iugera in ſuo cathalogo, ſeu dinumeratione ampliaret, & pro eis homagium feciſſet, cæteráque huiuſmodi ſeruitia præſtitiſſet, tunc cenſerem hoc augmentum,licet alioquim allodiale eſſet,ſtatim feudale effici: Quod ſi tributarium, vt puta cenſuale, vel terragiale eſſet, & poſt hanc recognitionem ſecutum fuiſſet tempus triginta annorum: tunc per præſcriptionem quoque feudale fieri,per ea quę in ſimili definiuimus,ſ,eo. in 1. ſpecie. Vnde & ſoluitur alia dubitatio: Cum feudum haberem, à quo plura dependerent prædia in cenſum vel terragium, ſi qua ex his mihi emi, feudóque meo adieci,an ſtatim &illa vnione ſeu adiectione augeatur feudum, & ita quod cēſuale vel terragiale erat illico feudale efficiatur. Et conſtat minime feudale fieri,eo quod illa quæ vnita ſunt, diuerſæ ac ſeparatæ naturæ eſſent. licet fatear,ſi poſt huiuſmodi deſtinationem, & vnionē rei cēſualis cum feudali, ego ita vnitū fundum longiſsimo tempore poſſederim, & in cathalogo ſeu dinumeratione mea illud augmentum, tāquam feudale conſcripſerim, id quod adiectum eſt, naturam dignioris aſſumere,& ita feudale effici. [in quā rem adduco tex.in l.Seię.§.tyrānus.ff.de fund. inſtr. in his verbis,(& quæ ſemper in vſibus huius poſſeſsionis habuerat:) & ibi, (fundo grecinio ita cōiunxiſſet.)fac.quę not.in l.prædia.§.1.& ſeq. de leg.3.] Cæterum,ſi quod adiectum eſt,feudale eſſet,vt puta quia ego de feudo meo(vt aiunt vulgo)feci domanium meum:tunc proculdubio cenſeo illud ſubfeudum effici.[d.l.ſi·

Limitatos feudi fines nec augeri neque diminui.

Coniūctionem fundi dominantis cum fundo ſeruiēte minime ſeruitutem extinguere.

conuenerit.2.§.ſi nuda.& quę eo loco not. Cug.& Bart.ff.de pig.act.& in l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pac.dota.]In quā rē facit ea vulgaris iuris ratio, qua dici ſolet in habentibus ſymbolum facilem eſſe tranſitum de vno in aliud.[l.pater filium. §.quindecim.de leg.3.l.an inutilis.§.1.ff.de acceptil.]quod ita accipiendum eſt,ſi re ipſa fiat iſta vnio ſeu incorporatio cum antiquo feudo:non ſi ſeorſum, & (vt vulgo dicitur) ad partem teneatur ſubfeudum acquiſitum, vt nos explicabimus infrà de feud.

Quarta ſpecies in qua tota horū trium capitum vis, ac difficultas conſiſtit, eſt ad tollendum ius feudi. In qua quidem accipienda eſt ea diuiſio, quæ expreſsim hoc vltimo.§.ſcribitur.vt diſtinguamus, præſcriptionem inter dominū & vaſſallum:à præſcriptione tertij aduerſus dominum de dominio directo,&aduerſus vaſſallum de dominio vtili. Quod ad primum diſtinctionis membrum attinet. hodie noſtra conſuetudine deciſum eſt, nec vaſſallum aduerſus dominum, nec econuerſo dominum aduerſus vaſſallum præſcribere poſſe. Ratio in promptu eſt. quia cum feudum directi ſit dominij, & ſuperioritatis recognitiuum,ideo prę ſcribi non poteſt [l.comperit. C. de præſcrib. trig. vel quad.ann.c.ad hæc.§.porro.16. quæſt.3.& c.cum non liceat. extra.de prælcript. & §. meminimus.] Sed nec vaſſallus ſolum ita præſcribere poteſt, ſed nec quicunque alius habens cauſam à vaſſallo [c.1.§.1. de capit.Conr.& l. cum nemo.& l.vlt.C. de præſ.trig.vel quad.ann. Bal. in l. pomponius.in vet.lect.ff.quemad.ſeruit.amitt.] Quod intellige, quando vaſſallus vel qui ab eo cauſam habet, in meris finibus ceſſationis ſtetiſſet: ſecus ſi interpellatus de fidelitate præſtandi, & exhibendis ſeruitiis, denegaſſet, & poſſeſsionem veri domini interuertendo, alium in dominum agnouiſſet,ſeu(vt dicitur) aduocaſſet,eidem homagium præſtando. Tunc enim cauſam prę ſcribendi huic tertio præſtitiſſe cenſeretur. Quod autem diximus vaſſallum non poſſe aduerſus dominum ius feudi præſcribere, intelligendum eſt quoad vniuerſum ius feudi, vt ſcilicet omnem quam debet domino ſubiectionem, vaſſallus non poſsit vllo temporis ſpatio præſcribere. At certas ac ſpeciales libertates, ſeu exemptiones præſcribere poſſe opinor, puta cum feudum vendit, vt nullæ domino debeantur laudimiæ, vel non ad rationem quinti vel ſubquinti denarij, vt ferè fit, ſed vt duodecima tātum pars ſoluatur, vel vt cū frater fratri ſuccedit nullus debeatur rachatus (quanuis in contrarium ſit conſuetudo apud nos.vt j. de obuen.feu.) aut quid ſimile. [In quā rem tex.ſunt in c. cum non liceat coniuncto, cauditis.extra.de præſcrib.c.accidentibus de exceſſ.præi. & in c.1.de conſang.& affinit. Cy. in l. comperit. de præſ. trig. vel quad.ann.]

Inter vaſſallum & dōm nullā curre re præſcriptionem.

Certas quaſdam exēptiolus non poſsit vllo temporis ſpatio præſcribere.

Porro quod ad ſecundam huius ſpeciei partem pertinet, quæ eſt de tollendo feudo ex præſcriptione tertij, diſtinguēdum arbitror vtrum ſe habeat præſcriptio ad potentiam an ad tempus. vt ſi ad potentiam ſe habeat, feudum à tertio præſcribi poſsit,tam iure communi, quàm hoc noſtro municipali. Ita vt ſi tertius recognitus fuerit vt dominus, idque triginta anni ſubſecuti ſint, tum conſtat ius directi dominij ſibi acquiſiſſe. Itidem ſi tertius feudum ſeu ipſum prædium feudale per triginta annos poſſederit,ius vtile prę ſcribit quod habebat vaſſallus: vt in ſimili rem emphyteoticam aduerſus emphyteotam, ſine præiudicio tamen iuris directi domini feudalis, vel emphyteotici. [gl. ſing. in c. ad audientiam.in ver. principaliter. extra. de præſcript. Quam ibidem approbant Card.Imm.Abb.& Bal.adduco & Bart.in l.3.§.ex contrario.in 1.col.ff. de acquir. poſſeſ. vbi in eam ſententiam allegat caſum in l. ſi finita. §. in vectigalibus.ff.& public.iunct.l.eum qui.in princ. e.cum gl.] Exemplum fingit Angel. [in l. vſucapionem. ff. de vſucap.] in Romana eccleſia, quæ ſi cui comitatum cōceſſerit, quem poſtea tertius aliquis ſuperueniens per triginta annos poſſederit, valebit quidem prę ſcriptio abſq; tamen vllo eccleſię prę iudicio, quia res nulla contra Romanam eccleſiam præſcribitur minori tempore centum annorum.[Quam ſententiam ſequitur vterque Imm. in d.l.vſucapionem,& in l.quamuis.e.tit. huc ſpectat glo.in c.volumus.16. quæſt.Bal.in cit.c.1. de capi.Cor.& in auth.quas actiones.col. 6. ver. extra. oppono.C. de ſacroſ.eccleſ. & in l.2.col.8.de ſeruit. & aq.] Si ad tempus ſe habeat præſcriptio, tum aduertendum erit quòd iure in feudis vt plurium præſcriptio regularis fuit triginta annorum, ſiue aduerſus dominū ex parte vaſſalli[vt eſt caſus in cit.§.ſi quis per trigin-

Aduerſus vaſſallū,emphiteutā vel ſuperficiarium præſcriptionem currere.

Præſcriptiones feudorū vt plurimū olim fuiſſe 30. annorū.

ta annos.] siue ex parte domini ad constituendum feudum, aut (quod vulgo dicitur) ad asseruiendam rem ad naturã feudi [Bart. in l. solent. §. non vero. sub fi. ff. de off. procur. & leg. Et Odof. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. vbi ipse Bart. adducit l. vlt. C. de præscript. lõg. temp. Quod & confirmant Bal. Cy. & Ias. in l. si certis annis. C. de pact. in vlt. col. & idem Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt.] Siue ex parte tertij ad præscribendum contra dominum ius directum, seu contra vassallum ius vtile [c. 1. §. præterea. & quæ eo loco tradit Bal. post gl. de capit. Corr. & in cap. 1. §. porro. qual. ol. feud. pot. alie.] nec quidem sufficiebat longum tempus, etiam cum titulo [per l. cum satis. de agric. & cens.] sed in omni casu requirebantur triginta anni, cum ista præscriptio magis ad personam quàm ad rem pertineret. Nisi quòd iuxta communem Canon. sentẽtiam in feudis ecclesiæ præscribendis requirantur quadraginta anni. Is enim fere est ecclesiasticarum rerum præscribendarum terminus [auth. quas actiones. C. de sacrof. eccles. c. illud. extra. de præscript. Deci. in cit. con. 144.] Eo quod consentiunt fere omnes per vsus feudorum minime derrogatum esse reipub. nec ecclesiis. [allegant l. iubemus de fin. patr. lib. 11. C. & l. 1. ne rei dom. vel templo.] Verũtamen quia ex vsu generali regni, feuda ad instar patrimoniorum redacta sunt, vt nos infra declarabimus in Rub. de feud. & quia prẽterea hodie feuda magis sunt in rem quàm in personam, concludendũ existimo hodie feuda præscribi posse secundum iuris communis regulas, aut saltem apud nos iuxta iuris nostri municipalis modum, quod est tempus decennij inter præsentes, & viginti annorum inter absentes: idque cum titulo & bona fide: aut sine titulo 30. annorum contra priuatum, & contra ecclesiam quadraginta annorum. vt j. de præscript. §. vnico. Quod intelligitur de alia præscriptione, quàm quæ fit inter dominũ & vassallum. ea enim omnino sublata est vt constat ex hoc tex. §. 4.

In rebus ecclesiæ præscribendis requirit quadr. annos.

Quinta species præscriptionis ad minuendum feudum tendit: in qua breuiter concludendum existimo, vt in quibus casibus diximus feudum posse præscriptione augeri, possit & in eisdẽ diminui [arg. eorũ quæ not. in l. quæ de tota. de rei vẽd. facit l. si duo. in fi. de administ. tut. Quam rem disputo vberius j. de obuent. feud. §. vlt. sub fi.]

Sexta species tendit ad alterãdam feudi naturam. in hac regulam hanc constituimus. Contractus feudi ex conuentione partium legem accipiunt, sicut & cæteri fere omnes actus [l. 1. §. si conuenerit. ff. depos.] Tãta enim est pactorum virtus de quibus in contractibus gerundis conuenit, vt contractum etiam in oppositum conuertãt. [l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor.] vnde si in contractu feudi quædam sint apposita pacta, licet ab eius natura aliena & exorbitantia, illa tamen viribus subsistũt. [notatur in c. 1. §. prẽterea. quid sit inuestit. & in c. 1. de eo qui sibi & hęre. suis. & in c. 1. de inuestit. quam accip. Tit. à Semp. tradit nominatim Old. de pon. con. 234. factum tale est. quidam miles.] Quo fit vt cum feudi natura possit pacto alterari, magis præscriptionis vis id possit. [per ea quæ s. annotaui ex Specul. in d. §. quoniam ver. tertio quæritur.]

Naturam feudi posse vi pacti ac præscriptionis immutari.

Supereſt vltima species, quę ad iurium vtilium feudi liberationem tendit. In qua distinctione hoc textu expressa vtimur vt scilicet ius honorificum feudi præscribi non possit: At possit vtile tricennio, veluti si pro feudo debeatur agnus, vel quid aliud (quod aiunt) bursale. Qualis est apud Turones mos, vt domino feudi pro peregrinatione eius, vel pro dote primogenitæ suæ filiæ quid persoluatur, quę iura vocãt ipsi legalia iuuamina. [horum meminere Cy. Pe. & Bart. in l. 2. C. quæ sit loc. consuet.] Et in hãc sentẽtiam Hubert. bobium vetustissimum interp. post multas disputationes concluſisse refert Ioan. And. in add. ad Specul. tit. de feud. quæ etiam placuit Abb. in c. ad audiẽtiam de præscript. dummodo vassalus in bona sit fide. Crediderim tamen ego nihil necesse esse super bona fide dubitari. Cum hæc præscriptio ex possessione non currat, nec ex titulo, aut bona fide. Nec enim ad lucrum quærẽdum cum alterius iactura spectat, sed liberationem concernit ex sola non petentis negligentia. [In quam rem extat decis. Bart. in l. sequitur. §. viam ff. de vsucap. quam nominatim sequitur Bal. in cit. §. si quis per 30. annos. & ante eum Host. in c. vlt. extr. de præs. licet multi sint refragati, vt eo loco Abb. & Fely. testantur.] & hactenus de prima iuris dominicalis specie.

Iura vtilia seu fructus, & vtilitates feudi præscribi posse.

Nunc ad secundam iuris dominicalis speciem recto ordine deueniẽdum est. vi-

De præscriptione census.

dicet census qui hic sumitur pro iure quod in recognitionem directi dominij præstatur, vt declarat tex. in §. 1. ſ. eod. de quo nos latius agemus ſ. de cens. vbi ostendemus cēsum in alium sensum accipi hac consuetudine, atque iure communi accipiatur. Sciendum est autem censum dupliciter considerari posse: Vno modo, vt principi debetur in signum subiectionis recognitionisq;. Et hic tam iure communi, quàm nostro municipali prescribi non potest, sicut nec ipsa subiectio propter quam præstatur [l. cōperit. & l. male agitur. C. de præscrib. trig. vel quad. ann. & c. cum non liceat. extra. de præscrip. & quæ not. in c. officium. extr. eo.] Altero autem modo consideratur census, vt scilicet priuato debetur. Et hic præscribitur quadraginta annorū spatio [l. omnes. C. de præscrip. trig. vel quad. ann. ita nominatim concludunt Cy. & Saly. in cit. l. comperit. & idē Cy. in d. l. male agitur. Abb. in cit. c. ad audientiam. in vlt. col. & ibidem Fely. in 7. col. item rursus Abb. in c. cum contingat. in 5. col. extra. de fo. comp. & in c. significauit. extra. de cens.] Et vtriusque speciei census rationem differentiæ tradit Saly. [in d. l. cōperit] eo quod principum priuilegia ad priuatos minimè sunt extendēda. cōfirmatur & hac ratione, quod quæ principi in recognitionem supremæ potestatis præstantur præscribi non possunt, veluti suprema iurisdictio & alia similia. Quinimo neé vtile dominium per quod directum excluditur. Fieret enim vt regna ac imperia tandem præscriptioni subiacerent, quod fieri non posse testatur Bal. in auth. quas actiones. C. de sacro. eccles. Certè præscribi potest vtile dominium, directum (quod aiunt) non eneruans, sed quod illi subseruiat, sicut & iurisdictio subalterna correspōdens supremę cum omnibus commodis prescriptionis. [l. viros. de diuer. offic. lib. 12. C.] Ex quo inferre licet præscribi istud ius non posse, ne quis ad principem appellet, cum istud ad supremam principis iurisdictionem pertineat. Præscribi tamen potest ne ab episcopo, ad archiepiscopum appelletur, cum istud ad inferiorem tantum iurisdictionem pertineat [secundum Bal. in c. venientes. extr. de iureiu.] in cuius decis. cōfirmationem adduco vrgentiorem rationem. Nam sicuti præscribi potest subiectio inferioris à principe, ita & census: etiam si in subiectionis signum, & recognitionem illi præstaretur: ne maioris efficaciæ sit signum, quàm signatum. [& ita colligit Abb. in c. ad audientiam sic. fi.] Nec huic distinctioni inter censum principis, & priuatum obstat c. constitutus. extra. de relig. dom. Nam tex. ille loquitur in censu, loco subiectionis constituto, & debito: ideo sicut subiectio neutiquam præscribitur [d. c. cum non liceat. de præscript.] ita nec census loco subiectioni subrogatus, & qui illam representat tanquam illi quædam velut illius imago. Quicquid sit, consuetudo nostra, reiecta hac distinctione, debeatur ne census principi an priuato, generaliter definit cēsum respectu subditi aduersus dominum neutiquam præscribi posse, quocunque temporis lapsu subditus in illius præstatione cessauerit. Cui nostræ consuetudini perpetuo standum est, cum præsertim in huiusmodi materia censuali plurimum valeat consuetudo. Illa quippe sola potens ac efficax est ad inducendum censum, vsque adeo vt asserat Abb. in cit. c. ad audientiā. in petitione census sufficere consuetudinem pro causa exprimere [& huius sententiam videtur confirmare tex. in c. dilectus. extra. de offic. ord. & quæ not. Ioan. And. eo loco. Ita in simili decidit Io. Fab. in §. præiudiciales. 21. col. in vers. sed pone, talis libellus. inst. de act.]

Sola consuetudine probatur cēsum deberi.

Postremo, quod ad tertium ius dominicale, quod est terragium, pertinet, constat illud à consuetudine esse inductum ac creatum, ab eáque primam sumpsisse originem, substantiámque, atque naturam: ideo nihil aliud habeo quid super eo iure dicendum putem, quàm quæ eadem consuetudine inducta sunt. Extat in eam rem specialis titulus. ſ. de iu. terr.

De iuris terragij præscriptione.

¶ Subiecto.

SVmma est huius consuetudinis nostræ æquitas, quæ ius æquale inter dominū & subditum cōstituit, vetita aduersus alterutrum præscriptione: parem scilicet in correlatiuis dispositionem inducēs. Mutuo enim sese respiciunt subditus & dominus, sicut vēditor & emptor: ideo quod in vno dispositum est, in altero quoq; dispositum censetur, [text. in l. 1. C. de Cupres. l. vlt. ff. de acceptil. l. vlt. vbi plenè moder. Mediol. C. de indi. viduit.] Nam quēadmodum vassallus dominum in vniuersali sua iurisdictione & potestate tueri ac

conſeruare pro virili tenetur: ita & dominus vaſſallum in ſuo feudo. [c.1.de for. fidel. & in c.1.de no.for.fidel. & nominatim Bal. in c.intellecta.extra.de iureiur.] Et ſicut vaſallus ob delictum in caput domini cõmiſſum feudo priuatur, ita vt vtile dominium quod in prædio feudali habebat, cum proprietate in rem domini conſolidetur. [vt eſt caſus.in c.1.§.denique. Quæ fuit pri.cauſa benefic. amitt.] ita & econuerſo habita perpetuo correlationis ratione, dominus ob facinus in ſubditum patratum iure ſui feudi priuandus venit, quod cum vtili dominio ad vtilitatem læſi vaſſalli conſolidatur. [c.1.§.domino cõmittente feloniam. ſi de feu.contro. fuer. in.dom. & agn.vbi Aluar. eſt & tex.ſing. in c.1.qual.dom. propriet. feu.priu. & gl. in d.c.1.§.item qui domino. quæ fuit prima cauſa ben.amit.] Item ſicut domini intereſt ſubditos non perdere, ita è re ſubditorum eſt dominum non mutare. [vt not. in c.humilis.extrau.de maior. & obed. & in c.imperialium. §. præterea ducatus. de prohib.feu.alien. per Feder. & plenè in c.1.§.ex eadem.de capit. Cor.Innoc.Bal. & Alb.in c.auditis.extra.de præſcript.]

E re domini eſſe ſubditos nõ perdere, & ecõuerſo.

Cæterùm, in preſcriptione ſubditorum aduerſus dominum, qua de hoc 3.§.agitur, duo ſunt potiſsimum aduertenda, in quibus tota huius conſtitutionis difficultas conſiſtit. Primum, vt ea capienda ſit, quãdiu ſubditus poſsidet vt vaſſalus, cenſuarius vel terragialis, cum hoc caſu nec per conſuetudinem noſtram, nec iure communi, etiam ſi infinitis temporibus poſsideret vtique præſcribere poſsit. [Caſus ſunt in l.malè agitur, & l.cum notiſsimi.§.eodẽ iure.C.de præſ.trig.vel quad.ann. & vtroque in loco latè interp. & nominatim Bal. in l.neque. C.de vſuf.] Nam emphiteutę, & feudatarij non niſi naturaliter rem poſſident, ex qua naturali tantùm poſſeſsione nullo vnquam tempore proprietatem, ſeu directum dominium aduerſus dominum præſcribere poſſunt. [l.acquiritur. §. vlt.ff.de acq.rer.dom. Dy.in reg.ſine poſſeſsione.de reg.iu.in 6. Accurſ. Cy. Barto. & cæteri.in l.comperit.de præſcr.trig. vel quad.an. Bart. & alij, in auth.perpetua.C. de ſacroſ.eccleſ. & in l.3.§.ex contrario. de acq. poſ.] Adde quòd quemadmodũ ipſe vaſſallus feudũ quod à dominis recognoſcit, præſcribere non poteſt, per iura ſuprà citata, ita nec illius hæredes. [l.cum hæres. ff.de diuer. & temp.preſ. vbi cum hæres in vniuerſum ius defuncti ſuccedat, ignorãtia ſua defuncti vitia non excludit. & ita definiuit nominatim Alex. conſil. 84. in cauſa vertente. volu.1.] Alterum, quod ea conſtitutione declarãdum venit, eſt quòd licet interpretes in locis ſuprà citatis eam limitẽt, niſi ſubditus poſſeſsionem domini interuerteret, tamen conſuetudine noſtra ad ſuam ipſius vtilitatem interuertere non poteſt, nec ideo ſibi præſcribere. eo quòd per conſtitutionem §.1.ſ. nemo poſſit rem aliquam immobilem poſsidere, niſi eius nomine aliquem in dominum recognoſcat altero ex ſuprà commemoratis tribus iuribus. Quam quidem recognitionem hoc §. cõſtituitur impræſcriptibilem eſſe: ita vt neutrum ex his iuribus dominicalibus præſcriptione acquiri poſsit. Quam etiam interuerſionem nec facere poterunt ſubditi ſola animi deſtinatione. nemo enim ſola voluntate ſibi poſſeſsionis cauſam mutare poteſt. [l.quum nemo. C.de acq.poſſeſ.] niſi ad opus (quod aiũt) ſeu vtilitatem tertij, vt expreſſe cautum apparet ex hoc §.4.

Ex naturali tantum poſſeſsione preſcriptionem non quæri.

Vnde optimum erit didiciſſe qualiter fieri poſsit huiuſmodi interuerſio. Et quatuor modos ſubiiciemus, quibus poſsit quilibet diiudicare, quãdo procedat præſcriptio, nécne.

Quatuor modi poſſeſſionis interuertendæ.

Horum primus eſt, cum ſubditus hoc velut iugum domini à ceruice volens eximere ſua, conſtitueret ſe in poſterum velle poſsidere ſibi, ac in ſuam priuatam vtilitatem, & non amplius domino, ita vt eo modo cauſam quidẽ ſuæ poſſeſsionis immutare vellet, at non ipſam ſubſtantiam, id eſt, antiquam ſuam poſſeſsionem continuare quidem, at nõ amplius dominum in ſuperiorem recognoſcere. Et hoc ſanè modo efficere ille non poteſt, prohibitus quippe tum iure hoc noſtro municipali, quàm iure communi. [caſus in l.qui bona fide.§.quod ſcriptum.ff.de acquir.poſſeſſ. l.2.§.1.ff.pro hær. & l.non ſolum.§.1.ff. de vſucap. plenè Accurſ. & cæteri ſcrib.in d. l.cum nemo.de acq.poſſ.C.]

Altero modo, ſubditus poſſeſsionem domini interuertit, ad vtilitatem alterius, vtputa ſi ſeruitutem quidẽ minime abneget, ſed eam alteri quàm domino præſtet, homagiúmque faciat, vel cenſum, terragiúm ve ſoluat. Et is caſus nullam habet dubitationẽ ex ſanctione huius §.4. quin ſcilicet preſcribendi cauſam ea noua recognitio præſtet ei cui facta eſt. [caſus eſt in

l.1.§.in amittenda.verſ.quod ſi ſeruus.vbi Bart.& cæteri interpr.ff.de acqui.poſſeſ.] Sed hîc admonendi ſumus, eum qui ita alium recognoſcit, non poſſe domino ita præiudicare,quin ille poſsit aduerſus eum ea de cauſa agere,penes quem tranſlata eſt huiuſmodi recognitio, idq; ex conditione.l.libris Sabinianis.C.eo.[& ita cenſuit Accurſ.& cæteri.in cit.l.cum nemo. eſt & gl.in l.1.C.comm.de vſucap.]Verùm,dubitatum eſt, an ea recognitio vera ac realis fieri debeat,qualis eſt in feudis fidelitatis pręſtatio,& inueſtitura:& in cenſu vel terragio iuris ſolutio: an verò ſufficiat eã per caſus fictos fieri, puta conſtituto, per quod conſtituens ſe deſinere poſsidere cõſtituit, ac in alium poſſeſsionem trãsfert. [l. quod. meo. vbi copioſe Bart. ff. de acq. poſſ.]vel rei cõductione,quę eſt ficta quędam traditio, & modus transferendę poſſeſsionis.[l.quędam mulier.ff.de rei vend. l.ei à quo.ff.de vſucap.]

Colonum vere ac realiter poſſeſsionem rei quã nomine domini poſsidet,alij tradẽdo domino præiudicare.

Veriſsima certè res eſt, vt paucis me explicem,eum qui meo nomine poſsidet, veluti colonum,rem meam alteri tradendo me vere mea poſſeſsione fraudare, & in accipientem trãsferre.Secus ſi fictè tradat.[Et hanc ſentẽtiam probauit Accurſ. in l.1.C. de vſucap. Bart. & cæteri in l.3.§. in amittẽda. verſ.quod ſi ſeruus.ff.de acq. poſſeſ.] Quare vt doctè refert Bal. in l. põponius. in vet.lect. ff.quib. mod. vſuf. amitt. hodie colonus domino poſſeſsionem interuertere non poteſt, etiam recognoſcẽdo rem quam nomine domini poſsidet ab alio [d.l.vlt.C.de acq.poſſeſ.]Sed nec per conſtitutum, nec conductionem rei quoniam per huiuſmodi fictos caſus, magis, vt ita dicam obnubilatur, & quaſi adumbratur domini poſſeſsio, quàm interuertitur. [caſus ſing.in cit.l. quamuis. §.conductor.vbi Bart.Alex.& Aret.ff.de acq.poſſeſ.]Ratio eſt,quia hęc iura dominicalia ſub directum dominium, propter quod præſtantur, ipſi ſubditi, ſicut & coloni non poſsidẽt, ſed domini. Vnde poſſeſsionem rei,quam non habent,in alium transferre per actus fictos non poſſe certiſsimi iuris eſt[vt eſt caſus.in cit.§. conductor. & nominatim ita decidunt Bart. Alex.& Iaſ.in l.1.ſub fi. pr. eo.tit. Bal. & Saly.in l.1.C.quando lic.ab emp.dif. rurſus Bal.in rub.de iu.emph.quæſt.16.]Hęc tamen vaſſalli cum colono comparatio, quibuſdam inepta videtur: cum longe inter ſe differant. Neque enim colonus naturaliter,neque ciuiliter poſsidere intelligitur. [l. certe. §. is qui rogauit. ff. de precar.]At conſtat vaſſallum cenſuarium, & terragialem nedum naturaliter,ſed & ciuiliter poſsidere. vt teſtantur Accurſ.& cæteri interpr.in l.3.§.ex contrario.ff.de acq. poſſeſ.]Vnde verius videtur hos vaſſallos cenſuarioſque & terragiales, etiam per actus fictos poſſeſsionem horum iurium dominicaliũ in alium transferre in præiudicium prioris domini.[vt eſt caſus. in l. interdum.§.vlt.iuncta gl.eo.tit.& ita ſenſerunt Bart.Alex.& Iaſ.in cita.§.in amittenda.ſub fi.]Ex quibus id in ſumma concludendum cenſeo, vt ſi vaſſallus alium in dominum aduocauerit, eíque homagium præſtiterit,rem in prioris domini præiudicium verſam iri,ſi triginta annorum tempus ſucceſſerit, abſq; aliqua interruptione:ita vt ille tertius aſcitus in dominũ,cõtra verum dominum hoc ius feudi pręſcribat,non quidem vaſſallus,ſed ille inquam recognitus in dominũ, cui à vaſſallo præſtita eſt præſcribẽdi cauſa.Nec obſtat tex. in c. 2. de prohib. feud. alien. per Lothar. & deciſio Bal.in l. tranſactione. vbi etiam Aret.C.de tranſact. Illa enim tum locum habent,cum legitima præſcriptio ſubſecuta eſt. Nam (vt ſuprà oſtendimus) ſola recognitio alteri facta, vero domino,minime quoad dominium præiudicat, ſed in poſſeſsione tãtùm. Quo fit vt ea recognitio poſſeſsionem domini interuertat, & cauſam præſcribendi,cui fit, præſtet.

Sed ſuper ea re dubitatum eſt, ſi ea recognitio legitimam præſcribendi cauſam præſtet, cur non hæc iura dominicalia ſicut & cæteræ res decem annis pręſcribuntur inter præſentes,& viginti inter abſentes, quod eſt regulare præſcribendi tempus.l.ſi quis emptionis.C. de præſcri.trig. vel quadr.ann. Et reſponſum eſt,iſtam irregularem triginta annorum pręſcriptionem,iure nouiſsimo authenticorum inductam, propter malam fidem authoris, & domini ignorantiam.[vt in auth.malæ fidei poſſeſſor. C. de præſcript.long.temp. & §. rurſus. in auth. vt ſponſ.larg.] At ſecus iure antiquo obſeruatum eſt, vt tandem poſt longam diſputationem Ioan. & Hirne. concludit Accurſ. in l.cum nemo. de acq.poſſ.

Cæterùm,hic præſcribendi modus,qui per huiuſmodi fictos actus fit,ita accipiendus eſt,vt in eo tricennio,ſubditus in nullo actu eum verum dominum recogno-

uerit, ſiue naturali, ſiue ciuili. Quippe qui ſi in hoc temporis interſtitio recognitionem quampiam feciſſet, licet & alij homagium, ſolutionémve præſtitiſſet, non videretur illo temporis lapſu ablata ſua ab antiquo domino poſſeſsio, nec in alium tranſlata, verum potius continuata eſſet. ídque ex vulgata iuris reg. qua dici ſolet, poſſeſsionem facilius retineri, quàm acquiri. [in quam rem videtur caſus in l. Pōponius. 1. reſp. ff. quib. mod. vſuff. fin. & ita ſentiunt Alexand. & Aret. in cita. §. conductor.]

Poſſeſsionē facilius retineri, quàm alteri de nouo acquiri.

Tertius modus hoc exemplo (quod ex facto mihi aliquādo propoſitum fuit) planus fiet: Titius cum ignoraret à quo fundus quem poſsidebat teneretur, ſciret tamen ſe hac conſuetudine ad alicuius domini recognitionē aſtringi, profeſſus eſt tandem ſe eum à Seio tenere in cenſum: contigit eum à Seio ius illud cenſus emiſſe: ita Titij fundus ab onere cenſus liberatus eſt, & per triginta pòſt annos liberum fundum & immunem à cenſu poſſedit. Poſtea tandem Sempronius verus dominus ſuperueniens, cenſum hunc ſibi vendicat, quæſitum eſt an exceptione longiſſimi temporis titulo emptionis munita, repelli poſsit à Titio. Et reſpondi ſecundum ea quæ proponerētur: Si titius iſtam rem omnem bona fide egiſſet, nec doloſe ac fraudulenter hunc emptionis titulum cum Seio eſſet cōmentus, recte tanti temporis præſcriptione munitum. Quod ſi ea mente feciſſet, quo verum dominum ſua interuerteret poſſeſsione, ómnino ei malam fidem obeſſe [& ita ſenſit Saly. in cit. l. cum nemo.] Etſi enim ante factam Seio recognitionem, præſcribere libertatem nō potuiſſet aduerſus verum dominum, vt ſupra oſtēdimus, poſt eam tamen recognitionem, licet indebitam, & poſt titulum à facta recognitione ſubſecutum legitime ius iſtud præſcripſiſſe cenſendus eſt, cum ex nouo eo titulo noua poſſeſsio creata ſit, ſeu poſt emptionis acceſsionem prima mutata ſit [iuxta l. 3. §. illud. vbi Accur. & Iaſ. ff. de acq. poſſeſ.] neq; enim à ſe, ſed ab authore à quo titulum habuit, poſſeſsio mutata eſt. indéque præſcribendi cauſam habuiſſe intelligitur [vt d. l. cū nemo. & argutè colligit Imm. in l. non ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſuca.] At ſi quis ſubtilis inſtet, eam noſtram ſentētiam pugnare videri, cum duobus huius conſuetudinis capitibus; Quorum altero cauetur neminem poſſe rem vllam liberam, ac ab aliquo ex tribus ſupra commemoratis iuribus dominicalibus immunem poſsidere. vt ſ. eo. §. 1. Altero, ſubditum aduerſus dominum præſcribere non poſſe. §. 3. eo. præterea & ſi dicat quis eandem quoque cum lege ac natura ipſa pugnare, qua fieri non poteſt, vt cuiquam res ſua ſeruitutem debeat vel quēquam ſui ipſius ſubditum eſſe [l. vt ifrui. vbi gl. ff. ſi vſuf. pet. & l. in re communi. ff. de ſeruit. vrb. prēd.] reſponde quod ad primam obiectionem pertinet, quem poſſe ſe ab huiuſmodi iuris ſeruitute, aliqua ex cauſa redimere. ad ſecundam verò negandum eſt hunc Titium ſubditum eſſe Seio, licet ille verus fuerit dominus, nō tamen vnquam à Titio recognitus, qui nullum ſubiectionis ſignum illi præſtitit. Nec iſtud eſt inconueniens, vt quantum ad vnum res libera exiſtat, & eadem reſpectu alterius ſeruiat. vnde huic Seio cenſum vendicanti poteſt Titius ita reſpondere [ſecūdum iuriſcon. in l. loci corpus. §. cōperit. ff. ſi ſeru. vend.] Quātum ad te, liberas ędes habeo. Et ita ſubtiliter hunc locum declarat Bal. in c. cum ſuper. col. 1. extr. de ſentent. & reiud. Præterea certiſsima eſt iuris regula, quod quoties duo iura in eādem perſonam deueniūt, ipſa vim duarum perſonarum habet. [l. tutor. ff. de his quib. vt indig. l. papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt. l. 4. de ſtipul. ſer. l. ſi domus. de ſeruit. vrb. prēd.] Diſcreta enim ſunt iura, quanuis plura, quæ in eandem perſonam huius Titij deuenerunt. Quapropter non eſt quod quis dubitet ex hac noua acceſsione tituli, quam ille à Seio habuit, ipſum liberatum à præſtatione cenſus debiti ipſi Sempronio, vero domino. [tex. in l. generaliter. ff. de fideiuſſ.] Quare geminatio cauſarum in eo, ius geminauit [vt tradit Archid. con. 422. viſo puncto. & ita nominatim cēſuerunt Ioan. And. Bal. Abb. & cæteri canon. in c. cum olim. extra. de ſentent. & reiud.] id quod locum obtinet non ſolùm in rebus prophanis, ſed & ſpiritualibus. Quēadmodum ſi quis in vna eccleſia præbēdam habeat, ac dignitatem, quarum quælibet ſingularū diſtributionum ac vocum ius habeat, ille duplicem capiet diſtributionem, duáſque habebit voces. Idem ſi qua electio veniret facienda à duabus eccleſiis, ſi quis in vtraque præbendam habeat, duo feret ſuffragia. Quæ res eſt ſine dubitatione.

Quartus interuertendi modus eſt huiuſmodi. Si vaſſallus à domino requiſitus fidem iuramento, vt ſit, præſtare, aut cenſuarius vel terragiarius, cenſus terragiiue ius exoluere denegauerint, illius poſſeſſionem domino interuertere, ac ſibi præſcribendi cauſam aperire iure communi intelligũtur. [l.ſi quis rẽ.ff. de acq.poſſeſ. l.1.§. qnæſitum.ff. quor. leg.l. colonus.& l.cum fundum.ff.de vi & vi arm.] Quinetiam dominum ſuo iure ſpoliare per huiuſmodi denegationem videntur. Ita vt ille recte interdictum vnde vi intentare poſsit, & alia huiuſmodi reſtitutoria remedia, vt canonis reintegrãda. 3.quæſt. 1. [docet luculenter Ioan. Fab.in §.retinendæ.inſt. de inter.& Cano.in c. querelam. extra. de elect.] At diuerſum obtinet, ſi iidem ſubditi à domino minime requiſiti in præſtatione tantum debita ceſſaſſent, [vt nominatim ſentit Cy.in cit.l.comperit de preſ.trig.vel quadrag.ann.& Alex. in cit. l. quannis. §. conductor. ff. de acq. poſſeſ.] Cæterum quod ad ſubditum pertinet, iſtud non admiſit conſuetudo noſtra, quæ omnem præſcriptionem inter dominum & vaſſallum interdixit, ita vt ſubditus non poſsit vllo tempore eam libertatem ſeu exemptionem ab huiuſmodi iuribus præſcribere aduerſus dominũ. At bene quidem, vt diximus, aliis preſcribendi cauſam præſtare. Et hæc quantum ad præſcriptionem vaſſalli ſeu ſubditi cõtra dominum.

De præſcriptione domini aduerſus vaſſallum.

Supereſt vt de alia correlatiua præſcriptione, nimirum domini aduerſus ſubditum diſpiciamus. de qua agitur in.§.5.huius tit.in cuius interpretatione premittẽdum eſt, quod licet nominatim de feudo tantum loquatur, id tamen exempli gratia fieri, ideo regulam non minuere. [inſt de grad.§.hactenus.] quare ius cẽſus ac terragij minime excludit: ſed feudi facta eſt mentio, vt dignioris, ideoque quod circa præſcriptionem domini aduerſus ſubditum, diſpoſitum eſt, locum habebit & in cæteris duobus iuribus dominicalibus.

Dñm nõ poſſe rẽ feudalẽ aduerſus vaſſallum vllo tempore preſcribere.

Quò fit, vt ſi dominus feudi cenſúſue ob non ſoluta debita rem feudalem detinuerit vt ſuo iure poteſt, vt j.§. ſeq.vel ſui hæredes infinitis etiam tẽporibus, nunquam tamen rem ſibi ſint præſcriptionis titulo acquiſituri, quin à ſubdito ſuperueniens aliquis debitum offerens, ac rem recuperare volens, audiendus ſit. Iſto quippe caſu dominus feudi rem ſaiſitam habẽs, non abſimilis eſt creditori qui pignus pro debito accepit. Is ſiquidẽ fructus rei pignoratæ percipiendo ſe creditorem agnoſcit, vnde ſingulis momentis eius poſſeſsio interrumpitur. [l.cum certiſsimi.C.de preſ. trig.vel quad.an.] Nam ex fructibus perceptis ſors quotidie extenuatur [iuxta l.1. C.de pig.act. vt ſubtiliter colligit Bald.in rub.extr.de præſcrip.col.3.] tum quia nec creditor poſsidere intelligitur, ſicut nec iſte dominus feudi: vnde præſcribere non poſſunt. [l.ſine poſſeſsione.ff.de vſucap.] rem quippe tantùm detinet ob debitum minimè à vaſſallo ſolutum: quod cum ſolutum fuerit, non poteſt amplius res ob id retineri: à ceſſante ratione, vt expreſsim cantum eſt in §.5.huius tit.procedit [& docet Bart.in l.pignori rem.ff.de vſucap.]

Fructus ſortẽ minuere.

¶ Quocunque temporis decurſu.

MIrus ſanè huius cõſuetudinis locus, quo ſublatam prorſus videmus omnem quantumuis diuturni temporis, preſcriptionem. Qua in re plures difficultates, eæque non leues examinandæ ſunt. Prima eſt, an valeat conſuetudo, quę omnem præſcriptionem tollit. Secũda, quam præſcriptionem tollere cenſenda ſit, longíne temporis, an lõgiſsimi, an etiam quadragenariam centenariámue, vel immemorialem. Tertia, quãti temporis ſit præſcriptio immemorialis. Quarta, an differat præſcriptio centenaria ab immemoriali. Poſtrema, quæ ſpecialia habeat illa immemorialis præſcriptio. De quibus ſigillatim nobis eſt paucis deſpiciendum.

Ad primam igitur quæſtionem, de validitate huius conſuetudinis, reſpondet Bal. [in c.vlt.ſub princ. extra. de conſuet. & in rub.extra.de conſtitut.] eam conſtitutionem, qua diſpoſitum eſt nullam creditoribus dominiſq; currere præſcriptionem, æquam quidem videri, at (vt ille ait) minime bonam: ideóque ratione æquitatis ſtatutum, ſeu conſuetudinem alicuius municipij ſuper ea re, validam eſſe: ſicuti & ſuper ea pactum factum valet. [l. quod ſi nolit.§. quod ſi ita. ff.de ædil. edic.] Per quod reſponſum conſtat præſcriptioni à iure iuuentæ poſſe pacto, ſtatuto, & conſuetudine derogari, [vt in eadem rub.in 3. col.confirmat Bal.& in l. receptitia. C.de conſtit.] ea enim tria æquiparari in iure certum eſt. Nam quod per vnum ex his fit, & per alterum fieri poſſe cõſtat. [vulg. gl.

Statuto, conſuetudine & pacto iuspręſcribẽdi tolli poſſe.

in rub.de decret.decur.lib.10.]

Ad ſecundam verò dubitationem,quę-nam præſcriptionis ſpecies hac conſuetudine ſublata videatur: Viſum eſt feudiſtis conſuetudinem ſeu ſtatutum, quibus præſcriptio ſimpliciter excluditur, accipi oportere de præſcriptione tantùm longi temporis,quę eſt decem vel viginti annorum.[gl. in c.1.§. præterea.de capit. Conrad. quam eo loco ſequũtur Belloui. Bal. & Barb.in addit. Alua. Præp.Med.& reliqui feudiſtæ: & Io.And.in addit.Specu. in rub.de feud.col.2.] Ea vnica moti ſunt ratione, quod nõ ſatis illis ꝓbabile videatur eos, qꝫ cõſuetudines ſtatutáue introduxerunt, voluiſſe ita tot iura ac leges ſuper præſcriptionibus latas, penitus confundere,ac abrogare.vnde ſufficere putant, ſi aliqua ex parte ſtatutũ vim aliquam ſortiatur, etſi verbis quantumuis generalibus ac vniuerſalibus cõceptum ſit.[quod etiam placuit Abb. & Bal. in c.vlt. extra. de conſuet.& Iaſ.in l.1.col.10. verſic. primo not.ex gl.C.de ſer.fug.]

Alij verò,iſque non pauci exiſtimarũt hanc quæſtionem ita definiendam: vt ſiquidem ſtatuta præſcriptionem tollant in materia reali, in qua præſcriptio longi temporis. i. decennij vel vicennij locum habet,tum non intelligantur pręſcriptionem lõgiſsimi,30.vel 40.annorum,ſuſtuliſſe. In contrariam tamen ſentẽtiam iuit Bart.[in d.l.ſi quis decurio.& l.cum ſatis.] exiſtimãs etiam per huiuſmodi ſtatutum excluſam cenſeri præſcriptionem longiſſimi temporis,cui etiam adſtipulatur Bal. in cit.§.prętera.de cap. Quorum ſententia apud me verior habetur: quam etiam approbauit ipſe Ang. ſibi cõtrarius in cit. l.omnes.de præſcript.trig. vel quadr.ann. vbi nominatim confirmat,idque permultis legibus & exemplis,vbi lege vel ſtatuto prohibita eſt præſcriptio, etiam vetitã cenſeri longiſsimi temporis præſcriptionem. Et ita ſenſiſſe videtur quoque Abb. in cit.cap.vlt.extra.de præſcript. Tum & Bal.aiebat,[in l.1.C.ne rer.domi.vel tẽp.] vbi inhiberetur ſimpliciter præſcriptio, omnem præſcriptionis ſpeciem,prętęr immemorialẽ, interdictam intelligi. Et ſanè ſummus eſt in eam ſententiam interpretum conſenſus, vt nunquam videatur ea ſublata præſcriptio, cuius initij memoria non extet,cum ea tempus infinitum contineat. Ideóque Bart. & ipſe Angel.in l.ſi quis decurio.3.C.de decu.lib.10. C.nominatim affirmant ſtatutum quo cauetur rem executioni mittendam non obſtante quacunque præſcriptione non comprehendere præſcriptionis centenariæ exceptionem, ſeu cuius initij memoria nõ extet. [Quam opinionem confirmat Ioan. And.in addit. Spec.tit.de feud. & Bart.in l.2.de fund.limitro.lib.12.C.& Bal.in cit. l.cum ſatis.de agr. & cenſ. Pont. in l.cum ſtipulatus ſim à proculo. de verb.oblig.in rub. de arb. char.10. & in l.1.ff. de vſucap. ſub fi.] Huc ſpectat quod quanuis traditum ſit ſeruitutem continuam nullo præſcribi poſſe tempore.[l. ſeruitutis mag.ff. de ſeruit.] verũ tamen non habet, ſi initij illius tẽpus memoria nulla extaret.[l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aq. quot. & eſt.] Et huius rei rationem adferunt, quod ea immemorialis præſcriptio aliæ ſit naturæ à reliquis, & longè potentiorem habeat virtutem.[vt not.in c.1.de præſcript.in 6. Abb.in c.vlt.de præſ.extra. & conſil. 94. quędam eccleſia.lib.1.Alex.in l.nemo poteſt.in vlt.col.de leg.1. & conſ.60.omiſſo. vol.1.Fely.in rub.extra.de præſcri. & nouiſsimè moder.Mediol. conſ.208.videretur prima animaduerſione,volu.2.& moder. Pap.con.496.in caſu domini opera.]

Hanc itaque ſi receperimus ſentẽtiam, dicendum quoque erit hæc dominicalia iura,quæ alioqui præſcribi non poſſe ſanxit hæc noſtra conſuetudo, poſſe tamen tempore immemoriali præſcribi. Quod tamen verum nõ exiſtimo, inhibet enim omnino lex hæc noſtra vſucapionem inter vaſſallum & dominum, eáque iura dum impræſcriptibilia ſtatuit, cenſetur omnem ſummouiſſe præſcriptionem, etiam temporis immemorialis: ſicuti in caſu c.ſuper eo. ext. de parrochial.vbi Abb. Et ſimile notat idem in c. cum ex officij. in ver.non meminerint.vbi & Fely.ex de præſ. Quo loco adfirmant vbi lex vſucapionem omnino vetat,nec bonam fidem, nec cuiuſquam temporis etiam immemorialis decurſum,vſucapiẽti prodeſſe.[Idẽ firmat Ioan.And.in cap. cum iſtantia.ex. de cenſ.& Fely.in rub.de præſ.ſub fi.] Secus vbi ſtatutum, conſuetud. vel pactum præſcriptionem in materia alioqui præſcriptibili tolleret ſimpliciter. Nam iſto quidem caſu certum eſt præſcriptionem immemorialem ſublatam non eſſe, & ita accipienda ſunt iura, interpretandáque ſententia quam ſupra retulimus,[ita ſentiunt Bal.& Ang.in cit.l. omnes ſub fi.C.

Etiam immẽ morialẽ prę-ſcriptionem inter domi-num & vaſ-ſalum hac cõſu.vetitã.

Sublata prę-ſcriptione ſimpliciter per ſtatutũ ſublatam e-tiam videri eam quæ eſt 30.vel 40. annorum.

Sublata prę-ſcriptione non cenſeri immemoria-lem ſummo-tam.

de præſcrip.trig.vel quad.ann.]vnde cum res ſacræ publicę,ſeu religioſæ res vniuerſitatis,cæteręque quę extra noſtrum ſunt cõmercium,præſcribi prohibeantur,nullo omnino, nec centum annorum ſpatio, nec tempore cuius etiam initij non extet memoria,præſcribentur.[l.vſucapionem ff.de vſuca.] Quare hæc iura dominicalia ne centenaria quidem ſeu immemoriali præſcriptione acquiri poſſe omnino concludendum cenſeo. Et quod is ſit verus huius conſuetudinis ſenſus multis colligitur argumentis.Primo, conſtat ex verbis quibus ea concepta eſt(quocunque temporis lapſu)dictio enim illa(quocunque)vniuerſalis eſt nihil excipiens[c.ſolitæ extra. de maior. & obedient.] 2. illa præſcriptionis prohibitio geminata eſt in duobus §§. vnde maiorẽ ac præciſam vim habet. [vt not.in l. Baliſta. ad treb. & ab Accur.& cęteris interpret.in l.in contractibus.C.de non nume.pec.]3.hęc conſuetudo negatiua diſpoſitione conſtituit ea iura dominicalia præſcribi non poſſe. At certum eſt verbum poteſt, cui negatiua adiecta eſt,præciſam neceſſitatem importare, ac potẽtiam omnem facultatémque tollere[l.nemo poteſt.de leg. 1.l. nemo.ff. de fur.plenè Bar.in l.gallus.in prin.de lib. & poſt.]4.omnem præſcriptionem pacto tolli poſſe nemo dubitat[l. quod ſi nolit, §.ſi quis ita.ff.de eden.]Igitur idem ſtatuto, & conſuetudine effici poterit. Quicquid enim per pactum fit, in confeſto eſt idem & per ſtatutum fieri poſſe[Bal.in c. cognoſcentes. ſub fi.extra. de conſue.per l.nec ex pretorio.ff. de reg.iur.not. Accu. & ſcrib.in rub.de decret.decur. lib.10.C.] Quinto, ex hac cõſuetudine notoriũ inducitur,[not.Bal.in l.ancillæ.C.de furt.] & in conſequẽtiam mala arguitur in ſubdito fides, ſi ſuperiorẽ agnoſcere per præſtationem cenſus deneget.mala autem fides cuiuſcũque temporis præſcriptionem impedit.[iuxta l.male agitur.de preſ.trig. vel quad.ann. & reg.malæ fidei poſſeſſor. de reg.iu.in 6.& not. Bal. conſ. 249. quidam nobilis poſſedit quoddam feudum. vol.1.] Poſtremo, quod eſt omnium forſitiſsimũ huius interpretationis argumentum,hæc tria dominicalia iura honorifica eſſe,& in ſubiectionis ſignũ & recognitionem dominij directi præſtari cõſtat iuxta communem vtriuſq; iuris diſpoſitionem [l.comperit.C.de præſ.trig.vel quad.ann. c.cum nõ liceat.extra.de præſcrip.] Quare ea minimè præſcribi poſſe ſenſit rectè Hub. Bobius vetuſtiſsimus iuris interpres, cuius meminit Ioan. And. in addit. Specul. in rub. de feud. licet obuentiones & ſi quæ hinc proueniunt vtilitates præſcribi poſſe non neget. Quæ ſententia placuit quoque Cy.in d.l.comperit.& Pont. in con.371. in propoſitæ conſultationis.

Negatiua adiecta verbo, poteſt, præciſam neceſſitatẽ importat.

Omnis præſcriptionis ſpecies pacto tolli poteſt, ergo & conſuetudine.

Mala vaſſali fides impedit præſcriptionem aduerſus dñm.

Iura honorifica præſcriptionis tolli non poſſe.

Sequitur3.quæſtio,quanti nimirum ſit temporis immemorialis præſcriptio. Et quibuſdam viſum eſt ad immemorialem præſcriptionem perficiendam quadraginta tantum annos ſufficere: eo quod & id temporis ſpatium antiquum dicatur, ſecundum quorundam opinionem[quam refert Innoc.in c. veniens. extra. de verb. ſignif.& eam cõfirmat Butr.in c. veniens extra.de teſt.quæ etiam multis & grauiſſimis authoribus placuit, maxime Alex. de Imm.con. 4. videtur inſpectis. nu. 9. vol.2.& con. 187. in cauſa & lite. num. 7. eod. vol.& con. 70. in cauſa vertente.nu. 4.vol.3.& Iaſ.in con.114.ad obiecta.vol. 1.] Verùm, ne iis authoritatibus veritatẽ poſtponere videamur, cõtrariã opinionẽ veriorẽ exiſtimo,quæ etiam frequentiori approbata eſt calculo, nẽpe nõ minori tẽpore, quàm cẽtum annorum præſcriptionem immemorialem perfici.[quam etiam & Alexander de Immol.& Iaſon, parum ſibi conſtantes, & conſulendo & legendo ſecuti ſunt, & communem eſſe adfirmarũt, in l.cum aliquis.C.de iu.delib.& cõſ. Alex.6.viſo themate.in fi.vol.1.con.208. viſo ſummario. num.12.vol. 2. & con.12. viſo proceſſu. ſub fi.vol.4. & con.79.viſis & ponderatis.in 2.& 4. col.eo.vol. Et Iaſ.con.81.in hoc pũcto.vol.1.& con.24. in cauſa feudali.col.pen.vol.3.& con.145. viſo proceſſu.ſub fi.vol.4.Quod & confirmant Immo.& Abb.in cit.cap.veniens j.de teſti.& rurſus Immo.in l.2.§.labeo.ff. de aq. plu. arc. Butr. in c. illud. col. antepen. de præſcript. Curt. ſenior con. pen. deus pius.ſub fi. & Deci.in c.1. col.4.ext. de appellat.]

Præſcriptionẽ immemorialẽ eſſe centũ annorum

Quinta autem quęſtio, an idem ſit tempus immemoriale, ac cẽtum annorum,ex præcedente decidi poteſt. Inuenio ſolum Flor.in c.ſi diligenti.ſub fi.extra.de præſ. inter ea tempora differentiam cõſtituiſſe, cuius meminit Fely. in c. ad audientiam. vlt. col.eo. tit. Ait quippe Card. præſcriptionem temporis immemorialẽ maius exigere ſpatium, quàm cẽtum annorum. Quod ex eo conſtare teſtatur, quod in

præſcriptione immemoriali non requiratur titulus, etiam ſi in cõtrarium eſſet ius commune. c. 1. de præſ. in 6. Quod & nos declarabimus inferius in 5. ſpeciali preſcriptionis immemorialis. At in præſcriptione centenaria, cui ius commune reſiſtit, exigitur etiam cum eo tẽpore, tituli concurſus. d. c. ſi diligenti. Et tamen in oppoſitum traditur in gl. in c. cum nobis. eod. tit. nimirum quòd præſcriptio immemorialis minor ſit centenaria, cum impoſsibile ſit probare præſcriptionem centum annorum. neque enim per inſtrumenta probari poteſt tanti temporis poſſeſsio [c. inter dilectos. ext. de fid. inſtrum. cui adde Bart. in l. prædia. de acq. poſſeſſ.] Item nec per teſtes. Nemo enim niſi quatuordecim ad minus natus annos ad cuiuſlibet rei teſtimonium admittitur. At per rerum naturam vix inuenitur, qui tanto tempore, apud viuos agat. [l. vlt. c. de ſacroſ. eccl. & l. an vſusfructus. in fi.] vel poſsidere poſsit [Bal. in cit. aut. quas actiones. de ſacroſ. eccleſ. tex. eſt ſing. in auth. hæc conſtitut. inno. conſt. col. 8.] Ego vero, quantum ad probationis effectum, exiſtimo idem ferè iudicandum de tempore antiquo centenario, ac immemoriali, [vt declarat familiariter Specul. praticæ forẽſis parens, tit. de probat. & Innoc. in c. veniens. extra. de probat. But. in c. quid per nouale. eòd. tit. & reliqui canoniſtę in cit. c. eum nobis. de præſcript. Et Bal. in cit. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.]

Poſſeſsione centum annorum nec per inſtrumenta nec per teſtes probari poſſe.

Quæ ſpecialia habeat immemorialis præſcriptio.

Supereſt tandem vltima quæſtio, qua quæſitum eſt, quæ ſpecialia haberet ipſa immemorialis præſcriptio: quæ tametſi non ita ad huius conſuetudinis interpretationem neceſſaria videantur, proderũt tamen pleriſque aliis in locis, in quibus de immemoriali præſcriptione agitur. Nos quantũ labore ac induſtria noſtra cõſequi potuimus, inuenimus ſeptẽ potiſsimum ſpecialia hanc immemorialem præſcriptionem habere, quę paucis enarrabimus. Primum eſt, quod illa vim conſtituti ſeu cõceſsionis habet. [l. ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & eſt l. 1. in fi. de aq. plu. arc.] Secundum, vim quoque priuilegij habet, etiam circa ea quę ſunt principi reſeruata. [l. vſum. & l. ſi diligẽter. de aq. duc. lib. 11. C. Bal. in l. quandiu. col. 3. ff. de acq. hæred. & Pont. in l. 1. ff. de vſucap. per c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif. fac. tex. in c. contra morem. 100. diſt. eſt gloſ. in l. ſanè. ff. de iureiur. ſecundum Pont. in l. vectigaliaff. de public. & veſt.] Tertium, tẽporis immemorialis vſus vim conſuetudinis habet. [teſte Accur. in cit. l. ſanè. & tex. in cap. mos antiquus. 67. diſt. latius Immol. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de public.] Quartum, in præſcriptione immemoriali non exigitur titulus nec eiuſdem allegatio. [in cit. c. 1. de præſc. in 6. cum his quæ eo loco notant Archid. Ioan. And. Gemi. & cæteri. Item Inno. in c. cum eccleſia ſutrina. extra. de cauſ. poſſ. & propr. cõfirmat Bal. in tit. de pac. Cõſt. in verſi. ſicut ab antiquo.] Ratio eſt, quòd huiuſmodi conſuetudo, ſeu tanti temporis obſeruatio veritati æquipollet. [l. 1. vbi Accurſ. C. de ſeruit. & aq.] Nec in conſequentiã neceſſe eſt in huiuſmodi præſcriptione de bona fide vtentium docere. [vt nominatim concludit Butr. in c. vl. de conſuet. & Bald. in l. ſi quis ad delinandam. col. 13. C. de epiſ. & cler.] non enim ſolum ex hoc immemoriali vſu, quinimmo ex longiſsimo tempore bona fides præſumitur. [l. poſsideri. §. ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. not. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſte. §. nunc videndum. in 1. add. mag. verſi. item opponitur. & Arch. in cit. c. 1. de præſcript. in 6. & Abb. in cita. c. ſi diligenti. de for. compet. Quibus etiam conſentiunt iuris ciuilis interpretes. nimirum Bart. in l. vlt. C. vnde vi. ſub fi. lect. & in l. ſuper lõgi. C. de præſcript. vbi id nominatim ſenſit Ang. & idem in l. penult. C. quib. non obſt. lon. temp. præſcript.] Quintum ſpeciale eſt, vt cum in reliquis rerum incorporalium præſcriptionibus ſaltem requiratur loco tituli, ſcientia ac patientia eius, contra quem præſcribitur: vt quia in his rebus corporalibus, citra ſcientiam ac patientiam aduerſarij, ne quidem quaſi poſſeſsio cadat, nec conſequenter procedat vſucapio. [l. 2. C. de ſerui. & aq. vbi id not. Accur. & canon. in c. bonæ. de poſtil. prælat. & in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & prop. & in c. dilectus. de capel. monach.] In hac tamen immemoriali præſcriptione, neceſſaria non eſt neque ſcientia, neque patientia aduerſarij, contra quem præſcribitur. [vt eſt tex. in cit. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif.] Siquidem tanti temporis vſus vim ac fomẽtum à lege accipit, quum (vt ſuprà docuimus) vim priuilegij ac cõſuetudinis habeat, ad quam inducẽdam nec iſta quoque neceſſaria ſunt. [vt not ſcrib. in c. vlt. extrau. de conſuetud. ſuper gloſ. mag. in fi. & ea freti

Ex longiſsimi temporis præſcriptione bonam fidem præſumi.

ratione in eam ſententiam iuerunt Imm. in l.ſi publicanus.§.in omnibus.ff.de pub. &vect. & Pont.in l.vectigalia.eo.titul.& in l.1.§.denique.de aq.plu.arc.gloſ.ſing.in cita.l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aq.quot. & æſt.vbi Angel. & expreſsim Bal. in c.1. quæ ſint regal. confirmat Salic.in l.vectigalia.C.no.vecti.exi.non poſſ.Butri.in c. peruenit, de cenſ. in 21. & 24.col.] Et hæc ſanè, vt verior, ita & frequentior eſt opinio, quicquid in contrariũ cenſuerit Bar. in d. l. ſi publicanus. §. in vectigalibus. de public. & vectig. cuius tamen ſententia ex communi iuris ſchola iãdudum eſt exploſa.[vt planè teſtantur Moder.Ferrar.in c. cum nobis.extra.de præſcript. & Moder. Mediol. poſt Paul. Caſtr. in l. imperium. col.8.de iuriſd.om.iud.& Alex.con.6.viſo themate.col.2.vol.1.] Iura quippe quibus ille ſuam tuetur ſententiam, loquuntur de communi præſcriptione, non autẽ immemoriali, in qua id ſpecialiter locum habet. Sextum huius præſcriptionis immemorialis ſpeciale eſt, quòd non admittitur in contrarium probatio. vbi ſcilicet ea cõſummata eſt. Ante enim temporis euentum bene quidem admitteretur, [vt pulchrè declarat Butrig.in cit.c.peruenit. verſic.venio ad 3.chart.10.de cenſ.& Moder.Ferr.in cita.c.cum nobis.col.3. verſic. ſcias etiam. extra. de præſcript.] Poſtremo annotatum eſt & aliud ſpeciale, quòd ſi ſtatuto vel conſuetudine excluſa ſit alicuius rei præſcriptio, non intelligetur ea ſublata, cuius initij memoria non extet: quam quidem rem proximè vberius explicuimus.

Aduerſus præſcriptionem immemorialẽ non admitti probationem in contrarium.

¶Obuentiones.

CONſtat igitur(quod & nos ſuprà obiter attigimus) iura dominicalia præſcribi quidem non poſſe: at poſſe quidem iura vtilia & obuẽtiones, quæ ex his proueniunt. Quod optima ſanè ratione conſtitutum eſt,cum ipſum feudi corpus longe diuerſum ſit à fructibus feudi, & huiuſmodi obuentionibus, ſiue ſint ij naturales ſiue ciuiles. Nam quod ad naturales pertinet, conſtat eos à fundo ipſo feudali ſeparari, & à perceptione naturali ſuum accipere nomen. Priuſquam enim à fundo ſeparentur, non propriè fructus intelliguntur ſed ipſius fundi pars. [l. fructus pendentes.ff.de rei vendic.vbi Ang.]Vnde ſtatutum vel cõſuetudo diſponens ſuper fructibus, non intelligitur de fructibus nondum à ſolo ſeparatis. Cum ij magis pars fundi, quàm fructus videantur. [Abb. de poſ. in 2. par. ſtatu. quæſt. 226. Bal.& Alex. in l. ſi quis bonorum.de leg. 1.tex.in l.lege falcidia placuit.iunct. gl.ff. ad l.falc.& l.vlt.§. penult.ff. quæ in fraud. cred.vbi clarè oſtenditur rem vnam ac eãdem eſſe, fundum ac fructus in eo pendentes.] Poſtquam autem fructus percepti ac à fundo ſeparati ſunt, fructuum tum demum nomen ſortiuntur, diuerſúmque à ſolo effectum habere incipiunt. [l. ſi fructus pendẽtes. ff.de vſufr.] vnde Bal.in c. 1.ſub princ.de ſucc.feu.verſic. quæro, vaſſallus grauat.col. vlt.dicebat, licet quis de fundo feudali etiam ad pias cauſas diſponere non poſsit,poſſe tamen de fructibus: ídque in eum modum: Volo te hæredem, annua duo vini dolia, quod ex fundo naſcetur,pauperibus diſtribuere.id enim legatũ eſt de fructibus iam nondum in fundo conſiſtentibus,ſed ſeparatis. Nec enim rectè quis exiſtimabit feudũ alienari, ob fructus è fundo feudali alienatos.[l.in ædibus.§.ex rebus.ff.de dona.] Idem Bal.cõſ. 170.ad audiẽtiam. lib.2. infert quòd quãuis iure feudorum, frater conſanguineus tãtùm, fratri defuncto in feudo ſuccedat, non tamen in fructibus à fundo ſeparatis, eò quòd allodiales ſint. Idem de induſtialibus cenſet Bart. [per l. Iulianus.§. ſi fructibus.ff.de act.emp.]idem & de fructibus ciuilibus, quæ ſunt iſtæ obuentiones, de quibus hoc §. 3. agitur, vt plenè oſtendi ſ. de gard.§.2. in ver.fructus. nimirum ꝙ ex die quo deberi incipiunt, dicuntur primũ in eſſe producti.[l.vlt.§. Triphonio. ff. de iu.fiſc.] Ita vt quod in fructibus naturalibus facit ſeparatio, hoc in ciuilibus operatur obligationis ceſsio. Quemadmodũ in ſimili dicimus,quòd in corporalibus operatur traditio, id in incorporalibus operatur ceſsio.[l.vl.C. quando fiſ.vel priua. Bartol.in l.non quocunque.§.qui Caium. de leg.1.& in l.is cui legatorum.§.vlt.in fi. ff.vt in poſſeſ.leg.] Vnde recte eſt conſuetudine noſtra inductum, vt iſtæ obuẽtiones,quæ fructus ciuiles ſunt, veluti laudimiæ, quintus, vel ſubquintus denarius, ventæ,rachatus,renouationes,ſeu (vt appellant) releuamenta, ex quo die deberi incipiunt, ex eo die incipiat earum currere præſcriptio,cum iam amplius non cenſeantur ex iure feudi, ſed quiddam ab eo ſeparatum,vt diximus. In quam rem facit quod tradit Bal.in l.malè agitur. C.de

Obuẽtiones ſeu fructus feudales præſcribi poſſe.

Obuẽtiones feudales ab eo die quo deberi incipiunt in eſſe produci.

præſ. emphiteutam vel ſubiectum, dominium quidem directum præſcribere non poſſe: at penſiones quidem poſſe. Quæ de præteritis pēſionibus intellige, vt illæ triginta annis præſcribi poſsint. [l. ſicut. eod. tit. quod & ſentit Accurſ. in d. l. malè agitur. in gl. magn. ſub fi.] non autem de futuris. Nam cōtra annuā prēſtationem, vt ſcilicet eam nō teneatur ſoluere colonus, vel inquilinus, præſcribere non poteſt, niſi à domino interpellatus vt ſolueret, recuſauerit. Tum enim poſſeſsionem interuertere intelligitur. [l. cum fundum. & l. colonus. vbi gl. ff. de vi & vi arm. & ex eo tēpore incipit præſcriptionis curſus. [d. l. malè agitur. vbi iſtud nominatim concludūt Cy. Bar. Bal. Salic. & reliqui.] licet Cy. teſtetur ſolam ſolutionis ceſſationem ad interuertendam domini poſſeſsionem non ſufficere, ſed requiri actum facti, vt quia colonus dominum reuertentem non admittat. quod & tutius putat Bal. cui & ego lubens aſſentio. & iſtud fuſius proſequitur Fab. noſter, in §. retinendæ. inſti. de interdi. & Canon. in c. querelam. extra. de elect. Quare optimè concluſit Bal. in d. l. malè agitur. in 3. col. nullius temporis ceſſationem debiti ſeruitij, ſufficientem prēſtare cauſam vaſſalo, libertatem aduerſus dominum prēſcribendi. [quod idem confirmat in c. ex parte. de teſt. vol. 1. ver. item vt probari poſsit. allegat c. ſancimus. de feud. ſui. culp. non amitten. & l. hęc autem iura. ff. de ſeru. vrb. præd.] Vaſſalli quippe non ſeruierunt, aut debita obſequia minimè præſtiterunt, quòd dominus his opus forte non haberet. [Alex. in addi. ad Bal. in d. l. malè agitur. Cy poſt Pe. in l. voluntariæ. in fin. C. de excuſat. tut. & in l. 2. C. de diuerſ. reſcript. plenius Alex. in add. ad Bal. in d. l. malè agitur. & Boher. in c. 3. de præſcript. in conſuet. Bitur.]

ARTICLE TRENTEHVICTIESME.

Item leſdictz ſeigneurs qui ont droict de fief, cēs ou terrage, ou leurs procureurs, peuuent par la commiſsion du ſeigneur, s'il a iuſtice, ſinon par ſon ſuperieur aiant iuſtice, prendre, ſaiſir & mettre en leur main ſi bon leur ſemble, l'heritage tenu d'eux à l'vn deſdictz droictz, par faulte de recognoiſſance & payement deſdictz droictz & proffitz d'iceux, & ſignifier leſdictz faiſiſſemens aux ſeigneurs & detenteurs deſdictz heritages, & leur faire defendre tous exploictz.

ARTICLE TRENTENEVFIESME.

Item, qu'apres ce, peuuent leſdictz ſeigneurs obtenir commiſsion confortatiue du Roy, ou de leur ſuperieur immediat, ſi bō leur ſemble, pour cōforter ſa ſaiſie: & doit tenir la main iuſques à pleine ſatisfaction. Pour laquelle faire ſeront les fruictz venduz & addenairez par le ſergent executeur. Et s'il y a oppoſition, ladicte main de iuſtice tiendra, iuſques à ce que par iuſtice en ſoit ordonné, ou l'oppoſant preſente garent qui prenne la cauſe, & pretēde l'heritage ſaiſi eſtre tenu de luy à l'vn deſdictz droictz. Auquel cas ledict oppoſant aura main leuée des fruictz, pendant ledict proces, & en iouyra ſoubz main de iuſtice.

§. SEXTVS.

His quibus ius feudi cenſus terragiúe competit, eorúmue procuratoribus, ius eſto, ex domini decreto (ſi modo is iuriſdictionem habeat) aut prætorio, ſi non habeat, in clientelares vectigaléſq; fundos ob non exhibita obſequia, iuſtáque non ſoluta, manum iniicere, eámque mancipationem (ita enim appellant) dominis poſſeſſoribúſque denuntiare, ac fruitionem inhibere conuenit.

§. SEPTIMVS.

«&Hiſce præterea dominis ad ſuæ mancipationis confirmationem, regiam manum prętoriámue impetrare licebit, fundo interea ſub poteſtate regia, quouſque plene ſatisfactum ſit, manente. Cuius fructus qui ex eo colligentur à viatore ſub haſta publicè diſtrahi oportet. Cæterum vbi de ea mancipatione cõtrouertetur, vt puta interueniente cuiuſquam oppoſitione ea nihiloſecius perſeuerabit, donec res aliter iudicio decernatur. At is qui ſeſe oppoſuit, dominum, qui ſuum iure directi dominij fundum mancipatum aſſerit, litis vindicem in iudicio ſiſtat. Quo fiet vt lite pendente, illi fundi ſui fiduciaria poſſeſsio decernatur, qua illi vti frui ſub manu regia licebit.

IO. Fab. praxis gallicę peritiſsimus [in. §. prætudiciales verſ. quid de vaſſallo. 22. col. inſt. de act.] in caſu vtriuſque horum §§. domino cui abnegata eſt recognitio, conſilium dat haud ſanè pœnitendum, vt ſcilicet ille feudum capiat, & (vt nos vulgo dicimus) ſaiſiat. Idque ea ratione quod quantum ad vaſſalli perſonam pertinet eam nullo modo obligatam habeat, ea nimirum obligatione quæ in eum ius conſtituat. cum poſsit etiam inuito domino ſe feudo abdicare [vt in c. 1. ſub fi. de vaſſa. qui cont. conſtit. Ioth.] Vnde hæc ſaiſina ſeu manus iniectio in rem fieri intelligitur, non in perſonam. [l. operis nouiſſ. de oper. no. nuntiat.] Tum & in materia cen ſus idem dedit conſilium Bal. [in auth. & qui iurat verſ. Quæro nũquid habeat. C. de bon. auth. iud. poſsid. & meminit Fely. in c. ad audiẽtiam. de præſcript. col. 7. verſ. in quantum abbas.] Cæterum quod ad terragium pertinet, nuſquam in iure de eo fit mentio, vt pote à legibus incognito, vt nominatim teſtatur Ioan. Pyrrh. in comment. cõſuet, Aurel. in tit. de terrag. & campi partu. §. 1. & vl. Quia tamen tria iſta iura dominicalia feudum, cenſus, atque terragium, ſunt directi dominij recognitiua, & à conſuetudine noſtra ęquiparata, quod de vno ſtatuitur, de altero diſpoſitum intelligendum eſt. [l. ſi quis ſeruo. vbi plenè per interp. ff. de furt. gl. vlt. ſing. ſecundum Anchar. in c. ſi poſtquam de elect. in 6.]

Cum itaque licita ſit huiuſmodi ſaiſina, ſeu manus dominicalis iniectio in rem feudalem, cenſualem, terragialémue, ob iuſta debitáque non præſtita, huius mancipationis (ita enim vt vulgus ſolet familiariter vocabimus) forma, proceſſúſque nobis explicandus eſt. In primis igitur noſſe oportet id quod in proceſſu verbali huius voluminis habetur, quòd ex antiqua prouinciæ noſtræ conſuetudine ante redactionem, & publicationem huius iuris, illa manus iniectio domino permiſſa erat. ideo eam abſque iudicis iuſſu, ac ſine iudiciario ordine exequi licebat, ex promiſsionis vi, idque ad inſtar vẽditoris ſerui exportãdi, cui reſeruata fuiſſet manus iniectio, ſi cõtra pactum factum eſſet [l. 1. & 2. C. de ſer. expor. væn. vbi gl. ſing. in verb. eadẽ.] vnde not. Ang. rem quæ huic manus iniectioni abſque iudicis prȩcepto faciendę ſubiecta ſit, & ſi per mille manus ambulauerit, nunquam tamen ab hoc onere immunem fore, quia id oneris ad ſucceſſores etiam tranſit: nec vnquam venditor ius manus iniectionis, de qua cum emptore conuenit, amittit. Cuius rei rationẽ aſsignat Cy. [in d. l. 1. de ſer. expor.] quòd iſta iniectio ad rem pertineat, nec perſonã reſpiciat. [vt eſt tex. in l. ſi quis hoc pacto. ff. de contrah. empt. & l. ſi Titius. de ſeru. expor. ff.] Quòd ſi ea manus iniectio pacto fieri poteſt (vt certum eſt poſſe) igitur & per conſuetudinem introduci poteſt. [ex vulgari doctrina quam tradit Accur. in rub. de decur. lib. 10. C. & optimè declarat Imm. in l. alias. §. elegãter. ff. ſolu. matr. & Bal. in l. 1. col. 15. C. de ſum. trinit. & fi. cath.] Huc ſpectat quòd cum feudum domino aperitur, ob debita non exoluta, fidémve nõ præſtitam, non videtur ille rem alienam apprehendere, ſed ſuam: vt pote cuius proprietas, & ciuilis poſſeſsio ad eũ pertineat. [vt teſtantur Accur. Bar. & cæteri interpr. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſeſſ. & Accur. rurſus. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus. vehiculum. ff. commo. declarant Moder. Mediol. in cita. §. ex contrario. & in l. 1. in princ. in 61. col. eo. tit. & Bal. in l. 1. q. 46. ff. de rer. diuiſ.] Quo fit vt feudi apprehenſio, quæ à domino fit, nouæ poſſeſſionis occupatio minime dici debeat, ſed

veteris conſeruatio. [vt egregiè dicit Accurſ. & poſt eum Bald. & cæteri ſcrib. in l. pen. C. de pig. act. & eſt text. in l. vtique. ff. de dam. infect. vbi conſtat eo caſu licitũ eſſe domino propria authoritate rem ſuã poſsidere]. Præterea pro antiqua conſuetudine qua licebat rem feudalem, cenſualem, vel terragialem propria authoritate ſaiſire, & ſaiſina facta à iudice ordinario, aut ſuperiore manum confortatiuam (vt pragmatici appellant) ad ſuam protegendam ſaiſinam impetrare. faciebat tex. in l. quod ſeruus. C. quod cum eo. in hæc verba: Et ingrediens rem tuam contra vim eius, authoritate competentis iudicis protegeres. & quæ tradit Accur. in gl. mag. in 1. mem. C. de iu. emphit. l. 2. & ibi Iaſ. col. 34. verſ. capio. gl. magnam. Quam tamen abrogari oportere viſum eſt nobis in hac conſuetudinum redactione, tribus potiſſimum de cauſis. Prima, quòd vaſſalus, cẽſuarius, vel terragiarius vtile dominium cum naturali poſſeſsione coniunctum habeant: at dominus nudam tãtùm proprietatem, vt ſuprà affatim oſtendimus. Vnde licet feudi apertura fieret, vel in perpetuum, vel propter feloniam, aut alias cauſas ob quas feudum amittitur. [de quibus extat tit. quib. mod. feud. amit.] vel ad tẽpus, vt quando inueſtituræ renouatio facta non eſſet, non tamen ob id vaſſalus naturalem poſſeſsionem amittebat: & propterea priuata domini authoritate expellendus non veniebat. [l. creditores. & quæ eo loco not. Bart. C. de pig.] Secũda, quòd etſi ſummo iure poſsit quis aduerſarium propria expellere authoritate, ciuilius tamen ille facturus eſt (idq; ſuadẽte lege) ſi prætore authore id fecerit, [cit. l. creditores: & l. non ſolum. ſub fin. ff. de re. nupt.] Tertia, quòd per hanc propria authoritate factam apprehenſionem, magna rixis aperiebatur occaſio, à quibus perſæpe ad manus & arma veniri ſolebat. vnde ea fuit ſufficiens, legitimáque cauſa, cur ea antiquanda videretur. [per l. æquiſsimum. & quæ eo loco annotat Bart. ff. de vſufru. & videtur tex. in l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur.] Etſi fatear ego ingenuè non huic leui rationi innixam veterem conſuetudinẽ: eo quòd dominus manus in feudum vaſſalli propria authoritate iniiciendo, nullũ iudicium exercere cenſeatur, ſed ſuo tantùm iure vti. [d. l. 2. C. ſi ſeru. expor. ven.] Item quia in caſu huius conſuetudinis nõ ageretur de expellendo prorſus vaſſallo à toto vſu feudi, ſed à præſenti vſu tãtùm: nimirum impediendo ne feudo frueretur, donec inueſtituram à domino accepiſſet, & fidelitatem iuraſſet, obuẽtionéſve aut cenſus, vel terragium debitum ſoluiſſet. vt conſtat ex hoc text. Sed his omnibus, reip. tranquillitatem perpetuò anteponẽdam duximus, quæ in ea ciuitate eſſe non poteſt, in qua quid propria vi, priuatáque authoritate licet.

Dominus ciuilem poſſeſſionẽ habet, vaſſallus naturalem.

Verum altiori indagine rem diſcutiendo examinemus, an hæc (de qua impræſentiarum agimus) bonorum feudalium apprehenſio, ſeu domini iniectio, aliquid referat illam bonorum miſsionem, quæ iure ciuili in alicuius rei poſſeſsionem ex primo, ſeu ſecundo decreto, fieri ſolebat cauſa rei ſeruandæ, aut ex contumacia rei in non cauẽdo, aut non reſpondendo, vel ex aliis cauſis, de quibus abũde agit Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus de dam. infe. & Specul. tit. de pr. & ſec. decret. & an ea iniectio aſſumat naturam harum miſsionum. Et paucis concludendum arbitror, hanc apprehenſionem nihil cõmune habere cum huiuſmodi miſsionibus. Nam ſimulátq; dominus feudum ſuum apertũ offendit, ſiue apertura perpetua, ſiue temporali, & manum iniecit, ipſo iure in eum fit tranſlatio poſſeſsionis ipſius feudi, tam corporalis, quàm abuſiuę & ſuperficialis, quam tum habebat vaſſallus. Hoc nimirum operãte virtute directi dominij, quod ſemper eſt in actu permanẽs ex vi attractiua. Vnde poſſeſsio iſta, quam nãciſcitur dominus ex hac ſua apprehenſione, noua poſſeſsio cenſenda non eſt, ſed tantum conſolidatio poſſeſsionis naturalis quam ſolum habebat vaſſallus, cum ciuili, quæ erat penes dominum proprietatis directo dominio annexa, vt nuper diximus. [Ita ſubtiliter colligit Bal. in con. 9. factum tale eſt. lib. 1. & facit l. ſi hæres inſtitutus. ſub princ. ibi: ſufficiunt directæ actiones. ff. ad trebel. & quę habentur in l. vlt. argumento ducto à contrario ſenſu. ff. ſi ag. vectig. vel emphit. & cõfirmat Aret. in l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſsionũ col. 1. ff. de acq. poſſ.] Nam [vt ait Bal. in l. 1. quæſt. 46. ff. de rei. diuiſ.] proprietarius, ciuilem tantum poſſeſsionem habet, quam vocant imaginariam. Sed penes vaſſallum corporalis manet quam naturalem dicunt. Apertóque feudo iſta ciuilis hanc naturalem ad ſe trahit. [Iaſ. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. in vlt. verſ. ff. de acq.

poſſeſ.] Quæ quidem reunio ſeu coniunctio lucrũ fructuum domino parit, quandiu durat. [Bart. & cæteri in l. 3. §. ex contrario. §. de acq. poſſeſ.] Et licet naturalis poſſeſsio vtili dominio iuncta, vt in emphyteuta, feudatario, & ſimilibus, pariat etiam acquiſitionẽ fructuum, [iuxta not. per Bal. in l. ſi ſuo. ff. de vſufr. tex. in l. qui ſcit. in princ. ff. de vſur. &. §. ſi quis à non domino inſt. de rei diuiſ.] & bonę fidei poſſeſſor pro cultura & cura, ciuilique poſſeſsione quam habet, fructus quoque faciat ſuos [d. §. ex cõtrario.] fructuarius autem neutro modo niſi per aprehenſionem. [d. l. ſi fur.] Tamẽ vbi iſti ea iura habentes ſimul concurrunt, potior eſt eius cauſa, qui cum naturali poſſeſsione vtile habet dominium [l. ſi vſufructuarius neceſſum. iuncta. gl. ff. quemad. ſeruit. amitt. & d. l. qui ſcit. §. 1. de vſur.] Ita fit vt vtile dominium fortius ſit directo [ſecundum Aret. in cit. §. ex contrario de acq. poſſeſ.] Veruntamen vbi ius vtilis dominij euanuit præſcriptione, ſeu reuerſione, ſeu cõſolidatione, aut aliquo alio modo, tunc dubium non eſt quin fructus fiant domini, quos etiam à quocũque extraneo poſſeſſore vendicare poteſt [ſecundum Bald. in c. imperialem. §. vlt. col. 4. verſic. denuo quæro. de prohib. feud. alien. per Feder.] Huc pertinet quod tradit Angel. [in cit. §. ſi quis. de præd. parẽtibus. in auth. vt cum de appellat.] quòd ſi bona ad aliquem iure reſtitutionis deuenire debeãt, non tamen fructus percepti.

Vt autem facilius hæc intelligãtur, hic adſcribemus quod de toto & parte tradit Bar. [in l. ſi coniuncti de leg. 3. col. 4. verſ. Quarto dubitaui. & Bal. in l. in rem. §. ſi quis rei. ff. de rei vẽdic.] Nimirum totum & partem tribus accipi modis. Primo accipitur vt pars ſubiectiua, ſeu prędicamentalis, de qua (vt logicè loquar) totũ genus prædicatur. vt homo, de Socrate & Platone. Secundo modo dicitur pars integralis, & totũ integrale. ſicut eſt dominium, cuius partes ſunt proprietas & vſufructus. Item domus partes ſunt tecta, lapides, cementa, ac tigna quibus illa conſtat, compactáque eſt. Tertio modo pars dicitur quotitatiua, vt tertia, quarta, dimidia. Vnde quod de dominio hic agimus & eius partibus, ad ſecundum modum pertinet. Sicut enim quando vtile directo dominio conſolidatur, quandiu eſt conſolidatum accedit quidẽ, & fit vnum ac idem cum directo. veluti cum domus ex tignis, lapidibus, cementis, & ſimilibus rebus cõſtruitur. Nempe eę partes fiunt vna & eadem res cum ſuo toto. vt pote cum domo, etiam ſi alterius eſſent, quàm ædificantis. ita vt quandiu conſtat domus, illa ab his ad quos earum rerum verũ ſpectabat dominium, vendicari non poſsint, cum omnino cedãt vſui domus: vſqueadeo vt eorum fructum dominus domus ſuũ, fibiq; peculiarẽm faciat. Porro, diſſoluta domo, dominus tignum, & ſimilia ſuo iure vendicare poterit, non obſtante cuiuſcunque temporis lapſu, quo durauit domus. [vt inſt. de rer. diuiſ. §. cum in ſuo. vbi Accurſ. & Ang. Aret. plenè in l. in rem. §. tignum. ff. de re vendic.] Ita fit & in luero horum, de quibus agimus, fructuum. Nimirum poſtquam feudum per iniectionẽ manus domini eſt capiti vnitum, dominus ex eo perceptos fructus tanquam integralis videlicet fundi dominantis, & fundi ſeruiẽtis, ſuos facit, quandiu durat huiuſmodi mancipatio. Non, vt intelligas quòd vaſſallus ex eo dominio, ſuo vtili priuetur quod in feudo habet: ſicut nec dominus tigni, quod etſi ædificio iunctum ſit, ſuum tamen perpetuò manet: verum & tignum ſtante ædificio, & vtile dominium conſtante ea mancipatione manet planè inutile. Sed in caſu noſtræ conſuetudinis iſta apprehenſio ad tempus facta tanti eſt effectus, ac ſi ex perpetua cauſa facta eſſet. l. pen. C. de pig. act. iuncta gl. & l. creditores, C. de pig. vbi patet creditores, qui ex conuentione & iudicis authoritate poſſeſsionem acceperunt, rei apprehenſæ poſſeſſores fiunt. Quanto cedo, facilius dominus feudi apprehẽſi fructus ſuos faciet, à quo feudum ipſum profectum eſt, qui authoritate conſuetudinis, quæ pacto æquipollet, vt ſuprà oſtendimus, & iudicis authoritate, feudum apprehendit. quale igitur ab eo emanauit, tale ad eum reuerti debet. [teſte Bal. in l. 1. §. ſed vt manifeſtetur. C. de cad. toll.]

Ex his autem cõſtat, vt ad quæſtionem propoſitam reuertamur, eam feudi apprehenſionem, etſi iudicis decreto ac authoritate fiat, ſimilem non eſſe, nec rectè comparari cum miſsione in bonorum poſſeſſionem quæ ex primo vel ſecundo iudicis decreto ſit. Quæ enim de iure communi fit miſsio, quem poſſeſsione ſua non priuat. nimirum qui iuſſu magiſtratus in poſſeſsionem mittuntur, vel ex cauſa credi-

Miſsionẽ in bo. poſſ. quę ſua poſſeſsione non priuare.

ti, aut ventris nomine, aut quia damni infecti non cauetur, minime quidem poſſidere intelliguntur: ſed in poſſeſsionem tantùm rei cuſtodiendæ gratia mittũtur, [tex. in l. 3. §. vl. & l. ſi quis ante. verſ. denique. ff. de acq. poſſeſ. l. cum legati. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. l. 2. ff. pro hær. l. 1. §. quæſitum. ff. quo. leg. l. is cui. vt in poſſeſ. leg. & l. miſſo. ff. pro empt. & l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſsid.] Quinetiam & id verum habet, etſi ex cauſa iudicati fieret miſsio in poſſeſsionem, & victori cauſæ pro executione iudicati, tenuta (vt appellãt) decerneretur: non tamen ex ea miſsione victus cenſeretur ſua priuatus poſſeſsione, ſecũdum veram & magis communem ſententiam. [quam referunt vterq; Imm. & Iaſ. in l. à diuo pro. §. ſi ſuper rebus. in gl. in ver. integris. ff. de re. iud. & Bal. in l. ſi finita. §. non autem. de dam. inf. & in l. conſentaneum, in 5. col. C. quo mo. & quando iu. quo loco confutat contrariam Bar. opinionem] Idem rurſus, in l. ordo. C. de execut. re. iud. dicit eam etſi ſingularem, à peritis tamen aduocatis minime approbatam [per l. 3. §. genera. ff. de acq. poſſ. & l. ſi duo. ff. vti poſsid. & l. non eſt mirũ. §. ſciendũ. ff. de pig. act.] Huc pertinet quod Cy. poſt Iac. de Rau. & Iac. Aret. in l. vnica. de prohib. ſeq. per manum Regis vel iudicis neminem ſua ſpoliari poſſeſsione. Atres ſe aliter habet in apprehenſione feudi ob iuſta non præſtita.

Manum regiam vel iudicis quem ſua poſſeſsione non priuari.

¶ Domini.

INtellige dominum totius, vel partis reſpectiuæ, vt ſcilicet ſi totum feudum ab eo teneatur, in vniuerſum feudũ manum iniicere poſsit: ſin partis, pro ſua tantum parte id efficere licebit, vt iuxta vulgarẽ illam iuris regulam, idem ſit iuris de parte ad partem, quod de toto ad totũ. [l. quod Nerua. vbi latè Bart. ff. de poſſ. & nominatim probatur in c. vnic. de vaſſal. quicont. conſtit. lotha.] Qui enim patronus eſt ex parte tantum, nihilominus patronus cenſetur [l. communis libertus. ff. de in ius voc.] Quod certe mirum videri poteſt cum ius patronatus ſit indiuiduum, [textus in c. 1. ex. de iure patronat. vbi gloſſ. & interpret.] Verum licet ius patronatus ſiue eccleſiæ ſiue feudi, ſiue liberti, planè indiuiduum ſit, illud tamen iura quædam conſecutiua habet, tam honorifica, quàm vtilia: & maximè illud quod eſt feudi, vt infrà conſtabit, quæ quidem omnino diuidi poſſunt [ſecundum Guil. & Bal. in l. communis ſeruus. de in ius voc.] Ita vt ea inter plures patronos cõmuniter rectè diuidantur, non quidem in æquales ſeu viriles partes [quod putabat Accurſ. in l. cũ ſecundũ. C. de fideicom.] ſed, quod aiunt, proportionaliter [vt rectè ſenſere Pet. Cy. & Bart. in eo loco] id eſt, vt declarat idem Bart. reſpectu portionum dominicarum, & iuris patronatus quod ſinguli habent in feudo. Cuius rei rationem adfert Saly. [in cit. l. cum ſecundum] quòd iſto caſu pro cuiuſlibet rata, quilibet cenſeatur patronus, [l. ſi duo patroni. C. de iureiur.] Et potiſsimum in iſtis emolumentis (vt dicitur) burſalibus, quæ planè diuidua eſſe nemo ignorat, cum æquitati conueniat naturali, vt in re communi ille maiores ferat commodi partes, qui plus in ea contulit [teſte Ang. in l. 1. de bo. liber. & l. vlt. de ſtat. & imag. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.] Quod itaque domino feudi (vt ad rem redeam) liceat feudum pro ea parte, quam in eo habet, apprehẽdere, facit vulgata ratio, quòd illud quod commune eſt mecum tibi, meum eſſe cenſeatur. [l. ſerui electione. §. labeo de leg.] In his enim quę cõmunia ſunt pluribus vt ſingulis, illud quod mihi cum alio commune eſt, vere ac proprie dicitur meũ quantum ad partem meam attinet, [vt concludunt interp. in d. l. ſerui electione. & nominatim Aret. ibidem, per l. illud. ff. de ri. nupt. & probatur in l. 2. in prin. ff. de condit. inſtit.] ita vt libere mihi liceat de ea parte diſponere. [ita expreſsim Bal. Ang. Saly. & Alex. in l. 1. C. qui teſt. fac. poſ.] Quantum vero ad partes aliorum ſpectat, cum quibus eam rem communem habeo, illud quod eſt in commune non niſi large, ac improprie meum cenſebitur, [vt tradunt moder. Senten. Mediol. poſt Bart. in cit. §. labeo.] Ex quibus infero, quòd cum ius patronatus ſit indiuiduũ, vt ſuprà oſtendimus, vbi plures exiſtunt patroni, ius patronatus apud vnũquemque totũ dicitur inſolidum eſſe [arg. l. ea quę C. fam. herc. & l. 1. ſub fi. de rer. diuiſ.] Quo caſu vera cenſebitur ea quam ſuprà diximus reg. Quod cõmune eſt, meũ eſt.

Quod mihi tecum commune eſt, meũ cenſeri.

Inde etiam colligere eſt, vnum ex pluribus patronis, totum feudum apprehendere, ac ſaiſire poſſe, ob fidem non præſtitam, laudimiáve pro ſua parte ſibi non ſolutas. Id tamen ad commodum ac vtilita-

Alterum ex cõpatronis poſſe totum feudum ad aliorum vtilitatẽ apprehendere.

tem ſociorũ cum quibus hoc feudum cõmune habet, pro rata iuris patronatus, quam ſinguli in eo feudo communi habent. Quam ſentẽtiam ita confirmari rectè poſſe opinor. licet enim frui pro parte poſsimus, vti tamen pro parte non poſſumus.[l.vſus.ff.de vſ.& hab.]At hoc ius patronatus indiuiduũ eſt: igitur ab vno qui partem tantum patronatus habet, poteſt inſolidum vſus illius iuris exerceri,quanuis vtilitas, quæ ex eo vſu prouenit, vt emolumentum laudimiarum, lucrúmque fructuum, debeat inter ipſos cõpatronos pro patribus, quas ſinguli habent diuidi. Eſt & alia ratio,[quam tradit Bart. in d.§. labeo. [quam & eo loco confirmant Moder. Mediol.] nimirũ illud quod mihi cõmune eſt cum pluribus, vt ſingulis, licet quod ad ſocij partem attinet, meum non ſit,nec in diſpoſitione mea, tamen quoad diſpoſitionem ſuper toto,quantum ad vſum deſtinatum,meum eſſe cenſetur.[l.in tantum.§.commune.ff.de rer. diuiſ. & l.ſi ædes.ff.conn.diuid. Vnde conſtat ſocium poſſe totum fundum communem colere, & ſerere, etiam inuito altero conſocio: quanuis dubium non ſit, quin ille qui ſeuit,teneatur aliis ſociis fructus perceptos, deductis impenſis in eo colendo factis,cõmunicare. licet huic refragetur Salic. in l. iubemus.mag.C.de ſacroſ.eccleſ. Verùm, vt rem omnem tandem concludam,id pro conſtanti habendum exiſtimo,ſi feudi cõmunis apprehenſio fiat ab altero ex compatronis nomine comuni,id eſt, tam ſuo, quàm ſociorum.eam apprehenſionem rectè factam eſſe, ſibíque ac ſociis omnibus prodeſſe. quod ſi illa nomine priuato ac particulari facta ſit, ſibi tantum profuturam, & non ſocijs.[per ea quæ proximè deduximus.& tex.in l.ſtipulatio.§.vlt.ff. de no.oper.nuntiat.]

Et quod de ſaiſina rei communis ex parte plurium dominorum diximus, extende etiam ad vaſſallum, cui pars tãtum dominij vtilis competit. Nam ſi feudum ſit inter plures cohæredes, vel ſocios commune, & illud pro parte alterius ex cohæredibus, puta morte, vel alienatione aperiatur, illud inſolidum à domino apprehendi poterit, quia indiuiduum eſt. Cęterùm,huius apprehenſionis executio in fructibus pro rata portionis apertæ tãtum fiet, veluti cum teſtamentum in parte tantum rumpitur.[l.cum filius.in prin. de leg.2.]

Porro,quoniam huius §.diſpoſitio, domino feudi hanc ſaiſiendi licentiam nominatim tantum permittit,non abs re dubitatum eſt, an idem conceſſum cenſeatur ius vſufructuario, vel viduę quę doarium (ita finge) in fundo iſto dominãte habet. Et viſum eſt quibuſdã eam licentiam manum iniiciendi in rem feudalem, directo tantum domino competere, ea ratione q̃ domini appellatione is tantùm intelligatur, qui rei paoprietatem habet, non qui vſumfructum ſolum. [teſte iuriſconſ.in l. 1.in princip.ff.ad ſyll.]Nec enim vſusfructuarius pro domino habendus eſt.[vt eſt tex.in l.falſus.in vlt.verſ.ff.de furt.] Vnde & alienum quid dicitur, in quo vſumfructum tantum habeas. [inſt. de hæred. inſtit.§. alienus.] quod etiam conſtat ex diffinitione vſusfructus.[§. 1. inſt.e.& l.1. & 2.ff.de vſufru.] quibus patet vſumfructum formalem de quo agimus, non niſi in re aliena conſiſtere poſſe. Nam vſusfructus non eſt proprie dominij, ſed ſeruitutis pars.[l.recte.ff.de verb. ſignific.] Cum itaq; nominatim hæc conſuetudo noſtra hoc ſaiſiendi ius ipſis dominis concedat, de his tantum accipienda videtur, qui vere ac proprie domini ſunt,ad quos nimirũ feudi cenſus, terragiíue proprietas, ac dominiũ pertinet.[in quã rem videtur text. in l.2.in princip. ff.de relig. & ſump.fun.] Quare licet directi dominij fructus qui ex feudo proueniunt, ad fructuarium & viduam doariam pertineãt, vt ſupra oſtendimus.§.2.de gard.in verb.fructus.tamen non videtur ea illis permiſſa ſaiſiendi licentia, quæ nominatim ipſis dominis conceſſa eſt[l.item apud labeonẽ.§.ſi vſumfr. ff.de iniur.]

Rem nõ tuã, ſed alienam intelligi, in qua vſumfr. tãtũ habeas.

Cæterùm in contrariam ſententiam à pleríſque viris grauiſsimis itum eſt, quorum authoritas plurimũ apud me valet, & quorum opinionem infinita videntur probare reſponſa, quibus vſufructuarius dominus nuncupatur, & vſumfructum partem eſſe dominij oſtenditur[l.in venditione.C.de bon.auth.iud.poſ.l.liber homo.2.in prin.ff.de verb.oblig.l.4.ff. de vſuf.] Et proinde vſufructuarius cauere debet de damno infecto, atque in poſſeſsionem vicinarum ædium eo nomine,& iure dominij mittitur[l.vſufructu legato.§.vſufr.legato.ff.de vſufr.] Præterea ei vtilis aquæ arcendæ actio, etiam nomine ſuo, vt quaſi domino, competit.[tex in l.ſi vſufructus.ff. de aq.plu.arc.] Et licet ei dire-

Vſumfructũ partẽ eſſe dominij.

ctę actiones non dẽtur, vtiles tamen competunt. etiam pro ſeruitute debita rei in qua vſumfructum habet, vt vicinus ſcilicet patiatur eum vti frui [l.1. in princ.ff.ſi ſeruit.vendic.] Ex quibus conſtat vſumfructuarium omnia fere, vt dominum, agere, ideo quod ad propoſitum pertinet, eundẽ poſſe à iudice impetrare, vt in feudi poſſeſsionem mittatur ob laudimias, & cæteras obuentiones quæ debentur, non ſibi ſolutas. Quanuis enim inueſtitura, & inueſtituræ renouatio, admiſsio fidelitatis & homagij, ac laudatio alienationis, propter quam laudimiæ debentur, ad dominum non vſumfructuarium pertineant: laudimiæ tamen & ventæ, rachatus, cæteráque emolumẽta, & obuentiones feudi cenſus, & terragij, ad fructuarium pertinent. [Iuxta ea quæ diſtinguit Guid.pap.in deciſ.delph.quæſt.477.vtrũ proprietarius vel vſufructuarius. & firmat Abb.in rub.C. de vſuf.& in d.l. vſufructu legato.ff. eo.] His adde quòd hæc conſtitutio hanc ſaiſinam non concedit domino rei feudalis, ſed ei qui ius feudi, cenſus, vel terragij habet. vnde fit vt ea conceſsio facta à lege municipali reſtringi non debeat ad ſolos proprietarios, & qui verè ſunt domini rei: ſed & vſusfructuarios potius includat, qui domini ſunt ſi non proprietatis, ſaltem vſusfructus. eo quòd iura feudi, cenſus, terragiue ob quæ iſta ſaiſina permittitur, ad eos pertineant. & ita ſub hac conſuetudine comprehenſi intelligũtur. [per ea quę declarant Bar. & Ang.in d.l.in venditione.de bon.auth. iud.poſsid. Alex.conſil.129.puto de iure. vol. 2. eſt gl. ſing. in cit. l. 4. de vſufr.ff.] Quapropter in his quæ ad vſumfructum ſuum conſequendum, tuendum, & conſeruandum pertinent, poteſt iure ſuo omnes actiones vtiles intentare, ſicut verus dominus directas [l.ſi vſufructus.ff.de aq. plu.arc.] Prẽterea rei cuſtodia ad vſufructuarium pertinet. [l.1.in fi. cum l. ſeq.ff. vſufr. quemad. cau.] Ita vt mandatum à domino habere cẽſeatur, veluti procurator in rem ſuam. [l.1.§.vlt.ff. de no. oper. nũt.] vnde poteſt ipſe, tãquam legitimus domini procurator, nouum opus nũtiare, aut vtilem vendicationem nomine ſuo proponere, quo ſibi vti frui liceat. Et iſta fere ſunt, quæ in vtramque ſentẽtiam adduci poſſe opinor. Verum vt huic quæſtioni, dubiæ ſatis & perplexæ, colophonem addam, ita cum Bartolo decidẽdum cenſeo: vt ſiquidem fructuarius actionem proprietario cõpetentem intentare exerceréque velit pro damno communi ſibi ac domino, id quidem facere procuratorio nomine liceat, cum in hoc cenſeatur procurator tanquam in rem ſuam cõſtitutus. [d.l.1.§.vlt.ff.de no.oper.nũtiat.] At non proprio tantum [d.§. neque fructuarius.] Cæterum ſi non pro communi, ſed proprio ac priuato damno tantum, ſeu pro re ad ſeipſum tantum pertinẽte agere velit, vt pro laudimiis, fructibus, & aliis obuentionibus ad eum iure vſufructus pertinentibus, tum quidem pro conſtanti habeo, eum poſſe ad eas res vtiles actiones intentare, ſicut directas proprietarius intentaret. Quapropter concludendum in propoſita quæſtione exiſtimo, vſufructuariũ ob fidem nõ ſibi præſtitam, laudimiáſque & cæteras feudi obuentiones ſibi non ſolutas, vt procuratorem dominum in rem ſuam cõſtitutum in hac communi cauſa, vtrũque concernẽte, ſaiſire poſſe. Quod ſi quæſtio tantum foret de laudimiis, vel aliis iuribus vſumfructum ſuum duntaxat concernentibus, non poſſe eum priuato ſuo nomine ſaiſire. Idémque de vidua doaria iudicandum arbitror, cui vſufructum dimidij patrimonij mariti pro doario competit. vt j.de matr. & doa.§.3. Quam quidem deciſionem circa fructuarios, rectè extendi poſſe exiſtimo ad conductores, quos hodie arrentatores, & firmarios vulgo appellamus, eòſque ad longum tempus conſtitutos, non qui ad modicum tempus, per ea quæ à me vberius diſputata ſunt in cit.§.2.ſ.de gardi. in ver. fructus. ad fi.

Vſufructuarium ſaiſire poſſe certis de cauſis.

Cæterum ex hac deciſa quæſtione alia oriri poteſt, quid iuris ſit de aliis qui vere domini non ſunt, ſed pro dominis tãtum habẽtur, vt maritus, qui de iure communi conſtãte matrimonio rerum dotalium dominus habetur. [l.doce ancillam. C. de rei vend. l. in rebus. C. de iu. dot. vbi glo. ſing.] & qui hoc iure noſtro municipali fructus facit ſuos, quandiu conſtat matrimonium, atque ſuper his diſponit tanquam dominus [vt j.de matrimo.§.1.2.& 3.] Item vt gardianus nobilis, qui cõſtante gardia, ſeu pupilli nobilis tutela, fructus rerum pupillarium ſuos facit [§.2.in ver. fructus ſ. de gard.] Sic etiam tutor loco quoque domini habetur, cum liberam in rebus pupilli diſpoſitionẽ habeat. [l. interdum.§. qui tutelã. ff. de furt.l.qui

An ins apprehenſionis habeant qui pro dominis habentur?

fundum.§.ſi tutor.ff. pro empto.l. qui filium in prin. verſ. itaque.ff.de manumiſſ. teſta.l.cũ in vna.§.tutor.ff.de appellat.vbi Accurſ. tutorem quaſi dominum cenſet, eiúſque poteſtatem violentam eſſe.] Sic denique omnes qui officium gerunt, ſiue in humanis rebus,ſiue diuinis, qui pro dominis habentur[vt eſt gl. in ſing. in cit.l. qui fundum.] an iſtiuſmodi perſonis ius ſaiſiendi competat? Et ſanè in ea ſum ſententia vt iis omnibus & ſimilibus qui generalem ſeu ſpecialem rerum adminiſtrationem ſuſceperunt,hoc ius ſaiſinæ competat. Nam ad maritum, quod attinet, id nominatim teſtatur Ioan. Fab. in.§. fuerat.in pr.col.1.inſt.de act.maritum ſcilicet pro rebus dotalibus homagia facere poſſe, ac eadem recipere, habita ratione reciproci oneris & commodi. Rationi enim cõſentaneum eſt, vt quemadmodum maritus poſt cõtractum matrimonium, omnia onera feudalia ſuſtinet,[vt j.de obuẽt. feud.§.10.]ita quoque lucra emolumentáque omnia percipiat.[l.id quod poſt.ff. de per.& comm.rei vend.& in reg. ſecundum naturã.ff. de reg. iur. & c.qui ſentit. eod. tit. in 6. fa. quæ Bart. Bal. & Aret. poſt.gl.in l.ſi is qui.§.ſi quem quęſtum.ff. commod.]

Gardiani verò,qui tutores ſunt municipales, vt diximus affatim ſ.de gard. huiuſmodi quoque feudalia onera agnoſcere tenentur, vt pote qui feudalia emolumenta percipiant. Illi quippe,vt oſtendimus, liberam habent rerum pupillarium adminiſtrationem, & quaſi poteſtatis plenitudinem,[vt nominatim decidit Ioan. Fab.in l.ſancimus.C.de adminiſ.tut.Bal. con.376.] Idem ius in cæteris alienarum rerum adminiſtratoribus, tam in diuinis quàm humanis rebus, vt ſunt prælati eccleſiarum, & curati, quos hæc omnia circa feudum & cætera dominicalia iura actiuè ac paſsiuè explicare poſſe nemo ambigit:vnde fidem quam debent, præſtant, ac ſibi debitam recipiunt, laudimiáſque ac indemnitates ſoluunt,ſi bique ſoluẽdas excipiunt,[vt probatur ex c. 1. in pr. qui feu.da.poſ.& c.2.extra. de feud.c. grandi. de ſupp.negl.præl.lib.6.Et Bal.in cit.con. 376.in princ.]

¶Procuratores.

HInc itaque conſtat huiuſmodi negotium per procuratorem expediri poſſe. Et reuera tam iure feudorum, quàm iu re communi inueſtitura feudi ab vtraque parte, actiue ſcilicet, & paſsiue, per procuratorem ſpecialiter expediri poterat.[tex.in c.vnic.in prin.per quos fiat inueſtit.] Quam quidem inueſtituram,etiã per procuratorem factam,veram,rectam, propriámque atque perfectam cenſeri oportet.[l.quod meo.ff.de acq.poſſ.l.certè. §.procurator.ff.de prec.& c.accedens. extra. de probat.] Ratio huius rei eſt, quòd quicquid agit procurator authoritate ac mandato domini, videtur id dominus ipſe facere.[c.mulieres.ſub fi. extra. de ſent. excommun.] Quocirca Bald.pro indubitato concluſit.in con.138. factum.ſub hac forma proponitur.dominus gentilis.libr. 1.]eum qui procurator conſtitutus eſſet, à domino vel prelato ad adminiſtrandum res ſuas, poſſe inueſtituras & renouationes feudales ac emphiteoticarias facere, eo quod à dominis ſolitæ ſint fieri,& ideo in generali mandato ad adminiſtrandum, concluſæ intelliguntur, etſi perſonalem ſapiant obligationem.[vt eſt tex. ſing. in l.Titianus.ff.quod cum eo.] Et preſertim ſi in eo mandato clauſula conſueta (etiam ſi caſus exigeret ſpeciale mandatũ) apponatur,quæ ſecundum eũdem ſpecialis mãdati vim habet[per not.à Bar.in l.filiusfa. ff.de donat.Guil.de Cug.in l.ſed etſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.not. in c. quid agendum.de procuratoribus.in 6.]

¶Iuriſdictionem.

HVic diſtinctioni cõformis eſt ea quã tradit Bal.poſt Bellou.in c.1.§.adhęc. de pac.iur.firm.in vlt.col.verſic. quæritur an dominus poſsit propria authoritate feudũ à vaſſallo auferre.In qua quęſtione ita diſtinguit ſi vaſſalli inobedientia notoria ſit, & dominus iuriſdictionem habet,tunc quemadmodum ob aliorum contumaciam, alios in rei poſſeſsionem mittere poſſet, ita & iſto caſu ſeipſum quoq; mittere ei licet.[Allegat l.commiſſa. ff.de public.& vect. vbi ſecundum Paul.Caſt. caſus eſt ſpecialis,in quo traditione & poſſeſsione transfertur dominium, ſi res in commiſſum cadit,vt eſt glo.ſing.in l.cum duobus.§.idem reſpondit.in verſic.conſequatur.ff.pro ſoc.vbi Accur.] Cęterum,ſi ille dominus cui contumacia à vaſſallo facta eſt, ius non habeat iuriſdictionis, eum oportet querelam ſuam proponere apud

eum cui iuriſdictio competit, & petere, vt in poſſeſsionem mittatur. Quæ Bal. ſentẽtia mihi oppidoquàm placet.

¶Prætorio.

EX hoc conſtat primam ſaiſinam, ſeu manus iniectionem ſub forma iuriſdictionalis ſeu prætoriæ miſsionis in feudum non fieri, ſed iure dominicali, tanquã in rem domini ex authoritate legis municipalis: vt fit quãdo quis pactus eſt de manus iniectione, ſi quid contra vẽditionem mancipij factũ eſſet. [l. ſi Titius. ff. de ſeru. export. l. 1. in fi. & l. 2. ibi (ſi vt manus iniectionem haberes cauiſti tibi, iure tuo vti potes) C. eodem.] Ad quam quidẽ manus iniectionem tutandam authoritate regia, aut imploratione officij ſuperioris iudicis, ſecundam miſsionem impetrare poteſt: ne ſcilicet vis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt, vtque omnino compellatur vaſſallus, à feudo recedere, non quidẽ prætoria poteſtate, vel manu militari: ſed melius & ciuilius agendo, vt res per interdictum ad ius ordinarium remittatur. [vt elegantiſsimè cauit Vlpi. l. 1. §. neceſſario. ſi ven. no. mu. in poſſeſ. miſ.] Quod & hodie paſsim apud practicos obſeruari ſolet. nempe principis noſtri reſcripta, ſuperiorúmq; iudicum commiſsiones in manus confortatorię forma decretę ita fere in eũ ſenſum conceptæ ſunt, vt princeps primo nuntio (quem ſergientem vocamus) mandet, iubeátque vt tueatur & defendat dominum feudalem in ſua, quam nactus eſt ex vaſſalli contumacia, ſaiſina: item vaſſallo, aliiſque quibuſlibet adiecta prohibitionis clauſula, ne quam vim in illum faciant, néue dominũ à poſſeſsione ſua diſturbent. Cui & ea adiici ſolet clauſula ſalutaris, vt ſi vaſſallus ſe ex ea ſaiſina ſentiat grauatum, in iudicio compareat inſtitiæ complementum recepturus: quod eſt ad ius ordinarium remittere. Cui conuenit quod alio in loco ſanxit iuriſconſ. in l. cauſam. §. puellam. ff. de manumiſſ. Manus ſcilicet iniectionem plærunque auxilij ferẽdi cauſa interuenire: Et veluti venditor cum pacto ſibi non prouidit de manus iniectione, cum ancillam exportãdam venderet, eam à procuratore Cæſaris, in hac cauſa iudicis, impetrare debet, ita patronus feudum apprehendere non poteſt priuata authoritate, vbi iuriſdictionem non habet: ſed id à principe vel ſuperiore iudice impetrare oportet.

Conceptio reſcripti principalis ad tuẽdam ſaiſinã.

Cæterum, duo ſunt circa hanc apprehendendi feudi licentiam à conſuetudine conceſſam, perpendenda. Primum eſt, q̃ ea manus iniectio in feudum vaſſalli facta à domino, qui iuriſdictionem habet, non intelligitur facienda in forma prętoriæ & iuriſdictionalis miſsionis, qualis iure anti quo fieri ſolebat, domino non cauente de damno infecto, vel ob contumaciam non comparentis, ſed fit illa ex iure dominicali pro iuris ſui executione ſibi à iure municipali conceſſa. Quod vel ex eo cõſtat, quod in huiuſmodi miſsione decernenda partis citatio non requiritur, neque cauſæ cognitio adhibetur. Quam rem & clarè oſtendunt conſuetudinis verba, quæ ad dominum diriguntur, non ad iudicem, quo fit vt eius executio domino ad quam ipſa dirigitur, demandata cenſeatur, [per ea quæ tradit Bart. in l. 1. in princip. quęſt. ff. de condict. ex l. & Bal. in rub. ac Salic. in l. 1. C. eo. & Bal. rurſus in l. dos data. C. de donat. ante nupt. Accurſ. Alex. & Aret. in l. ſi ſoror. C. de collat.] Alterum eſt, q̃ huius conſuetudinis verba non in rem cõcepta ſunt, ſed in perſonam diriguntur. vnde fit vt minime reſpiciendum, ſi dominus feudi iuriſdictionem ordinariam habet in feudo, ſed ſufficit eũ iuriſdictionem habere. Ita vt etiam ſi feudum extra territorium eſſet, in quo ille iuriſdictionẽ habet, poſſet ea apprehenſionis licẽtia vti. [per ea quæ refert Bald. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in verſ. ſed dubitatur. col. 3. ff. de off. proconſ. & leg. & in l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact.] Iuriſdictio ſiquidem quam habet dominus feudi non cõſideratur reſpectu territorij ſed cauſæ concernentis feudum. Quo fit, vt quis iuriſdictionẽ ſuam exercere poſsit in feudo extra illius territorium ſito. [Butrig. Alb. & Aret. in c. cæterum. extr. de iudic. & Cano. in c. tranſmiſſa. extr. de fo. compet.] feudum quippe ipſum perpetuo reſpicit dominum, vt caput. vnde quemadmodum in ipſa mẽbra influit capitis virtus. [l. 1. §. caput aquæ. & §. ait prætor quo ex caſtello. ff. de aq. quot. & æſt.] ita & feudũ ipſum iuriſdictionẽ domini tanquam capitis ſequi oportet. De qua re nos infrà copioſe agemus, tit. de feud. §. 20. Facit & in ſimile quòd de prẽcepto garentigię obſeruari ſolet apud nos, vt ſcilicet executionem habeat paratam, vt infrà de deb. perſo. §. 4. Nam cum contractui inhæreat,

poteſt vbiuis locorum executioni mandari etiam extra territorium notarij, qui vt iudex chartularius fecit paæceptum. A quo nec appellari licet [teſte Bal. in addit. Specul. tit. appellat.] vnde maiore ratione poteſt dominus feudi, in feudum, quod apertum vacánſque reperit, ex poteſtate ſibi à lege conceſſa, manus iniicere, quæ quidem vt iuriſdictio ordinaria minimè conſideratur, ſed vt ex contractu deſcendens, & quæ à lege feudorum, & iure noſtro municipali fomentum accipiat, & in domini perſona reſideat, cui de iure ac cõſuetudine manus iniectio cõpetit, ſicubi illud inuenit, & cui ſi præcludantur fores eas infringere ſuo iure liceat. [vt refert Bal. in c. 1. ſub fi. de controuer. int. dom. & fid. per ea quæ not. in c. 1, extra. de immu. eccl.] Quinetiam magis eſt à nonnullis, iiſque grauiſsimis viris creditum, dominum feudalẽ in ipſo feudo realem ac perſonalem iuriſdictionem habere, [Bal. in c. cæterum. col. 3. extr. de iud.] Ideóque in illa ſpecie in qua iuriſdictionem habet dominus, potuiſſe manum ſuam feudalem iniicere. Sed hæc ſatis ſint.

¶ Manum ſuam iniicere.

MAnum iniicere in rem aliquam eſt, quod vulgari idiomate, ſaiſire ſeu ſaiſinare appellamus, à ſaiſine vtrunque dictum, quod gallicum vocabulum teſtatur Cy. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. Et Paul. Caſt. in l. qui vniuerſas. ff. de acqui. poſſeſ. & meminit Budęus in l. vltim. ff. de ſenat.

¶ Diſtrahentur.

CLauſula hæc, pour laquelle faire ſeront les fruictz vẽduz & addenerez par le ſergent & executeur, non tam falſo quàm impertinenter eſt huic noſtræ conſuetudini inſerta. Cui adiiciũdę, dum fortior me opponerem, reſtitêre ex collegis noſtris nonnulli, atque vicêre: ſed vt ingenuè loquar, turba magis quàm veritate. Nónne (dicebam) hæc noſtra conſuetudo tria hęc iura dominicalia feudum, cenſum atq; terragium, reſpicit? Quare cum ſuper omnibus in vniuerſum diſponat, iiſdem ſingulis eius diſpoſitionem conuenire oportet. [l. iura. cum ſimil. ff. de leg.] At nemo inficias ibit eam cõſtitutionem ſuper venditione fructuum ex fundo feudali perceptorum, minimè feudo conuenire. Dubium quippe non eſt, ſi feudum apertum ſit, ob fidem nõ præſtitam, exhibitáue homagia, dominum id ſuo iure apprehendentem, fructus ſuos facere, ideoque obuentiones debitas, quæ nec ſuper fructibus imputãtur imminuere non poſſe. [vt eſt caſus in §. 1. & §. 26. ĭ. de obuent. feudal.] proinde cõſtat otioſam ac ſuperuacaneam huiuſmodi clauſulam eſſe, qua pro ſolutione denariorum feudalium fructus fundi feudalis vænire debere conſtitutum eſt. Præterea conſtat ex hac clauſula manifeſtam ſequi repugnantiam inter hunc §. & §. 1. ĭ. de obuent. feud. quo conſtitutum conſtat fructus feudi ita domino apprehẽſi integros illi deberi, quouſque illi fides exhibeatur, debitáq; præſtentur obſequia. Cæterum hic omnino oppoſitum diſponitur, vt ſcilicet è fructibus venditis fiat obuẽtionum feudalium ſolutio. Et in eam ſane ſententiam iam tãdem cæteros pertraxeram, niſi quidam obſtinato, & in me inimico animo perpetuo reſiſtiſſet, quem ſane honoris cauſa non nominabo. Quicquid ſit, hęc clauſula in feudo minime locum habet, verum in cenſu ac terragio tãtum, niſi in caſibus illis, in quibus ſpecialiter dominus fructus ſuos non facit, vt in caſu §. 11. ĭ. de feudis & in c. 4. ĭ. de catal. & dinumera. Quare melius eſt hanc clauſulã vt ſuperfluam quàm vt cæteris conſtitutionibus cõtrariam ac pugnantem condemnari. Idq; ex ſimilitudine reſponſi illius Galli Aquilij, cuius ſuperfluitatẽ & inſufficiẽtiam magis admiſſam legimus, quàm contrarietatem, [vt conſtat ex l. gallus. in princ. C. §. 1. de lib. & poſthu.]

Dominum in feudum manus iniicentem fructus ſuos facere.

¶ Litis vindicem.

EVm litis vindicem latini appellant, quem vulgus noſtrorum garendum dicit: eum ſcilicet qui alterius cauſam ac defenſionem aſſumit, ac in ſe transfert iudicium [de quo Bart. in l. ſolutionem. ff. de ſolut. & in l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. Bal. in l. 2. C. de pact.] Hinc in praxis noſtræ vſu, cum in iudicium alterius cauſa vocamur, nobis dominum nominare permittitur, cui ſe liti offerre vindicem & iudiciũ in ſe trãsferre licet [iuxta l. 2. vbi in rem act. C.] Porro quod ad garẽdi nominationem in cauſa feudali pertinet, iſtud obiter annotandum eſt, quanuis iure communi iſta recepta eſſet, maiores tamen no

ſtri de eo legem iſtam introduxerunt, vt ſi quando inter plures de iure patronatus feudi vertatur controuerſia, quandiu lis pendet ſuper iure patronatus, vaſſallum grauari non oportere, alteri ex litigantibus & competitoribus fidem præſtare, nec obuentiones ſoluere. Nec ob ea, quæ nomine feudi debet, non perſoluta, poteſt alter ex litigantibus in feudale prædium manus iniicere, donec lis pendet: idque ad ſimilitudinem coloni, qui ſi duo ſuper fundo, quem colendum ſuſcepit, controuertãt, neutri tenetur fructus ſoluere, ſed ſufficit eum cautionem præſtare, de his reſtituendis illi, qui cauſa vicerit. [Bart. in l. litibus. in vlt. verſ. de agric. & cenſ. libr. 2. C. cuius ſententia confirmatur per l. cuiuſcunque. §. ſi fundus. ff. de vſuf.] Cæterum altera eſt via longe magis expedita ac compendioſa: nimirum cum videt vaſſallus duos ſuper dominio feudi in iudicio diſceptare, à principe reſcriptum impetret oportet, quo præſidem prouinciæ in qua ſitum eſt feudum illud controuerſum, mãdetur, vt illum per manum ſupremam in fidem, atque clientelã admittat, eíq; ſui feudi emancipationẽ faciat, iura ac debita deponẽdo penes eum conſignãdóque ad opus atque vtilitatem futuri victoris, cui in caſum victoriæ reſtituturus ea ſit iudex velut depoſitarius [iuxta l. ſi oleum. in princ. ff. de dol. & l. ſi rem. §. ſi quis ſponſionis cauſa. ff. de præſc. & quæ traduntur in l. interreſſe. ff. de ver. oblig.] Nec tenetur poſthac vaſſallus aliã fidelitatem iurare dño, quam ſemel in perſonã præſidis prouinciæ præſtitit, aut alius tãquam procuratoris in rẽ eius qui victurus eſt. Nimirum huius præſtiti homagij effectu ei ſoli profuturo, qui ex iudicis pronuntiato, dominus directus declarabitur. [arg. l. iure noſtro. §. vlt. ibi: Euentus rei iudicatæ declarabit. ff. de teſtam. tut. l. qui res. 1. 2. & 3. reſponſo. ff. de ſolu. l. quædam. de reb. dub. l. rem non nouam. C. de iudic. facit Oldr. conſ. 22. ad quæſtionem. in reſol. 1. quæſtionis. Cuius meminit Bal. in proœm. Gregor. col. 2.] At diuerſum obtineret, ſi vaſſallus alteri è dominis forte pendente controuerſia ſe debita fidelitate liberaſſet. Si is enim cui homagium præſtitit, cauſa ceciderit, iſtud in cauſa nõ eſt, quominus qui victor extitit, ſibi iura debita à vaſſallo poſtulet, etiam, quod mirum eſt, ſi qui victus eſt, cuique fides iuramento promiſſa, fuiſſet id temporis in legitima feudi poſſeſsione. [arg. l. ſi tibi decem millia. §. quum poſſeſſor. ff. de pact.] Quod confirmari poſſe arbitror, ex eo quod tradit Bal. [in c. ego N. in 2. col. de iureiu.] nempe iuramentum falſo ac putatiuo prælato præſtitum, vero prælato nullum generare præiudicium. Sicut nec eidem falſo prẽlato facta ſolutio debitorem liberat, niſi ex vi & neceſsitate cõtractus cum eo initi ſoluiſſet [tex. eſt ſing. in l. ſi vrbana. vbi nominatim Bart. ff. de cõdict. indeb. & in l. creditori. C. eod.] Quod tamen ita temperari ſolet, ſi ij qui ſoluerunt errore legitimo, & non improbabili ducti id fecerint, vt pote quia is communi vulgi opinione pro vero prælato publicè ac palàm haberetur, omniáque vt legitimus prælatus nullo refragante ageret. Hæc ſiquidem quaſi poſſeſsio probabilem, & iuſtiſsimam erroris cauſam ſoluenti præſtitêre. [ſecundum Ang. in cit. l. ſi vrbana. quem ſequitur Paul. Caſt. & Iaſ. in cit. §. cum poſſeſſor. & hanc materiam affatim tractant Immo. Ioan. And. & cæteri cano. in c. tranſmiſſamide elect. & in c. ex literis de reſt. ſpol. & Bart. in l. 2. C. de ſeru. & aq. in l. certũ. C. de rei vend. & l. ñ arrogator. 3. col. ff. de adopt.

Pendẽte inter duos patronoscõtrouerſia, vaſſallus neutri fidem &c. præſtare tenetur

Iuramẽtum putatiuo prælato factum, vero nõ præiudicare.

ARTICLE QVARENTIESME.

Item oudict bailliage & reſſorts y a pluſieurs autres droictz ſeigneuriaux, cõme tailles, oſtizes, coruées, obliaiges, auenaiges & autres droictz. Mais toutesfois ſont preſcriptibles & cõpatibles tant l'vn auecq' l'autre, qu'auecq' leſdictz trois autres droictz de fief, cens & terrage.

§. OCTAVVS.

Præter hæc dominicalia iura, alia ſunt pleráque in prouincia Bleſenſi eiúſque reſſortu, cuiuſmodi ſunt tailliæ, oſtiziæ, coruatæ, obliagia, auenagia & alia huiuſmodi. Quæ tamen præſcriptibilia ſunt, compatibiliaque nedum adinuicem, ſed & cum his tribus iuribus ſupradictis feudo, cenſu, & terragio.

DE quibus hactenus iuribus actum est ea vere dominicalia sunt, multisque sunt specialibus priuilegiis donata, præter quę hoc §.nonnulla recensentur: quę quia extrordinaria sunt, nullas habere prærogatiuas intelliguntur. Nam pręter ea quæ hic traduntur, non habent priuilegium manus iniectionis, quemadmodum superiora. Quod etsi expressim sancitum non extet vlla consuetudine, licet tamen facile id coniicere duabus potissimum rationibus. Prima quod tria super enarrata iura dominicalia ordinaria sunt, nulla enim prędia possideri possunt quæ ex his alteri obnoxia non sint.§.1.s. eod. Ideo priuilegium manus iniectionis, & cætera alia, ad extrordinaria iura minime necessaria pro trahenda non sunt, [l.Seia.§. medico. vbi Bart.ff.de ann.leg. in vlt.not.& in l. sed si quis.§.quęsitũ.ff.si quis caut.] facit Oldr. con.129.in quæstione qua quæritur. asserens ea quę Archidiacono Campanię pro prospero eius (vt fit) aduẽtu deberentur, ad eũ qui sui archidiaconatus fructus certa pẽsione locasset, quem nos fermarium appellamus, non pertinere: eo quòd verba contractus, seu fermæ ad ea quæ certã formam erogationis annuæ haberent, essent referenda. & sic ad ordinarias præstationes, non autem extraordinarias [per cit.§. medico.& id probat Dec.con.632. Quod suprà pro veritate.] Altera ratio est, quòd illud priuilegiũ iniectionis manus in rem ipsam causa indicta, & parte minimè citata, cum communibus iuris regulis pugnare certissimum est, vt suprà pluribus ostendimus in prox.duobus §§.vnde constat id extendi non posse extra casus minime expressos, & maximè ad alia iura extraordinaria: at immo magis restringi debere, manifesta iuris ratio ostẽdit, [c.odia. de reg.iur.& nos affatim in proœm.huius operis.id quod supremo senatus Parisien. decreto confirmatum est.

Iura hæc saisinæ priuilegium dominis minimè tribuere.

¶Tailliæ.

TAillię vulgare est Gallorum vocabulum, quod Latinis tributum dicitur, quod solent principes à suis exigere subditis, vel quod domini à suis seruis condicionatis exigunt in ea prouinciæ nostrę parte, qua seruitus locum habet. Cuius duo esse genera constat voluntarium, & statum seu abonatũ. vide quæ scripsimus in §.1.in verb.habilem.j.de succes.

¶Ostiziæ.

OStizia (vocabulum inauditũ & Gallis tantum peculiare) gallinarum tributũ est, quod pro fragio seu per fumantes (ita enim vulgaribus verbis vtar) penditur, id est per singulos incolas territorij quo tributum istud locum habet, pro singulis focis, seu, vt vocant, casamentis annuatim domino territorij soluitur. vt gallina vna in carniprimio, aut alia stata die.

¶Coruatæ.

COruatæ, operæ sunt diurnæ, quas rustici suis dominis in signum superioritatis præstare tenentur statis temporibus, vt messium vel vindemiarum. Et eæ [secundum Guid. Pap.in decis.delphinat. q. 472. quia suprà.] in quadruplici sunt differẽtia. Quædam enim officiales sunt, quæ sine cuiusquam doctrina, nullóque adhibito magistro percipiuntur, vt arare, fodere, grana colligere, fœna secare, & alia huiusmodi opera rustica. Aliæ verò sunt artificiales, quæ arte & doctrina discuntur, vt scribere, pingere, ædificia construere, & alia huiusmodi, in quibus non tam corporis seruitio, quàm animi industria vtimur. Quę duæ species personales sunt. [l.legatis seruis. §. si ex officio.de legat.3.] Aliæ item sunt operæ seu curuatæ, quæ ab animalibus, ac pro animalibus præstantur, quale est frumentum vehere, aut farinam per boues, molas pro molendinis, ligna pro castris & fortalitiis trahere. Quas curuatarum species sibi videri ait reales esse, quod à rebus, vtpote animalibus præstentur. Alias præterea dicit mixtas esse, quæ ab hominibus, ac eorum animalibus simul præstantur, vt si teneatur subditus domino adesse, & eũ iuuare sua suorúmq; iumentorum opera. [fac.quæ not.in l.numerum.in prin.& §.mixta.ff.de municip. & hono. Accurs.Bart. & Alex. in l.si non sortẽ.§.libertus.ff.de cõdict. indeb.] Idem Guid. decis. 217. in hac patria delph. eod. vol. disputat, an domini facere impensas, ministraréque sumptus teneantur his suis subditis, dum huiusmodi debitas operas præstant. existimátque dominum iure communi sumptus facere teneri, [motus tex.in l.suo victu.ff.de operis liberro.] Verum, pace tanti viri dixerim, planè ea in

Curuatarũ genera quatuor.

Cuius sumptibus huiusmodi curuatæ præstari debeant.

re fallitur, ſua enim ſententia omnino pugnat cum eo Iuriſcon. reſpõſo, quo aperte cauetur ſuo victu veſtitúque homines iſtos prẽſtare patronis ſuis operas debere, prætерquam in caſu inopię, quo patronus alimenta exhibere tenetur, vt ſentire videtur Accurſ. in vlt. opin. ab eo relata. Sed & aduerſus Guid. extat expreſſa Az. deciſ. titu. de oper. lib. (à quo ſuam illam ſuprà commemoratam diſtinctionem excerpſiſſe fatetur) & Bart. in l. ſi non ſortem. §. libertus. in penul. col. ff. de condict. indeb. facit quod dici ſolet, eum qui ad aliquid faciẽdum obligatur, id ſuis expẽſis ac ſumptibus facere teneri, niſi aliter inter contrahentes ſpecialiter conuenerit. Ego vero vt ſemel quid de ea re ſentiam, paucis explicem, ita diſtinguendum cenſeo iuxta communem interpretum doctrinam & præcipuè Ang. in cit. §. libertas. Vt ſiquidem qui operas præſtare debet, ad illas teneatur ex præcedenti obligatione, vel ex cauſa remunerationis, veluti vaſſallus & libertus qui eo in loco à doct. æquiparantur. hoc caſu locum habeat ſententia Azo. & gl. ſupra relata. Quod Ang. exemplificat ibidem in vaſſallis, qui tenentur in exercitum proficiſci, caſtra domini cuſtodire, vallum ſepire, ac circunducere foſſas. Quę omnia ſi potẽtes ſint, ſuo prẽſtare ſumptu tenẽtur [interpr. in d. §. libertus. Bart. l. mœnia. §. 1. de ann. lega. Bald. l. qui manumittitur. ff. de op. lib. & Oldr. cõſil. 234.] Quòd ſi inopes, & huic oneri pares non ſint, tenentur domini eos alere. Nam & iure feudorum iſtud obſeruatum conſtat, vt ſi vaſſallus non haberet vnde viueret: ſiquidem dominus requiſitus alimenta denegauerit, ei licere feudum libere alienare, quaſi dominus vaſſallum pro derelicto habuerit, [vt eleganter tractat Bal. in c. quæ in eccleſiarum. ext. de cõſtit. colum. 1. verſ. quid ſi vaſſallus.] Si verò eæ operæ ex liberalitate præſtentur, & non aliqua obligationis cauſa, ſufficit eas quidem exhibere: ſumptus tamen facere tenetur dominus. [l. in rebus. §. penult. ff. cõmod. l. ſi non remunerandi. §. vlt. ff. mand. l. qui proprio. §. item quãquam. ff. de procurat.] Qui tamen victus cum qualitate perſonæ quæ operas præſtat, commenſurandus ſit. [Butr. in c. finem litibus. de dol. & contum. poſt Ioan. in addit. Specul. tit. de expenſ. §. vl. verſ. quid ſi victor.] Quòd ſi opera huiuſmodi ex mercede conſtituta debentur, tunc quia merces loco victus ſuccedit. [l. 2. C. loc. & d. l. ſi remunerandi. §. vlt. ff. mand.] quæ ad victum neceſſaria erunt, ſibi parare debebit, operaríue, ſeu mercenarius, non dominus qui operas locauit. Huc ſpectat quod tradit Bal. [in l. quoniam liberi. C. de teſt. in fi.] eum qui ſimpliciter aliquem ad opus aliquod extruendum locauerit, nec vlla ſuper præſtandis his quæ ad victum neceſſaria ſunt, facta ſit mentio, non debere operariis victum diurnum præſtare. Sed crediderim ego ea in re ferme conſuetudini, ac moribus regionis ſtãdum omnino eſſe, vt idem fatetur. Et in hanc diſtinctionem ſeſe fere reſoluunt doct. omnes, in cit. §. libertus.

An dominus cui curuatę debentur inſtrumenta operariorum da re teneatur.

Ad inſtrumẽta verò quod attinet, quibus operarij vtuntur, cuiuſmodi ſunt falces pro ſecandis pratis ſecures pro ſcindendis lignis, ligones pro arandis terris, expeditum eſt eum qui operas debet, illa ſuo ſumptu parata habere debere, híſque ſuo vti periculo. [Caſus eſt expreſſus in l. 1. ff. ad l. Rhod. de iac. verſ. Nam etſi faber iucudem, vel malleum infregerit, non imputatur ei qui opus locauerit. Cui ſententiæ conſentiunt omnes in cit. §. libertus. & Bal. in d. i. quoniam liberi.]

Sed hinc oritur altera quæſtio, quam ſub finẽ prędictæ deciſ. 472. mouet Guid. Pap. Qui huiuſmodi operas debebat, deceſſit, relictis duobus pluribúſve liberis, an illi ſingulas curuatas præſtare teneantur. [hanc quæſt. diſputat Specul. titul. de feud. §. quoniam. q. 9. Cui non abſimilem tractant quoque Bart. Bald. & Alb. poſt Dy. in l. ſi pluribus. in princip. de legat. 2.] Et ab interp. [in d. l. ſi pluribus] traditum eſt, vnum ab omnibus tantum ſeruitium deberi, niſi aliud ſpecialiter conueniſſet: vt ſcilicet ea iura à ſingulis hęredibus prẽſtarentur, & ita ſentiũt ſupra commemorati interpretes in cit. l. ſi pluribus. Verũ tamẽ vbi ſeruitium iſtud indiuiduum eſſet, quod ſeparatim præſtari non poſſet, vt eſt coruata quod eſt opera diurna & quæ ideo diuiſim à pluribus expediri non poteſt [vt expreſsim cauetur in l. 3. ibi, nec pars operæ per horas ſolui poteſt, quia id eſt officij diurni. ff. de oper. libert. & l. libertus. eod. tit. ibi neque promitti, neque ſolui, nec deberi, nec peti pro parte poterit opera] tum à ſingulis ſeu ab vno poterit exigi ſolidum, ſeu integrum ſeruitium quo exacto cæteri liberabuntur. Qui verò ſoluerit ſolidum, fratrem conuenire ad ęſtimationẽ ſuę partis poterit. Id eſt quod

Coruatas ſeu operas diurnas indiuiduas eſſe.

vulgo dicimus contra cęteros correos debendi regreſſum habebit.

¶ Obliagia.

HOc nomine ab obliuione tracto, Gallorũ vulgus vtitur, pro iuribus quæ pœnam ſeu mulctam ſuæ deſidiæ habenti annexam, ſeu quod noſtro vulgari idiomate dicimus, quæ ſecum ſuam importãt emendam, ob ſolutionem ſtata die non factam: eóque obliuio ſum ſua ſequatur pœna.

¶ Auenagia.

AVenagia vulgus appellat annua tributa auenæ, vtipſum nomen ſonat veluti apud nos vocãtur, les auenages de Benes & d'Auerdon, quæ comiti noſtro ab illorum locorum incolis penduntur, propter ius paſcendi animalia in ſyluis paſcuis, paludibúſque comitis.

ARTICLE QVARENTE ET VNIESME.

Gens d'egliſe, communaultez, confrairies, & autres qui ſont reputez main morte, ne peuuent acquerir heritages tenuz en fiefz, cens ou terrage, ſans le congé, permiſsion & licence des ſeigneurs feodaulx, cenſuelz ou terrageaux. Et s'ilz en acquierent, leſdictz ſeigneurs les peuuent contraindre dedans quarante ans apres leſdictz acqueſtz, de les mettre hors de leurs mains.

ARTICLE QVARENTE DEVXIESME.

Item. Et leſquelz gẽs d'egliſe & main mortes ont terme & delay de mettre leſdictz heritages hors de leurs mains vn an apres que leſdictz ſeigneurs leur ont denoncé de ce faire. Et s'ilz ne le font le ſeigneur les pourra contraindre de ce faire par ſaiſie de iuſtice: & tiendra la main pendant le proces s'il en y a. Et ſi ledict ſeigneur obtient, il gaignera les fruictz.

ARTICLE QVARENTE TROISIESME.

Item leſdictz ſeigneurs feodaulx, cenſuelz & terrageaux peuuent indemner & permettre auſdictz gens d'egliſe & main mortes, tenir leſdictz heritages en leurs mains: mais en ce faiſant ne peuuent preiudicier à leurs ſuperieurs.

ARTICLE QVARENTE QVATRIESME.

Item. Et ſi leſdictz gẽs d'egliſe, ou autre faiſans main morte, tiennẽt & poſſedent leſdictz heritages par eux acquis par quarante ans, ſans interpellation ou ſommation de les mettre hors leurs mains, leſdictz ſeigneurs feodaulx, cẽſuelz ou terrageaux ne les pourrõt plus cõtraindre de les mettre hors de leurs mains. Toutesfois ilz ſeront tenuz bailler aux ſeigneurs feodaulx, cenſuelz ou terrageaux, s'ilz les en requierent, homme viuat & mourant pour vicaire, qui fera audict ſeigneur feodal la foy & hommage. A mutation duquel ſera deu proffit de rachapt. Et en heritage cẽſuel leſdictz gens d'egliſe ou main mortes, ou leurs vicaires payeront le cens annuel. & à la mutation d'iceluy vicaire, le proffit & relief ſelon la nature dela cenſiue. Et s'il n'y a vicaire baille ilz payerõt leſdictz proffitz par la mort ou mutation du chef deſdictes egliſes, ou main morte s'il en y a, ou de celuy qui tiendra ledict benefice en tiltre ou commande.

ARTICLE QVARENTE CINQVIESME.

Quand vn ſeigneur feodal ou cenſuel, ou leur receueur & procureur ayant pouuoir ſpecial, a receu les prouffictz des ventes des heritages d'aucunes perſonnes qui ſont reputées main mortes, ou qui leur ont eſté dõnez, leſdictz ſeigneurs ne peuuẽt plus cõtraindre telles perſonnes à mettre hors de leurs mains leſdictz heritages. Bien les pourront contraindre de bailler vicaires.

§. NONVS.

Ecclesiastici, respublicę, fraternitates, aliíque qui manus mortuæ appellatione continẽtur, nulla immobilia bona iure feudi, censúsve, aut terragij, erga quenquam dominum obstricta, cĩtra illius consensum acquirere possunt. Quod si fecerint, quæsita emancipare seu à se dimittere, à domino cogi poterunt.

§. DECIMVS.

Quibus dilatio ad emancipationem eorum, quæ quæsierunt faciendam, vnius anni cœrit à die nuntiationis seu interpellationis à domino factę, connumerandi: intra quam hæc si agere neglexerint, manus iniectio in ea quæsita domino, iudice authore, permissa est: quę lite pendente stabit, ad lucrum etiam fructuum, si dominus vicerit.

§. VNDECIMVS.

Ius tamen esto dominis feudi, censúsve vel terragij indemnitati illorum, si ita iuuat, cõsulere, data eisdem potestate, quæsita retinendi, ita tamen vt nullum ex ea licentia superiori generetur præiudicium.

§. DVODECIMVS.

Cæterum si illi quæ à se quæsita sunt, quadraginta annos absque vlla interruptione possederint, illa emancipare cogi à dominis in posterum non poterunt. Quibus tamen, si ita exigãt, hominem præstabũt, qui vicariam fidem (sic enim appellant) pro his præstiturus sit. Quo etiam mortuo pro renouatione, & inuestitura rachatum pendent. Porro pro prædio censuali annuum censum, & in casum mortis ius renouationis, seu (quod vulgo dicitur) renouamẽtum secundum census naturam prestabunt. At si vicarius datus non erit, obuentiones debitæ morte, atque mutatione capitis collegij, si quod fuerit, aut eius qui sacerdotium in titulum commendámue obtinebat, exoluentur.

§. DECIMVSTERTIVS.

Cum feudi censúsve dominus, aut ad illius negotia deputatus procurator ad hoc specialiter datus, obuẽtiones seu laudimias ob alienationes donationésve, in hosce mortuæ manus homines factas receperit: illos propterea quæsita dimittere minime cogere poterit, vicarium tametsi præstare illi etiam inuiti compellentur.

CONsuetudinem hanc istis quinque paragraphis præscriptam, in plærisq; nedũ Galliæ, sed extraneis quoque obseruatam esse prouinciis constat: cuius meminit Fab. in l. quoties. sub fi. C. de rei vend. Et eam inter cæteras nationes apud Gallos multis ante tẽporibus receptã testatur Alex. papa. 4. in c. 1. de imm. eccles. in 6. quam etiam reprobare eo loco contendit. Sed quod ad nos attinet, parum possunt illius conatus ad elidendam rem tantis temporibus apud nos longæuo vsu cõfirmatam, & ad prę iudicandum Regię maiestati, quę in temporalibus neminẽ in superiorem agnoscit. [c. per venerabilem. qui fil. sint legit.] Quare ista Rom. Põtificis constitutio, per se prorsus nulla est, ex deficiente constituentis potestate. [iuxta c. quoniã. 10. distinct. c. cum ad verum. 96. distinc. & not. in c. nouit. de iudic. & Butri. in cit. c. per venerabilem.] nec vnquam apud Gallos recepta: sicut nec totus liber textus, in quo illa decretalis scripta cõtinetur, à Bonifacio octauo editus tum infestissimo Gallorum hoste: cuius vitam moresque, atque mortem lepidè ac laconicè depinxit Bal. in c. 1. in princ. de nat. feud. iisdem fere paucis verbis: Vulpes in introitu, Leo in accubitu, Canis in exitu. Nec nobis obtundant Canonistæ, sui Pontificis potestatis plenitudinẽ, cuius authoritate nulla non ei licere cõminiscũtur, etiam super omnibus statuere & iudicare. [c. cũcta per

Bonifacius octauus Gallis infestus hostis.

mundum.9.q.3.]& ab eo emiſſas conſtitutiones, vniuerſos adſtringere populos. c. vlt.extra. de conſt.] Nam, vt interim nimis multa Papæ ſuo arrogantibus tacitus conniueam(nec enim cum his niſi modeſtè congredi tuto licet) non aliunde reſponſum huic plenitudini poteſtatis petitum volo,quàm ex gl. in cit. c. vlt. vt ea tantum locum habeat in his quæ pontificiæ ſunt iuriſdictionis:cum conſtet iuriſdictiones eſſe diſtinctas [d. c. quoniam. 10. diſt.] Quare conſtanter cum illis contendere auſim,ſui pontificis plenitudinariam (vt aiunt) poteſtatem in non ſubditos rectè exerceri non poſſe. teſte etiam Butrig. [in clem.paſtoralis.de ſent,& reiud.] Qui etiam, quod fortius eſt, refert ſe aliquando reſpondiſſe, Ro. Pontificem non poſſe quicquam in clericorum ſtatuere patrimonia,licet perſonæ ei ſubiectæ ſint:temperátque illius poteſtatem in rebus eccleſiaſticis tantùm,non autem in bonis temporalibus.[Idem Butrig. in c.conſtitutus. de relig. domib.& ſequitur Fely.in c.quæ in eccleſiarum.extr.de conſtit. col.10.ver. tertio declaro.cui adde Socy.conſ.16. viſa bulla Bonif.] Sed fortaſſe hãc cõſuet.impugnare audebunt,quòd in prejudiciũ atque iniuriam eccleſiaſticorum inducta ſit, atque ideo inualida. Quod planè falſum eſſe cõſtat ex c.ſi clientulus.de alien.feud. vbi ſtatutum eſt expreſsim optima ratione introductum eſſe, ne feudum,quod ex natura ſua ad dominum reuertitur in eccleſiam alienari poſſet, quum nũquam ad dominum reuerturum eſſet. Et propterea illic ſubinfertur, vt cum eccleſia quæ ipſa iuſtitiæ cultrix eſſe debet, in ſe iniuſtum aliquid non admittat, neque patiatur,nec in alio toleret, non debeat illa feudum in ſe alienatum retinere. Quod & ſpecialiter diſpoſitum extat in c.vnum.de vaſſal. mili.quiar.vel dep.Nam quomodo eccleſiaſticæ perſonæ feuda retinere poterunt, cum nõ poſsint legitima preſtare feudalia ſeruitia,ea præſertim quæ in armorũ exercitio conſiſtunt.qui enim factus eſt Chriſti miles,ei iam amplius ſeculari militię nomen dare non licet. Quo fit, vt optima ratione conſtitutum ſit,ad eum beneficium pertinere non debere, qui officium gerere non poteſt. Idem fere cautum extat in c.1. §.qui clericus.ſi de feud.controuer. fit int. dom. & agn. Quod & denique eſt pragmatica ſanctione Feder. Imper. conſtitutum,adhibito epiſcoporũ conſilio, ac duRatio quare feuda in eccleſiam alienari nõ poſſint.

cum,& Baronum: Ne liceat etiam pro ſalute animæ,aut alterius pię cauſæ intuitu, feudum alienare vel donationis titulo in eccleſiam cõferre, [vt habetur in c. imperialem.in prin.vbi Bal.de prohib.feu alienat.per Fride. Eſt & tex.apertus in c.vnico.§.donare.qual.ol.feud. pet. alien. & in c.1.§.adhæc.de pac.ten.]Feuda igitur in ecclesias & monaſteria à vaſſallis in domini prejudicium trãsferri nõ poſſe,optima ratione conſtitutum hîc extat. & d. c. 1. de feud.alienat. Facit l.ſi ita quis.§.ea lege.ff. de verb.oblig. Et hæc de eccleſiis in genere dicta ſint.

Sed non deſunt magnæ authoritatis viri, qui idem in ſingularibus clericorum perſonis adſtruant.[per text.in c.1.ſub fin.de feud.fœm.] Qui enim ſe religioni vouêre, ſemel emiſſo voto in feudum nunquam admittuntur. Et licet quod illic de clericis ſtatuitur,in dubium reuocetur,nec in Gallia obſeruetur, communis tamen eſt ſentẽtia de iure feudorum,nec epiſcopos, nec prælatos, ſed nec etiam ſimplices clericos, ad feudi ſucceſsionem admitti. [ita adfirmat Iacob. de Bellou.in cit.§.ſi quis deceſſerit.& Bal.in d.c.1.§.qui clericus.ſi de feu. fue.contr. int.dom. & ag.& Alb.in auth. ingreſsi.de ſacroſ.eccl. Præp. Mediol.in c. 1.§.& quia.qui feu.dar.poſ.col.5.]Verùm, quicquid ſit ſuper ſingularibus clericorũ perſonis receptum, cõſtat tamen eccleſias proculdubio à feudorum cõmercio prohibitas eſſe. Vnde hæc cõſuetudo noſtra magis in iuris communis executionem introducta cenſenda eſt, quàm nouum aliquid diſponere. Quare immerito conqueritur canoniſtarum turba, de huiuſmodi ſtatutis: cũ ea ſit natura feudi,& emphyteuſis, vt in eccleſiam non tranſeat. Vnde potius exiſtimarim ego,quod & ſenſit Barb.in d. c.quę in eccleſiarum.illa videri conſtituta magis cõtra vaſſallorum libertatem, quibus prohibitum eſt pro arbitratu ſuo de rebus ſuis diſponere,etiam in animæ ſalutem. Huius autem conſuetudinis multi multas adduxere rationes. [maxime Bal. & Moder.in cit. c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Ioan. And. Butr. Car. Imm. Abb. & cæteri canon.in c. potuit. in gloſ. ſuper verb. prohibentur. extra. de loc.laſ.in l.3. col.32.C.de iu.emphy. Alex.de Imm.cõſ. 120.ſuper eo.col.2.vol.1.&cõſ.9.viſo themate.col.2.vol.3.& conſ.76.in cauſa & lite.col. 2. vol.7. & practicæ parẽs egregius Specul.titul.de loca.§.nunc aliqua.q.116.]

Inter quas ea mihi præcipua videtur, & (vt aiunt) fundamentalis (vtpote quę cau ſam huius conſuetudini præbuerit) fauor publicus, & commune ſubditorum bonum, vt ſcilicet dominis ſua iura, & territoria conſeruẽtur, & ſubditis prædia, quibus facilius onera publica ferant. Et quod ad dominos pertinet, ſua referre in tribus potiſsimũ puto, ne feuda in eccleſias alienentur. Primum, quod nulla iam relicta foret ſpes dominis, feuda in eccleſiã tranſlata, & illic perpetuò manentia, aliquando ad illos reuerſa iri, vel extincta linea, vel ex cauſa cõmiſsi. [ſa. Old. de Pon. cõſ. 17. Thema tale eſt. quidam clericus.] Nec enim dicitur eccleſia mori. [c. liberti. 12. q. 2. c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6.] nec vnquã delinquere. Neque enim prælatus poteſt quid committere, vnde ſuis ſucceſſoribus venturis aliquod generetur præiudicium. [c. ſi epiſcopum. 16. q. 6.] Secundum infertur ex primo, q̃ cum eccleſia neutiquam moriatur, & in cõſequens nullum habeat hæredem, contingit dominos ſibi debitis inueſtituris ex perſona hæredum defraudari: vnde nullos rachatus habent, nec (vt vocant) releuamenta, quę quidem iura potiſsima ſunt, in quibus omnis feudorum conſiſtit vtilitas, & quæ vt plurimum niſi ex feudorum mutatione debentur, vt ĵ. de obuent. feudal. & de cenſ. Tertium, quia eccleſiam nunquam, vel vix, ac non ſine magna cauſa, & ſolennitate res ad ſe trãſlatas alienare certum eſt. Quartã cauſam addebat But. in cit. c. potuit. conueniendi difficultatem. Quæ tamen ratio parum vrget, nec admodum in conſiderationem apud nos venit: nẽpe quòd ratione rerum prædalium iudex laicus, etiam de iure cõmuni ab eccleſia, & conttra eccleſiam adiri debeat, [Guil. Bart. & Bal. in l. de his. C. de his. C. de epiſc. & cler. Archid. in c. 1. de cler. coniuga.] quaſi res ipſæ conueniri videãtur, nõ autem perſonæ. [l. viros, de pala. fac. larg. lib. 12. C. & l. Imperatores. in princ. de public.]

Tripliciter intereſſe domino feuda in eccleſiam nõ alienari.

Quod autem ad ſubditos pertinet, non minori ratione eorum quoque intereſt eccleſias à feudis alienas eſſe. Quã Bal. in eodem loco eam eſſe refert: ne ſcilicet plebeiorum ſtatus, vt ciuium & ruſticorum, quibus onera ferre, impoſitáque vectigalia pẽdere eſt neceſſe (quæ neruos reipub. eſſe conſtat) grauiorem faciat iacturam, dum agros quos colant non habeãt. Non eſt igitur quod huiuſcemodi ſtatuta, iniurioſa & ſibi præiudicialia eſtimet eccleſia, cum ipſa etiam non abſimiles introduxerit conſtitutiones quibus rerum ſuarum alienationem in laicos interdixit. Præterea (quæ apud me cæteris plus valuit ratio) nónne licuit, ſempérque licebit dominis atque populo talem rebus ſuis imponere legem quam placuerit. vt ſcilicet res ſuæ ad eccleſiam tranſituræ non ſint, cum ea ſit priuatis quoque conceſſa libertas [l. ſi ita quis ſtipulatus. §. ea lege. vbi gl. & doct. ff. de verb. oblig.] Pacto ſiquidem effici poteſt, ne vllo vnquam tẽpore fundus qui venditur in eccleſiam tranſeat. [tex. in l. vlt. C. de pact. int. empt. & vẽd.] Quod itaque pacto effici poteſt, quis dubitabit ſtatutis & conſuetudinibus idem introduci poſſe? Quinetiam contendit Bal. [in rub. extra. de conſuetud.] valere populare ſtatutum, quo vetantur eccleſię res laicorum vllo tempore præſcribere.

Vnicuiq; liberũ eſſe, rebus ſuis quã velit legẽ imponere.

¶ Eccleſiaſtici.

VVlgus Gallorum ſuo idiomate collegium aliquod venerãdum appellare ſolet gentis nomine, vt gentes regis, gentes eccleſiæ, gentes ſenatus ſeu parlamenti, gẽtes requeſtarum & ſimiles. Porro appellatione gentium eccleſiæ, vniuerſus eccleſiæ ſtatus cõtinetur, tam vniuerſaliter, quàm particulariter. Ita vt non ſolum collegia, conuentus, capitula tam ſecularium, quàm regularium hominum: ſed & ſingulares perſonæ intelligãtur ſub hac noſtrę conſuetudinis diſpoſitione venire. Quod tamen de clericis, ſingularibúſq; eccleſiaſticorum perſonis dicimus ita accipiendum eſt, ſi modo ad eccleſiæ vtilitatem huiuſmodi feuda acquirant: ſecus ſi non vt apud eccleſiam maneant, ſed ſibi, ac in rem priuatam. Nec enim priuato nomine prædia feudalia quęrire illi vetantur, ac ſibi retinere: quandoquidem ad ſuos hæredes à ſe quæſita tranſmittant, non ad eccleſiam. idq; generali regni conſuetudine obſeruatur.

Licere clericis ad ſuã priuatam, non eccleſiæ vtilitatem acquirere.

¶ Reſpublicæ.

NOs reſpublicas vulgari idiomate cõmunitates appellamus, quæ in hac materia ad poſitè manus mortuæ nomine comprehenduntur: cum illæ nunquam morte finiantur. Vnde recte dicebat Innoc. in c. grauis. extra. de ſentent. excom-

munic. ciuitates velut anima carere, cum nunquam expirent, desinántue. Quo fit vt neque vnquam mutentur illæ, etiam si omnes qui è communitate essent, immutarẽtur [l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiusc. vniuersi.] Vnde eleganter iurisconsul. in l. proponebatur. ff. de iudic. ait populum eundem id temporis putari, qui centum ab hinc annis futurus est, vel ante fuit, etsi nemo ex his qui ante hac fuerũt, hodie apud viuos superfit. Quare merito communitates à feudis arcentur ob eas quas supra diximus causas.

¶ Fraternitates.

AD huius vocabuli significationem pertinet quod extat in gl. ordin. in c. si clericorum. 13. quæst. 1. vbi inter cætera refertur fraternitates, quæ in rem malam ac pernicioſam congregatæ ſunt, omnino prohibitas eſſe. [l. vnica. C. de monop.] Quæ autem in cauſam aliquã honeſtam paratæ ſunt, merito admitti debere [c. si quis despicit. 43. dist. Facit decis. Bart. & Alex. in eius apostill. in l. vlt. C. de colleg. illic. Paul. Cast. con. 12. præsens consultatio. sub fi. in no. Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosc. eccl. & Bart. in l. cum senatus. de reb. dub. & Alex. con. 102. super primo quæsito. in 1. dub. vol. 7.] Paul. quoque Cast. con. 4. dicendum est quod illa fraternitas. tradit quem posse ad suam hereditatem huiusmodi fraternitates vocare, cum sint societates, seu congregationes adprobatę: quia ad pium vsum sunt ordinatæ. Verùm, vt rem plane intelligas, sciendum est fraternitates duplici modo considerari. [Bald. in l. si quis ad declinandum. C. de epis. & cler. vers. deinde quæritur. col. 11.] Primo, respectu loci in quo cõtrahitur huiusmodi fraternitas, vt cũ maxime certus ac destinatus ille est. Cuiusmodi sunt in Italia quidã (sic enim & Latino & Italico vocabulo rectè appellabimus) fratricelli, Frãciscani dicti, tertij ordinis, qui in certos sese abscõsere locos religionis ergo. [De eo hominum genere mihi videtur sensisse Pau. Cast. quem sequitur Barb. cons. 1. vol.] Secundo, potest & fraternitas considerari, vt plurium personarum collegium, quã consideratione habita, non vt spirituales personæ cẽsentur, sed vt laici & seculares, cum pro animi arbitrio possint loco isto abscedere, vt pote in quem nullũ sint professi religionis votum. Nec facit quòd ecclesiastico ritu viuant, simúlque habeant peculiare oratorium atque altare ex episcopi authoritate. Quarum rerum cõtemplatione instar ecclesiastici collegij ad sanctimoniam, ac obseruationem reducti videntur, sed seculares interim habentur. [teste Bal. in citato loco. Cuius sentẽtia confirmatur ex eo quod tradit Bart. in l. cum senatus. de reb. dub. & cit. l. vlt. de colleg. illic. col. 2. adfirmãs huiusmodi fraternitates coram iudice seculari conueniri posse. Fa. idem Bal. in cit. l. si quis ad declinãdam. in 1. col. & in l. id quod pauperibus. eod. tit. in 21. quæst. col. 7.] Certè hæc collegia plane secularia sunt ac prophana, ideóque iisdem licet res suas alienare, ac de eisdem disponere, perinde atque cæteris collegiis [l. 1. §. quibus. ff. quod cui. vniuer. Et ita adfirmat Bald. in auth. hoc ius porrect. & ita à se aliquando consultum testatur in con. 33. Factum super quo consilium petitur.] Idem Bal. [in l. illud. col. 2. vers. quid de eo quod relinquitur. eo. tit.] tradit ea quæ huiusmodi fraternitatibus relicta sunt, non censeri ad pias causas relicta, cum istud pium non habeatur collegium, quod obiter taxans, subdit coloratam pietatem reuera pietatem non esse. Verum non tam apud nos, quàm italos maxime venetos istiusmodi fraternitates in vsu sunt. Illic enim frequens est huius generis turba, omni sane malorum genere polluta, qui selerum suorum conscientia ducti, (quod nusquã alibi tuti sint) illuc sese recipiunt tanquam in quendam asylum. his tamen sectis nos & quasdam non absimiles habemus, quæ in certum non se subduxerũt locum, sed plerumque omni depositio religionis prætextu, aperta frõte certis professis diebus bacchanalia agũt, choreasq; acti Bacchi sui dei furore ducũt, & nescio quę pudenda & obscœna perpetrant. Verùm, concludẽdum existimo hãc nostram consuetudinem locum sibi vendicare in vtraque huius fraternitatis specie. Nec est tantùm apud me valitura Paul. Castr. in contrarium opinio, vt tãtorum virorum (quos suprà retulimus) authoritati anteponenda sit, qui nedum cõtra fraternitates, sed & contra ipsam ecclesiam huiusmodi statuta admisere. Quare, licet communitates & fraternitates, quæ illis rectè comparantur, sint collegium seculare, possintque res alienare suas, ob id tamen non cessant quas suprà retulimus rationes,

Fraternitates duobus modis considerari.

Posse fraternitates liberè res suas alienare.

Fraternitates posse coram iudice seculari conueniri.

Quæ fraternitatibus relinquuntur non censeri ad pias causas relicta.

quibus manus mortuæ feuda acquirere prohibentur. Nam etſi alienare poſsint, non tamen vnquam illæ deſinunt, nec mutantur. Quo fit, vt domini rachatibus, releuamentis, & aliis huiuſmodi commodis defraudentur, indéque ſuccedit regula iuris vulgata, vbi plures rationes diſpoſitioni cauſam dederunt, vnius ceſſatio actum inualidum reddit. [arg. §. affinitatis. inſtit. de nupt. Oldr. conſil. 247. factum tale eſt: Quidam rex.] Quam quidem regulam ego haud dudū in praxim deduxiſſe memini in quadam legitimatione filiorum. Quidā enim ſacerdos, homo alioqui magnæ authoritatis, liberos duos ſuſceperat ex quadam ſua concubina, quæ à marito diuerterat. Is cum illos ſuarū rerum, quarum ingens erat copia, ſucceſſores vellet, legitimādos curauit ex regio pontificióq; diplomate, quo quidem continebatur hos ſuos filios ex ſacerdote natos, ſed nihil prēterea. quærebatur an ſatis eſſet hoc expreſsiſſe impedimentum? Et conſultus reſpondi, adiici & hanc debuiſſe impedimēti cauſam, quod etiam ex concubina cui maritus erat: alioqui ſubreptionis argui poſſe illud ſuum legitimationis reſcriptū. Quare melius ille ſibi, ſuíſque filiis me authore & conſule prouiſit, aliis impetratis literis, quo omnia omnino impedimenta continebantur. [in quam ſententiam allegabam l. vim paſſum. §. prēſcriptione. & §. ſi duos. ff. ad l. Iul. de adul. & l. raptores. in prin. de ra. virg.] Nam gratia, & diſpenſatio ſuper vno obtenta effectu, ad alium nō extēditur. [c. non poteſt. de præb. in 6. decidit Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. & Ioan And. in addit. Specul. ſuper rub. qui filij ſint legit. Alex. conſ. 175. Nobilis vir filionius. Pont. in l. ſi vēro. §. de viro. ff. ſol. matr. in 31. fal. & con. 326. ſub. fi. ibi, quarto probatur. & Abb. in c. per venerabilem col. 8. ver. his præſupoſitis. extra. qui fil. ſint leg. & Fely. in c. poſtulaſti. de reſ. col. 4. ver. feruit. etiam.]

Omnes impedimenti cauſas in legitimationis filiorū reſcripto eſſe recēſendas.

¶ Manus mortuæ.

DVplex eſt in hoc Galliæ regno mortuæ manus ſignificatio. Prima, qua ius illud, quod habent terrarum domini, in ſuos quos vocant, homines conditionatos, ſeu ſeruos ſignificatur. id quod tres effectus habet: primò, tributorum impoſitionem: ſecundò, vt ſi dominis inconſultis prædia ſua alienent, poſsint domini eam reuocare alienationem, & res alienatas ſibi retinere, etiam minime refuſo pretio emptori: tertio, vt his ſine liberis vel agnatis, ſuam ſequētibus ſeruilē conditionē decedentibus, dñi ſuccedant. Siquidem ex conſuetudine noſtra in ſeruilibus cognationibus liber non ſuccedit ſeruo, nec ſeruus libero, de qua re nos agemus j. de ſucceſſ. §. 1. in ver. habilem.

Secunda, qua ſignificamus corpus aliquod, vel collegium, quod nec moritur, nec mutatur: quales ſunt monachorum conuentus, collegiáque tam eccleſiaſtica, quàm ſecularia, etiam ſingulares eccleſiaſticæ perſonæ, vt ſunt epiſcopi, prælati, & eccleſiarum rectores, qui etſi moriantur ipſi, eccleſiam tamen, quæ nunquam deſinit, repreſentāt [c. liberti. 12. q. 2. & c. quoniam abbas. de offi. deleg.] Sed alia quoque ratione eccleſiam mortuam manum dicimus, quòd ſcilicet dominis ſeruire nō poſsit, perſonaliáque ſeruitia, quæ maxime circa arma conſiſtunt, dominis feudi exhibere. Nam & his quaſi pro mortuis, quoad mundum habentur. iuxta D. apoſtoli ſentētiam. Item quia res ſemel in eccleſiam tranſlatæ, velut mortuę ac finitæ, nunquam ad dominos reuertuntur [c. 1. ver. ſ. inde poteſt præſumi. de aliena. feud.] Quo fit, vt recte concludendum putem, nedum ipſa collegia, ſed & nec ipſas ſingulares perſonas clericorum, tam regularium quàm ſecularium ad feudi ſucceſſionem tam actiuam quàm paſsiuam minime admitti [vt conſtat ex c. 1. §. qui clericus. ſi de feu. contro. fueri inter. dom. & ag. Iaſ. in l. de quibus. ff. de iuſt. & iu. & cano. in c. in præſentia. ext. de prob. Alex. con. 10. viſo inſtrumēto. inueſtituræ. vol. 5.] Nec enim ſecularem exercere militiam poteſt, qui eccleſiaſticam eſt profeſſus. cui conſonat l. qui ſub prætextu. de ſacroſ. eccl. & l. 1. de re milit. lib. 12. C. quam quidem prohibitionem extēdit Bal. [in con. 170. ad euidentiam. lib. 2.] ad milites Ieroſolymitanos & Rhodieñ. Plura in eam rem ſcribere decreueram, niſi proximis temporibus editus fuiſſet quidam libellus vulgari lingua ſcriptus cui titulus eſt, Les inſtructions ſur le faict des amortiſſemens, quo omnia quæ huc pertinent, abunde explicantur.

Clericos ſeu ſacerdotes olim fuiſſe feudi incapaces.

¶ Emancipare.

EMancipare, id eſt extra manum ponere, quod importat tranſlationem

rei, non ſolùm quoad nudum vſum, ſed etiam quoad dominium, vt docent Guil. Bart. & alij quos congerunt m̃oder. Mediol. in l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iu.

¶ Annus.

QVod hic terminus anni præfigatur eccleſiis, & cęteris qui manus mortuæ nomine veniunt, ad deponendas, eiiciendáſque ex eorum manibus res feudales, cenſuales, vel terragiales, iandudum à cõſuetudine introductum teſtatur Spec. in. §. nunc aliqua. quæſt. 116. & quæſt. 119. tit. locat. Conſuetudinẽ vocans optimam legum interpretem, [vt in c. dilectus. extr. de conſuetud. & l. ſi de interpretatione. ff. de leg.] & ita obſeruatum eſt eccleſiam intra annum vendere teneri [arg. c. Imperialem. §. præterea ſi quis infeudatus. de prohib. feud. alien. & c. longinquitate. 12. quæſt. 2. Alex. con. 120. ſuper eod. vol. 1. Doct. in c. potuit. ſuper gl. in ver. prohibentur. extra. de loc.] Quod quidem anni ſpatium etiam ad retractum ſanguinis, & feudalem datur, vt nos infra declarabimus de retr. §. 1. in ver. annum.

Conſuetudo optima legũ interpres.

Porro quod ait Spec. in citato loco donatione ſeu legato harum rerum feudalium in eccleſiam facto res quidem minime deberi, cum incapacibus relictæ ſint, earum tamen æſtimationem eccleſiæ præſtandam: id abſque magna dubitatione non eſſet, niſi eam ſummoueret huius. §. 10. conſtitutio. qua prohibita eſt eccleſiæ huiuſmodi rerum feudalium acquiſitio, ideo illa contra legem facta nullo modo rata habẽda eſt, nec etiam quoad pretium ſeu æſtimationem defendenda [iuxta l. vnic. ne lic. habit. metro. & decidit Bal. in l. 2. ſub fi. ff. de iuriſ. omn. iud. & in c. 1. ſub fi. 1. col. quæ ſint regal.] Illud quippe regulare eſt, quod vbicunque lex alienationem interdicit, ſi poſtmodum fiat, eſt alienatio nulla, ſiue ſit illa lex ſcripta, quæ id vetet [l. non dubium. de leg. C. l. ſi priuatus. ff. qui. & à quib. & §. 1. inſt. quib. al. lic.] ſiue lex non ſcripta, qualis eſt hæc noſtra conſuetudo, qua interdicta eſt feudorum alienatio in eccleſiam. [vt eſt text. in l. ſi in emptione. §. omnium. ff. de contrah. empt.] Vnde in caſu contrauentionis res auocari poteſt, etiam non reſtituto pretio. [vt probatur. in l. quemadmodum. de agric. & cenſ. & l. nemo. de rei priu. lib. 11. C. ibi, pretia perdere perpetuo volumus. & in l. 1. C. de præd. curia. eod. lib. ibi, Sciat pretio, quod dedit, priuatum. & in l. iubemus. §. ſanè. & §. prædia. C. de ſacroſ. eccl. & in auth. de non alie. §. quia verò. & §. ſi quis igitur.] Et ſi quandoque emptores ſuis defraudati pecuniis, de emptionis contractu excipiant, de eiuſdem inualiditate replicabitur. [Bart. in l. is qui in poteſtate. in princ. de leg. præſt. & Paul. Caſtr. in l. filio. in ver. auocauerit. ff. de iniuſt. & irr. fac. teſt.] Quam rem nos familiarius declarabimus. j. de retrac. Et quod ad materiam legatorum pertinet, ſi res cuius cõmercium non habemus, relicta ſit, conſtat nec rem, nec eius æſtimationem deberi. [§. ſed ſi talis ſit res. inſt. de leg. Ita no. Bar. in l. cætera. §. conſtat. de leg. 1.] adde quod idem expreſſe lege canonica cautum reperimus. [c. filius. ext. de teſtam.] licet poſtea contrarium ſancitum ſit. [d. c. filius. & c. ſi epiſcopus. 12. q. 7. vbi glo.] Verùm, vt inquit Specul. conſuetudo quæ optima eſt legum interpres, hanc omnem controuerſiam ſua interpretatione diremit, vt ſcilicet eccleſia res feudales acquirẽs, intra annum eas à ſe dimittere neceſſe habeat. quę res facilem præbet coniecturam, pretium ſeu æſtimationem interim penes eccleſiam remanſuram. Quod nominatim ſanxit cauſtque hæc noſtra conſuetudo. in §. 9. & ſeq.

Relegata cuius commercium nõ habemus, nec rem, nec eius æſtimationẽ deberi.

Feudi eccleſiæ relicti ne æſtimationẽ quidẽ deberi

¶ Poteſtatem facere.

HAnc licẽtiam ſeu permiſsionem, vulgus Gallorum indemnitatem appellat. Cum ſcilicet feudi dominus collegiis & perſonis, quæ manus mortuæ appellantur, has res feudales, cenſuales, & terragiales poſsidere, & retinere permittit, reſeruato interim dominis ſuo iure in ſignum ac velut imaginẽ veteris dominij, quale eſt in feudis, vicariatus datio, & rachatus ſolutio: & in cenſualibus, ius renouationis ſeu releuamentorum, quæ ex ipſius perſonæ principalis & vicarij mutatione debẽtur, vt hîc patet. Eſt & alia permiſsionis ſpecies, qua conceditur huiuſmodi bona per manus mortuas quæſita, ab iiſdem retineri, quæ vulgo admortizatio dicitur. & eſt cum dominus directus, has bonorum ſpecies per manus mortuas acquiſitas, retineri illis cõcedit, nulla emolumenti parte ſibi retenta. Ita vt per hanc quam dicimus, admortiſationẽ omne ius directi dominij à ſe abdicet. Et ea eſt vera differentia vſu ac moribus Gallorum in-

troducta, & ab omnibus recepta. Audio tamen nonnullos è practicis noſtris, indēnitatem eam appellare promiſsionē, quæ ab his dominis, qui rege inferiores ſunt, fit iis qui mortuæ manus ſignificatione continētur: Amortiſationem autem quæ à rege fit, quum rem ſuam immobilem eccleſiæ donat, ſeu dedicat. tunc enim plenè admortizare dicitur, quum res donata ſeu dedicata eccleſiæ pleno iure in eccleſiā tranſeat, eiúſque proprtia efficiatur. [arg. l. ſacra. §. ſciendū. ff. de re. diuiſ. & c. futuram eccleſiam. 12. q. 1.] ita vt poſthac non cogatur eccleſia ipſa res ita ſibi donatas à ſe dimittere. Et hāc quidem amortizationem à ſolo Rege concedi poſſe contendunt, à quibus & ego non omnino diſſentio. Inferiores enim à principe hanc admortizationem facere poſſunt, ſed non plenā neq; perfectam: quum ea non obſtante poſsit princeps vel eius procurator generalis iſtas manus mortuas cogere, vt ea feuda è ſuis eiiciant manibus. Et ita ſanè vbique apud Gallos vſu obſeruatum videmus: id quod pro ratione ſufficere debet.

Indemnitas Amortiſatio.

¶Commendam.

DOminus Barma prēſes eruditiſsimus, his noſtris publicandis conſuetudinibus delegatus, vocabulum iſtud huic conſtitutioni adiiciendum putauit, eo quòd penes commendatarium, vt dicebat, non eſſet beneficij titulus, nec poſſeſsio, ſed quædam velut ſimplex detentatio: ideo non potuiſſe ex hac conſtitutione inferri, morte vel mutatione commendatarij, renouationes deberi. In cuius ſuæ ſententiæ confirmationem adducebat c. nemo deinceps. & quæ eo loco not. gloſ. de elec. in 6. Quod etiā ſatis patebat vel ex ſignificatione commendæ, quę eſt depoſitio, & commendatarij, qui velut depoſitarius habetur, & quaſi cuſtos. [l. commendare. ff. de verb. ſignific. l. Lucius. ff. depoſ. & c. 1. extra. eod. & c. ne quis arbitretur. 22. q. 2.] Verùm inter cætera quæ ad eam rem pertinent, ſciendum eſt commendę duplicem eſſe acceptionem. vnam nimirum propriam, alteram abuſiuam. Primo modo commenda accipitur, quando prælatura, vel aliud ſacerdotium ſimpliciter, & (vt dicitur) in forma iuris commendatur, quę commendæ ſpecies vltra ſemeſtre tempus non durat. [d. c. nemo deinceps.] Nec quidem titulum nec quaſi poſſeſsionem tribuit commendatario, ſed detentationem duntaxat. [l. licet. §. rei depoſitæ. ff. depoſ. gl. in c. ſi conſtiterit. extra. de accuſat. & gl. in cit. c. nemo. tex. c. is cui. de elect. in 6.] Ideo ſuæ adminiſtrationis rationē reddere tenetur [arg. c. 1. 10. q. 1.] Ita vt quod in commendam datum eſt, poſsit ad nutum reuocari [Pont. con. 350. in caſu propoſitæ cōſultationis. Old. con. 179. Queritur vtrum extrauagans. Socy. con. 32. ex his quę ſuperius, & Alex con. 96. viſis narratis. col. 1. vol. 4.] Vnde dicebam ego ipſi Barmę, ſi vtique ille de hac ſpecie cōmendæ intelligeret, fruſtra hic adiici: cum iſto caſu per huius commendæ extinctionem non vacaret commēdatum ſacerdotium, ſed ex cauſa præcedente, cum vt diximus in beneficialibus, commēda titulum non præſtet. Secunda autem commendæ ſpecies merito à nobis abuſiua eſt appellata. Eà enim à Romana eccleſia in perpetuum titulum quibuſdam concedi ſolet, cúmq; ceſsibilem, ac commutabilem cōtra ipſius commendæ naturam. [gl. pragm. ſanct. in titu. de elect. §. licet. in verb. cauſa. & Abb. in c. cum olim. de rer. permut.] Et hęc ſanè ſpecies commendæ tantæ eſt vis, vt quandiu durat illa, non cenſeatur eccleſia vacare, cum ab ipſa cōmendatarius diuelli non poſsit, licet videatur eam tanquam procurator accepiſſe, ſed is quidē in rem ſuam. Ideo eum reuocari non poſſe conſtat. [gl. ſing. in l. ſicut. §. ſi procurator. ff. quib. mod. pig. vel hy. ſol. Bal. in l. 1. col. 3. C. de act. & obligat. & Pont. in cit. con. 350.] Item & ſacerdotium in eam commendam conceſſum, cenſetur ad commendatarij vſum datum, quo durante reuocari non poſſe conſtat [iuxta l. in commendato. §. ſicut. ff. commod. & l. bona fides depoſ.] Quare cum ea hodie ſicut & cætera ſacerdotia perpetua ſit, lucrum fructuum quoq; parit [per not. in c. dudum. 2. extra. de elect. & cit. c. ſi cōſtiterit. extra. de accuſat.] has autem duas commendæ ſpecies pulchre proſequitur Pōt. in cit. con. 350. & Barb. con. 2. ſapienter. lib. 2. Et quod ad hanc ſecundam ſpeciem pertinet, fruſtra quoque commendę habitam mentionem conſtat, cum legitimum perpetuúmque (vt dixi) præbeat titulum. quod confirmo ex deciſ. Delph. quæſ. 172. Quo fit vt morte, & mutatione commendatarij deberētur renouationes, ac ſi in titulum expreſſum fuiſſet collatum ſacerdotium.

Duplex commendę ſpecies.

Commēdas hodie ad inſtar cæterorum ſacerdotiorum perpetuas eſſe.

¶Dominus.

VT pauca obiter agamus de huius vlt. §. cõstitutione, ea mihi maxime cum iure communi cõuenire videtur, quo dispositum esse constat, si dominus censum vel canonem pro futuro tempore ab emphyteuta acceperit, postquam res emphyteutica in commissum cecidit, ius cõmissi seu caducitatis remisisse videtur. [tex. in l. si fundus. §. & eleganter. vbi nominatim Bal. & l. de lege. in fi. & l. sequ. ff. de leg. commiss. & plene Accurs. & interpr. in l. 2. C. de iu. emphyt.] Quin & quod magis est, aiunt moder. & maxime Bal. in cit. §. & eleganter. nec etiam expressam super ea re protestationem dominum iuuare, qua protestatus esset nullum intelligere ex hoc sibi generari præiudicium, vt quia actum suæ protestationi contrarium faceret, eáque sua protestatio contraria implicaret. Quare debuit dominum animũ suum ad vnam tantum partem flectere, & proinde vnam eligendo, suo opposito renuntiare censendus est [d. §. eleganter. & l. Iulianus. §. si à colludente. ff. de act. emph. l. quamuis bassa. C. de vsur.] Quare animaduertendum est hoc capite expressim habitam esse laudimiarum mentionem. Siquidem dominus per hanc laudimiarum receptionem adprobare, ac laudare videtur acquisitionem per huiusmodi mortuas manus factam, quam semel adprobatam, postmodum reprobare nõ potest. nec admittetur in posterũ illius pœnitentia [l. commissoriæ. C. de pact. int. emp. & vendit.] Et quia hic solum facta est mẽtio laudimiarum, quę expresse sunt contractus adprobationes [vt not. in l. 3. C. de iu. emphyt.] non est trahenda ad receptionem cẽsus vel terragij, vel alicuius impositicij oneris feudalis. Cum illa sint onera realia, ac ordinaria à quocunq; possessore soluẽda. [l. Imperatores. ff. de public. l. cum possessor. §. vlt. ff. de cens.] Ideo præsumendum non est ex receptione horum iuriũ à manu mortua, quòd eam dominus in vassallam aut censuariam recipere voluerit [per not. in c. cum N. Ferrarien. extra. de constitut. & nominatim Abb. in c. potuit. in col. pen. extra. de loc.]

¶Procurator.

RECtissime sane hic facta est specialis mandati mentio. Siquidem procurator quãtumcunque generaliter datus ad recipiendum, hanc non habet potestatem indemnizandi (vt ita loquar) vel amortizandi: sed illi speciali omnino mandato opus est. [c. qui ad agendum. 1. res. de procur. in 6.] Quinetiam quod magis est, nõ idoneus esset in eam rem procurator generalis, etiam cum libera cõstitutus. Quę etsi de iure equiparata videãtur [in l. mandato generali. vbi Bart. de procurat. & l. 1. C. etiã per procur. in integ. rest. pe. pos, Cano. in d. c. qui ad agẽdum.] quia tamen ius istud, quod habet dominus cõtra manus mortuas, sit consuetudine decisum, & ita liquidum [vt not. Bal. in l. ancillę in 3. not. de furt.] sitque maxime præiudiciale dominis, illud etiam à procuratore cum libera constituto remitti non posse manifestum est. [l. contra iuris. in fi. ff. de pact. & l. filiussa. in princ. ff. de donat.] Siquidẽ ius ciuile istam effrenatã licentiam, quam sibi vendicant procuratores generaliter dati, vel cum libera, iusta interpretatione temperauit, vt secũdam subiectam negotij naturam, res ipsa quatenus ex fide agenda esset, mandata tantum videatur [l. creditor. §. lucius. ff. mand.] Res autem bona fide geri non videtur, cum res tãti ponderis, quale est ius feudi, ita in domini præiudicium remittitur. Id enim speciem alienationis habet, quam omnibus procuratoribus abnegatam esse constat [l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. l. si is, §. vlt. ff. de solut. & d. l. contra iuris] Quod & procedit etsi in instrumento procurationis adiecta esset ea clausula, qua omnia ei licerẽt, quæ posset dominus, idque tanquam ex speciali mandato. De qua re diximus s. eo. §. 6. in ver. procuratores. Nam ea clausula tum demum effectum habet, vbi in generali mãdato aliqua specialiter sunt inserta [cl. non potest. de procurat.]

In amortizatione rei feudalis, speciali opus esse mãdato.

Sed quid de aliis administratoribus iuris esset, dubitatum est, quales tutores, curatores, scabini, seu decuriones ciuitatum, prælati, ecclesiarum rectores, curati, mariti, & similes: An hi scilicet indemnizandi amortizandique potestatem habeant, siue tacite per laudimiarum receptionem, siue expresse concedẽdo. Et visum est plærisque eam esse administratoribus concessam potestatem, cum pro dominis haberi soleant. [vt est gl. sing. in l. qui fundum. §. si tuor. ff. proemp. & planius declaraturi sumus. j. de succes. §. 1. in 4. limit.] Et, vt inquit Accurs. in l. mandato generali. de

An tutores & curatores, iisq; similes rerum alienarum admini stratores, amortizandi facultatẽ habeant.

procurat. hi adminiſtratores in eam rem quæ illis demandata eſt, plenam, liberámque diſponendi facultatem habent: ita vt pluſquam procuratores habeantur. [vt nominatim Bart. & Bald. in l. præſes. C. de tranſact.] Nam prælati & tutores vocantur in plenitudinẽ adminiſtrationis. [teſte eo. Bal. in c. edoceri. col. 2. extr. de reſcrip.] Tutor nimirum ad tempus tutelæ, Prælatus in perpetuum donec viuit. Verùm, ea libera ac plena adminiſtratio intelligenda eſt eis conceſſa, modo dolus malus abſit. [l. creditor. 1. §. Lucius. ff. mand.] & donationem meram non cõtineat. [l. contra iuris. §. vlt. ff. de pact. not. Bart. in l. procurator cui libera. & l. neque. ſub fi. eod. tit.] ideo paciſci ac tranſigere iiſdem licet, ſolutiones recipere, dilationes concedere, nouare, &, quod magis eſt, titulo oneroſo alienare, [not. in l. reſcriptũ. §. vl. cum quinque ll. ſeq. ff. de pac.] Item, debitum ambitioſum & odioſum gratis remittere, [ſecũdum Accurſ. in l. ſi præſes. C. de tranſact.] Et qui indemnitatem quoque concedere poſſe videntur, per quam rémittitur odiũ huiuſce prohibitionis, quæ liberum eccleſię tollit commercium, cum vnicuique naturalis ſit facultas emendi & vendendi. [not. in l. dudum. de contrah. emp. & vẽd.] Nec ex hac cõceſsione indemnitatis fraudatur dominus directo ſuo dominio, cum vt diximus, à manu mortua detur etiam vicarius, qui homagia præſtet, debitáque ſoluat, vt hac cõſtitutione eſt expreſſum. Cæterùm, etſi ea magnum veritatis colorem præ ſe ferant, contenderim tamen cõtrariam ſententiam veriorem, vt ſcilicet adminiſtratoribus huiuſmodi non liceat hanc indemnitatem præſtare: his rationibus. Primo, quia procurator quantũcunque generalis, vel cũ libera, aut alius quiuis adminiſtrator, no poteſt in iure quæſito, domino præiudicare, ſiue paciſcendo, ſiue tranſigendo. [l. præſes. C. tranſact.] ſiue donando ſeu remittendo. [d. l. cõtra iuris. §. vlt. §. de pact. l. filiuſfa. de donat.] Secundo, ius iſtud quod dominis competit, alternatiuũ eſt, & in electione domini poſitum, quæ optãdi poteſtas in procuratorem abſque ſpeciali mandato minimè trãſmittitur. [Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verb. oblig.] Ad dominum itaque ſolum pertinet declarare, velítne laudimias recipere, an iubere vt eccleſia eas res à ſe abdicet. [iuxta doct. Bart. & aliorum. in l. inter ſtipulantem. ff. ſi ſtichum. de verbo. oblig. Bal. & Ang. in l. idem Pomponius. §. vlt. ff. de reiuend.] Tertio, quia iſta pronomina poſſeſsiua, meum, tuum, ſuum, non tãtum denotant dominium ſeu proprietatem rei, ſed etiã ius ſubiectum reale, quod quis in re ipſa habet. [l. qui tabernas. ff. de contra. empt. l. ſuos ſeruos. de leg. 2.] Vnde refert Anchar. & Abb. in c. pro illorum. extr. de præb. illum qui iuriſdictionẽ vel ius patronatus in re aliqua habet, eam poſſe ſuam dicere. Et idem iudicandum arbitror de eo iure quod circa indẽnitatem dominis directis competit, ac de ipſo dominicali iure feudi, cenſus vel terragij. In quam rem pondero deciſ. Bart. in l. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vendit. ſub fin. Vnde quemadmodum adminiſtratores iſti, res dominorum alienare non poſſunt: ita nec iura rebus illorũ cohærentia. Quę autem in cõtrariam partem adducta ſunt, ea vnica iſta concluſione tollito. Procuratorem quantumcunq; generalem, & cum libera conſtitutum, & quemuis adminiſtratorem, non poſſe iuri ſuorum dominorum quæſito præiudicare, nec quicquã ex eo alienare, niſi id ſpecialiter cõceſſum ſit. [l. qui tabernas. §. alium. ff. de pecul. nominatim adfirmant Guil. & Bal. in l. 1. C. de off. procur. Cęſ.] Neque enim ſe extendit mandati, & poteſtatis, ſiue à lege, ſiue ab homine cuiquam conceſſæ virtus, ad donationem, dilapidandiue facultatem, vel delictum. [l. pater, ff. quę in fraud. cred. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & cit. l. filiuſ fa. ff. de donat.] Ex quibus recte concludendum cenſeo, generales procuratores eam indemnitatem eccleſiæ præſtare non poſſe, cum ea res (vt conſtat ex hoc vlt. §.) ſpeciale exigat mandatum.

Tutores & curatores liberam habere adminiſtrationis facultatem.

Rem in electionem domini poſitã in procuratoris poteſtate nõ eſſe.

Rerum alienarum adminiſtratores nõ poſſe iura dominorum alienare ſine ſpeciali mandato.

DE FEVDIS

TITVLVS QVINTVS.

IAm nunc magnum altúmque nobis ingrediundum mare, atque in perplexos difficiléſque feudorum nodos nobis eſt penetrandum. Quorum quidem tractatus ſemper mihi adeo ſuboſcurus, ac nodoſus non ſine magna ratione viſus eſt. Siquidem non veteribus iuriſprudentum reſponſis, acſapiẽtum legibus inductum eſt: ſed ex nouis quibuſdam vſibus cõſutum nihil nitoris, nihil puritatis in ſe habet, ſed ſub verborum quorũdam formas plane barbaras & ab omni latinitate alienas ita cõceptæ ſunt horum feudorum regulæ, vt non ſatis penſi habeam quo modo me in his explicem, in quibus bona interpretum pars, non ſatis perſpicue quid de ea re ſentirent, expoſuerunt. Quæ à me quis dicta non autumet quod tantorũ virorum inſiſtere veſtigiis detractem, nec enim recuſo, ſed ęgrè fero (quod & omnibus ſtudioſis dolendum eſt) rem feudorũ ita apud nos quàm maxime vſitatam, nõ fuiſſe à noſtris Papinianis, Sceuolis, Vlpianis, Paulis & iſtis aliis celeberrimis legumlatoribus imprimis cõſtitutam. Verum ne rei difficilis tractatio nos ab inſtituto deterrere videatur, exordium ſumemus à prima feudorum origine: Quam ſane vetuſtiſsimam plærique magnæ authoritatis viri exiſtimauerũt, ac inter cæteros Zaſ. inter modernos interpretes facile meo iudicio princeps, feudorum originẽ ad Romanos refert. Siquidem à Romanæ vrbis initio potentes, popularium cauſas rémq; omnem eorum ſibi cõmendatam, defendendam tuendámque ſuſcipiebãt, vt author eſt Dionyſius Halicarñ. Vnde cum Romani, Germaniam ac Galliam occuparunt eiectis populis, cum illic ſuas poſuiſſent ſedes, magna militum Romanorum multitudo, ipſos cum plus eis eſſet agri quàm colere poſſent vicinos, p clientulis inuitaſſe vero ſimile eſt, eiſque agros & fundos nomine clientelę conceſſiſſe, atque lõgo temporum ſucceſſu, feudorum vſus cæteráſque id genus conceſſiones emerſiſſe. Ita vt difficile creditu nõ ſit à Romanorum moribus feuda proceſſiſſe. Vnde Holoãder feuda, iura militaria nominari ſcribit in authent. D. Iuſtiniani.

Vnde feudorum vſus ac prima fluxerit origo.

Feudum autem à fide dictum volunt ſecundum Ober. in c. 1. ſub fi. per quos fi. inueſt. Sed & à fœdere ex vocabuli alluſione dici poſſe exiſtimo, cum ex certis pactis ac fœderibus in forma fidelitatis vltro & citro conſcriptis conſtet.

Feudum à fide ſeu fœdere.

Verum nulla via melius poſſe opinor feudi notitiam haberi, quàm ex diffinitione, in qua plurimum eſt ab interpretibus variatum. Inter infinitas prope quæ ab illis traditę ſunt diffinitiones, duę ſunt quæ vt plurimum approbãtur, vt pote in quibus verę diffinitionis leges melius ſint meo iudicio ſeruatæ, vt quia cum ſuo deffinito conuertantur [iuxta l. 1. §. dolum. vbi Bart. ff. de dol.] Harum prima habetur in c. Obertus. §. beneficium. in quib. cauſ. benef. amitt. quam eo loco declarant Alua & cæteri feudiſtæ Card. & Immo. in c. 2. ext. de feud. hoc modò: Feudum eſt beneficium quod ex beneuolentia alicui datur, vt proprietate rei immobilis beneficiariæ apud dantem remanẽte, vſusfructus ad recipientem tranſeat, vt ad eum hæredéſque ſuos maſculos & fœminas (ſi de eis nominatim dictũ ſit) in perpetuum pertineat, ad hoc vt ille, ac illius hæredes fideliter domino ſeruiant, ſiue ſeruitium quale eſſe debeat, nominatim conuenerit, ſiue indeterminate promiſſum ſit. Hæc ſane licet ampla ſit deſcriptio, bene tamen ſui deffiniti naturam mihi explicare videtur. altera breuior eſt à Ioan. Ray. tradita in repet. c. Imperialem. in rub. de prohib. feud. alienat. per Fed. quę & non omnino ſane diſplicet. Nimirum vt feudum, ſit beneuola conceſsio, cum tranſlatione vtilis dominij, proprietate retenta ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum: quã diffinitionem per ſingulas partes explicat Iaſ. in ſuis præludiis feudorũ, & Curt. iunior, in eo libro quem de feudis ſcripſit. 1. par. quęſt. 6. poſt Alua. in cit. c. 1. col. 4. in quib. cauſ. feud. amitt.

Ex hac autem diffinitione ſex colligi ſolent quæ ad conſtituendum feudum requiruntur, quibus & ſeptimum addemus. Horum primum eſt, quod ex verbo beneuola infertur, feudum nimirum beneficiũ eſſe, ex conceſsione liberali proficiſcens, ſpontanéque voluntate, & non coacta,

Septem in conſtituẽdo feudo interuenire debere.

que &in omnibus actibus interuenire debet:nihil enim altero inuitò agi contrahíue posse certum est, nec ex dolo vel metu, vt præclarè tradit Bal.in rub.de controu. inuest.in vlt.col. Alterum colligitur ex verbo libera,feudum gratis ac solo intuitu concedi debere,nulla interueniête mercede seu pecunia.Feudum enim nô ob pecuniam, sed ob domini amorem & honorem acquiri oportet.tex.in c.vnico.sub fi. de feud.dat.in vim leg.commiss.] Qua ex re differt feudum ab emphyteusi: quæ nô ex sola liberalitate conceditur, sed ob census canonísque annuæ præstationem. §. adeo.inst.loca.l.1.C.de iur.emph.] Et hãc differentiam declarat Specul.titu.de loca. §.nunc aliqua.q.4.sub fin.& Alex.consil. 136.viso & examin.col.2.volu.1.licet alio in loco innuere cõtrarium videatur idem Specul.in tit.de feud.§.quoniam. ver.4.in fi.sed id perperam,teste Bal.in tit.de pact. constan.in verb.libellariæ.in glo.non obstante. Nisi eum defendas in hac secunda opinione qua emphiteusim cum feudo cõparat,eum magis effectum quàm naturã considerasse. Nam & apud Italos plæraq; sunt feuda (quæ tamen impropriè feuda appellari certum est) in quibus certa frumenti vel pecuniæ quantitas debetur,nec vlla præstantur personalia seruitia:sed ista extra veram feudi naturam sunt,cũ nulla realia exigat onera.[iux.c.de no for.fidel. & tradit nominatim Cy.in auth.ingressi. C.de sacrosan.eccles.] Vnde Bal.in auth. si quas ruinas. col. antepen. eod. tit.docet feudũ magis cohærere personæ quàm patrimonio,eo quòd feudi causa sit in persona seu personali seruitio de iure (quod aiunt) radicata: licet secus consuetudine obseruatum sit, vt nos inferius dicemus. Ex qua re duo notatu digna solent inferri. Primum,quòd si princeps in feudi concessione pecuniam recipiat, non censebitur feudũ, etsi habita de feudo fuerit mentio,per ea quæ tradit Bal.in l.qui se patris. in verb. hoc scias.C. vnde lib.in l.si quam pecuniã.per illum tex.C.de oper. lib. quo loco asserit, id quod à domino in feudum est comparatum, feudum non dici, quod mercenarium, nõ gratuitum sit.[idem testatur in l.licet.C.de lib.cau.& in l.liberti libertæque.de oper.liber.] Secundum,q; si quis feudum sub annuo censu concedat, id feudum propriè non dici,sed potius cõtractum emphyteuticum,vel alium innominatum.[qualis habetur in l.naturalis.§. at cum do. ff. de præs. verb. not. Cy. in d. auth. ingressi.] Et ideo ob istud, præstari non debere domino, fidelitatis iuramentum.]ita Bal.sensit in l.liberti libertæque. in vlt. col. Item not. si instrumentum. C. de oper.lib.quem sequitur Pont.cons.70. viso themate. col.2.] Idem Bal.existimat. [in c.si cautio.in vlt.col.extr.de fi.instru.] castrum in feudum concessum ea lege, vt quid annuatim præstaretur, magis locationem videri quàm feudum. Cuius sententiam sequitur Alex.cons.176. Quam rem tamen tu ita sane accipito, si omnino feudum istud in emolumento pecuniario seu reditu annuo consistat. Nam si partim ex gratia, partim ex onere promiscuè constaret,aliter iudicãdum putarem, modo gratia oneri præponderaret. Leuis enim oneris adiectio,feudi naturam non immutare arbitror,vt si equus debeatur,aut calcaria deaurata, vel quid simile. Huiusmodi enim rerum præstatio non est tam oneri quàm honori attribuenda, idque in superioritatis potius cuiusdã recognitionem, quam emolumenti gratia [per ea quæ tradũtur in c.1.de feud.dat.in vim leg. cõm.] At diuersum obtinere non negarim vbi onus maius esset honoris præeminentia. In hac enim oneris atque honoris mixtura [secundum Bal. in præl. feud. col. 4.] locum haberet communis illa iuris regula cuius meminit Bart.in l. aristo. ff. de donat. & cano.in c.ad quæstiones.de re.permut.extr. Et ita est de seruitiis quæ ratione feudi exhibere solent. Licet enim feudum ob spem seruitiorum concedi soleat, non tamen desinit beneuola esse concessio, si præpendaret seruitio beneficium. Vnde non leuis solet insurgere difficultas,an in istis quæ impropriè feuda appellamus, vt pote in quibus magis de pecuniario emolumento agitur, quàm de honore regulæ iuris communis feudorum locum habeant, necnon consuetudinum nostrarum. cuiusmodi est quod de iure primogenitur traditur,quod feuda ad se aduocat,vt j.de succes.§.8.cum seq. Qua in re variæ extitere interpretum sententiæ, quas ita in vnũ cõuenire posse opinor,hac adhibita distinctione: vt si feudũ intercedẽte pecunia cõcedatur, cũ onere tamẽ fidelitatis præstãdæ etiam cum certæ annuę pensionis adiectione:id (etsi impropriè) feudum rectè appelletur,atque eadem natura censeatur,ac feudũ proprium,habita nimirum principalis propositi cõtrahen-

Posse honori leue adiici onus, quod nec feudi naturam immuter.

An communes iuris feudorũ regulæ locũ habeãt in his feudis quæ in perceptione pecuniaria consistunt.

tiũ ratione. [iuxta l. si quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. ita ſenſit Bald. in præl. feud. col. 4. verſ. pro intellectu hõrum quæro, vtrũ feudum poſsit gratia nuncupari.] & ratio potentiſsima eſt. Nam ſi feudi gratiam cũ onere compares, & ea oneri præponderet, gratia ac beneficiũ nihilominus dicetur. vt ſi verbi gratia tibi mille dedero, vt domum quæ bis centum amplius valitura non eſt mihi ædificares, nõne tibi donaſſe videor? [arg. l. Titius puerum. ff. de obſeq. libert. Et hęc Bal. ſententia vt eſt à pluribus eodem in loco approbata, maximè Aluar. & Iaſ: confirmatur quoque tex. in c. 1. §. ſed nec alia. vbi idem Alua. col. 2. quę fuit pri. cauſa benef. amitt. & in c. 1. vbi gl. de benef. frater. & c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. & c. ſi duo fratrẽs. de nõ. benef. inueſt. & c. 1. poſt med. in verſ. vel nummos in feudũ dãdos numeres. Si de feud. ab al. vaſſal. interpel.] Feuda igitur nihilominus cenſenda, etiamſi interuenerit pecunia, aut retẽta fuerit annua penſio: qualiter in Siciliæ regno, vſu obſeruari ſoleat quod quidem in Romanæ eccleſiæ feudũ tenetur. [ſi credamus cõſtitutioni. ad apoſtolicæ in ver. annuam pẽnſionem, de iud. in 6. & tradit nominatim Pont. conſ. 70. viſo themate. & Alex. conſ. 79. circa primum. vol. 1. & conſ. 9. ponderatis his. nu. 9.] Quod mihi indubitatum videtur, & Gallorũ moribus receptum obſeruatũq; eſt, vt pote quibus feuda hodie apud nos inſtar patrimoniorum redacta ſunt, ideo libere vẽdi ac alienari certum eſt, ſicuti & intercedente pretio concedere licet. [c. ad eccleſiam. extr. de re. eccl. non alien. & c. 1. de nat. feud. & Bal. in l. licet. C. de lib. cauſa.] Cæterum, vbi ſolus cenſus ſine fidelitate retineretur, exiſtimarim eum cõtractum pro feudali non haberi, vt cõſtat ex his quæ in primam opinionem proxime adduximus: facit euidẽs ea ratio, quod feudum abſque fidelitate conſiſtere non poſſit. Quia vbi de ea fidelitate actum non eſt, deeſtque iuramentum, iam omnis feudi ſubſtantia corruit, atque in aliam contractus ſpeciem tranſit, cẽſualis nimirum ſiue emphyteutici. [vt docet Cy. in d. aut. ingreſſi. & Bal. & Alua. poſt Bellou. in c. 1. §. quinetiam epiſcop. vel abba.] Vnde cũ ea res à feudi natura aliena ſit, fœminæ quoque & mutii in ea ſuccedent. [Bald. in c. 1. col. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in c. ſignificauit. de reſcript.] Nec item expirat huiuſmodi res in feudi ſpeciem contracta, per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, aut monaſterij ingreſſum, ſed cum ſuo onere tranſit. [Bal. in c. quæ in eccleſiarum. col. 5. extra. de conſtit.] Quare id non nobiliter, ſed iure plebeio diuidetur, ſicut res cenſuales ſeu emphyteuticæ: vt nos infrà oſtẽdemus, de obuent. feud. §. 8. Ratio autem differentiæ inter vtrumque caſum ea aſſignari poteſt: quia in primo vbi ſcilicet fidelitate retenta de pretio aliquo vel pecunia conuenit, quoniam accẽſſorie venit, feudi naturam immutare non poteſt: tum quia ſubſtantia feudi illæſa remanet. At certi iuris eſt, etſi ſubſtãtialia contractus pacto minime mutentur, mutari tamen naturalia poſſe. [vt docet Accurſ. in l. pacta cõuenta. ff. de pact. & l. vbi ita donatur vbi plenè Caſt. & cæt. inter. de don. cauſ. mort.] At in altero caſu vbi feudũ in cenſum aut annuam aliquã prẽſtationem conceditur, nulla retenta fidelitate: corruit, vt dixi, tota feudi ſubſtantia, quæ maximè in fidelitate conſiſtit: feudique contractus, deficiẽte ſubſtãtia, ſubſiſtere non poteſt. [Quam quidem diſtinctionem nominatim confirmant Specul. Belloui. Cy. Bal. & Alex. in locis ſupra citatis. Vide omnino Socy. in d. con. 257.]

Feuda in quibus interuenit pecunia recte feuda nominari.

Hodie feuda diſtrahi emique poſſe.

Feudum ſine fidelitate cõſiſtere nõ poſſe.

Tertium, quod ex feudi diffinitione colligitur ex ver. perpetua, eſt, quod vtilitas feudi in beneficiarium ſeu vaſſallum tranſeat, ita vt ad eum eiúſque hæredes ſuos maſculos necnon & fœminas, ſi de his nominatim cõuenerit, pertineat [tex. expreſſus in c. 1. §. beneficiũ. in quib. cauſ. feud. amitt.]

Feudi vtilitatem in vaſſallum perpetuo tranſire.

Quartum, adiectum eſt in eadem diffinitione, rei immobilis feudum ſiue beneficium: ad ſignificãdum quòd in re mobili non conſiſtat feudum: cum rerum mobilium vilis abiectáq; videatur poſſeſsio [l. ſi rẽ. & l. rẽ quæ nobis. ff. de acq. poſſeſ.] Quare feudi & in rebus quæ ſoli ſunt, ſoloue cohærent conſiſtere tantum poteſt, vel in his in ſumma quæ inter res immobiles recenſentur. [tex. expreſſus in c. Obertus. ſub fi. de feu. cog.] Et quoniã exploratum eſt annuos cẽſus vel res quę annuatim præſtãtur, inter immobilia computari, [vt plenè oſtẽdemus infrà, de ſucceſſ. §. 14. in ver. immobilia. & declarant feudiſt. in præl. feud. & in d. c. obertus. ſub fi.] ideo & in his quoque conſiſtere feudũ poterit. [Iaſ. in præl. feu. nu. 11. 17. 15.]

Quintum, infertur ex his verbis (cum tranſlatione vtilis dominij) in vaſſallum

In vaſſallum ſeu feudatarium vtile tranſire dominium [tex.in c.1.§. præterea.de capit. Conr.] & non ſimplex tãtum, [vt refert ibi gl.& eſt tex. in c.1.§.1. vbi etiam Bal. de inueſt. de reb.al.fac.] Quod itaq; non ſolum vſumfructum, ſed & vtile dominiũ habeat vaſſallus probatur hoc inconuincibili argumento, quòd ex omni contractu, quod perpetuam cauſam habet, vtile quæritur dominium. [inſt. loc.§.adeo.& l.1.§. quod ait. ff. de ſuperfic. & c. ſi vaſſallus de ſuo. de feu.da.inuic.& in c.1. de contr. int.vaſ. & al.de benef.vbi gl.] At conſtat feudum perpetuum eſſe vt patet ex his quæ mox diximus. Et huius quidem vtilis dominij ad vaſſallum tranſeuntis magnus eſt effectus [Bal.in c.quæ in eccleſiarum.col.7. de conſtit.] Nimirum cui vtile competit, dominium, dominus etiam fructuum pẽdentium intelligitur: at qui ſimpliciter vſumfructum habet, eorum dominus nõ cenſetur niſi poſt perceptionem [l.ſi vſusfructuarius. meſſem ſub fi. ff. quib. mod. vſuf. amitt.] Eſt & alia differẽtia in exercitio actionum. Siquidem qui vtile dominium habet, præfertur domino directo: vbi autem quis vſumfructum tãtum habet, poſtponitur domino. Vnde in exercitio iuriſdictionis infeudatæ, vaſſallus præfertur domino. Qua ex re recte inferebat Bal. [in l.1.quæſt.43.ff.de rer.diuiſ.] dominum qui alicui caſtrum in feudum conceſsit non cogniturum de primis cauſis ruſticorum in eo caſtro ſeu territorio inhabitantium, ſed feudatarium qui iura habet vtilia. Ratio eſt quia dominus in feudo ſolum habet imaginariam poſſeſſionem, at corporalis poſſeſsio, quæ naturalis eſt, penes vaſſallum manet: licet ſecus vbi vterque ius efficax in re haberet, vt quia vtriq; iuriſdictio inſolidum competeret. Tunc enim meliorem prẽuenientis fore conditionem non dubitatur. De qua re nos ample egimus ſ. de iuriſ. indic. com. Bleſ.§.2.

Ex omni perpetuo cõtractu vtile dominiũ quæri

Differentia interius vtilis dominij, & vſusfructus.

Directũ dominium penes concedẽtẽ remanere.

Sextum quod ex hac infertur diffinitione colligitur ex ver. (retenta proprietate.] Nimirum directum dominium penes cõcedentem remanere [tex. in cit.c.1. de contro.int. vaſ. & feud. & in c.1. de inueſt.de re al. fac.] Quod vſq; adeo verum eſt, vt ſi in feudi conceſsione pacto conueniſſet vt directum dominium in feudatarium accipientem tranſiret, diceretur natura feudi corrupta, ac (vt aiunt) alterata, ita vt alia cenſeretur inita conuẽtio, quæ contractus innominatus haberetur [ſecundum Bal.in c.1.in vlt.col.de capita. qui cur.vend.extat ſolennis deciſ. Old.de pon. con. 169. ex præſenti themate. in 1. dub. princ. quem refert ac ſequitur Alb. in rub.C.de dona.col.2. & Bal.in prælud. feud.]

Septimum ac poſtremum colligitur ex his vltimis diffinitionis verbis (ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum) nempe vaſſallos ſcilicet ſeu feudatarios ac illorum hæredes fideliter ſeruire debere [vt expreſsim extat in c.1.§. beneficium. in quib.cauſ. feud.amit.] Nec refert an de illo ſeruitio quale eſſe deberet nominatim conuenerit, ſiue nihil de eo actum ſit. Vnde vt diximus feudum à fide ſeu fidelitate dictum exiſtimatum eſt [c.1.§. nulla. per quos fi.inueſt.] Ita vt in pleriſque feudorum locis vaſſallus fidelis appelletur [c.1. an remou. deb. teſt. & c.1.§. & quia vidimus. qui feud. da poſ.c.1.§. præterea. ver. quòd ſi forte. Quæ fuit prim. cau. benef. amitt.c.1.de cõtent.int.dom.& fid.] Quia (vt docte tradit Bal. in c. cæterum col.3. extra.de iudic.) plenitudo feudi non conſtat abſque iuramẽto fidelitatis. Niſi forte ita pacto contrahentium conueniſſet, vt abſque fidelitatis iuramento, feudum acquiſitum ſit. [d.§.nulla.& c.1.§.1.quæ ſit pri. cau. benef. amitt.] At vt plurimum e natura feudi eſt, vt iuramentum præſtandæ fidelitatis exhibeatur [c. vnico. qual. iura.deb.vaſ.do.fidel.] Vnde per quãdam excellentiam feudum à fide appellatum diximus, quod dominus perſonam, honorem, ac rem omnem ſuam fidei vaſſalli committat. Eo autem fidelitatis iuramento ſex vt plurimũ promitti ſolent à vaſſallis: nimirũ incolume, tutũ, honeſtum, vtile, facile, & poſsibile [c.1. de for. fidel. & in cit. c. vnico. qual. iura. deb. vaſſal.] Ea autem iuratæ fidelitatis exhibitio, homagium, moribus ac conſuetudine Gallorũ appellatur. Etſi id vocabulum nuſquam apud ius ciuile, ac feudorum vſus vſurpatum reperiamus, legibus tamen eſt inuentũ [Specul.tit. de feud.§.quoniã vbi in 1.2.3.& 4.queſt. materiam homagij latè proſequitur] & iure canonico homagium in materia feudorum pro fidelitate & obedientia, quam debet vaſſallus domino, ſumitur. [tex.in c. grauem. vbi gl. in ver. homagij. de exceſ. prælat. in c. veniens. de accuſat. c. indignum. de reg. iur. in antiq. & c. ex diligenti. vbi Hoſtien. &

Fidelitatis iuramentũ ſex continere.

Quid ſit homagium.

cæteri extra. de ſymo.] Quod autem ad exhibitionē ſeruitiorū perſonalium pertinet non eſt quod diutius inſiſtamus. Siquidem in Gallia noſtra, feuda quibus hodie vtimur, nullam veteris feudi quod iure ciuili obſeruabatur imaginem referūt, ac prorſus ea in re immmtata ſunt, vt nos ſ. oſtēdemus. Et ex his habes meo iudicio vnde facile intelligas quid ſit feudum.

An pacta à natura feudi aliena, aliqd operentur.

Verùm circa hanc diffinitionem non leuis inſurgit dubitatio, An ſi in contractu feudi adiectum ſit pactum cōtrarium ſiue diuerſum ab his ſeptem quibus feudū deſcripſimus, an feudi conſtitutio ex eo inutilis cenſebitur, an verò pactum tātum pro nullo habebitur, rato manente feudo: vel an illud contractū feudi in aliam trāſmutetur formam, aliúdue contractus nomen. Hac in re ego inſpiciēdum exiſtimo,

Pactū cōtra ſubſtātialia cōtractus appoſitum, omnino contractum ipſum vitiare.

pactúmne iſtud ſuper ſubſtantialibus contractus adpoſitū ſit, quo caſu prorſus inutilem feudi contractum reddi eſt expedi-tum. [l. cum precario. ff. de precár. l. per ſeruum. §. denique. vbi Accur. ff. de vſu & habitat. Cy. & alij. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.] Quod tamen ita accipito, vt quidem contractus in ea qua geritur ſpecie non ſubſiſtat, licet alio modo ſuſtineatur. qui enim actus non potuit iure cō tractus feudi valere, vt pote corrupta per pactum ſubſequens eius ſubſtantia, in aliā tamen cōtractus ſpeciem tranſibit. [vt eſt tex, in l. vbi ita donatur. (vbi nominatim Bar. Pau. & Imm.) ff. de dona. cau. mort.]

Pactū ſuper naturalibus cōtractus adiectum, eius formam minimè immutare.

Sinautem pactum iſtud ſuper naturalibus tantum contractus feudi appoſitum ſit, eius naturam non immutare merito creditum eſt, neque enim eo caſu vitiabitur conuentio, nec in aliam trāſibit formam. Licet ſiquidem contrahentibus contra naturalia contractus pacíſci (verbi gratia) vt venditor de euictione (quæ naturaliter ineſt iuri venditionis) non teneatur. [de quo in l. paciſci. ff. de pact. & plenè in l. pacta conuēta. (vbi pulchrè Accur. rem omnem explicat) ff. de contrah. empt.] Quæ res quo notior habeatur, ſciēdum eſt quid

Quid ſubſtā tia cōtractus

ſit ſubſtantia, & quid natura. De accidentalibus nihil hìc agimus, quę ſunt quę prę ter naturam contractus, cui adiiciuntur, interueniunt: & quæ abſque contractus corruptione adeſſe & abeſſe poſſunt. De quibus agitur in cit. l. pacta conuenta. Scire itaque oportet quæ tradit Bal in repet. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. quęſt. 1. col. 2. in omni diſpoſitione plurimū interuenire perſonas, rem, & ordinem ſeu formam, item & ſolennitatem circa diſpoſitionem & ſubſtantialitatem. i. intrinſecam ſubſtātiam. Quibus verbis licet aliquādo promiſcuè vtamur, diuerſa tamen ſunt. Aliud enim eſt forma, cuiuſmodi in teſtamento obſeruatur, vt vnico contextu ac ſine interruptione conficiatur: item interrogatio & reſpōſio in ſtipulationibus. Aliud item ſolēnitas quales ſunt teſtium adhibitio, eorundem rogatio, & ſimilia. Aliud ſubſtantialitas (vt ait) quæ eſt ipſa diſpoſitio. eo quod ſubſtantia ſit res ipſa ſeu rei ipſius eſſentia. Naturam porro cuiuſque cōtractus eam eſſe declarat Bal. in pręlud. feud. vt ſit quędam qualitas à principio innata, ex qua virtus contractus ſemper in eſſe producitur, niſi per pactum improprietur [Idem in l. 1. C. commod. adducit l. pacta conuenta, de contrah. emp. & l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod in ſpecie. ff. de pac.] In hoc certe negotio ſubſtantialium naturalium & accidētalium varij & multiplices ſunt doctores. Verum nihil melius ſuper ea re dici autumo quàm contractus ex contrahentium cōuentione legem accipere [l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depo. vide Old. con. 234. factū tale eſt. quidam miles.] Hinc Curt. ſenior. [con. 40. memoriæ recolendæ. in 6. reſp. num. 62.] docet expreſsim pacta circa contractum feudi appoſita poſſe illius naturam immutare. Quod quidem verum eſt, ſi quid contra ea ſeptem, quibus conſtitui feudum diximus, adiecta ſint, in cauſa eſſe, vt eum cōtractum, feudum non dicamus, niſi improprie [vt voluit Zaſ. in tract. feudo. concl. 11. & conſuluit Socy. con. 252. viſis inſtrumentis. pen. col. & con. 262. viſis inueſtituris. col. 5.] & in feudis huiuſmodi impropriis etiam fœminas ſuccedere, & alios qui alioqui feudi ſucceſsionis incapaces ſunt. [cōfirmat idem Socy. d. con. 262. & Cor. con. 16, apertè. in. 4. & vlt. col. vide Præpo. in c. 1. de feud. non hab. prep. naturam feu. & in c. 1. an agna. vel fil.]

Hactenus igitur ſatis ſupérque dictum ſit de his quæ ad feudi definitionem aut verius deſcriptionem pertinent. Hoc tamen non eſt ignorādum ea quæ hactenus tradidimus feudo à iure communi introducto tantum conuenire. Nam alius ferè eſt feudi vſus apud Gallos omnino penè diſſimilis veteri, aut ſaltē in paucis cōueniens. Quare placet nōnulla referre quæ in feudum noſtrum francum tradiderē

Quid natura.

Nil ferè noſtra feuda cō uenire cum antiquis.

ipſi feudiſtæ.

Feudum francum.

Primum, feudum francum appellant, quod eſt ab omni onere ac ſeruitute liberum quo vtimur franci, quos à libertate dictos volunt. Et propterea Ioan. And. in addit. Specul. ſuper rub. de præſcript. in vlt. quæſt. Feudum francum, vocat gentile, nobile, liberum, & honorificum. Qua ex re eo in loco Ioā. And. & Old. de pon. con. 234. quidam miles. & Curt. iunior. in tract. feud. in 9. q. 1. par. primā feudi franci qualitatē ſiue naturā eam eſſe cōſtituunt vt feudatarius ſeu vaſſallus feudi frāci ad nulla ſeruitia patrono præſtāda teneatur, [arg. l. ſi quis duas. in princ. & in l. in tradendis, in princ. ff. comm. præd.] niſi quid aliud in conceſsione feudi conueniſſet, argumento ducto de vaſſallo ad libertum, quos vt plurimum ſolent comparare feudiſ. maximè Bal. & Iaſ. in prælud. feu. Nec enim libertus vllus domino præſtare operas tenetur, niſi de quibus in manumiſsione conuenerit, vel ſtatim poſt manumiſſionem. [l. vt iuſiurand. ff. de oper. libert. l. vlt. de lib. cau. & in c. 1. de no. for. fidelit. c. ego N. extra. de iureiur.] Quod & confirmāt doct. in locis ſuprà citatis. & nos Galli eo iure vtimur. Is enim apud nos mos inualuit, vt vaſſalli nulla domino præſtare obſequia teneantur.

Omnē proprietatem in feudari.

Altera feudi franci natura eſt à cæteris differens, ac Gallis tantum peculiaris, omnem ſcilicet proprietatem infeudari, & ſic omne dominium tam directū quàm vtile ex cōceſsione feudi in feudatarium trāſire. [vt teſtatur Bald. in l. ſi plures. in 1. col. ver. dicitur autem feudum francum. C. de condit. inſert. & in l. vnica. C. de confeſſ. in 15. col. poſt Ioan. Mona. in c. abbate. de ſent. & re iud.] Et Zaſ. in 12. par. feu. concludit pacto effici poſſe vt dominium directū ſimul cum vtili in feudatarium trāſferatur, licet tūc improprium ſit feudum illud: igitur & id conſuetudine effici poterit. [iuxta l. non impoſsibile puto. ff. de pact.] licet huic ſententię refragetur Iaſ. in prælud. feud.

Feudū francum à vaſſallo irrequiſito domino alienari poſſe.

Tertia natura feudi franci eſt, quòd licet alioqui ex communibus feudorum vſibus non poſsit feudum non vocato domino alienari, ſub pœnam commiſsionis feudi. [c. imperialē. de prohib. alienat. feu. per Fed. & c. 1. §. rurſus. vbi gl. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. de vaſ. qui con. conſtitut. Loth.] aliud tamen in feudo franco receptum eſt, vt nimirum poſsit irrequiſito domino diſtrahi, vel quacunque ex cauſa alienari. [Bal. in l. 1. col. 2. C. ſi à non compet. iud. & confirmat Curt. iunior, in ſuo tract. feu. 1. par. q. 8.] De qua re expreſſam habemus conſuetudinem. ĩ. eod. §. 15. Vnde in commiſſum non cadere intelligitur vaſſallus, qui permittente conſuetudine feudum alienat citra domini voluntatem. Quod tamen intellige ſaluo domini iure, vt poſsit feudum venditum pro equali pretio redimere. [iuxta c. 1. §. porro. qual. ol. feud. pot. alien.] vel poſsit idem dominus quintum aut ſubquintum denarium pretij pro laudimiis accipere. [vt ĩ. de obuent. feud. §. 4. & 5. & iuxta ea quę traduntur in l. 3. C. de iu. emphyt.]

Eccleſiam in feudo ſuccedere.

Quarta, licet regulariter in feudis ſecularibus eccleſia nō ſuccedat. [§. 1. de al. feu.] cum eadem feudi capax non ſit, vt ſuprà oſtendimus, in §. vlt. præced. tit. tamen in feudo franco ſuccedere illa poteſt. [Bal. in auth. rogati, in vlt. colum. C. ad Trebel. & Alex. conſ. 30. quoniam omne datum. col. 2. vol. 1.] Sed hæc non vſquequaque probata eſt ſententia. Nec enim id noſtra fert Gallorum conſuetudo, niſi quòd receptū ex generali conſuetudine, clericos ſeculares etiam prælatos & preſbyteros ſuccedere in feudis ſecularibus.

Quinta eſt, quòd de feudis francis teſtari licet, etſi alioqui ex communi feudorum vſu, nemini liceat de feudo diſponere, etiam in animæ ſalutem, ſeu eccleſiæ fauorem. Feudi enim formam ac originem vaſſallus immutare non poteſt. [c. 1. §. donare. qual. ol. feud. pot. alien. & nos ĩ. explicauimus in vltimis §§. tit. præced.]

Fœminas feudo ſuccedere.

Sexta, quòd licet fœminę feudorū ſucceſsionis regulariter incapaces ſint. [c. 1. §. hoc autem notandum. qui feu. da. poſſ. & in c. 1. ſub prin. de grad. ſucceſſ.] tamen in feudi franci ſucceſsione ſublata eſt ſexus differentia, ita vt fœminæ ſuccederere poſſint, peræque ac maſculi. [Bal. in cit. §. hoc autem notandum. in vlt. col. vbi allegat. c. ſi cui militi. de capit. extraord. & idem in l. quoties. C. de ſuis, & leg. hær. quod probarunt Pont. conſ. 367. circa primum. q. 5. col. antepen. Idem in ſing. 178. hodie fœmina. & Alex. conſ. 29. quoniam abunde. & conſil. 30. quoniam omne datum optimum. vol. 1.] Bal. tamen ſibi parum conſtans, contrarium tradidit in l. quoties. C. de ſuis & legit. hæred. ſed prior ſententia verior videtur, quæ etiā moribus prouincię noſtrę Bleſeñ. recepta eſt. [vt ſunt tex.

in §.1.ĩ.eod.& §.9.ĩ.de ſucceſſ.] Ratio eſt,ꝙ cauſa ob quam arcentur fœminæ à feudi ſucceſsione eſt,quia ſeruitia domino occa ſione feudi debita præſtare non poſſunt: at iam oſtẽdimus nulla ſeruitia vaſſallum in feudo franco præſtare debere:ideo à ceſ ſante ratione concludendum eſt,fœminas quoq; in feudo ſucceſſuras: maxime cum omnes in hoc conſentiant, vt prohibitio iſta ſucceſsionis in fœminis odioſa cenſen da ſit, vt pote velut naturæ accuſatrix. [iuxta l. maximum vitium. de lib. præter C.] vnde Bellou. Bal. & Alua.[in c. 1. §. quinetiam epiſ.vel abb.]tradidere ſi quod feudum ad ſeruitium certum cõcedatur, quod à fœmina per ſe vel per alium explicari poſsit, fœminam in feudum ſuccedere & admitti vna cũ maſculis filiis. Quan tomagis igitur in feudo frãco in quo nullum præſtatur ſeruitium. Quam etiam ſententiam alia ratione confirmo: quod ſcilicet alienari poſsit feudum francum irrequiſito domino,vt nuper oſtendimus at certiſsimum eſt vbi feuda pretio accepto acquirũtur,& non gratiosè ac ex mera liberalitate obueniũt, ad filias quoque ſeu quoſcumque alios hæredes deuolui, [ſecundum gl.& doct. in cit.§. & quia vidimus.& Bal.ibi in ver.decedenti.] Ea ſiquidem ſolet conſtitui differentia inter feudum francum, & feudum rectum ſeu perpetuum,quod rectum feudum ex gratia & liberalitate concedentis proficiſcatur, at francum,vt plurimum non niſi numerato pretio conſtituatur.[vide Innoc. in c.2.extra.de feud.]

Septima feudi franci ea eſt peculiaris natura, quod quanuis alias in feudis permiſſa ſit recuſatio, ad hoc vt ſeruitiorum præſtationẽ euitet[c.1.de vaſſal.qui cont. cõſtit. Loth.] tamen in feudo franco non admittetur pœnitẽtia ſeu facultas renuntiandi[vt ſenſit Bal. in c. cæterum. col. 8. extra. de iudic. Cui fere aſſentiuntur cæteri feud.in c.cæterum.col.8. extra. de iudic.] Quę tamen ſentẽtia mihi nunquam placuit, ſiquidem id pro conſtanti eſt habendum,feudum francum ab omni ſeruitiorum onere liberum atq; immune eſſe, vnde cum cauſa (vt appellant) refutationis in hoc tendat, vt quis ſe à ſeruitiis liberet, nulla ratione eam ſuſtineri poſſe exiſtimo. Et hæc de propria ac peculiari feudi franci natura dictum ſit.

Verum, etſi ſupra dixerimus feuda quibus hodie nos Galli vtimur rectè cum feudis francis,quorum naturam proxime explicuimus, comparari, non exiſtimes velim me ex præſcripto voluiſſe inter vtrumque feudum omnimodam ſimilitudinem atque conformem conſonantiam in omnibus inducere: ſed quod in plurimis ea omnino conueniant. Neque enim in omnibus ab vno ad alterum argumentari licet: vt nec de legatis ad fideicõmiſſa docet Bart.in l.1.de lega.1.

Cæterùm,quo nos expeditiorem viam faciliorémq; huius noſtri gallicani feudi explicandi methodum ſequamur, bene erit ſi quinque huius gradus conſtituerimus, quibus ſingulis enarratis facile quilibet percipiet, quæ apud nos circa feudum obſeruentur.

Primus itaque gradus eſt, tenor inueſtituræ ſeu infeudationis, qui vbi apparet omnino, ſeruandus eſt. Quandoquidem ita vſu receptum eſt, vt tenor inueſtituræ omni feudorum legi atque naturæ deroget,& vim contractus oſtẽdat.ea enim eſt in feudis velut regula atque lex [vt eſt egregius tex.in c.1.de duob.frat. à capit.inueſt.&in c.ſi cui militi.5.de extraord.cap. Bal.in proœ.feu.per d.c.ſi cui militi. in his verbis(Tenorem tamen inueſtituræ,nécnon vim verborum,ac ſenſum contrahentium intuentes) Idem in l. quoties. C. de ſuis & legit.& eſt text.in c.1.ſub fi.de frat. de no.beneſic.inueſt.& c.1.in fi.de ſucceſſ. feu.& c. vlt. per quos fiat inueſt. & c.1.de feu.non hab.prop.nat.] Nam per pactum à propria natura cõtractus recedere licet, itaq; naturam vincit. Verbi gratia, ea eſt peculiaris feudi natura, vt alienari nõ poſſit:poteſt nihilominus pacto conueniri vt alienare liceat.[iuxta l.paciſci.de pac.ff.& tradit Bald.in d.c. de feud. non hab. prop. nat.Idem ſenſit Pont.conſ.1.& conſ.33.viſo inueſtituræ tenore.& con. 494.in caſu propoſitæ conſultationis.Curt. ſenior.in con.49. memoriæ recolendæ. verſ. primo igitur pro ſolidiſsimo argumento. & iun. in 6.par.1.par. ſui tract. de feud.] Verùm, quoniam hodie ob inueſtiturarum vetuſtatem non ita de earum tenore conſtare poteſt, ſolemus in hoc regno ad dinumeramenta recurrere,& (vt appellàt) aduocamẽta feudi (ita enim profeſsiones feudi quas vaſſalli dominis ſuis faciunt appellant) De quibus ſpecialis eſt titulus infrà inſcriptus,de aduoc. & dinumera. in quibus ſi quid inter dominum & vaſſallum expreſsim conuenerit, quòd etiam feudi

Tenor inueſtituræ perpetuo pro lege ſeruandus.

naturæ repugnet,illud omnino ſeruãdum eſt,per ea quæ mox diximus.

Patriæ conſuetudo attenditur vbi de tenore inueſtituræ nõ conſtat.

Secundus gradus eſt, Si de inueſtitura non conſtet neque per dinumeramentorum tenorem,ad vſum ac conſuetudinem patriæ in qua ſitum eſt feudũm, recurrere oportet. inueterata enim conſuetudo pro pacto habetur. tum quia cõſuetudo quid velut innatum dicitur:tum quod ea quaſi pactum æſtimatur.[vt tradit Bal.con.318. quidam nobilis.col.2.vol.2.& not. in l.2. de pact.facit.§. ex contrario. de iuſ. & iur. & c.1.quæ fuit pri.cauſ. ben.amitt. & cap. obertus.§.ſtrenuus autem.de feu.cog. Socy.conſ.67. viſis inueſtituris.nu. 23. vol.1. tex.eſt.in c. ex cauſis. in ver. libellariæ. de pac.cõſt.] Vnde & Raph.Cuma.con.163. ſub fi. 1. col. dicebat feuda proprie in iure non conſiſtere, ſed tota à cõſuetudine patriæ,in qua ſita ſunt,pendere. Cui ſententiæ adſtipulatur Bart. in l.vt iuriſiurandi. §.liberi.ff.de oper.liber. & luculenter Bal. in c.quę in eccleſiarum.col.4.verſ. ſed ſtatim queritur.extr. de conſtit.dicebat feuda nullam à iure preſcriptam regulam habere, ſed eam tantum in his ſeruari, quam deſignauerit conſuetudo. Et idcirco contractum feudi anomalum ac irregularem appellat. Vnde inferre licet,quòd etſi venditor regulariter de euictione teneatur,& ad id quod intereſt, ſi aliquod ſeruitutis onus rei quam vẽdidit, impoſitum tacuerit: ſi tamen feudum væneat non expreſſis eius oneribus, quæ à conſuetudine introducta ſunt,minimè vẽditor tenebitur, nec de euictione, nec ad id quod intereſt: cum in huiuſmodi venditione tacitè veniant onera conſueta feudi. Notoria ſiquidem eſt omnibus cõſuetudo, à qua etiam informatur ac declarationem recipit omnis actus,tam vltimæ voluntatis.[l. ſi ſeruus plurium.ſub fi.de leg.Moder.Med.in l.vt liberis.C.de collat.]quàm etiam inter viuos.[l.quòd ſi nolit.§. ſi aſsidua.ff. de ædil. edic. & l.circa. C. loc.] quinetiam & quæcunque alia diſpoſitio. [vt docet Anchar.in repetitione.c.quia propter.in fi.in 4.oppoſ.de reſcript.in 6.]

Conſuetudinem ſpecialem magis quàm generalem attendi.

Cæterum circa hunc ſecũdum gradum tria potiſsimum annotanda veniũt. Primum vt quæ dicimus, intelligantur de cõſuetudine ſpeciali, cum ad illam potius quàm ad cõſuetudinem generalem ſit recurrẽdum etiam in vſibus feudorum [per c.Obertus.de feud.cog.vbi Bal.& Prepo. Mediol.Idem Bal. con. 170. ad euidẽtiam lib. 2.] De generali autem nos proximè dicemus in 3. gradu. Secundum: intelligenda quoque iſta de conſuetudine loci in quo ſitum eſt feudum ſeruiens, & non in quo ſitum eſt feudum dominans. Conſuetudo quippe loci in quo poſitum eſt feudum ſeruiens eſt ſequenda tam in ſucceſsionibus, quàm laudimiarum & ſeruitiorum præſtationibus: quicquid de ea re dubitauerit Fab.noſter,in l.cũctos populos. C. de ſumm. trinit. in 9.col. vbi hanc quæſt. nominatim mouit. ea enim verior mihi ſemper viſa eſt ſentẽtia exiſtimãtiũ conſuetudinem loci vbi eſt feudum ſeruiens magis ſpectandam. In quam moueor ex deciſ.Bart.& cæterorum interpr. in d. l. cunctos populos, exiſtimantium ad iudicandum de re aliqua, aut ipſius qualitate, ac oneribus, ſeruandam eſſe loci in quo illa ſita eſt, cõſuetudinem. Quòd verò ſpectat ad contractum, & acceſſoria, quæ circa contractum verſantur, tum inſpiciendam eſſe loci, vbi contractum eſt, conſuetudinem. Et quod ad ſolennia pertinet inſpiciendam conſuetudinem loci, in quo inſtrumentum conficitur ſeu paſſatur. [& ita expreſsim deciſum eſt ab Oldr. con. 159. ex præſenti themate. in 2. reſp. arg. l. ſi ſerui veſtri. C. de nox. act. l. venditor.§. ſi conſtat.ff.comm.præd.l.vlt. §.penult.ff.de mun.& honor.& l.faccularij.§.quædam.de extraord.cognit.] Vnde prouiſio ſeu gratia Rom. pontificis accipienda eſt ſecundum conſuetudinem loci in quo ſitum eſt ſacerdotiũ, ſuper quo ea interpoſita eſt [c.cum olim.extra.de conſuetud.& c. licet Romanus. de conſtit. in 6.] Vnde infert Oldr.cum in Romania is mos inualuerit, vt feuda citra commiſsi pœnam alienare liceret, illud à vaſſallo poſſe impune alienari, licet à principe Siciliæ conceſſum ſit, in cuius regno feuda alienare non licet. Quibus adde quæ tradit Oldr.con.168.ad primam quęſtionem 1.reſ. vbi diſputat eam quæſtionem, qua dubitatur quis locus eo caſu attendi debeat, an is vbi facta eſt gratia, an locus in quem confertur? ac concludit quod etſi probabile videatur conſuetudinem loci, in quo facta eſt gratia,attẽdi debere. [arg. l.cum antiquitas. C.de teſtam.& l.munus de leg.3.] verius tamen ſibi videri, locum inſpici debere eum,in quo ſitum eſt beneficium[arg.l.vlt.de tritic.ff.& l.vinum.ff. ſi cert. pet.] rationem reddit quod actus cuius expeditio in tertium locum confert

Conſuetudo loci inſpiciẽda in quo ſitum eſt feudum ſeruiẽs.

iurisdictionem, in illo loco intelligitur celebratus. [l. 3. de bon. auth. iud. possid. l. contraxisse. de act. & obligat. & hanc nostram sententiam probat. Bal. in c. in causis. §. penult. in sua gl. in ver. & si qua controuersia. de pac. const. & Math. de affl. in trac. de protomi. in pr. in ver. Item pone quod illi terræ. col. 18.] ideo si Imperator cõcessit cuipiam Tusco feudum castri in Alemania siti, videtur illi cõcessisse secundum consuetudinem Alemaniæ. Et ita non multis abhinc temporibus, ex consilio primorum curiæ Parisiẽsis, iudicatum est à iudicibus Blesensibus, in causa de feudo Brosiæ controuersa. Brosia enim in comitatu Dunẽsi sita, tenetur in feudum à terra quadã in castellania Blesensi sita, vbi quintus & subquintus debentur, ex consuetudine generali. [j. de obuent. feud. §. 4. & c.] at in comitatu Dunẽsi ex consuetudine locali non debentur laudimiæ quinti & subquinti, sed rachatus tantum i. annata feudi. [§. 1. & fi. de feud. j. in const. Dunen.] Cõtrarium tamen sensisse videntur But. & cæteri cano. in c. in præsentia. extra. de probat. Alex. de Immo. in con. 124. consideratis his. vol. 5. Ang. in auth. de non alienan. §. emphyteusim. & in l. 2. C. de iu. emphyt. Deci. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Verũ ea apud me non tanti sunt ponderis vt non existimem semper attendendam esse loci, in quo extat feudum seruiens, consuetudinem, per ea quæ proxime in eam partem adduximus. Et quæ in oppositum adducta sunt nihil vrgere mihi videtur. locum quippe habent vbi agitur quæstio, num emphyteusis ad filios transeat, & ita consuetudo versatur circa dubium contractus. Non mirum id circo si vbi de viribus contractus tractatur, inspicienda sit consuetudo loci in quo gestus est, & non vbi res quæ in contractum deducitur, sita est, [per ea quæ concludunt doct. in cit. l. cunctos populos. & tex. in l. si fundus. ff. de euict.] Tertium est quòd eæ feudorũ consuetudines locum etiam habent in feudis ecclesiasticis prouinciæ nostræ. Cuius rei ratio redditur à Barb. & Bal. in c. cæterũ. extra. de iudic.

Tertius gradus, vbi non reperias aliquam specialem consuetudinem, quæ dubitationem tollat super feudo emergentem, recurrendum est ad consuetudinem generalem regni. [iuxta l. de quibus. ff. de legib. iunct. glo. & illic late Bart. & Modern. & in l. 2. C. quæ sit lon. consuet.] Cuius quidem consuetudinis generalis in regno circa feuda obseruatæ placet aliquot capita referre. Primum, ex vsu generali regni feuda instar patrimoniorum redacta sunt, ita vt de his vassallus liberam habeat disponẽdi facultatem, siue per viam contractus siue vltimæ voluntatis. [ita testatur Fab. inst. de legit. patr. tut. §. 1. & §. 1. inst. de empt. & vend. & in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl.] Secundum, in his feudis & fœminas, & mutos, aliósque imperfecti corporis vel animi succedere receptum est, contra communes iuris feudorum regulas. Idque ea ratione quod nulla dominis feudorum hodie debeãtur seruitia, in quorum locum introductum est, vt regi ad bellum proficiscenti suppetias ferre debeãt vassalli, pro modo ac qualitate seu æstimatione feudorum. Tertium, monachos ac religiosos (quibus & monachas comprehendi oportet) in feudo non succedere, quod & iure communi sancitum erat. Quartũ, manus mortuas, quæcunq; illæ sint, feudi prorsus incapaces esse, tam in acquirendo quàm retinendo. De quo nos suprà abunde vidimus.

Aliquot capita consuetudinis generalis circa feuda.

Quartus gradus est, vbi nos deficit & tenor inuesturę, & consuetudo tam specialis, quàm generalis, ad ius feudorum, de quibus extat conscriptus liber (de quo multi dubitant authenticúsne sit) recurrendum censeo. [c. obertus. de feu. cogn.] Nam & is feudorũ liber, licet ex priuatis tantum Mediolanẽ. consuetudinibus cõpilatus sit, est tamen ab Imperatore approbatus, & vbique gentium receptus. [vt testatur Bal. Yser. Iaf. & Moder. in prælud. feud.] ita vt illius libri capita, nedũ ad determinationem causarum feudalium, sed & quascunque aliarum ciuilium allegari possint. [Mod. in l. diuortio. in prin. ff. sol. matr.] nisi in his quę à iure exorbitant. [vt nominatim docet Oldr. consi. 159. ex themate. versic. circa secundum.]

Quintus & vltimus gradus, est ius commune, quod licet nec ius, nec nomen quidem feudorum cognouerit, vt pote quæ multis post temporibus introductæ fuerint [teste Bal. in c. quæ in ecclesiarum. col. 5. extr. de constit.] tamen vbi ea quæ suprà commemorauimus, non extant quibus dubium aliquod dissoluamus, ad illud recurrere absurdum non est, [vt est tex. in c. obertus. vers. strennus. de feu. cog. vbi glo. plurimum à Bell. cõmendata. faciunt quæ

tradit Accur. & doct. in l. 1. §. penul. in ver. impetrabile. de aq. quotid. & æst. & in l. 1. §. cum patronus. in ver. cum inimicis. de off. præ. vrb. & gl. in c. 1. de suc. feud. & quę not. Alex. cons. 5. si vera sunt. num. 4. vol. 5. Bal. in l. liberti libertæq;. C. de oper. lib.] Quibus postremo omnibus deficiẽtibus, de similibus ad similia procedendum est: tum & ad argumẽta ac iuris ciuilis ratiocinationes. Nam nec nouum existimat Bal. causas per rerum argumenta definiri iuxta [l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebel. facit l. Aemilius. ff. de minor.]

ARTICLE QVARENTESIXIESME.

Par la coustume desdictz conté & bailliage de Blois, & ressorts d'iceluy, fiefz se peuuent acquerir, tenir & posseder, indifferemment par hommes & femmes nobles ou roturiers. Et soit qu'ilz soient possedez par nobles ou roturiers ne se mue la nature d'iceux.

§. PRIMVS.

Consuetudine comitatus ac prouinciæ Blesensis feuda acquiri, teneri, ac possideri indiscriminatim & per masculos & per fœminas, nobiles plebeiósve possunt. Quæ siue à nobilibus, siue à plebeis possideantur, suam non mutant naturam.

EX hac cõsuetudine duo potissimũ introducũtur, quæ cũ communibus feudorum vsibus omnino pugnant. Primum, fœminas esse feudi capaces, ita vt quærere & quæsitum retinere possint, atque in eo succedere. [vt hîc & §. 6. & §. 9. ĵ. de succes. Et si omnino contrarium iure communi feudorum receptum sit. [c. 1. §. hoc autem notandum. qui feu. da. poss.] & elegãter prosequitur Bal. in l. quoties. C. de legit. hæred.] Secũdum, licet communi feudorum iure, aliud esset feudum nobile, quod possessorem nobilitabat, & aliud quod Burgense dicunt, quod possessorem non nobilitabat. [secundum Bal. in prælud. feud. in to. diuis. Bellou. & Io. And. in addit. Specul. in rub. de præsc. & alij: quo etiam spectat quod ait Luc. de penn. in l. mulieres. de dignit. lib. 12. C. quem ex comitatu & Baronia & territorio, cui inest iurisdictio. nobilitari.] Hodie tamẽ ex consuetudine nostra, sublata est omnis huiusmodi differentia circa nobilitatem, æquatáque sunt omnia feuda, constitutúmq; est, siue à nobilibus siue à plebeis possideantur, eorum naturam nõ immutari. Vnde dicebat Innoc. in c. verum. sub prin. ext. de fo. comp. quemlibet dominum feudalem, cuiuscunque conditionis sit, etiam rusticum, in rebus feudalibus iurisdictionem habere ex Federici constitutione scripta, in l. imperialem. §. præterea si inter duos. de prohib. feud. alien. Nam & hoc iure vtimur vt in rusticum possit feudum transferri, qualiter erat olim receptum. [c. 1. §. ex eadem lege. de Corr.] facit quod eo in loco notant Præp. & Bal. rusticum posse emere dignitates & iurisdictiones quæ sunt proprium venditoris patrimonium. licet iure communi eæ res extra hominum cõmercium essent, vt pote publici iuris: ideo æstimationem non recipiebant. Contrarium tamen consuetudine obtinuit, quæ legem vincit. [per cap. obertus. de feud. cognit.] Quare per hanc nostram consuetudinem constat in hoc adæquatum esse nobilium, & plebeiorum conditionem, possuntque plebeij feuda acquirere, perinde atque nobiles. Ideo eos nihil quicquam ex huiusmodi acquisitione quæ eis concessa est, financiæ vt dicunt debere. [per ea quæ in simili decidit Bart. in l. 1. quem eo loco omnes sequũtur, excepto vno Cuma. de leg. 1.] Et hîc considerandus est adæquationis modus, quo vtitur hæc nostra consuetudo, videlicet specierum eiusdem generis ad suum indiuiduum, nimirum ad feudũ, quod in has duas species scindi solet, in nobile & Burgense, quæ ratione huius adæquationis ad vnam rediguntur formam. Quod quidem in specierum adequatione indubitatum est: maius autem esset dubium si adæquatio fieret duorum generum, vt puta si cõsuetudo parificaret, feudum, censum, & terragium. Et in hunc ca-

Hodie iurisdictiones & dignitates vendi posse.

sum nostrum induci potest. l. quia autem in ver. si autem non inciderit. sub fi. pr. ff. si quis omiss. cau. testa. vbi quoniam legata sunt fideicommissis adæquata, quod in vno constitutum est, in altero obtinebit.

ARTICLE QVARENTESEPTIESME.

Le vassal doibt faire la foy & hommage à son seigneur de fief, toutesfois & quantes que ledict fief est vuide & ouuert, & que ledict seigneur de fief n'a point d'homme. Ce qui aduient en deux manieres: l'vne quand la foy fault du costé du seigneur de fief: l'autre est quand la foy fault du costé du vassal.

ARTICLE QVARENTEHVICTIESME.

Item que ladicte foy fault du costé du seigneur, quand ledict seigneur va de vie à trespas, ou qu'il vend, aliene, cede ou transporte à autruy son heritage, à cause duquel son vassal tiēt en foy & hommage de luy: ou qu'autrement y a mutation de seigneur.

ARTICLE QVARENTENEVFIESME.

Item que la foy fault du costé du vassal, quand ledict vassal va de vie à trespas, ou qu'il vend, aliene, cede ou transporte l'heritage qu'il tient en foy & hommage de son seigneur de fief.

§. SECVNDVS.

Vassallus in fidem ac clientelam patroni sui sese conferre (quoties feudum cliente vacat ēstq; patrono apertum) tenetur. Quæ res duobus modis contingit. Altero cum clientela à parte domini deficit, altero cum à parte clientis.

§. TERTIVS.

Intelligitur autem clientela ex parte patroni, morte illius deficere, aut cum dominij sui locum, à quo pendet feudum, vendit: vel in alium transfert illiue cedit, aut cum aliter incidit patroni mutatio.

§. QVARTVS.

At ex parte clientis dicitur deficere clientela dum ille vita defungitur, aut feudum distrahit, aut illud cedit, vel in alium transfert.

VVo nobis innotescat facilius horum trium. §§. constitutio, tria sunt imprimis in modum cuiusdam præuiæ inspectionis annotanda. Primum horum est: tam iure communi feudorum, quàm consuetudine generali regni, vassallum inuestituram à domino requirere debere, tam pro feudo antiquo, quàm nouo: & ita fidelitatem domino iurare tenetur. Quæ quidem fidelitas cum facti sit, & personalis, ad successores minime transire manifestum est: sed morte domini siue vassalli dissoluta fingitur. [l. cum heredes. in pr. ff. de acq. poss. & traditur in c. veritatis. extr. de iureiur.] At quoties morte vel mutatione domini, aut vassalli deficit, renouanda instauranda; que est, licet diuersis modis. Nam licet feudum antiquum, quod ex successione seu linea progenitorum descēdit, sine alia inuestitura successori quęratur ex illa antiqua inuestitura, & ideo nil noua traditione sit opus. [c. 1. in ver. per inuestituram patris & aui. de feud. march. & in c. sciēdū. de feu. cognit.] Illa tamē antiqua inuestitura in persona successoris non conseruatur, nisi intra annum à die delati feudi renouatio petita fuerit. nam aliās feudum

Fidelitas quam iurat vassallus domino personalis est, ideo ad hæredes non transit.

iure ipso amittitur. [tex. in c. quoniam. de proh. feu alien. per Loth. c. imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. c. vnico. in pr. de cap. Corr. & c. 1. quo tẽp. mil. inueſt. pet. deb.] Nempe vaſſallus qui hanc inueſtituræ renouationem, quæ eſt veluti quidam deuotionis ac recognitionis cenſus, à domino intra annum non petiiſſet, tanquam ingratus, vt quia reuerentialis cenſus profeſsio eſſet omiſſa, beneficio priuari merebatur. [tex. in c. 1. quę fuit pri. cau. benef. amitt. vbi vberrime declarant Yſer. Belloui. Bald. Aluar. Præpo. & alij. & pulchrè glo. in c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſt. & cæteris plenius Hoſtien. in ſumma tit. dẽ feud. §. quod ius acquiratur vaſſallo. verſi. vel propter iniuriam. vide Guid. Pa. in deciſ. delph. qu. 164.] Quod autem ad feudum nouum pertinet, clarum eſt niſi quis de eo noue fuerit inueſtitus, nec acquiri nec trãſmitti illud poſſe [c. ſciendum. quib. mod. feud. conſt. po. Bal. in l. 1. quæſt. 4. ff. de rer. diuiſ.]

Differẽtia inter fidelitatem, homagium & iuramentum.

Alterum eſt quod licet in hac inueſtitura tria reperiamus vocabula, quæ eundem habere videantur ſenſum, re tamen ipſa multum diſcrepant. ea ſunt fidelitas, homagium, & iuramentum. De duobus primis hic, vt vides, habetur mentio, de iuramento autem nullibi in toto hoc volumine. vnde illud iuris communis diſpoſitioni relictũ cenſetur [l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. & nos ſupra diſcuſsimus in proem. feud.] Quod autem homagium & fidelitas diuerſum quid ſignificẽt, ex multis locis colligere licet [ex hoc. §. 2. & c. ex diligenter. de ſymo. ibi. vt ei homagium faceres & fidelitatem præſtares. & ita vt diuerſa ponuntur in c. veritas. extra. de iureiur. & in c. 1. de reg. iur. in aut. & in cle. paſtoralis. de ſent. & re indic. vbi gl.] Vnde Ab. [in cit. c. ex diligẽti] ait homagium eſſe quando quis genibus flexis, iunctiſque manibus intra manus domini promiſsionem emittit, ita vt illud (vt aiunt) homo ſeu vaſſallus efficiatur. Et hũc hominem ligium appellant. Fidelitas autem non eſt aliud quam fides ſimpliciter dominis promiſſa. Sed ex hac deſcriptione non ſatis liquet quid ea duo vocabula ſignificent. nec etiam ſatisfacit Bar. in l. 1. in pr. col. 7. de appellat. ff. Bal. autem rem & melius & exactius declarans in c. quæ in eccleſiarum. col. 6. ſic homagium diffinit (qua etiam diffinitione & fidelitatem comprehendit) vt ſit quædam ſubiectio contra naturalem libertatem introducta in capite libero, quam vaſſallus ratione feudi debet domino. Et hãc quidem ſubiectionem odioſam ſeruitutem appellauit idem, in addit. ad Specul. tit. de feud. Duæ porro homagij ſpecies traduntur in gl. ſing. in d. cl. paſtoralis. in ver. hõmoque ligius. vt nimirum aliud ſit ligium, quod regi præſtari ſolet, vel Imperatori, nullius alius fidelitate ſalua: & alterum non ligium, quod aliis à principe inferioribus fit, ſalua ſemper ſuperioris auctoritate. Siquidem in quolibet fidelitatis ſacramento, perpetuo ius principis exceptum intelligitur [c. venientes. extra. de iureiur.] Ideo vaſſallus minime tenetur dominum ſuum iuuare contra principem. [Ita ſenſit Spec. in cit. §. quoniam ver. 15.] vnde quis non poteſt eſſe homo ligius plurium: vaſſallus autem quis poteſt eſſe plurium ſaluo iure ſuperioris [Specul. in eodẽ loco. ver. 10. & Bal. in addit.]

Ligium homagium.

Non ligium

Non poſſe quẽ duos in principes agnoſcere, at quem poſſe eſſe plurium vaſſallum.

Ego porro, vt clarius hanc homagij & fidelitatis differentiam explicem, exiſtimo, fidelitatem & homagium ſic ſe habere, vt genus & ſpeciem. Fidelitas enim nomen generis eſt: & eſt illa obedientiæ præſtatio, & fidei ſponſio, quæ ſine diſcrimine & ad temporalia & ad ſpiritualia ſe habet. [de ſpiritualibus text. eſt in c. dilecti. extra. de maio. & obedien. & c. ego N. & c. nullus. de iureiur. extr. de temporalibus autem ſatis notum eſt ex præſentibus cõſtitutionibus.] Et ideo tam latum eſt fidelitatis vocabulũ, vt & clerici & laici, quibus rerum aliquarum committitur adminiſtratio, ad fidelitatem præſtandam teneantur, ſiue in temporalibus, ſiue ſpiritualibus. alio autem nomine quàm ex cauſa adminiſtrationis non tenentur. Vnde nec clerici epiſcopo ratione ſuſcepti ordinis fidelitatem iurare tenentur, nec ſubditi ratione iuriſdictionis, ſed ob feudum duntaxat. [d. c. nullus. vbi id nominatim refert Cy. poſt antiquos interpretes. vide quæ not. Bal. in c. 1. qual. iura deb. dom. fide. Quod etiam ſenſit Guid. Pap. in deciſ. delph. q. 307. ſi aliquis. in pr.] Homagium autem eſt fidelitatis ſpecies, quòd in rebus temporalibus tantùm præſtari ſolet. [tex. in c. vlt. de reg. iur. in antiq. vbi id nominatim Inno.] Poteſt itaq; in eum modum diffiniri, vt ſit fidelitatis præſtatio, ſeu fidei ſponſio, quę feudi vel alicuius rei temporalis cauſa, domino fit. Vel ita [ſecundum Præpo. in prælud. feud. col. 19.] ho-

magium eſt fidelitas hominis domino pro temporalibus facta.

Quod vero ad iuramentum pertinet, in materia, de qua in præſentiarũ agimus, nihil aliud eſſe puto, quàm fidelitatis ſacramentum, quod vaſſallus domino præſtat: vel (vt magis appoſite id definiamus) eſt iuſiurandum illud, quo mediante vaſſallus fidelitatem debitam domino præſtat. Quod quidem ſex continet capita: incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſsibile. [c.1.de for.fidel.& tit.qual.iu. deb.dom.fid.& titu.ſeq.de no.for.fidel.& in c.ego N. de iureiur. quibus in locis ample deſcribitur fidelitatis, fidelitatis, homagij & iuramenti forma quæ à vaſſallo præſtari debent, & quomodo offerri debeant.] Porro, etſi qui has noſtras conſuetudines compilauêre, nullam iuramenti mentionem fecerint, idem, opinor, rati illud eſſe ac fidelitatem, tamẽ ego eo adduci non poſſum, vt nõ credam illa admodum differre. Nam fidelitas, nuda repromiſsione, ſeu ſolo verbo præſtatur, ſicut nudum pactum ſolo conſenſu fieri dicimus: at iuramentum, religionis eſt vinculum quod pacto, vel fidelitati, vel alicui alij actui legitimo eius firmandi cauſa adiicitur. Vnde adpoſite dicebat Oldr. [quẽ refert Bal. in l.vlt.ſub.princ.C.de non num.pec.] iuramentũ nihil ad actum conſenſu factum addere præterquam religionis vinculum. & docte Præpo. [in c.1.§. nulla. per quos fiat inueſt.] fidelitatem eſſe è propria feudi eſſentia, & ideo fidelitatis præſtationẽ remitti non poſſe, at iuramẽtum quidem poſſe. [tex.d.c.nulla. & glo.in c.veritatis. extra.de iureiu.] [igitur iuramentum non eſt de ſubſtantia, ſed de natura duntaxat, ideo pacto remittitur [Accur. in l. pacta conuenta.] maxime cum inter ſimplicem promiſsionem & iuramentum deus non faciat differentiam [c.iuramenti.22.quæſt. 5. plene doct. in c.1.extra. de pac.] vnde Bal. [in l.ſi quis ſeruo. C.de manumiſ.] docet infanti concedi poſſe feudum, etſi fidelitatis ſacramentum præſtari ab eo non poſsit, eo quod fidelitatis iuramentum non ſit è ſubſtantia ipſius feudi. tum quod & feudum magis accedat beneficio quam contractui [ſecundum eundem in. §. perſonam per quos fiat inueſt. & Deci. in l. fœminæ.§.impuberes.ff.de reg.iur. Curt. in vlt. quæſt. ſui trac. feud. & Zaſ. in ſuo epit.par. 12.concluſ.12.]

Fidelitatem è feudi ſubſtantia eſſe ideo remitti pacto non poſſe.

iuramẽtum remitti poſſe

Differentia inter fidelitatem & iuramentum.

Tertio adnotandum eſt quod licet iure communi, vbi quis ſemel fidelitatis ſacramentum præſtitiſſet domino, illud iterato præſtare non teneretur, neque illi neq; illius hæredibus, [tex.in c.veritatis.extra. de iureiur.] tamen hoc iure noſtro municipali aliud eſt obſeruatum, vt nimirum ex quacunque parte, ſiue domini, ſiue vaſſalli fiat mutatio, reiterari debeat ſacramentum. Sanè iure communi hæres vaſſalli renouare quidem ſacramẽtum tenebatur. cum iuramentum ex parte eius cui illius præſtandi onus incumbit, perſonale ſit: ex parte autem domini, cui illud præſtandum eſt, reale [Innoc. & Bald.in d.c. veritatis.] vnde prouerbio iactari ſolet: Nouus hæres, nouum iuramentum.

ARTICLE CINQVANTIESME.

Item quãd il aduient que la foy fault du coſté du ſeigneur, ledict ſeigneur eſt tenu ſommer ſon vaſſal de luy faire la foy & hommage. Autrement le vaſſal n'eſt tenu la luy faire. Ce que ledict ſeigneur de fief peult faire en trois manieres. La premiere eſt par cry public, quand ledict ſeigneur a droict de chaſtellenie, en le faiſant publier à cry public aux lieux acouſtumez: & que l'aſsignation de luy faire les foy & hommage porte quarante iours.

ARTICLE CINQVANTE ET VNIESME.

Item, la ſeconde maniere de ſommer ſon vaſſal pour faire la foy & hommage à ſon ſeigneur, eſt de le ſommer à ſa perſonne, ou à ſon domicile, & de luy declarer & faire ſçauoir qu'il eſt ſon ſeigneur de fief à cauſe de tel heritage, par les moyens qui luy declarera, & le ſommer de luy faire la foy.

ARTICLE CINQVANTEDEVXIESME.

Item, la tierce maniere de sommer son vassal se faict par empeschement, lequel empeschement vault sommation. Et se doibt intimer & notifier au vassal ou detenteur de l'heritage empesché.

§. QVINTVS.

Cum fidelitas à parte patroni deficit, patronus ipse clientem, vt fidelitatem hommagiúmque sibi præstet, interpellare debet. Alioqui si ea res illi denuntiata non fuerit ista pręstare non tenetur. Interpellari autem tribus modis potest. Primo quidem edicto publico in locis consuetis, præconis voce promulgato, siquidem patronus castellarem iurisdictionem habuerit, vtque dies dicta fidelitati & hommagio præstandis quadraginta dierum sit.

§. SEXTVS.

Secundus interpellandi clientis ad huiusmodi fidelitatis & hommagij præstationem modus est, cum in personam, aut ad domicilium illi à parte patroni denuntiatum est, se illius patronum esse, causis ab eo declarandis, illum interim de fidelitate præstanda monendo.

§. SEPTIMVS.

Tertius interpellandi modus feudi præhensione fit, quę quidem præhensio interpellationi vocali æquipolet. Quæ & ipsi clienti, aut ipsius feudi appræhensi possessori deferri, denuntiarique debet.

QVo nos paucis hæc tria capita explicemus, meminisse oportet tam iure communi feudorum, quàm hoc nostro municipali, feudum, siue antiquum sit, siue nouum, semper noua indigere inuestitura: quod & nos proxime diximus. Verùm id quidem diuerso modo iure feudorum contingit. nempe vbi fuisset antiquum feudum, ob quod renouanda sit vetus inuestitura, nouus hæres successórue petiturus antiquæ inuestituræ renouationem, coram patrono intra annum sistere cogebatur. In noui autem feudi inuestitura non idem obseruatum est. Eam enim dominus vassallo vltro offerre tenebatur. [ita docent Bell. Bal. & Præpo. in c. 1. §. nulla. per quos fi. inuest.] Ad cuius rei intellectum, præmittendum est quod tradit Bal. in l. 1. q. 4. ff. de rer. diuis. quòd licet antiquũ feudum nouam inuestituram minimè requirat, eo quòd ex antiqua prædecessorum inuestitura iam quæsitum esset. [cap. 1. versic. per inuestituram patris & aui. de feu. March. & c. sciendum. de feud. cogni.] tamen quia absque noua inuestitura conseruari non poterat, hæres antiqui vassallî huius veteris inuestituræ renouationem à domino petere tenebatur intra annum & mensem si miles erat. [cap. 1. quo temp. milit.] vel si paganus aut priuatus, intra annum & diem. [c. quoniam. de prohib. alien. per Loth. & c. imperialem. §. si quis. de prohi. feud. al. per Fed.] Alioqui per eorum temporum lapsum, feudũ in commissum incidebat. Neque in hoc aliqua requirebatur domini interpellatio. At diuersum obtinuit in feudo nouo, vt dicam j. eodem §. 8. Cæterum, hac consuetudine inducta est noua forma inuestituram petendi, tam nouam quàm antiquam: nimirum si à parte vassalli defecerit fidelitas, successor in feudo, siue titulo vniuersali, siue particulari, tenetur nouam fidelitatẽ domino offerre, & ab eo inuestituram requirere absq; aliqua domini monitione, seu denũtiatione. At vbi desinit fidelitas ex parte domini, tunc est monendus atque interpellandus vassallus à domino, de fidelitate sibi præstanda, secundum formam hic traditam. Quæ quidem differentia defendi potest ex reg. quam tradit Bal. [in c. 1. §. licet. in 1.

not.ſi de feu. fue. contr.int. dom.& agn.] Ei nimirum qui aliquid de nouo conſequi non vult,ſed ius iam quæſitum tãtum conſeruare, non incumbit offerẽdi neceſſitas, ſed debet expreſsim ac nominatim requiri.[not.in l.ſtipulatio.§.1. de no.ope. nuntiat.Iaſ.in prælud.feud.24.col.ver.4. ad idem.]Confirmatur & ex eo quod tradit Accur.[in l.ædiles.1.§.vltim.ff.de ædil. edic.per illum text.& per l.Iulianus.§. offerri.ff.de act.emp.& l.vẽditor. ff. comm. prẽd.]eum qui & dare & accipere habeat, prius offerre debere, quàm quod illi accipiendum ſit, petere. Vnde ſcitè docuit Fulg.in l.filiæ.C.de collat.eum qui ex vẽdito agit,prius precium offerre debere: & eum qui agit ex empto ad precium, rem quoque prius tradere neceſſe eſſe.[ſa.tex. in c.1.ſub fi. an ille qui interfec.frat. dom. ſui.]Sed hoc intelligit Bald.ſi non adiecta eſt dies. Nam dies adiecta pro homine interpellare dicitur, quare tunc ſponte offerre tenetur.[iuxta l. item illa.in prin.ff. de cõſt.pecu.] Id quod mihi optimè videtur inſecuti noſtrates,qui certum tempus ſtatuerunt ad inueſtituram petendam, & oblationes domino faciendas,videlicet vigiti dierum, cum per alienationem deficit fidelitas: & quadraginta dierum, cum morte deſinit.[vt j.eo.§.8.& ſeq.]Vnde fit vt cũ certa dies præfixa eſt, hodie id apud nos receptum ſit, vt ſiue morte,ſiue per alienationem mutetur vaſſallus, nulla requiratur admonitio, ſuccedente ſupradicta reg. diem pro homine interpellare.[l. magnam.C.de contrah. & committ.ſtip. tex.eſt.expreſſus in l.2.ver.neque præterdentem.C.de iu.emph.vbi cæteri ſcrib.]

Cæterum,in caſu in quo vaſſallus à domino interpellãdus erat de fidelitate præſtanda,dubitatum eſt, quo modo quaque via id faciendum eſſet, vt conſtat ex gl.in ver. legitima.vbi Bal. in c.1.§.adhær.verſ. vlt.de pac. ſeru. vbi plures iſtius denũtiationis modos aſsignant. Primo quod fiat per ipſum dominum, vel eius procuratorem [arg. l. item veniunt.§. petitam.ff. de petit.hæredit.] Secundo, per nũtium,qui literas à domino ſcriptas ferat, quibus huius rei eum certiorẽ faciat[arg.l.optimam in fi.de contra.vel committ.ſtipul.] Tertio, per trinam monitionem, ſpatio competenti inter vnam & aliam admonitionem interpoſito. Qui modus probatur ex c.1. de mil. vaſ. licet glo. ibidem vnam ſufficere adfirmet [per l.cõſentaneum.C. quomodo & quãdo iud. & Bal. cõfirmat in cit.§.adhæc.] Quartum Bal. addit, per proclama ſcilicet[generale per terras & loca,quæ ipſi domino ſubiacent.[l.ſi eo tempore.C. de remiſſ. pig. Innoc. in c. huius. extra. de maior. & obedient.] Quam tamen vocationis formam reprobat Prępo. [in cit.§.adhæc.ver. vlt. per tex. in c.1.§. licet.Si de feu.fuer.cõt. int.dom.& agnat.] Nam cum vaſſalli certi ſunt,veniunt ſpecialiter vocandi [cl. 1. de iud. & not. in c. vlt.de elect.in 6.] Et vbi negotium tangit ſingulariter plures, ſingulariter ſunt vocandi ſinguli [Bar.in extra. ad reprimendum. in ver. edicta. Bal.in auth.ſi omnes. etſi vt ſe ab hæred.abſt. Pont.con.410.vt clariori. col.1. latiſsime Fely. in c. cognoſcẽtes de conſtitut.] Verum,quicquid ſit, hunc per edicta citandi modum vſus ac conſuetudo adprobauit, quæ in hoc omnino ſequenda eſt, vt ſæpe docuimus. Sed quoniã hîc tres interpellandi vaſſalli modi proditi ſunt, quorũ electio eſt domini iuxta regulam quæ in alternatiuis remediorum tradi ſolet,non abs re erit,ſi alternatiuarum rationẽ hoc loco explicemus, quoniam fortaſſe locus alibi nõ occurret commodior. In vniuerſum igitur alterna natiua cadere poteſt inter diuerſa. Cuius quidem ſex mihi ſpecies conſtitui poſſe videntur: prima,rerum: ſecunda, actionũ ſeu remediorũ: tertia,mixta, rerum nempe & actionum: quarta,fororum: quinta, gratiarum ſeu beneficiorum:ſexta,pœnarum. Alternatiua rerum eſt quãdo plures res in obligationem ſunt deductæ in qua concludendum eſt electionem ad debitorem pertinere. [reg.in alternatiuis.de reg. iur.in 6. vbi Dy.l. plærumque. in fi. de iu. dot.l. non vtiq;. §. Stichum.ff.de eo quod cer.loc.& l.ſi hæredi.de condit.inſtit.] Ita vt re altera electa & ſoluta, contingat liberatio.[l.cum pupillus.§.vlt.ff.de cõd.& demõſ.& l.ſi ita ſtipulatus. de ver. oblig.] Quam tamen reg. ita intellige, quando vtraque res eſſet expreſſa in obligatione principaliter [Bart. in l. quanuis de pig. act.]Item & ſecundo,quando res ex contractu deberetur[vt in l.ſi in emptione.& l.ſi ita diſtrahatur.ff.de contrah.empt.]ſecus ſi ex cauſa legati. Regulariter enim traditum eſt, electionem ad creditorem. i. legatarium pertinere [l. lucio. de leg.2.& l.qui duos de leg.1.vbi plenè Alex. Accur. & Bart.]niſi verba executiua legati alternatim ad hæredem dirigãtur. Tunc enim

De alternatiuis.

electio esset debitoris & sic hæredis quam rem velit legatario soluere. At si ad neutrum verba legati dirigantur, perpetuò legatarij erit electio: vt si dicat testator lego fundum meum cornelianum vel hortos tusculanos Lucio Titio.

Alternatiua remediorum seu actionum est, quando plures in eandem rem dantur actiones: in quibus concluditur ad actorem pertinere. [l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. & l. cum filius. §. variis. de leg. 2. Bart. in l. cum proponas. de tran. C.] vnde egregiè docuit Bal. quòd in alternatiuis summarum, quemadmodum electio est debitoris quam velit summam soluere: ita quoque electio exigendi ad creditorem pertinet. [hæc ille in l. vlt. col. 3. ver. quero an iste. de petit. hered. & tex. est elegans in l. qui stichum. ver. damus. & vers. & generaliter. de eo quod cer. lo.] Vnde & Paul. Cast. [in d. l. cum proponas.] dicebat illud primũ procedere in alternatiuis rerum debitarum: at in alternatiua rerum & securitatum pro debito, si ex vna dispositione competãt, electio erit illius cui cõpetunt. Rem autem istam alioqui subobscuram hoc familiari exemplo accipies. Mihi decẽ debebas, quæ cum in promptu non haberes, ita mihi stipulanti promisisti: Certa die vel illam summam te exoluturum, vel pignora daturum, vel fideiussores. Adueniente die in quam ea collatà est promissio, in mea est electione positũ, velimne te compellere ad solutionem, an contentus esse velim fideiussoribus datis, quare licet pignora seu fideiussores offerat, poterit tamẽ inuitus à me ad solutionem compelli. [notant Guil. & Bart. in l. quanuis. in prin. ff. de pignor. act. Paul. & Alex. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud.] Et ratio est in promptu. Nam quod cõuenit de fideiussoribus seu pignoribus dandis, istud in creditoris securitatem est factum, ac in eiusdem fauorem: ideo in illius damnum ac læsionem retorqueri non debet. [Bart. in cit. l. quanuis. & Salic. in l. quod fauore. per illum tex. C. de leg.]

Alternatiua mixta, partim rerum, partim actionum naturam refert: quando scilicet obligatio est ad aliquod factum inducta ab homine, & altera ad id quod interest alternatiuè à lege subrogata. Vt si, verbi gratia, tibi promisero ædes in tuo fundo me ædificaturum. Huic quidem promissioni si à me satisfactũ nõ sit, lex illius obligationis loco, id quod interest, subrogare solet. [not. in l. si quis ab alio decem. §. 1. ff. de re iu.] In qua quidem specie idem iudicandum existimo, vt electio sit creditoris, vtrum rem petere malit, an id quod sua interest, ex legis authoritate persequi, [ita sensit Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in 7. quæst. ff. de verb. oblig.] quia (vt ille ait) si debitori daretur electio, iam omnis sublata esset actio ipsi creditori, essétque omni defraudatus remedio. [l. qui Stichum, in fi. eo. tit. & l. 2. ff. de eo quod cer. lo.] Verùm, interim hîc scire oportet, si actionem ex stipulatu isto casu elegerit creditor, id est præcisè ad factum agat, nihilominus esse in potestate debitoris, id quod interest creditoris, soluere: ita vt ab obligatione, id soluendo, omnino liberetur à præstatione facti [l. si in stipulationibus. sub fi. ibi, solutio autem huius obligationis expeditissima est, si æstimationem operæ malit libertus offerre. ff. de verb. oblig.] idem si creditor alterum elegerit, vt quia maluerit id quod sua interest factum non præstitum, persequi, nihilominus tamen est in facultate debitoris sese ab ea obligatione eius quod interest liberare, præstando factum promissum vsque ad litis contestationem [l. si insulam. ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. stipulationes nõ diuiduntur. & à doct. in l. si quis ab alio decem. de re iud.] Ex quibus sequitur, quod licet in hac specie mixta, facti persecutio seu eius quod interest sit in creditoris electione, solutio tamen in facultate debitoris tota posita est.

Alternatiua fororum est quando quis conueniri potest in diuersis foris. Exemplum est in l. 3. C. vbi in rem actio qua constitutum est in actione reali possessorem conueniri posse aut in loco in quo domicilium habet, vel in quo res quę vendicatur, sita est. Qua in re actoris electionem esse dubitat nemo. [Accurs. in d. l. 3. in fi. gl. mag. quã ibi Bal. & cæteri sequuntur.] nisi quod id limitãt nisi reus aliquod haberet priuilegij forum, tunc enim eligere ille posset in quo malit respondere [aut. habita. C. ne fil. pro pat.] Quod vsu obseruatam non sine magna iurisdictionum ordinariarũ perturbatione videmus.

In alternatiua gratiarum seu beneficiorum, idem quod in præcedẽtibus concludendum censeo, electionem ad beneficiarium velut creditorem, pertinere, vt quod velit beneficium accipere possit [l. si quis pr. de castre. & minist. lib. 12. C. vbi

si plura beneficia à principe concedantur, eius est electio cui concessio facta est, qui in his velut creditor habetur. [facit c. gratia. sub fi. de rescr. in 6. sequitur Bald. post Mathes. in l. pen. vers. quid in mãdato papæ. C. de ver. signif. idem in cit. l. Lucio. de leg. 2. & vterque Immo. in l. qui duos. de leg. 1.] Limitat tamen Ioan. de Immo. vt procedat quãdo gratia vtraque esset motu proprio facta, secus si ad partis postulationem: tunc enim cõcedentis fore electionem censuit [per tex. in c. si pluribus. de præb. in 6.] Quæ tamẽ distinctio Alex. non placet, eo quod ex diametro pugnare videatur cum cit. l. si quis primæ. in ver. valuerit impetrare. ita vt videatur Imper. eo loco idem innuere quando gratia parte postulante facta esset. Et quod pertinet ad c. si pluribus. respondet diuersum esse in literis ad beneficia quæ veniunt restringenda [c. quãuis. eod. tit. in 6. quem sequitur Fely. in c. inter cæteros. de rescript.] Aret. verò inter. moder. meo iudicio præstantissimus, hanc rem copiose disputans [in cit. l. qui duos.] eadem vtitur fere distinctione. Aitenim, aut beneficia proprio motu conceduntur, & tunc seruandam omnino censet reg. d. c. si pluribus. ea ratione qua ibi vtitur tex. vt scilicet duobus beneficiis concessis videatur id quod pinguius est ac magis opimum cõcessum: & si paria illa sint, perpetuo beneficiarij vt creditoris erit electio, vtrum velit acceptãdi. Cæterum si ad partis postulationem huiusmodi processerit gratiarũ concessio, ita putat rectè subdistingui posse: vt si impetratio illa odiosa sit, vt potè quę tertio præiudicet, vel quia iuri contraria sit, tunc videtur illud concessum beneficium quod est minimum, vel si paria sint, ratione rei odiosę, electio in concedentem velut debitorem transferetur. Quod si odiosa nõ sit gratia, qualia sunt principum beneficia sine cuiusquam præiudicio concessa, tunc quandã mediam viam sequendam existimat, vt nec minimum nec maximum detur impetranti [arg. l. si quis argentum. §. simili modo. C. de donat. & l. legato generaliter. de leg. 1.] Huc spectat quod Ang. [in l. beneficia principum. ff. de constit. prin.] decidit si in aliqua ecclesia tres vacarent præbendæ diuersi emolumenti & inæqualis reditus, in quarum vna promotus essem à Ro. põtif. electionem eo casu ad me vt creditorẽ pertinere, licet in legatis sequi solemus mediã viam, vt res mediocris estimationis legata intelligatur. [l. qui lancem. ff. de au. & arg. leg. l. apud Iulianum. §. scio. de leg. 1. vide plenissimè interpretes in d. l. beneficia principum.] Cæterum quod de præbendis decidit Ang. intelligendum esse arbitror, si motu proprio à Ro. pont. concessę essent, secus si ad partis impetrationem.

In alternatiua pœnarum communis est hæc concl. in pœnis alternatiuè positis electionem ad reum non pertinere, sed ad iudicem. Bart. in l. 1. de effrac. & expil. hæred. & Canon. in c. inter cæteras. de res. id tractant. Ex quorum dictis has tres breues reg. collige. Prima est. Si verba alternatiua & inflictiua pœnæ ad iudicem referantur, illius vtique erit electio, quam velit infligere. [ita intelligit Panorm. gl. in c. sicut. de iudic. & in c. fraternitatis. 34. dist.] tamen iudicis officium in hoc versatur, vt leuiorem pœnam imponat. [gl. in c. in causis. de offic. leg.] 2. reg. Si verba alternatiua & inflictiua pœnæ ad reum referantur, ad eundem pertinebit harum electio. l. quicunque. in pr. de ser. fug.] 3. reg. Si sumus in dubio, verbáque sint personaliter prolata, tunc rei fore electionem censuit Bar. hac ratione, quòd pœnas molliri potius, quàm exasperari oporteat. [l. si præses. l. interpretatione. ff. de pœn.] Quæ Bartoli sententia vt humanior, ita & iustior mihi videtur. Statutum itaque sub alternatione plures imponẽs pœnas benignam semper capit pro reo interpretationem. Cætera quæ ad alternatiuarũ tractatum pertinent, vide apud Ias. & reliquos interp. Fab. & Ang. in §. hinc autem. inst. de act.

ARTICLE CINQVENTE TROISIESME.

Item si ladicte foy fault du costé du vassal, il a quarente iours de terme pour faire la foy & hommage à son seigneur dudict fief: si ledict fief luy est aduenu par succession: ou vingt iours par acquest.

§. OCTAVVS.

¶ Cum à parte vaſſalli deficit clientela, quadraginta dierum induciæ ad inueſtituræ antiqui feudi ſucceſsione delati renouationem petẽdam hæredi dantur. Ad nouam autem inueſtituram requirendam, qui feudum acquiſiuit, viginti dierum tantum dilationem habet.

AD perfectam huius cõſtitutionis interpretationem tria noſſe conuenit. Primum eſt quòd iure feudorum regulariter tribus tantum modis feudum acquiri ſolebat. Nimirum inueſtitura [c.1.quib.mod. feu.conſt.po.] Succeſsione.[c.1.de ſucceſſ. feu.c.1.§.cum vero Conradus.qui feu.da. po.]& Preſcriptione.[c.1.§.ſi quis per triginta annos. Si de feu. fuer. controu. int. dom.& agna.] Et ſi erãt communes ac regulares feudi acquirẽdi modi, inter quos non annumeratur acquiſitio ex cõtractu alienatiuo. Eo enim iure feuda alienari non poterant ex cauſa oneroſa, ſiue titulo lucratiuo.[tex.in c.1.in prin. & §.donare.qual.ol.feud.alien. pot. per Lothar. & per Feder.& in c.1.ſub fi.de feu.dat in vic. le.commiſ.] Feudum enim non prætextu pecuniæ, ſed ămore & honore domini acquirendum eſt.

Feuda ex titulo oneroſo iure communi alienatiuo poſſe.

Secundo loco ſciendum eſt: feudum, ſiue nouum, ſiue antiquum ſit, noua indigere inueſtitura, diuerſis tamen modis. Nam in veteris feudi inueſtitura petẽda, offerre ſe vltro debet vaſſallus: at in noua inueſtitura, non eam petere tenebatur, niſi prius à domino interpellatus fuiſſet. [Bellou.Bal.& Præpo. in c.1. §. nulla. per quos fiat inueſt.] Quæ quidem differentia hoc noſtro iure municipali ſublata eſt. eſt enim adæquata vtriuſque inueſtituræ, tam veteris quàm nouæ conditio, vt ſiue quis antiqui feudi ſucceſſor ſit, ſiue noui acquiſitor, vterque à domino inueſtiturã petere, & vltro ſe domino offerre debet, abſque aliqua interpellatione ſeu monitione. Ea autem ſola inducta eſt inter antiquum & nouum feudũ diuerſitas, quod nouus acquiſitor ad hãc inueſtituram petendam breuius habeat præfixum tempus, nempe viginti dierum: in veteris autem feudi inueſtitura petẽda duplicatum eſt tempus, nempe quadraginta dierum. Hoc tamen iure abrogata eſt pœna commiſsi contra non petẽtem renouationem inueſtiturę (quod ad feudũ antiquum pertinet) intra annum & diem quoad priuatos, & annum & menſem quoad milites, de quibus in præced.§.actum eſt. Se loco illius commiſsi ſubrogata eſt mulcta ſeu cõmiſsio fructuum poſt factam feudi apprehenſionem ſeu ſaiſinam, de qua nos ſuprà vidimus. Quæ pœna indifferenter locum habet tam in hærede, quàm in nouo acquiſitore, vt in §.1.j.de obu.feud.

Tertium, quòd noſſe nos oportet, eſt, quòd mutatione antiqui vaſſalli morte vel alienatione facta, ſi illius ſucceſſor inueſtituram à domino petat, & illi fidelitatis ſacramentum præſtare paratus ſit, non debet dominus petitam inueſtituram denegare. [gloſ.& Bart.in l.1.§.permittitur. ff.de aq.quotid.& æſt.] Nẽpe ſi id non eſſet, ſed iniuria: vt illic eſt text. Ita vt teſte Bart.ab ea iniurioſa denegatione appellare liceat. Feudiſtæ autem alio modo rem tractant, maximè Bellou.& Bald.in cit.§. nulla. vbi circa iſtud tres afferunt opiniones. Prima, quòd ſi à vaſſallo petitam inueſtiturã recuſet dominus ille, ad id quod vaſſalli intereſt teneri. [c.1.§.vl.de no for. fidel.] Secunda, quòd poſsit dominus ad petitam inueſtituram faciendam inuitus compelli. [c.1.ſi de inueſt. feud.contr.fu.] Tertia, quòd dominus ea ex cauſa feudi proprietate priuari poſsit. Sicut è conuerſo priuaretur vaſſallus iure ſuo vtili, ſi fidelitatem domino præſtare recuſaret. [c.1. §.dominus.de for.fidel.& cap.vnico.qual. dom.feu.priu.] hodie verò iure iſto neutra harum opinionũ obtinuit. Siquidem conſuetudo noſtra in iſto caſu, vnico ac compendioſo remedio vaſſallis contra dominos petitam inueſtituram denegãtes prouidit, conſtituítq; oblationem ſacramenti fidelitatis, ac ſolutionem debitorum iurium iuxta formam præſcriptam, domino à vaſſallo factã, vim ſolutionis habere ac factæ inueſtiturę, fidelitatíſque receptę; de quo oblationis effectu nos in ſeq.§.agemus. & in c.1.j.de retract.

Non debere dominũ oblatam fidem à domino recuſare.

¶ Quadragínta dierum.

IN hoc præfixo petendæ inueſtituræ tẽpore admonendi ſumus, hoc quadraginta vel viginti dierum ſpatium ab ipſo die

mortis vaſſalli vel alienationis currere, in quo etiam connumeratur ipſa eadem dies aperturæ feudi, qua ſcilicet vel vaſſallus obiit, vel feudum alienatũ eſt, etſi illa aper tura fieret extrema diei hora. Quod enim ex illo diei momenti quo apertura facta eſt, ſupereſt, pro prima die computatur. ſecundũ Iacob. de Aret. [in l. 1. §. ſed ſi ma ritus. ff. de lib. agnoſ.] licet Bal. in l. ſi duo bus. §. ſed ſi quis. C. com. de leg. exiſtimet has temporis inducias de momẽto ad mo mentum currere. Sed Iacobi opinionem veriorẽ arbitror. [per l. in vſucapionibus. ff. de vſucap. & not. in gl. in l. in omnibus. de actio.] & ita in praxi ſeruari ſolet, ma xime propter difficultatem probationis, quę inſurgeret ex opinione Bal. Nam non ſatis facile foret ita puncta ac momenta tẽ poris obſeruare, ac ſingulas horas quę etiã in inſtrumentis minimè apponi ſolere vi demus: nec ſane id neceſſe eſt. [vt eſt gloſ. ſing. in c. duobus. ver. ſed ſi non appareat. de reſcript. in 6.] Etſi non negauerim ego ſatis cautè eos facere, qui horam apponen dam curant. Nam ſi in inſtrumento con tractus, vel prouiſione ſacerdotij appoſita ſit hora, & inciderit de prioritate contro uerſia, fortè ratione hypothecę inter duos creditores, aut inter duos impetrantes ſu per prioritate collationis, vtrique eadem die factæ, non dubium eſt quin obtineat is, qui prior etiam temporis momento in uenitur, vtpote qui tempus magis deter minatum, & probationem certiorem ha bere videatur, [vt not. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Fely. in c. paſtoralis. de reſcript. extra. in 1. col. par. princ. & Iaſ. in l. 1. ff. ſol. matr. col. 2. vbi plura in eam rem cumulant.] Cæterum, quod ad materiam iſtam pertinet, an termino præfixo à ſta tuto vel conſuetudine computetur dies dilationis conceſſæ, ego planè examina bo infrà. de retract. ſang. in §. 1. in verb. in tra. & in verb. ex die.

ARTICLE CINQVANTE QVATRIESME.

Que le vaſſal pour faire deuement la foy & hommage à ſon ſeigneur de fief, ſe doibt tranſporter en perſonne, ou par procureur, es cas cy apres declarez, au lieu dont l'heritage eſt tenu en fief, au dedans de quarante iours que l'heritage luy eſt eſcheu & aduenu par ſucceſsion. Et ſi ledict heritage luy eſt aduenu par acqueſt dedans vingt iours. Et s'il trouue audict lieu ſon ſeigneur de fief, il luy doibt faire ou offrir faire la foy & hommage, en luy preſentant la bouche & les mains, & les proffitz, s'aucuns en ſont deubz, quand ledict heritage eſt aduenu par ſucceſsion. Et s'il eſt aduenu par acqueſt en luy payant ou offrant payer les droictz & debuoirs. Et ſi ledict ſeigneur de fief eſtoit abſent, ſe doibuent faire leſdictes offres à la porte de l'hoſtel ſeigneurial s'aucun en y a. Sinon au lieu dõt l'heritage eſt tenu en fief pardeuant vn notaire & teſmoingz, ou pardeuant deux notaires. Et telle offre vault pour foy faite.

§. NONVS.

Clientulus quo debitam domino fidem præſtet, in feudi dominantis locum in tra quadrageſimum diem à tempore feudi ad ſe ex ſucceſsione delati, aut vige ſimum ex tempore acquiſitionis ſeſe conferre debet, vel procuratorem mittere, in caſibus infra expreſsis. Eóque in loco ſi præſentem patronum inuenerit, illi fidem ſpondere, ac ora manúſq; ſupplices offerre, tum & feudalia emolumenta, ſi quæ debeantur morte vel ex acquiſitione. Quod ſi patronum eo abeſſe loco contigerit, fiant oblationes illæ iuxta præſcriptam formam pro foribus domi nicarum ædium, ſi quæ extent, aut ſi non extabunt, in loco dominicalis feudi. Idque coram notario duobus præſentibus teſtibus, aut duobus notariis tãtum. Quæ ſanè oblationes vim fidei ſponſionis habiturę ſunt.

HAc conſtitutione præſcriptam habes formam petendæ inue ſtituræ à domino, quam ſanè deprõpſere maiores noſtri ex glo. in c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſtit. in qua tria in ſumma continentur. Primum, quod vaſſallo conueniat dominum hono rificè adire preſentibus curiæ paribus. Se cundum, quòd non ſolum dominum adi re, ſed & expreſsim inueſtituram poſtu-

Formainuestituræ iure communi obseruata.

lare oporteat,& fidem spondere.[cap.1.in quib.cau.feu.amit.& c.1.de capita.Corr.] Tertio, subnectitur forma exēplaris verborū, quibus vti debet vassallus ista omnia offerens. Qua oblatione facta, debet statim dominus eum in vassallum recipere, cúmque inuestire suscepta fidelitate. Quā rem si distulerit, vel ad id quod vassalli interest, tenebitur, vel feudi amissione punitur, aut ad id præcisè compellitur, iuxta tres illas feudistarū opiniones, quas proximè suprà retulimus,sub fi.præced.§. Sed hæc sanè forma à iure cōmuni introducta, hac nostra consuetudine in aliquibus aucta est, in aliis diminuta. Et quod ad primum illius formæ caput pertinet, nempe de aditione domini honorifica, præsentibus curiæ paribus vel aliis testibus, consuetudo nonnulla adiecit quæ breui compendio cumulauimus, infrà. de obuent.feud.§.15. Et maximè quod sui aditus protestetur,seque illius rei ergo veniisse declaret, sibique iure successorio deuolutum, vel aliquo titulo acquisitum ostendat necesse est, etiamsi harum rerum certior antea factus esset dominus,[per ea quæ not.Bald.in c.1.col.2. si de feud. vass. ab aliqu.interpel.Vide Alua.& Prepos.in c.1. quo temp. mil.] Adiicit insuper consuetudo hæc nostra locum quo adeundus est dominus, nempe māsionem à qua feudum vassalli depēdet, quod etiam iure cōmuni obseruatum testatur Bald.[in l.vlt. C. de condit. inser. ver. modo quæritur. vbi decidit debitorem alicuius obsequij vel reuerentiæ, creditorem adire debere. vt in d.l.vlt.& l.sed & si susceperit. §. si libertis.ff.de iud.]Et ita vassallos facere cōuenit in renouatione inuestituræ. Itidem & cēsuales & vectigales,qui quodam modo videntur subditi.[l. pro locis.de anno. & trib.lib.11.l.modios.de suscep.& archa. eodem lib.l.quod nisi.de oper. libert. & l. talis.§.priscus.de condi.& demonst.]Qua in re, vt ferè in cæteris omnibus similibus,consuetudo loci attendenda est.[glo. singular. in l.item illa.de constit.pecu.ff.] Hic autem annotandum venit hanc loci præscripti adiectionem accipiendam esse pro forma essentiali oblationis. Adeo vt si illa alibi fieret, nullius esset momenti, etiamsi in persona domini ac in eius domicilio facta esset.[l.mora.in prin. vbi gl. in ver.opportuno loco.ff. de vsur.] Cuius rei ratio à iure cōmuni peti potest. nam debitor qui certo loco in fauorem creditoris appositi soluere obligatus est si alio in loco soluere paratus sit,nihil id sibi proderit, nec quoad liberationem, nec quoad moræ purgationem.[l.qui Romæ.in prin. vbi omnes ferè doctores.ff.de verb.oblig. & l.3.ff.quod cer.loc.]In his enim casibus aperti feudi, vel ex successione, vel acquisitione, nouus vassallus erga dominum fidelitatis obligatus est, & sic ad factum, vnde tenetur eum in loco à lege municipali constituto adire, & quærere.[l.cum filiusfam.§.vlt.vbi Bart.& vterque Immo. ff.de verb.oblig.]locus siquidem pars obligationis videtur. Et proinde qui in loco certo ac conuēto quid dare vel facere promisit, si id in alio loco offerat, obligationi satisfeciisse non intelligitur.[l.2. & l. eum qui ephesi.ff.quod cert. loc.] Quod enim lex vel consuetudo statuit, id à partibus velut conuentum videtur. [Bald.in cons. 318. quidam nobilis.col. 2. vol. 2.] Quare loci à lege constituti vel partium conuentione designati omissio, omnem prorsus vim actus extinguit ac vitiat. [Bartol.l. si quis. §. initium tab.ff. de eden. ver. Sexto quæro.] Facit quod hic omnia quæ in hac inuestituræ petēdæ forma traduntur,substantialia sunt. [Iuxta ea quæ annotat Bald. in l. comparationes. in 3. oppositi. C. de fid. inst.] ita vt ad vnguem (quod dicitur)ac in forma specifica adimplenda, obseruandáque sint. Neque enim sufficit, id quod pro forma est statutis introductū per æquipolens obseruatum fuisse. [Bald. & alij interpr.in l.1.C.vt in poss.lega. glo. sing.in clem.1. in ver. tertio. de vit.& honest.cleric. Ioan. And.in addit.Specul. in tit.de cler.non resid. Bal.item.in auth.qui semel.col.4. C.quo modo & quando iud. l. etsi nihil. de reg.iur. De solennitatibus autem obseruandis copiosè tractat Alex. in l.1.ver.ex prædictis.col.2.de lib.& post. Deci.in c.prudenti.de off.deleg. & plenissimè Fely.in c. cum delicta. in verbo.gesta contra formam.extra.de rescript.]

Debitor qui debitum offert alio in loco quàm in quo soluì conuenerit nil agit.

Quod pro alicuius actus forma est statutis inductū substantiale esse ac in specie adimplendum.

Censuales & vectigales adire debere domum domini cui pendunt cēsum vel tributū.

Quod ad honorificam aditionem attinet.[in d.gl.in §.nulla.]id non ita obseruatur,vt cum pompa ac solennitate adeundi sint domini. Nam nec iure communi id maximè curabatur. [vt testantur Bellou. & Prepo.in d.c.1.§.nulla.per quos fiat inuest.] nec enim is honorificus apparatus necessario exigebatur,necnon ita habitus aditus actum vitiabat.in quam rem inducunt c.1. de feud. cog. & l.si donationum. C.de nupt. Cui conuenit quod Specul.in

tit.de feud.§.quoniam vero. refert de more quo hodie nos Galli vtimur. Vaſſallus quippe ſi nobilis fuerit, flexis coram Rege, à quo feudum tenet, genibus, & immiſſis iunctis manibus inter manus regias, illi fidelitatem iurat, & homagiũ facit. Poſt quæ Rex eum in oſculum recipit. At hodie Cancellarius, vice ac nomine Regis omnium regiorum vaſſallorum fidelitates & homagia recipit. Cæterùm, quod hîc de oris manuúmque oblatione præſcribitur, congruẽtius intelligetur de profeſsione quam tenetur vaſſallus domino facere proprio ore, quàm de oſculo.

Hodie omnes regios vaſſallos inueſtituram à Regis Cancellario petere.

Quantum autem traditur in d. gloſ. §. nulla. de inueſtitura petenda coram paribus curiæ, vel teſtibus, vtrunque eſt hac noſtra conſuetudine ſublatum. Primum enim nullus eſt in regno Franciæ qui pares habeat præter ſolum regem. huic nimirum aſsident duodecim vt appellant pares qui à Carolo magno quondam inſtituti feruntur: ſcilicet Burgundiæ, Normaniæ & Aquitaniæ duces. Campaniæ, Flandriæ, & Tholoſæ comites: Epiſcopi iidémque duces Remorum, Lingonum & Laudunenſium: Epiſcopi & comites Bellouacenſis, Nouionenſis, & Cathalaunenſis. Alia igitur forma introducta eſt, vt ſcilicet præſtetur fidelitas in præſentia notarij vnius adhibitis teſtibus, aut citra teſtium præſentiam vocatis duobus notariis. Idque duplici de cauſa. Primo ne veritas occultetur [c. ſiue clericus. Qui teſt. neceſ. ſint ad prob. no. inueſt.] Secundo ad ſolẽnitatẽ probationis. Cũ etenim lex ſiue cõſuetudo poſsit ſtatuere ac præfigere modum ac qualitatem in probando [vt eſt expreſſum in d.c. ſiue clericus] non eſt nouum hac noſtra conſuetudine introductum, vt fidelitas oblata non cẽſeatur, niſi de ea legitimè cõſtet per notarios publicos vel teſtes: quod ſatis conuenit iuri cõi feudorũ [per gl. in c. 1. quid ſit inueſt.] Ita in ſimili obſeruatur in certis actibus in quibus probatio in ſcriptis exigitur [vt in l. teſtim. C. de teſt. Scrib. in l. 1. C. de iu. emph. gl. in c. Romana. de cẽſ. in 6.] Quare non niſi adhibitis notariis vocatiſque teſtibus fidelitatis oblatio pro legitima habebitur, vt puta deficiente ſolennitate. Quod procedere exiſtimo etiam ſi de oblatione re ipſa facta aliis legitimis probationibus conſtaret. Nec enim dubium eſt quin ex defectu ſolennitatis corruat actus [l. ſi veritas. & l. ex teſtamento. C. de fideicõm. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſ. l. 1. & 2. de fi. iuſt. & iu. haſ. fif. lib. 10. C.] Licet autem gl. in cit. c. ſiue clericus. contrarium ſenſerit, nempe modum probandi inueſtituram à iure feudorũ ſtatutum, non eſſe de eius ſubſtantia: communis tamen interpretum ſchola eum locum gl. reprobat maximè Præp. [per tex. in c. 1. quib. mod. feud. cõſ. po. & c. 1. ſi de inueſt. int. dom. & vaſ. lis oria. & c. quid ſit inueſt.] Quare cum illo cẽſerem, hunc probandæ inueſtituræ modum, eſſe ex illius ſubſtantia. Nec enim ita ex præſcripto eam adieciſſent formam maiores noſtri: quia probatio quæ fit per inſtrumentum, indubitata eſt, & velut veritas apparens [vt inquit Bald. in c. 1. §. inſtrumentum. de not. feud.] Et hæc maiorum noſtrorum ſtatutum ad primè laudandum fuit, quod teſtium probationes non ſatis certas, & plærúmque ſuſpectas ſuſtulerit, ac ineuitabilem compẽdioſámque probationem per perſonas publicas introduxerit. Quare vbi inſtrumentum confectum non erit ſuper inueſtitura petita, eam ſemper irritam, aut non admodum ſecuram putabo, ob deficientem formam hic traditam.

Fidelitas pro oblata non habetur, niſi obſeruata hac probationis ſolennitate.

Vnde inferũt doct. in cit. c. ſiue clericus. quòd ſi dominus oblationem quidem ſibi factam fateretur, at non legitimè neque ſolenniter, ea vtique confeſsione nullum ſibi generaret præiudiciũ. Nam, vt eo loco inquit Bald. quod legitimè factũ non eſt, pro infecto eſt habendum. [iuxta l. nulla differentia. de auth. tut. & l. quãuis. ff. qui ſatiſ. cog.] Niſi, vt inquit ipſe, à principio negaſſet omnino fidelitatem ſibi præſtitam. ac poſtea ſibi ipſe varius factam ſibi cõcederet, ſed minus legitimè. Tunc enim ſolẽnitatum defectus allegatio nihil eum iuuaret in odium mẽdacij. [l. quæſtionem. C. de fideicom. §. vlt. inſt. de fideicom. hæred. & d. c. ſiue clericus.]

Tribus modis inueſtituræ petitionem probari

Porrò, hæ inueſtituræ & oblationis fidelitatis probationes mihi videntur tribus modis tantùm poſſe perfici. Primò, per breue teſtatum (vt practicis dicitur) ſiue per publicum inſtrumentum: & ea eſt regularis atque efficax probatio tam iure communi feudorum, quàm conſuetudinario. Secundo, per imbreuiaturam (ita enim appellant) vt cum ſcilicet in libro rationum notarij ea deſcripta reperitur oblatio vaſſalli, ſuo interim chirographo ſignata, licet alia deſit ſolennitatis deſcriptio, quę ad inſtrumẽti formam pertinet.

[probatur in l. chirographis. ff. de admiſtr.tut. & not.Speculi.tit.de inſtr. edit.§. poſtquam.verſic. ſed nunquid. & ver.vbi autem, & nominatim Bal. de controuerſ. inueſt. ſub princ.] Et hi duo modi parum differunt, cùm liceat notario eam chartulam cùm velit in mundum ac formam authenticam redigere. Tertiò, per ſigillum domini.[c.inter dilectos.extr.de fi.inſt.& not.in c.2.eo.ti.] Et ea ſane obtinuit apud antiquos dominos conſuetudo, vt inueſtituras ab his factas, priuato ſolerent ſigillo ſignare. Quorũ ſubſcriptio etſi priuata, indubitatam tamen fidem faciebat. Quod ampliari ſolet, etiãſi plures eſſent domini recognoſcẽdi. Ex his enim vnius ſubſcriptio ſola fidem faceret. [vt in ſpecie tradit Præpo.in cit.c. ſiue clericus. per ea quæ traduntur in d. c. inter dilectos. & l.ad teſtium.§.pen.de teſt.]

Cæterum,quia(vt diximus)multa hoc iure nouo & addita & diminuta ſunt ex his quæ circa inueſtituræ formam obſeruabantur, ſciendum his tribus formis ſuprà relatis,& has duas nouè additas fuiſſe, vt ſcilicet teneatur vaſſallus cùm renouationem inueſtituræ antiqui feudi, id eſt eius quod ex ſucceſsione obuenit, petit à domino, ſe filium vel agnatum proximiorem defuncti vaſſalli declarare,ac habilem in ſuccedendo in feudo, eáque omnia nominatim exprimere, vt ſcilicet ex ea declaratione conſtare poſsit domino, eum qui inueſtiri petit de feudo, ad illum id iure legitimo ſpectare. Quod videtur innuere, licet ſubobſcurè,hic §.& §.15 j. de obuent. feud.Sed & nominatim Yſer.& poſt eum Prępo.[in c.1.quo temp.mil.& in d.§.nulla.] tradunt eum qui de nouo feudo inueſtiri poſtulat quod acquiſiuit, ſuæ acquiſitionis inſtrumenta oſtẽdere domino teneri.vt in d.§.15.de obuent. feud.vbi de ea re nos plenius agemus.

Additur & alterum, quod quintò requiritur, quòd ſi domino aliqua debeantur feudalia commoda, veluti laudimiæ quinti & ſubquinti,cùm feudum emptione quæritur:vel rachatus, quando ex aliis contractibus, vel ſucceſsione collaterali obuenit, aut quum filia quæ virum duxit ſuccedit,illa omnia re ipſa à vaſſallo offerri debent domino ex diſpoſitione huius conſuetudinis. quæ iuri communi in hoc cõtraria eſt,quo certum eſt nulla commoda, nullàque iura vtilia ex noua inueſtitura vel ex antiquæ renouatione debita fuiſſe.vt nos copioſe oſtendemus j. de obuent.feud.§.2.& 4.

Cæterùm, quod ad oblationem pertinet, omnes doct. in hoc ferè conueniunt, vt ſufficiat inueſtituram petiiſſe, nec alio modo neceſſariam eſſe oblationem.[c.1. quo temp.mil.] Nam etſi expreſsim oblata non ſit fidelitas, ea tamen tacitè videtur includi in petitione inueſtituræ. [Aluar.in c.1.in pr. de capit. Corr. & in c.1. in 1. quæſt. quæ fuit pri. cauſa benef. amitt.] licet glo.cõtrarium ſenſerit,ſed perperam meo iudicio. Sufficere enim conſtat oblationem facto fieri, etiamſi verbo non exprimatur.[l.non rectè.in fi.C.de fideiuſſ.] Conſuetudo tamen noſtra eam gloſ. opinionem adprobauit, vt neceſſaria ſit oblatio fidelitatis eáque expreſſa.[text. hîc.] Et ideo non negarim hanc formam eſſe ad vnguem obſeruandam.

In omni iuramẽto ſuprioris ius atque authoritas excepta intelligũtur.

Quod autẽ in d.gloſ.d.§.nulla.traditur de exceptione Imperatoris vel Regis,hodie vſu apud nos minimè obſeruatum eſt, vtpote non neceſſarium. cùm in omni iuramento alicui facto, ſemper intelligatur ius ac authoritas ſuperioris excepta.[c.venientes.extra.de iureiur.& c.conſtitutio. extr.de reſcrip. quod & nos ſuprà in rub. obiter attigimus.]

Cæterùm, quomodo iuramentum à vaſſallo præſtandũ ſit, ac quæ ſit eius forma, tres habes in eam rẽ proditos titulos, in vſibus feudorum: ſcilicet qual. iuram. debea.vaſſ.domino. cum duobus ſequentibus. & c. de forma. 22.q. vlt. & in c. tibi domino.63.diſt. vbi Archid.

¶Fidem.

Differentia inter fidem & fidelitaté.

BAld.& poſt eum Barb. [in c.quę in eccleſiarum.] multum intereſſe putauerunt inter fidem & fidelitatem: inquientes,aliud eſſe iuramentum de fide quæ ex communi contractu debetur, & aliud de fidelitate, quæ non niſi ex ſolo feudi contractu præſtari ſolet. Fidem enim definiũt promiſſorum obſeruantiam. At fidelitas quędam eſt ſubiectio in capite libero, prętter naturam, quæ omnes produxit ingenuos ac liberos. Quam differentiam eodem loco ponderat Bald. ad deciſionem quæſtionis, An vaſſallo liceat feudum inuito domino(vt debita euitet ſeruitia)recuſare.[Quam tractant poſt gl.Bal.Barb. Fely.& cæteri ferè Canon. in cit.c.quæ in eccſiarum.& in prelud.feud.& in c.1.§.vlt.

de capit.qui cur.vend.vbi latè Prępo.mediol. & Curtius in quarta parte ſui tractatus feudorum. Ex quib.cauſ.feu amit. in 31.& vl.q.num.145.Bar.Immo.& Pōt. in l.is cum quo,de aq.plu.arc. & huius deciſio mihi videtur colligi ex c.1.de vaſ.qui cont.conſt.Loth.]

¶Seſe conferre.

Fidelitatem eſſe perſonaliter præſtandam.

ID eſt in propria perſona, vt vulgo dicitur. Nam [vt inquit Bal. in c. 1.§. nulla per quos fi. inueſ.] fidelitas eſt perſonaliter præſtanda. Neque enim poteſt quis alium per iuramentum obligare [vt inſt.de inter. ſtip.§. ſi quis alij.] & ratio in promptu eſt [ſecundum Bal. in l.1.§. ne autem C.de ead. toll.] quia iuramenti religio ad cultum dei pertinet qui à perſona non ſeparatur. Vnde idem Bal. [in c.2.ſub fi.ex. de ord.cognit.]ait homagium prętentiam perſonalem requirere, quando ſiquidem perſona eſt de forma actus, nunquam à perſona receditur. Ideo idem [in l.1.in vlt. quæſt.ff.de rer.diuiſ.] ait ſe putare (quod tamen non adfirmat) iuramentum fidelitatis per nuntium vel procuratorem præſtari non poſſe, eo quod annexam habeat reuerentiæ exhibitionem, quam in perſonarum præſentia fieri debere cōſtat. Quibus ex cauſis, Gallorum moribus id eſt introductum, vt vaſſalus perſonaliter offerre fidelitatem & fidelitatis ſacramentum præſtare teneatur, quod etiam Ioan. Fab.confirmat. [in l.3.in vlt.ver.C. de iu. emphyt.] dum dicit ſpeciale eſſe in feudis vt vaſſalus ipſe in perſona fidelitatem domino iuret. Pro quo allegat d.§. perſonam. per quos fi. inueſt. Qua in re tamen (pace tanti viri dixerim) longe deceptus eſt. Ille enim tex. omnino ſuam confutat opinionem. Sic enim ſe habet. Sed vtrum ipſe vel alius prote inueſtiturā faciat, vel ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus, poteſt enim hoc negotium & per procuratorem ab vtraque parte expediri. Per quem tex. idem Bal. Alua. & Præpo. eodem in loco concludunt, vaſſallum poſſe per procuratorem inueſtituram petere, ſicut & eodem modo poteſt dominus ſuſcipere [in quā rem eſt & tex. expreſſus in c.1.§. Item inueſtitura.de nat.feu.] Imo Præpoſ. [in c.1. ver. ſed vtrum. per quos fiat inueſt.] affirmat hoc caſu ſufficere generale mandatum cum libera ad hoc, vt poſſit quis in vicem domini vaſſallos in fidem admittere [per l. mandato generali. & l. procurator locorum.ff. de procurat. quem refert Zaſ. in ſuo epith. par.5.pag.20.] Et ita vſu hodie receptū videmus, vt caſtrorum gubernatores (quos vulgo capitaneos appellamus) vaſſallos in fidem vice domini ex generali mandato ſibi cum libera commiſſo recipiant. At hi quidem econuerſo fidelitatem præſtare non poterunt licet percipiant. Cuius diuerſitatis ea eſt ratio quod præſtatio eſt quid perſonale. at iuramentum recipere, quiddam reale habetur [per ea quæ notantur in c. 1. §. omnes filij. vbi Præpoſ. ſi de feud.fuerit controuer.int.domi.& agn.] Quæ tamen reg.limitatur in tribus caſibus ex §.12.j.eodem. quem in locum quæ in eam rem reſtāt diſcutienda, differemus.

Fidelitatem ſuſcipi à procuratore cū mandato & libera at prętari ab eodē non poſſe.

¶Locum.

ID eſt manſionem, quam loci caput vocat Bal. in rub.ff. de rer. diuiſ.col.6.ver. ſed hîc quæro abſolutè loquendo. Nam etſi dominus plura habet palatia magnificeac ſuperbe exſtructa, tuguriolum tamen quoddam ruri inhabitaret, illud caput loci diceretur ratione habitationis domini. Nec enim quod ad rem pertinet ædificia cōſiderantur, vt ex eo cōſtat quòd etiam non extante ædificio, in planitie poſsit iſta, de qua agimus, fieri oblatio, idque [ſecundum Bal. poſt Bart. in tract.de inſula] ad principium motus, id eſt ab ea parte qua ingredimur fundum. Quod ſi plures ſint ingreſſus ad fundū & aditus, accipiendus erit quo frequentius in illud itur.

¶Intra quadrageſimum diem.

DEſignato loco in quo petenda ſit inueſtitura, & tempus intra quod ea petenda veniat ſtatuitur. In cuius termini præfixione cōſtat à iure communi feudorum recedi quo vaſſallus ad antiquæ inueſtituræ renouationem petendam annum & diem habebat [vt ſunt tex. quæ fuit prima cau.benef. amitt.c.1.in pr. & c. 1.in pr. de capit. Corr. & c. imperialem. §. prętęrea.de prohib.feu.alienat.per Fede.] Niſi miles is eſſet, ei enim ſpecialiter indulgebatur dilatio anni & męſis [c.1. quo temp. mil.] At hodie iure iſto noſtro antiquæ inueſtituræ petendę ex ſucceſsione præfixa eſt tantum quadraginta dierum dilatio. Verum dubitatum eſt à quo tem-

Quadraginta dies petendæ inueſtituræ præfixi a quo tempore currat.

pore quadraginta iſti dies currere incipe-rent. Quę quæſtio ſanéquam triuialis eſt. Eam ita diffiniunt legiſtę, vt à die ſcientię tãtum, quo ſcilicet innotuit vaſſallo feudum ad ſe delatum[per l.quidam decedẽs. §.ex quo innotuit.ff.de adminiſt.tut. & l. & ſi ſciſſes. 2. rñ. C. eodem l. generali. de decuri. lib. 10.C. l. vlt.ff. de decre. ab ord. fac. & c. 2. de conſtit. in 6.] In quam ſententiam iuerunt quoque feudiſtæ[in c.1. quo temp. mil. iuncta ſuppletione gl. in ver. annum. Alua Præpo. in c.1. quæ fuit pr.cau.benef. amitt. Bal. ei Præpo. in c.1. de capita.Conr.] Qui etiam decidunt dominum agentem ad pœnam commiſsi ob non petitam inueſtituram, tria probare oportere. Primum vaſſallum ſeſe feudo immiſcuiſſe vel ſaltem malitioſe immixtionem diſtuliſſe. Et ſi enim quis, vt filius, eſt vaſſallo patri ſucceſſurus, ac ſuus & neceſſarius iure ciuili reputabatur hæres, non tamen id quantum ad ſubeunda hæreditaria onera intelligitur[l. nam nec emancipatis. de leg. 1. glo. celebris in l.2. C. ne fil. pro pat.] Et traditum eſt in his quæ filio præiudicium generare poſſunt, eum ex vi ac potentia ſuitatis non dici hæredem patris, niſi de immixtione hæreditatis per allegantẽ probetur[l.eum bonis.ff.de acq.hæred. & in cit.l. nam nec emancipatis.eſt & gl. in l. in neceſſariis.ff. de acq.hęredit.& in l.1.§.vlt.ſi vt ſe ab hæred.abſt. gl. vbi etiam Ang. copioſe.in l. ſi cum dotem.§.trãſgrediamur.ff.ſol.matr.] Secundo, probare quoque dominũ oportet vaſſallum ſciuiſſe qualitatem ipſius feudi, nimirum eam ſuam ſucceſsionem ab illo in feudum teneri. Nam cum iſtud facti ſit alieni, ac in alterius ſuccedat locum, iuſtam ignorantiæ cauſam habuiſſe intelligendus eſt[iuxta l. eius qui in prouincia.ſub ſi.ff.ſi cert.pet.l. vlt.ff. pro ſuo. & in reg.qui in alterius locum. Et in ſpecie in feudi ſucceſsione id annotauit Bal. in d.c.1.ſub ſi. prin. de capit.Cor.& Alua. & Præpo.in c.1. quæ fuit pr.cau.benef. amitt.] Tertio, vaſſallum non ignoraſſe feudum ad ſe deuolutum per mortẽ prioris vaſſalli in cuius ſucceſsit locum, [tex. in l. nec nos.C.de cap.& poſtl.reuer.l.annus. C. de calumniat. l. cum ſex menſes. vbi Ang.de ædil.edic.l.ſcire oportet.§.ſcire autem. vbi Bal.ff.de excuſat.tut. Bart. in l.genero.ff.de his qui not.infam.]Et ex his breuiter infero compendioſam concluſionem iſtam: tempus illud quod tam

Dominum agentem ad pœnam commiſsi ob non petitam inueſtituram tria probare debere.

iure communi, quàm hoc noſtro municipali, ad petendam inueſtituram dabatur, vtile quidem eſſe quoad (vt ita dicam) illius natiuitatem, quia non niſi à tempore ſcientiæ currere incipit, ſed continuum quoad progreſſum, idque quoad aliqua, licet non omnia. Nempe quod ei qui legitime impeditus eſſet, minime curreret: ſicut nec hodie currit. Per quæ limitari ſolet gl.ſing.in rub.ff.de diuer. & temp.prę-ſcript.quæ vult præſcriptionum tempora in dubio cõtinua intelligi. per l.quinquaginta.ff.de excuſ.tut.intelligendus quippe ille Accurſ. locus. de progreſſu, id eſt, poſtquam eorum curſus iam cœptus eſt. At ab initio vtilia tantum ſunt, quandoquidem ignoranti non currunt[vt egregie declarat Paul.Caſt. con. 226. videtur quod dicta accuſatio. & con.272.videtur dicendum.Plene Præpo. in c.1.col.5. quo temp.mil.inueſt. pet.debe.]

Huc ſpectat quòd quando lex vel ſtatutum tempus alicui rei certum ac determinatum præfigit,& incidit dubitatio tẽpúſne illud ignoranti currat, id imprimis deſpiciendum eſt, an lex factum hominis exigat: & eo caſu tempus ignoranti non currit.[Bal.l.quandiu.C.qui adim. Alex. conſ.14.viſo & conſiderato.col.2.volu.2. ſa.l. vlt.de decret.ab ord.& l.quinquaginta.de excuſat. tut. Plenè doct.in d.l. quãdiu.&in l.quomodo.ff.de his qui not. inf. & ita eſt ab eodem Bal.conſultum,conſil. 429. Quidam nobilis.libr.1.] Humanius enim ac æquius agi cum vaſſallo debet, quàm ex iuris ſeueritate ac rigore:[glo. c. vlt.de feu.ſine cul.non amitt. & tex.c.1.§. ſi quis.quib. mod. feu.] Nam cùm feudorum origo à benignitate ac mera liberalitate profecta ſit, eam perpetuò continuãdam benignitatem cum vaſſallo conuenit. Quî enim potuit vaſſallus inueſtiturã petere feudi quod ad ſe pertinere ignorauit. Id ſanè per rerum naturam impoſſibile fuit. At certum eſt nec leges nec ſtatuta vlla, pœnam ob rem impoſsibilem non factam prodidiſſe. Quare neceſsitas iſta petendæ inueſtituræ intra certum tẽpus nõ cadit niſi certò ſcita & cognita,nec ad ignorata trahitur.[Et hãc ſententiã vt benigniorẽ ſecutus eſt Anch.cõ.174.Do. Laza.in 2.dub. & Alex.con.79.circa primum.col.vlt.vol.1.] Quinetiam Pont.in magis dubio caſu adfirmauit. [in l.is poteſt.col.2.de acquir.hære.]ne ſtatuto quidem etiam expreſſo induci poſſe præſcri-

Qui quod impoſsibile factu fuit nõ fecit nullam pœnam meretur.

ptionem ignoranti currere. Hæc etſi æqua ſint, & mihi quidē oppidóquam placeant, crediderim tamen ego tutiorem eſſe Pau. Caſt. opinionem exiſtimantis. [in con. 311. circa id in vl. queſt. in antiquis.] hoc inueſtituræ petendæ tempus ipſo ſummo iure etiam ignorantibus currere vaſſallis: tamen ob iuſtam ac probabilem ignorantiam per in integrum reſtitutionem eis ſuccurri ex edicto illo generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur. Siquidem non ſatis eſſet æquum ita immaturè vaſſallos, quos ſatis ipſa ignorantia excuſat, ſuis feudis defraudari. [iuxta l. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. in quam rem extat Bart. deciſio, in l. 1. §. ſi quis autem propter inundationem. ff. de itin. actúque priu. & in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſ. maio. Dy. in reg. ſi quis in alt. & Accur. in l. ſicut. ff. quemad. ſeruit. amitt. in fi. glo. mag. & in l. ſi partem. in 1. glo. eodem tit.]

An tempora iſta contra minores currant.

Cæterùm, an eadem tempora vel iure vel conſuetudine petēdæ inueſtiturę præfixa minoribus currerent, eſt aliquando dubitatum. Qua in quæſtione id imprimis eſt ſciendum tempora minorum duas complecti ætates, impuberum minorum vſque ad annum quartum & decimum, & puberum vſq; ad quintum & vigeſimum. [c. in præſentia. extra. de probat.] Contra infantem dicimus nullum tempus currere. [Baldus in citato. cap. 1. §. niſi iuſta. in verſicul. infantia. quo temp. mil.] Ratio eſt, quia infans nihil non ignorare creditur, nec quæ agat ea ætas percipit. [l. vlt. ff. rem pup. ſal. fo. l. 1. de fal. mon.] Quod etiā procedit etſi tutor ei datus ſit. [d. l. vl. rem pup. ſal. fo.] Idem de pupillo quoq; impubere iudicandum, cùm dicatur ſemiperfectum tantùm habere intellectum. [l. in negotiis. vbi Accur. ff. de reg. iu.] Adultis vero ipſo ſummo iure eadem tempora currere certum eſt, ſed ij ætatis beneficio in integrum reſtitui ſolent. Satis enim ex eo probata intelligitur læſio, quòd inueſtituram intra tempus minimè petierint. [c. imperialem. §. præterea ſi quis. de prohib. feu. al. per Feder. Caſus eſt in l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de minorib. confirmant Yſer. Bald. Aluar. & cæteri feudiſt. in d. §. præterea quicquid illic variet glo. & hæſitent Hoſtien. in ſummo tit. de feud. §. quibus mod. verſ. ſed nūquid minor. & Ioan. And. in addit. Spec. eo. tit. §. quoniam. ver. 27.] Sed hæc iure communi recepta erant.

Quod autem ad conſuetudinem noſtram pertinet, illa commiſſi pœna hodie abrogata eſt, in cuius locum moribus introductum eſt, vt domino liceat in feudum ſibi ob non præſtitam fidelitatem apertum, manus iniicere, fructúſque percipere, donec ſuperuenerit vaſſallus, qui inueſtiturā ab eo petat. [vt j. de obuent. feudal. §. 1.] Vnde hodie id ſolum quærendum eſt, an minor non petita inueſtitura perceptos à domino fructus per in integrum reſtitutionem recuperare poſsit? Quod in iure dubitationē non leuem habet: ſed ea apud Gallos inualuit conſuetudo, vt nunquam ſoleat pro rebus mobilibus in integrum reſtitutio poſtulari. Vnde & quia fructus domini non fiunt, niſi à ſolo percepti ſeparatíque ſint. [vt §. 20. j. de obuent. feud.] fructus autem è ſolo ſeparati pro re mobili habeantur, conſtat in integrum reſtitutionem ceſſare. Item & quia hos fructus dominus iure ſuo percepit, & ex re ſua, puta ex feudo aperto, ita vt (quod dicitur) irreuocabiliter ſuos faciat. [c. 1. de feud.] Quorum fructuum lucrum etiam contra minores & quoſcunque alios priuilegiatos fieri conſueuit. [l. ſi quando hærede. §. Lucius. ff. de adminiſt. tut.] Quod ad pupillos pertinet, nos inferius plenius excutiemus. in §. 13. j. eod. Vnde infertur hanc nouam pœnam manus iniectionis ſubrogatam eſſe in locum pœnæ: veteris nempe amiſsionis feudi ob inueſtituram non petitam, ideo eius naturam ſapere. [ex vulgata illa reg. quę traditur. & l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. ſi donatæ. §. ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxo. c. eccleſia. vt lit. pend. & c. maiores. extra. de Baptiſ.] Vnde fit, vt quæ cauſa impediebat antiquæ pœnæ commiſsionem eadem hodie pœnam quoque cōſuetudinariam, quæ eſt amiſsionis fructuū poſt ſaiſinam, impediat. Nam & vulgo dici ſolet mutationem pœnæ ius minimè variare. [l. non intelligitur. §. poſteriori. vbi gloſ. ff. de iur. fiſ.] ideóq; tempus petendi inueſtituram ex hac conſuetudine, ignorantem ac legitimè impeditum excuſat ab amiſsione fructuum, vt ſuprà oſtendimus.

E Gallorum conſuetudine pro rebus mobilibus in integrū reſt. non dari.

¶ Pro foribus.

ANgel. in hanc rem adpoſitè docuit in l. quod conclaue. ff. de dam. inf. ingreſſum domus eſſe illius nobiliſsimam partem, ideo ex eo aditu vniuerſæ ædes iudi-

cantur. [l. quum in diuersis. ff. de relig. & sump.fun.] Quo fit, vt ex eodem aditu ad ædes, noscatur cuius parochiæ illæ sint, si in duarum parochiarum cõfinio sitæ sint. [secũdum Bart. Ang. & Pont. in d.l. quod cõclaue. & Bart. in l. qui prædiis. §. qui domum. de leg. 3. Ang. super glo. in c. 1. de sepult. in. 6. & in addit. ad Specul. in rubr. de parochial.] Quod si duas habeat partes domus, & eæ singulos habeant aditus, is preferetur quod ad parochię adiudicationem pertinet, qui frequentior fuerit. [iuxta supradictos interp. & l. legatis. §. si vnus. & l. pediculis. §. argento. ff. de aur. & arg. leg.] Quòd si æque frequentatus sit vterque ædium aditus iam locum separationi seu diuisioni esse censent, per reg. qua traditur, quando in vna re duæ concurrunt causæ, quæ eã mixtæ conditionis reddũt, locus est diuisioni. [l. relegatorum. §. vl. ff. de interd. & l. si in arca. de rei vend. & l. vnus ędes. ff. de seruit. vrb. pręd. l. seruus vrbanis. de leg. 3. & l. Titiæ textores. de leg. 1.] Quòd si controuersia sit, in qua harum parochiarum dominus illarum ędiũ audire debeat sacra, tum id in illius positum voluntate ac arbitrio esse arbitror. [arg. l. si quis in graui. §. cum omnes. ff. ad Sillei., & l. in reficiẽdo. ff. de dam. inf. vbi gl.] Quod si neutrum elegerit locum dominus, res sorte dirimenda erit, in qua ecclesia illius sepeliẽdum sit cadauer. [l. sed cũ ambo. ff. de iudic. & l. 2. c. Comm. de leg.] Qua tamen in re absurdum non crediderim alternis annis dominum earum ædium in ecclesia cõparere debere. [iuxta gl. in ver. conuenit. in c. licet. 16. q. 3. Alb. in c. vlt. de re iud. & Alex. de Immo. in l. 2. §. ex his. de verb. oblig. ff. & idem con. 25. acceptis narratis. col. 2. vol. 5.] Quæ sane controuersia mihi dãnabilis videtur, vt quæ rectorum & curatorum morbum, ac insignem auaritiam manifestè prodat.

ARTICLE CINQVANTECINQVIESME.

Item, toutesfois si ledit seigneur de fief par son trespas delaisse plusieurs enfans qui n'ayent faict partage de leur fief, il suffira que le vassal s'addresse à l'aisné, pour luy faire ladicte foy ou offres, ou au lieu dont depend ledit fief.

§. DECIMVS.

Cæterùm, si feudi patronus plures liberos (qui feuda sua à patre accepta indiuisa possideant) reliquerit, à vassallo satisfactum censebitur, si primogenitum adeat, & huic fidem pro more despondeat, offerátve. Aut in loco à quo dependet feudum rem exequatur, nullo petito domino.

CVm dominus feudi pluribus liberis relictis an singulis illis prę stranda sit à vassallo fides, tres fuerũt doct. opiniones. Ex quibus duas persequitur glos. in c. 1. §. omnes filij. si de feud. fuer. controu. int. dom. & ag. Prima fuit Py. antiqui glossatoris existimantis singulis omnibus fidelitatis sacramentum præstandum, [quam sequitur Alua. in 4. oppos. glos. etiam in l. si cuius. §. 1. aliàs l. si vsusfructus legatus. ff. de vsufruct.] ea multum vrgẽti ductus ratione, quod fidelitatis sacramentum, sit indiuidua quædam seruitus. [l. 2. §. penul. ff. de verb. sign. vbi Ang. & Pont. huic sententię adstipulantur. & Immo. in l. 4. eod. tit. & Ioan. And. in addit. Specul. tit. de loc. §. nunc aliqua. q. 72. Guil. Bald. & Ang. in l. communis libertus. per illum tex. ff. de in ius voc. Et Iaf. post varias in eam rem relatas opiniones, eam quoque adprobat in l. de pupillo. §. si plurium. ff. de no. oper. nuntiat.] Secunda fuit opi. existimãtium econtrario nihil necesse esse singulis omnibus fidem præstari, sed satis esse si homagium vni factũ sit. [probatur ex l. cui fundus. §. vlt. ff. de cond. & demõst.] Ratio est, quòd sine causa, vassalli conditio morte prioris domini fieret deterior. [contra l. 1. §. vlt. & l. ne in plures. ff. de exercit. & tex. in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alien. per Feder.] Et hanc opinionem secuti sunt ferè feudistæ omnes [in c. 1. §. omnes. Si de feud. contro. fuer. & Bal. in c. eam te. ver. sed pone plures. extr. de iureiur. Hostien. tit. de feud. §. vlt. ver. sed nunquid tenebitur. Et Spec. & Ioan. And. in add. tit. de feud. §. quoniã. ver. 29.] Tertiam opinionem refert Bald. [in cit. §. præterea ducatus.] vt vassallus, existenti-

bus pluribus liberis qui feuda pro indiuiſo poſsideant, primogenito fidelitatem præſtare debeat. arg. l. vlt. ff. de fid. inſtr. & eorum quæ annotat Innoc. in c. 1. de maior. & obedient.] Et hæc tertia opinio ferè cum proxima, quæ fuit ſecũda, conuenit, præterquam in vno: nimirum in illa datur debitori electio cui ex pluribus liberis fidelitatem præſtare malit debitor: hac autem tertia adſtringitur vaſſallus ad certam perſonam, nempe primogenitum. Quæ ſanè ſentẽtia mihi ſemper & æquior & tutior viſa eſt, quam etiam amplexata eſt noſtra conſuetudo. Et illam quoque ſequutus erat Fely. in c. 1. col. 3. ver. inferunt etiam antiqui. de maior. & obed. & Boh. in conſuet. Bitur. tit. de feud. §. 10.] In qua id annotandũ venit. [ſecundum Specul. in tit. de feud. §. quoniam. quæſt. 9. ſub fi.] quemadmodum ei quem elegerit conſuetudo fidelitas præſtari debet: ita & eũdem aliis quoque fidelitatem præſtare oportere pro omnibus quibuſcum hoc feudum commune habet ex vulgari iuris reg. qui emolumentum percipit, eundem & onus ſentire debere. tex eſt j. de garent. in parag.

Sed quæſitum eſt, quid ſi dominus nullis à ſe relictis liberis deceſſerit, ſed pluribus agnatis collateralibus forte diuerſarum linearum inter quos primogenituræ locus eſt. Et ſanè crediderim ego iſto caſu ſecundam opinionem magis ſequendam, vt in arbitrio vaſſalli poſitum ſit quem velit in fidelitate præſtationem eligere: quam & feudiſtæ in locis communibus adprobarunt.

Verùm, quid iuris ſit cùm econuerſo vaſſallus pluribus relictis liberis decedit, an ſcilicet ſinguli fidelitatem præſtare debeant, an alter ex illis, examinabimus infrà. de garen. parag. §. 1.

ARTICLE CINQVANTESIXIESME.

Item quelque offre qu'ait faite ledict vaſſal en abſence du ſeigneur, ledict ſeigneur neantmoins pourra faire pourſuite des proffitz, ſi aucuns luy en ſont deuz, par action ou ſaiſie. Par laquelle ſaiſie ne ſera toutesfois les fruictz ſiens, ſinon que l'offre ne feuſt deuement faite.

§. VNDECIMVS.

Quamcunque porro oblationem abſente domino fecerit vaſſallus, ius tamen domino ad obuentiones feudi ſibi debitas, vel actione, vel feudi præhenſione perſequendas ſaluum remanet. Qua tamen præhenſione fructus ſuos non facit, præterquàm oblationis vitio.

HIc §. quædam velut exceptio eſt §. noni. ſupra. eodem, quo cõſtitutum erat oblationem à vaſſalo in abſentia domini factam ſecundum formam illic ſtatutam, fidei factæ æquipollere. Sed quoniam ex hac adæquatione quæ nihil aliud eſt quàm quædam fictio, maximũ poterat domino abſenti citra eius culpam præiudicium generari, cum eum immaturè laudimiis & aliis obuentionibus feudalibus defraudari contingeret, idque aliquando ex dolo & verſutia vaſſalli qui domini abſentiam obſeruaret, ideo hac conſtitutione domino ſuccurſum eſt, qua illi harum obuentionum perſecutio reſeruatur tam per actionis viam, quàm per manus iniectionem in feudum: per quam tamen, feudi fructus ſuos non facit, cum oblatio facta ſit, quæ præſtitæ re ipſa fidelitati æquipollet, niſi ea rite non facta oſtenderetur. Ex quo conſtat quanta ſit etiam hoc iure, oblationis rectè factæ vis ac potentia, vt illa fidei factæ comparetur [d. §. 9. ſupra eodem] Quod tamen ſane eſt intelligẽdum. Nam ſicut de iure communi ſola oblatio non parit liberationem, ſed tantum debitoris obligationem leuiorem reddit [l. ſi mora. vbi Pont. in 1. not. & alij. ff. ſol. mat. & plenè in l. qui Romæ. ſub pr. ff. de verb. oblig.] Ita hæc oblatio dominum fidelitate ſibi præſtãda non priuat, quin ſi poſtmodum interpellet vaſſallum vt eam re ipſa ſibi præſtet quam abſenti ac verbo tenus obtulit, illam præſtare teneatur [l. illud. ibi. Quid enim ſi interpellauero. ff. de per. & com. rei vend.] Vltima quippe mora nocet [tex. in l. ſi mora. ff. ſol mat. & plenè doct. in l. acceptam. ff. de vſur.] Longe enim intereſt inter eum qui ad fidelita-

Sola oblatio liberationẽ non parit.

tem reipſa admiſſus eſt, & eum qui pro admiſſo habetur. Nec obſtat quod conſuetudo oblationem cum fide præſtita comparet.d.§.9. nec enim ita accipiēda eſt huiuſmodi æquiparatio, vt eadem ſit omnino ac in omnibus vis ac ſimilitudo. Nā etiam iure communi ſufficit in aliquibus & præſertim in ea re cuius gratia æquiparatur aſsimilari, licet in multis differant [vt eleganter docet Bald. in l.curatoris.in ver. tertia concluſio. C. de neg. geſ. not. Alex. in addit. ad Bart. in l. quod Nerua. ſub pr.ff.Dep. Doct.in l. qui liberis.in pr. ff.de vulg.] Et ſi rem omnem altius expenderis, cognoueris ſane oblationem hoc iure non aliam vim habere quàm ex iure communi. nimirum ſicut iure communi qui dare vult, proximus danti habetur, & ideo à pœna excuſatur & nonnunquam lucrum acquirit [vt eſt tex. ſing. in auth. de exact. do. §. illud col. 7.] ita hoc caſu propter iſtam oblationem non tenetur vaſſallus niſi poſtea interpellatus fidelitatem domino præſtare recuſet, nec, ſi ſaiſiatur feudum ob laudimias non ſolutas, fructus amittet, quanuis alias regulariter natura ſaiſinæ vaſſallo iacturā fructuum inferat [ſ. tit. prox. §. 6. & 7. & j. de obuent. feud. §. 25.] Item & ſicut iure communi oblatio rite facta indemnitati debitoris tantum proſpiciebat quoad conſeruationem fructuum rei ſuæ, quia vſurarum curſum ſiſteret [d.l. acceptam. de vſu.] non autem lucrum fructus rei alienæ inducebat [d.l. ſi mora.] ſic iure iſto oblatio à vaſſallo rite facta, illi quidem fructus rei ſuæ conſeruat nempe ſui feudi, non autem liberationem rerum domino debitarum parit. Illæ enim laudimiæ & cæteræ obuētiones fructus ſunt domini, quos ob oblationem nō amittit. Ad earum enim iuriū præſtationem perpetuo obligatur vaſſallus, actione ex feudi contractu deſcendente.

Quod autem hic ſub ſi. capitis dicitur, electionem eſſe domini, velitne actione vel per viam ſaiſinę, laudimiarum ius perſequi, id conuenit ei regulæ quam nuper tradidimus: in alternatiuis plurium remediorum optionem eſſe creditoris. de quo nos multa. ſ. Quibus adde, quod ſi dominus actione experiri maluerit, optionem habet cōueniendi vel emptorem ſeu eum qui ex cōtractu debet laudimias, vel præſentem poſſeſſorem feudi. Ea enim feudalia ſiue dominicalia iura rem ipſam ita afficiunt, vt ad quemcunque poſſeſſorem trāſeant [l. Imperatores de publ. & vectig. l.cum poſſeſſor. §. vlt. ff. de cenſ. l. vlt. Sine cen. vel rel.]

In alternatiuis remediorum electionem eſſe actoris.

ARTICLE CINQVANTESEPTIESME.

Item, Si le vaſſal eſt vieil, valetudinaire, ou abſent pour la choſe publique, au moyen dequoy ne puiſſe conuenablement aller vers ſondict ſeigneur luy faire foy & hommage, eſdictz cas pourra conſtituer procureur ſpecial pour faire ladicte foy & hommage, ou offres telles que deſſus, qui vauldront tout ainſi que ſi ledict vaſſal eſtoit en perſonne. Ou ſera tenu ledict ſeigneur luy bailler ſouffrance, ſi par procureur ne le veult receuoir.

§. DVODECIMVS.

Si vaſſallus iam annis & ætate confectus eſt, vel valetudinarius, aut reip. cauſa abſens, quominus ei non liceat dominum adire fidem illi præſtituro, ſpecialem in hanc rem procuratorem conſtituere poteſt, qui vice illius iuramentum domino facturus ſit, ac debita iura oblaturus. Cuius acta perinde atque à vaſſallo ipſo geſta, rata firmáque erunt. Quod ſi dominus procuratorem admittere nolit, dilationem in tempus ceſſaturi impedimenti concedere tenebitur: vaſſallo interim ſuo feudo pacificè potituro.

ET is quidem §. limitatio quædam eſt §. 9. ſ. eo. ſicut & precedens. Vnde ex hac conſtitutione tres caſus colliguntur, quibus vaſſallus à fidei perſonali præſtatione excuſatur, morbus ſcilicet, aduerſa valetudo & Reipub. cauſa abſentia. quibus caſibus procuratorem admittendum conſtitutum eſt, quod & iure communi receptum erat, [Bald. in c.1. verſ. niſi iuſta cauſa. Quo temp. mil. vbi gl.] Verum in his & ſimilibus caſibus ſatis eſſe videri po

terat etiam iure communi ſi vaſſallus nũtium miſerit, qui eum apud dominum excuſet, eum pratici exoniatorem appellant, idque maxime vbi impedimentum perpetuo duraturum non eſt, vt eſt aduerſa valetudo, vel abſentia ex aliqua legitima cauſa [per ea quæ not. Bart. in l. 1. ff. de perpe. & temp. act. & notatur in l. interdum. ff. de iud. & l. quæſitum. ff. de re iud. vbi omnino Alex. de Imm.] Tu porro ita rem concludito [iuxta d. gl. in c. 1. in ver. abſentia] quod etiam abſenti reipub. cauſa vel alio legitimo impedimẽto detento, currat tempus iſtud à conſuetudine præfixum, ſi procuratorẽ non miſerit, ſi commode mittere potuit, nec ei ſubueniẽdum eſſe. [l. papinianus exuli. ff. de minor.] Nec admittendam ea in re exiſtimo diſtinctionem illic in gl. traditam inter abſentem ex iuſta cauſa & neceſſaria, vel ex cauſa voluntaria. Imputãdum enim omni caſu eſt ei qui cum procuratorem mittere debuit, in id à conſuetudine adſtrictus, & non miſit, cum id facere potuerit.

An aliæ cauſæ hic non expreſſæ vt capitalis inimicitiæ, peſtis, &c. vaſſallum excuſent.

Cæterum cum multa alia ſint abſentiarum genera [quæ refert Accur. in l. vlt. de in integ. reſtit.] item & multæ impedimentorum ſpecies tam iuris quàm facti, [vt in l. 1. vbi Pont. ff. ſi quis caut.] quæſitum eſt an ex aliis præter has tres quę hoc tex. expreſsim continẽtur, habeat locum huius conſuetudinis diſpoſitio: vt puta cauſa capitalis inimicitiæ inter dominum & vaſſallum, quæ & iure cõmuni vaſſallum excuſare ſolebat, qui tuto dominum adire non poterat. [arg. l. 3. ex quib. cauſ. maio. cl. paſtoralis de ſent. & re iud.] Item an bellum quoque, ac graſſans peſtis in loco in quo habitat dominus. [not. in l. de ætate. ff. ad trebel. Bal. in gl. in ver. vaſſalli de pa. conſt. Bart. in l. naturaliter. in vlt. col. de vſucap.] Et à practicis noſtris pleriſque reſponſum eſt nullas cauſas abſentiæ, nullàve alia impedimenta quàm quæ hac conſtitutione expreſsim nominata ſunt, vaſſallum à fidei præſtatione per ſe excuſare. Cum enim conſuetudo tres caſus excuſationis expreſſerit, alios excluſiſſe intelligitur [l. cum prætor. de iud. cum vulg. quod etiam ſummo iuris rigore obſeruatum eſſe teſtatur Innoc. in c. ex tranſmiſſa. extr. de præſcript. Immo. in c. quia diuerſitatem. extr. de conceſ. præb.] licet is iuris ciuilis rigor aliquanto ſit canonica æquitate temperatus. Negãt enim Canon. vllum tempus ei qui legitimè impeditus ſit currere. [in d. c. quia diuerſitatem.] Verùm ego mediam quodammodo viam ſecutus crediderim cuilibet tempus à lege vel homine ſtatutum currere, at ei qui legitimo detentus impedimento, muneri ſuo vacare non potuerit, per in integrum reſtitutionem ſuccurri. [l. 1. §. ſi quis autem propter. ff. de itin. atque priu. l. & Attilicinus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & ita ſenſit Bart. in d. l. naturaliter. vlt. col. & Salic. in l. ſicut. ſub fi. de præſcript. trig. vel quad. ann. & Imm. in cit. c. quia diuerſitatem.] Sed vtrum qui impeditus eſt, debeat de ſuo impedimento proteſtari, remitto ad Præpo. in d. c. 1. vbi mil.

Impedimentum carceris pro legitimo haberi.

Sed quid in impedimento carceris: An vaſſallus in vinculis retentus procuratorem mittere debeat. Et quidem Ioan. de Immo. [in d. l. quæſitum. de re iud.] ait licet de ea re nihil vſquam expreſſum ſit per illud reſponſum, iuncta gl. obtinuiſſe tamen carceris impedimentum pro legitimo haberi. ad hoc vt vaſſallus per procuratorem fidelitatem præſtare poſsit, non habita ratione culpæ ſeu delicti vaſſalli, per ea quæ tradunt Bart. & alij in l. 2. ff. de in ius voc. & Alex. Quinetiam exiſtimo ego ſi procuratorem ei conſtituere non licuerit, vt quia cuiuſque conſortio interdictum ei fuiſſet, aduerſus ſaiſinam feudi in integrum reſtitui poſſe, & fructus recuperare, quos alioqui dominus ſuos feciſſet, per ea quæ nuper diximus. [ita nominatim ſenſit Bart. in d. l. 2. & Bal. in l. 2. per illum tex. ff. ex quib. cauſ. maio.]

Vaſſallũ certiorẽ debere facere dominum ſui impedimenti.

Supereſt & hoc vnum, An ſcilicet vaſſallo neceſſe ſit dominum certiorem facere ſui impedimenti, & quo modo id facturus ſit. Qua in re non eſſe aliud petẽdum reſponſum exiſtimo, quàm ex hac noſtra conſuetudine, vt ſcilicet qui cauſas ſuæ abſentiæ ac ſui impedimenti illi denuntiet, ac proprio ſacramento confirmet, eidémque fidem offerat. Licet enim dominus non compellatur huic procuratoris aſſertioni ſtare, ea tamen vim habebunt, vt ex eo die quo facta eſt huiuſmodi oblatio effectum ſaiſinę ſuſpendant, lucrúmq; fructuum domino anteuertant. Et is quidem mos inualuit, vt breuis impedimenti atteſtatio per notariũ facta, ad dominum mittatur. Et hæc hactenus.

ARTICLE CINQVANTEHVICTIESME.

Item, Tuteurs, curateurs ou gardians ſeront receuz à faire leſdictz foy & hommage pour leurs pupilles & mineurs. Et pource ne doiuent aucun proffit. Ou ſera tenu ledict ſeigneur donner ſouffrance iuſques à ce que leſdictz mineurs ſoient en aage de puberté.

ARTICLE CINQVANTENEVFIESME.

Item. Que la ſouffrance baillée par le ſeigneur au tuteur, empeſche la ſaiſie tant que la ſouffrance durera.

§. DECIMVS TERTIVS.

Tutores curatores & gardiani ad fidelitatem domino præſtandam pro pupillis minoribúſque quorum curam agunt, admittuntur, nec propterea quicquam illi pendere aſtringuntur. Aut certe tenebitur dominus rem in tempus pubertatis differre.

§. DECIMVS QVARTVS.

Quæ quidem dilatio à domino tutori conceſſa, interim etiam feudi prænſionem differt.

HAe ſanè conſtitutiones ita perperam ſunt contextæ, vt ſatis mihi in promptu non ſit, quibus modis aut quo colore compilatores harum conſuetudinum tam inſigni errore purgare poſsim. Conſtat ſiquidem tam iure communi, quàm conſuetudine ſolam pupillarem ætatem à præſtanda fidelitate immunem. Nam & puberes eſſe præſtando iuramento capaces certum eſt. Pubertatem quippe quarto & decimo anno incipit. [§.1.inſt. quib. mod. tut.ſi.] Qua quidem ætate hîc diſpoſitum eſt curatores pro minoribus, quorum curam gerunt ad fidelitatis munus obeundum admitti: quod tam falſum eſt, quàm quod falſiſsimum. Ea quippe ætas, vt dixi, harum rerum capax eſt, ideo fruſtrà interuenit curator. Præterea & hîc omiſſa eſt tutorum ſeu gardianorum prouiſio. Hoc enim in confeſſo eſt apud practicos noſtros, dominum ob non præſtitam à pupillo vel eius tutore fidē, poſſe in feudum pupillare, perinde atque in cætera, manus iniicere, ſuóſq; fructus facere, etiamſi pupillo nullus datus ſit tutor, nulla interim relicta reſtitutionis ſpe. Et ſanè ante hanc redactionem vetuſta conſuetudo ſic habebat: Pupillis impuberibus danda eſt ad fidelitatem præſtandam dilatio (quam ſuferentiam nos appellamus) quouſque ad pubertatis tempora peruenerint. Quam ſi nolit dominus concedere, tutores gardianiue eorum in eam rem admittendi erunt: pro qua admiſsione nullum ius vtile domino debetur. Et hæc ſanè eſt vera ac germana conſuetudo, & iuri communi conformis, eámque ita ſe habere adfirmarunt practici noſtri nuper ſuper modo vtendi, iudicis officio interrogati. Nam & iure feudorum conſtat, vt diximus, minores puberes ad inueſtiturā petendam proculdubio idoneos fuiſſe. [text.expreſsi, in c.1.§. ſi minori. & §. ſi quis deceſſerit. ſi de feud.fue.contr.int.dom.& vaſſal.& c.imperialem.§.præterea ſi quis.de prohib.feu. alien. per Fede.] Vnde pupillus in nullam incidebat pœnam (quæ regulariter erat amiſsio feudi) ob non præſtitum fidelitatis ſacramētum. [d.§.præterea ſi quis.] Nec in hoc vim faciendam arbitror, habeátne pupillus tutores, nécne. Quia, vt inquit Bald. in cit. c.1.§. nulla. quo temp. mil. ſi infans ſit, omni iure excuſatur, quid enim agat illa ætas non videt [l. vlt. ff.rem pup.ſal.fo.l.1.de fal.mon.] Quod ſi infantiæ tempora paulo progreſſus ſit nō niſi ſemiperfectū habere creditur intellectum, donec in pupillari eſt ætate. [Accur. l. in negotiis. ff. de reg. iu.] vnde interim tempus inueſtituræ petendæ & fidelitatis offerendæ pupillo impuberi non currit. ſed ipſo iure ſine reſtitutionis beneficio ſeruatur illæſus, licet ſecus in adulto, vt docte proſequitur eo in loco Bal. & poſt eum Præp.Mediol. Quare inſumma concludendum cenſeo dominum minori impuberi indulgere debere dilationem vſq;

Minores tē. pus pubertatis egreſſos poſſe fidelitatis iuramē tū præſtare.

Vetuſta conſuetudo quæ hic corrupta eſt.

ad pubertatis aduenientis tempus, siue tutores habeat siue non. Cum ætas pupillaris non minus iustum legitimúmque impedimẽtum præstet quàm causa absentię. [per ea quæ not. Bal. in l. sancimus. C. ad trebell.] nec possit pupillus per se iurare. [tex. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. pupillo. ff. de iureiur.] Si tamen tutores habeat, eósque velit dominus in fidelitatem admittere, ipsi quidem tãquam procuratores in rem pupilli idonei erunt, qui ipsius pupilli personam representent [vt testatur Bal. in l. etiam. C. de fidei.] Quod enim de procuratore in præced. §. dictum est, id etiam intelligendum venit in tutore [tex. in l. quod si nolit. §. quod in procuratore. ff. de ædil. edic.] Quæ etiã in statutis recipitur interpretatio, Bald. autore.

Cæterum super ea re plures cõtingunt dubitationes. Prima est an si isthæc dilatio (quæ vulgo sufferẽtia appellatur) non fuerit à pupillo eiúsve tutore petita, & propterea dominus qui feudum suum apertum & cliente vacans reperit illud apprehenderit, valeátne hæc saisina, ac virtute illius dominus suos faciat fructus. In qua quæstione id pro responso accipiendum est vt si ius commune attendamus, constat istius dilationis petitionem minime necessariam, nam nec eodem iure, potest pupillus per ætatem iuramentum fidelitatis præstare, vnde non valenti iurare sicut nec valenti agere currit tẽpus, quod constat ex ll. ẽ. citatis & tex. l. imperatores §. 1. ff. de public. vbi pupillus ipso iure euadit pœnam commissi propter professionem omissam, vel solutionem vectigalis non factam: [vt est sing. Bart. decis. in l. 2. de fund. patr. lib. 11. C. & Bal. post gl. in l. si tutoris. de admins. tut.] At adultus per beneficium restitutionis in integrum iuuatur [l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de mino.] Pupillus autem illæsus ipso iure manet, quem & cõstat plura longe habere priuilegia, quam ipsum adultum [l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. domi.]

Sed certe hic obstare videtur consuetudinis rigor, qui etiam minores impuberes ligat [iuxta l. si sine hærede. §. lucius. ff. de administ. tut. Bart. in d. l. 2. de fund. patrim.] Siquidem stante hac consuetudine si pupillus tutorem habuit ad officium eius pertinebat istam fidelitatem præstare, vel sufferentiam postulare [vt est casus ẽ. de gard. §. 2.] Quæ si omiserit tutor, suũ futurum est detrimentum, non pupilli, quòd male munus suum obierit [tex. in d. l. 2. & d. l. si tutoris. de administ. tut.] Quod si tutorem pupillus non habuerit, tum adeundus fuit iudex qui ex officio suo, atque ex interposita authoritate, tutoris dationem suppleret [iuxta cõsilium Bal. in rub. C. qui admi. quæs. 6. & Paul. Cast. in l. pupillorum. de repud. hæred.] vnde si post quadraginta dies, tẽpus consuetudine statutum, petita non sit à pupillo eiúsve tutore inuestitura, vel saltem dilatio, dominus feudum saisiens suos facere fructus intelligitur, licet eos pupillus per in integrum restitutionem recuperare possit [teste Bart. in d. l. 2. & ita quoque sentiant doct. quos suprà retulimus] fa. quod not. moder. Mediol. & Papien. in l. postquã liti sub fi. post. Accurs. C. de pact. inquientes ad quantumcũque lex vel statutum generaliter disponat, non tamen excluſa censentur remedia, quæ aliis legibus sunt specialiter prodita. Et hoc tane in integrum restitutionis beneficio iuuari pupillum autumo in duobus casibus. Primo, quando ille tutores habuillet qui sua negligentia domino iusta offerre neglexissent, & ei soluendo non essent, ita vt nullus cõtra eos iacturæ factæ seu damni eorum incuria accepti pupillo pateret regressus. [iuxta l. properandum. §. vlt. C. de iud. Specul. §. de in int. restit. §. 2. vers. vt autem.] Secundo, vbi pupillus tutorem non habuisset: quia cũ hoc casu ab eo omnis dolus & culpa abfuerit, & ex omissione petendi sufferentiam tantùm, & sic ex mora, locus fuerit cõmisso fructuum. [vt in §. 1. ĩ. de obuent. feud.] tunc quoque ei sine dubio competit restitutionis in integrum beneficium, sicut & adulto. [d. §. si in commissum. & not. Bartol. & cæteri, in l. etiam. de minor. Innoc. & Cano. in c. constitutus. extr. de in integ. rest.] Nec admittendam puto eorum sententiam, qui existimant non posse hanc restitutionem pupillo cõpetere, cùm interim dominus seruitiis debitis priuatus fuerit, ideo suo iure suos videtur fructus fecisse. Nam etsi ista fructuum amissio ex natura actus processerit, pœna tamen ista ex mora pupilli cõtracta fuit, aduersus quam non ei denegatur in integrum restitutio. per iura suprà citata. Quòd si obiicias dominũ interim suis caruisse seruitiis, quorum loco succesſerit illud lucrum fructuũ, id manifesta est impostura, cùm hodie hac nostra consuetudine nulla deberi constet obsequia per-

Duobus casibus pupillos in integrum restitui posse

Minores impuberes aduersus nõ petitam sufferẽtiam restitui

ſonalia, ſed (vt aiunt) burſalia. vt hoc tit.

An ſufferentia minoribus concedenda ad cõuentiones feudales pertineat.

Secundò quæſitum eſt, an hæc dilatio ſeu ſufferentia quam tenetur dominus pupillis impuberibus concedere pro fidelitate præſtanda, extendatur ad obuentiones feudales, ſeu commoda (quod aiunt) burſalia, quæ domino ab ipſis debentur. Et eas cõtineri non puto: imo ſimulatq; feudum aperitur domino, eæ protinus ſine dilatione offerendæ ſunt. Nam & iure cõmuni minores à ſeruitiis realibus, quæ in dando conſiſtebant, non excuſabantur, licet à fidelitate & ſeruitiis perſonalibus, donec ad pubertatem peruenirent, excuſarẽtur. [Præpoſ. in cit. §. ſed ſi deceſſerit.] Nec obſtat ſi dicas huiuſmodi obuentiones eſſe velut ſequelas & appendices inueſtituræ atque fidelitatis, & propterea dilationem datam ad præſtandam fidelitatem, ad ſoluendas quoque obuẽtiones videri conceſſam. Nam certum eſt huiuſmodi feudales obuentiones per ſe ſtare, ac pro his ſeparatim agere poſſe condictione ex hac lege municipali. [vt toto tit. j. de obuent. feudal.] necnon per viam iniectionis manuum procedi poſſe conſtat. §. 6. ſuprà. titulo prox. Vnde inferre licet ſi contingat pupillum patruo alteriue agnato collaterali ſuccedere, ex qua collaterali ſucceſsione domino rachatus debeatur eum protinus præſtandum non expectata pubertate. Nam ea quam dat dominus, dilatio limitata eſt in ſola fidelitatis præſtatione, ideo ad obuentiones minimè extendetur, iuxta vulgatam reg. qua dici ſolet, limitatam cauſam limitatum producere effectum. [l. in agris. ff. de acqui. rer. dom.] Idem & in laudimiis propter emptum à pupillo feudum debitis. [§. 9. ſ. eo.] eę enim dilatione conceſſa non continebuntur. Quod autem hic in textu dicitur tutore in fidem admiſſo nulla deberi commoda, otioſam ac ſuperfluam hanc adiectionem exiſtimo, tum etiam ab omni iure atque ratione alienam. Niſi fortè dicamus quoſdam Aurelianẽſes in prouincia noſtra (id quod res eſt) feuda poſſidentes, in huiuſmodi ſpecie conatos ex ea admiſsione tutoris, illicitum aliquod commodum extorquere. Quod ſanè ſuis conſuetudinibus indicarunt, quibus cautum eſt pupillos, cum infirmitati eorum tutores creantur, rachatum debere: rem prorſus indignam qua id quod inductum eſt in perſonarum miſerabilium fauorem & ſubſidium, in earum noxam cedit. Et hoc proculdubio huic adiiciũdæ clauſulæ cauſam legitimam præbuiſſe intelligi poteſt, qua eorũ auaritiæ & illicitæ extorſioni obuiãretur. Nam pro comperto habebant prouinciales noſtri, niſi huiuſmodi iniqua exactio ſcripto interdiceretur, de ea controuerſiam facturos. Quare ob eam dilationem conſtat nulla omnino talia commoda ipſis dominis deberi. Quod & inſuper adiectũ eſt has inducias impedire manus iniectionem in feudum, quandiu duraturæ ſint, hoc non tam verum quàm indubitatum exiſtimo. Ea enim certiſsima eſt dilationis natura, vt quandiu pendet, debeat interim ſuperioris cõquieſcere officium. [l. 3. C. de dilat.] Siquidem & dicimus debitorem in diem interim a creditore inquietari non poſſe, antequam dies aduenerit. [§. ſi quis agẽs. verſicul. tempore. inſt. de act.]

Agi conuentione ex lege municipali pro obuentionibus feudalibus.

ARTICLE SOIXANTIESME.

Item le vaſſal peult vendre, donner, eſchanger, ou autrement aliener tout ſon fief, ſans le conſentement de ſon ſeigneur. Dont toutesfois ſera pour ce deu & acquis audict ſeigneur proffit, ſelon que cy deſſoubz ſera declaré, ou chapitre de fief.

§. DECIMVS QVINTVS.

Vaſſallus totum feudum ſuum vendere, donare, permutare, alitérue alienare abſq; domini conſenſu poteſt. Ex quibus tamen alienationibus, laudimiæ illi debebuntur. vt infrà ſub titulum de obuentionibus feudalibus explicabitur.

HAnc cõſuetudinem prorſus iuri communi contrariam conſtat, quo feudi alienationes penitus interdictę erant. Sciẽdum autem de illis interdictis alienationibus tria diuerſa extitiſſe iura, [ſecundũ Præp. in c. 1. §. ſimiliter. & §. aut ſi libellario. quib. mod. feu. amitt.] Nam iure primæuo potuit vaſſallus ſine domini voluntate feudum ſuum alienare, etiam totum atque

integrum [c.1. quid iur. ſi poſt. alien. feu. vaſ. feu. recuper.] Poſtea autem ſuperuenit alterum ius, quo licuit vaſſallo feudi partem tantum dimidiam alienare, & obligare [d. §. ſimiliter. ver. Aut ſi libellario & c.1. de feu. alien. in pr.] Tertio denique ſuperuenit & aliud ius ex Lotharij & Federici imperatorum cõſtitutionibus, quibus omnino feudum imò vel partẽ etiam alienare vel obligare interdictum eſt vaſſallis, [vt patet ex vtraque conſtitutione, de prohib. feud. alien. per feder. & per lothar. & probat tex. c.1. Qual. ol. feu. alien. & ex his quæ not. idem Præpo. in c.1. in fi. apud quem vel quos. & in d.c. vlt. §. vlt. quib. mod. feu. amitt.] Præterea & iſtud ſciẽdum eſt ante Lotharij cõſtitutionem pro curiarum varietate, varias quoque feudorum cõſuetudines introductas fuiſſe [c.1. qual. ol. feud. alien. pot.] Et præſertim hęc noſtra Gallorum monarchia ſuas ſpeciales habuit cõſuetudines, iuxta quas ſemper æſtimatum eſt, feuda pro rebus patrimonialibus haberi, eáque libere vendi alienaríque potuiſſe, ſiue per actus inter viuos, ſiue ex vltima voluntate. [teſtatur Ioan. Fab. in tit. de leg. pat. tut. & §.1. de rer. diuiſ. §.1. de emp. & vẽd. §. item ſeruiana. & §. item fuerat. inſt. de act. & in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. & Decius conſ. 208. ad clariorem. & con. 269. conſultus ab. & con. 586. in cauſa quæ mantuæ.]

Vnde colligere licet hanc Galliæ conſuetudinem tantis temporibus confirmatam nec Lotarij nec Federici cõſtitutionibus abrogari potuiſſe. Cõſtat enim nobiliſsimos Frãcorum reges imperiali culmini nulla in re ſubiectos eſſe, nec Imperatorem in ſuperiorẽ cognoſcere [vt nos ſuprà. de ſta. perſ. §.1.] Sed & illud certum eſt ea feuda, quibus vtuntur Galli, magis aſsimilari feudis Francis, quàm cuicunque alię feudorum ſpeciei [vt ſuprà oſtendimus in rub.] At conſtat feuda franca libere alienare licuiſſe [vt teſtatur Hoſtien. in c. vlt. de reb. al. non alien. Bal. in l.1. col. 2. ſi à non comp. iud. & Curt. in trac. de feud. 1. par. quæſt. 8.] Quare minimè ambiguum eſſe debet hanc conſuetudinem ſuis viribus ſubſiſtere.

Gallos imperatoriis legibus minime ſubiectos.

ARTICLE SOIXANTE ET VNIESME.

Item, le vaſſal ſe peult esbatre de la tierce partie de ſon fief par vente, donation, ou autre contract alienatif, retenu à luy la foy & hommage ou autre deuoir annuel, dont pource ne ſera deu aucun proffit au ſeigneur du fief. Toutesfois ne pourra ledict vaſſal faire ladicte alienation au preiudice de ſon ſeigneur, tellement que nonobſtant ladicte alienation, ſi l'heritage tombe en proffit, le ſeigneur du fief exploictera entierement ſondict fief. Et ſera toutesfois ledict vaſſal tenu garentir enuers ſondict ſeigneur de fief, celuy ou ceux auxquelz il auroit faict ladicte alienation.

§. DECIMVS SEXTVS.

Vaſſallus de tertia ſui feudi parte, venditione, donatione, alióve contractu, fidelitate annuáve pẽſione ſibi reſeruata, libere diſponere poteſt citra vllam obuentionis nomine præſtationem. Per quam tamen alienationem, conditionem domini haud quaquam deteriorem facere poterit. Quandoquidem ea non obſtante integrum feudum pro obuẽtione (ſi quando euenerit) prehendere poterit dominus, eóque ſolido vtetur atque fructur. Sed qui alienauit vaſſallus, eum, in quem tranſtulit, indemnem ſeruare tenebitur.

HAec conſtitutio prima fronte videri poſſet ſuperflua. Nam licet iure feudorum non poſſet feudum ſine domini conſenſu alienari, ita ſi vaſſallus irrequiſito domino id feciſſet ſuo iure caderet [c. ſi clientulus. de alien. feud.] non tamen idem in feudum concedere alij prohibebatur, dummodo bona fide id faceret, & abſque fraude, vt quia in æqualẽ vel magis idoneum feudum transferret, vt puta miles in militem, [c.1. §.1. cũ ſeq. qual. ol. feu. dot. alien. c.1. §. ſed etiam res. per quos fi. inueſt. & in c. beneficium. ſi de feu. fu. contro. int. do. & ag. c.1. §. ſimiliter. de le. Corr. & c. imperialem. §. illud. de prohib. feud. alien. per feder.] Verum ad tollendas pleráſque dubitationes quæ ex infeudatione iure antiquo permiſſa inſurgebãt, hęc noua conſuetudinis prouiſio neceſſaria fuit. Nam

omnino iure feudorum vetuſtiſsimo, licuit vaſſallis ius ſuum infeudare [notatur in tit. qual. ol. feu. pot. alien. ver. ſi vera] Iure autem nouo id licuit, tribus demum concurrētibus, quæ habētur in c. imperialem. §. beneficiū. de proh. feu. alie. per Fed. Primò, ſi fieret infeudatio meliori vel ſaltem pari [Bal. in auth. niſi rogati. col. 3. C. ad trebel.] Secundo, vt ea lege fieret, vt iiſdem pactis atque conditionibus teneret is cui facta eſſet infeudatio, quibus & tenebat vaſſallus [d. c. 1. §. ex eadem lege. de le. Corr.] Tertio vt colore ſeu prætextu inueſtituræ ob huiuſmodi infeudationē nullum perciperetur prætium [d. c. imperialem. §. callidis] Id enim in fraudem legis factum cēſeretur [cont. d. §. beneficium eod. c. & ibi poſt gl. Bal. & Præpo. & cæteri feudiſtæ.] At iure hoc noſtro municipali primum & tertium ſunt immutata. Nam hodie in quamcunque perſonam etiam vilem & ruſticam poteſt feudum alienari & ſubfeudari. Sicut & iure communi licebat vbi feudum patrimoniale fuiſſet [not. Bal. Præp. & alij. in d. c. 1. §. ex eadem lege. ver. curia. de leg. Conr.] ſicut hodie ſunt omnia noſtra feuda. Præterea nulla hodie feuda gratia vel honore tantum concedi ſolent, ſed non niſi interueniente pretio, quod cum iure communi admodum pugnat [c. 1. de feu. dat. in vim leg. commiſ.] Quinimo nec inueſtitura non niſi intercedente pecunia concedi ſolet [§. 4. & §. 9. j. de obuent. feud.] Ex iure itaque communi ſecundum tantum rema net, videlicet quod ſubfeudatio fieri non poſsit niſi iiſdem legibus atque pactis in prima inueſtitura cōtentis. Sed & in hoc quoque à iure communi nō eſt receſſum, quòd ſicut olim citra ſuperioris conſenſum licebat huiuſmodi infeudationes facere [d. §. ſimiliter. & not. Abb. in c. tranſmiſſa. in 4. not. qui feu. da. poſ.] dummodo eccleſiæ non fiat [doct. in d. c. quæ in eccleſiarum. per c. ſi cliētulus. de alie. feu.] ita & hodie remanſit

Qua in re expendenda ſunt verba tex. (en retenant la foy & hommage.) Nam ſi alioqui vaſſallus alienans fidem non retineret, non intelligeretur ſubfeudare, ſed in totum à ſe dominium eius feudi partis quam alienat, in alium trāsferre. & quod ſubditur (Ou autre deuoir annuel.) Per hoc enim repræſentatur retentio directi dominij eius partis quam transfert in alium. Ex quo non dicitur in totum alienare. Et iſtud quidem vaſſallis licere, ſiue per viam ſubfeudationis, ſiue conceſsionis in emphyteuſim, annuúmve reditum, teſtatur Fab. noſter, [in §. adeo. inſt. loc. verſ. ſed quid de vaſſallo.] Ex quo emanarūt gradus tres vaſſallorū, vt quidam ſint maiores, quidam minores, alij valuaſsini, de quibus in cap. 1. qui feud. da. poſ. Nam vt idem ait Bal. quanto magis feudum per infeudationem diſgraditur, tanto magis nomine diminuitur. Et ad id quod in oppoſitum adducitur, quod vaſſallus ſi vtile quod habet dominium in feudo ſubfeudari poſsit, omne ius ſuum in alium tranſferre intelligitur, ita vt nihil iam retineat, & ita ſuperfluos eſſe gradus huiuſmodi: & ſi quidpiam retinere diceretur, abſurdum inſurgeret, nempe vtile dominium vtilis dominij & ſeruitus ſeruitutis: Reſpondet Bal. ibidem, hoc in principum fauorem introductum eſſe, qui directum habent dominium. Quanquam enim vaſſalus vaſſalli non ſit eorum vaſſallus [teſte Specul. tit. de feud. §. quoniam. verſic. 14.] hoc certè verum eſt, niſi in ſubſidium. Et ideo eſt ſtatutum, vt nō liceat alium ſubfeudare, niſi qui ſeruire poſsit domino, iuxta eius conditionem & nobilitatem. [d. c. 1. §. ex eadem lege. de le. Conr.

Tres gradus vaſſallorum, maiores, minores, valuaſini.

Hanc autem ſubfeudationem licitam eſſe copioſe ac doctè oſtēdit Old. con. 159. ex prętenti themate. col. 2. verſ. circa ſecūdum. Quod tamen [ſecundum Bald. in c. admonet. extra. de renuntiat.] verum eſſe intelligendum eſt, ſi infeudatio fuerit facta peræquè idoneæ perſonæ ac erat vaſſallus, ita vt domini cōditio deterior non fiat, [c. 1. §. ex ea lege, de leg. Cor.] vnde eccleſiæ infeudare non poteſt nec conuentui, nec iis qui manus mortuæ appellatione veniunt, quæ nunquam eſſe deſinunt. [c. 1. de feu. alien. & not. in l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.]

¶ Eóque ſolido.

HVius rei rationem expreſsimus in ſuperiori gloſſemate. Diximus enim infeudationem fieri non poſſe niſi iiſdem pactis ac conditionibus quibus tenebatur vaſſallus, ita enim naturaliter ordinatam contractus materiam docet Bal. [in c. 1. §. rurſus. in 1. col. de contr. inueſt.] vbi ait ſi miles qui feudum accepit, illud alteri cō ceſſerit, & morte prioris vaſſalli, qui ſine hærede deceſsit, feudum domino apertum

fit: tum eo caſu conſtat ius illius qui accepit, ſecundi quippe vaſſalli, reſolui cum omni incremẽto. in quam rem facit quod idem not. in c.1.in 1.not. de alien. feu. vbi docet ſi pars feudi alienata ſit, etiam ſine domini voluntate, vt ſane licuit, iſta tamen poteſtas reſtringitur pro tẽpore quo duraturũ eſt feudum apud vaſſallum. Ea ſiquidem poteſtas eſt certis finibus limitata, & ideo rem limitatam non egreditur [l.pie patrui.C.de leg.l.qui tabernas.ff.de contra.empt.] tum & dici ſolet: reſoluto iure dantis reſolui quoque accipientis ius [l.lex vectigali fundo.de pig.] Ita ad propoſitum cum feudum aperitur domino vt puta cum per ſucceſsionẽ collateralem debetur rachatus domino [vt j. de obuẽt. feud. §. 9.] eo ſanè caſu ex toto feudo ius rachatus ſibi vendicabit dominus, & non ex duabus tãtum partibus, quę penes vaſſallum remanſerunt. Et idem quoque iudicandum eſt in caſu ſeq. §. vbi feudum ad libellum vel precarium conceſſum eſt.

ARTICLE SOIXANTEDEVXIESME.

Item, Que le vaſſal peult bailler à rente entierement, tout ſon fief: en retenant à luy la foy & hõmage. Et pour ce ne ſera deu aucun proffit feodal audict ſeigneur. Neantmoins ſi ledict fief tumbe en proffit, ledict ſeigneur exploitera tout. Sera toutesfois ledict vaſſal tenu garendir le preneur.

§. DECIMVSSEPTIMVS.

Vaſſallo feudum ſuum omne ad libellum & emphyteuſim, ſeu annuum reditum alij concedere, retento ſibi fidelitatis pręſtandæ onere ius eſto, nec vllę ob eam cauſam debebuntur laudimiæ. At ſi contigerit feudum domino aperiri, ille ſolido feudo fruetur. Sed cui facta fuerit huiuſmodi cõceſsio, à vaſſallo ſeruabitur indemnis.

SVprà prox. §. dictum eſt ſubfeudationem tertiæ partis permiſſam eſſe. hoc autem, terminatur illa vetus quęſtio, qua tãdiu inter feudiſtas altercatum eſt, an liceret vaſſallo alij feudum concedere ad libellum vel emphyteuſim, ſeu, quod apud nos vulgo fieri ſolet, ad annuum reditum. Qua in quæſtione id ante ſciendum eſt, conceſsionem ad libellum eſſe, quando feudatarius ſeu vaſſallus feudum ſuum, ſeu vtile dominium, quod in eo habet, alij cõcedit in perpetuum, vel ad tempus, ſub certa annua penſione præſtanda. [declarãt Bald. & cæteri feudiſtæ, in c.1. §. ſimiliter. ver. aut ſi libellario nomine. quibus mod. feud. amit. etiam obiter not. in c.1. §. donare. qual. ol. feud. pot. alien.] Et licet in hoc conueniat cõtractus emphyteuticus cum contractu libellario, & contractu precariæ, quòd ij nimirum actus contineant cõceſsionem alicuius rei immobilis pro certa annua penſione ſeu reditu annuo. In hoc tamen differunt, quia contractus libellarius tãtùm dicitur fieri ſuper re feudali, quãdo ſcilicet vaſſallus, qui dominus vtilis eſt, feudũ ſuum vel illius partem alij concedit ſub annua penſione, qui ideo libellarius dicitur, quòd fiat per libellũ ſeu breuem ſcripturam. [vt declarant feud. in d. verſ. aut ſi libellario.] Emphyteuſis autem dicitur quando directus dominus vtile dominium rei ſuæ alicui concedit ſub annua penſione. [l. 1. C. de iur. emphyt.] Contractus autem precariæ, quando emphyteuta vtile dominium quod habet in re emphyteutica, ad certum tempus vel in perpetuum ſub certa ac annua penſione concedit. [vt docet Bald. in loco citato. & glo. in c. vlt. extra. de precar.] Qui contractus ideo precaria appelatur, quod ad preces alicuius fiat, qui iure ciuili incognitus erat. Nam & ea precariæ appellatio prorſus eſt barbara, vt ibidem teſtatur Abb. At vis contractus non fuit iuriſcõſultis incognita, quando ſcilicet emphyteuta nouum facit ſubemphyteutam, id eſt quando ius quod habet ipſe emphyteuta in re emphyteutica, alij ſub penſione annua concedit. Quæ ſpecies contractus permiſſáne ſit, tu planè videris per Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua. q. 125. Alb. & Iaſ. in l. 3. col. 38. ver. ſecundo quæro. C. de iur. emph. Immo. & cæteri Cano. in c. potuit. extr. de loc.] Verùm, quod ad rem pertinet, an vaſſallo permiſſa ſit conceſsio feudi ſeu iuris vtilis quod in feudo habet, ad annuũ reditum quæ fit per viam contractus libellarij, vel in emphyteuſim: doct. ferè in id cõueniunt, vt permiſſa non

Contractus libellarius.

Contractus precariæ.

ſit, cum datio in emphyteuſim ſit alienatio[vt in auth.de non alien.§.alienationis. & l.vlt.c.de reb. alien. non alien. facit c.1. §. donare ibi. libellario nomine. qual. ol. feu.al. pot. & ita ſenſit Spe. in cit.§. nunc aliqua. ver.125.& ſcrib.in l.3. de iu.emph. C.Bal.in l.volũtas C.de fideic.& in auth. niſi rogati.col.3.C.ad Trebel. Bal.Alu.ar. Præpo.& alij,in c.imperialem.in princ.de proh.feud.alien.per Feder. Quod & procedere ait Bal.etſi pacto conueniſſet vt vtile dominium non tranſiret. Quod idem confirmat in c.1.§. præterea. de cap. Corr. &Cur.Inn.in 2.q.pr.4.par.prin.ſui tract. de feud.num.91. Veruntamen Ioan.Fab. in §.adeo.col.2.inſt.loc.cõtrariam ſententiam veriorem conſtanter adfirmat. hac fretus ratione, quòd vaſſallus poſsit feudum ſuum alteri ſubfeudare ſine conſenſu domini, vt ſuprà in prox.§. oſtẽdimus, ergo & eodẽ modo in emphyteuſim, quia non magis ille alienare cenſendus eſt, qui dat in emphyteuſim, quàm ille qui dat in feudum, cum vtroque modo dicatur vtilis dominij fieri tranſlatio.l.1.§.qui in perpetuum.cum ibi not.ff.ſi ag. vect.vel emphyt.] Quod tamen fundamentum non ſatis mihi tutũ videtur, quia cũ quis ſubfeudat.per ſimilem cõtractus ſpeciẽ quæ permiſſa eſt, cõtrahit, ideo in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus.[l.in rem.§. item quæcunq;. ff.de rei vend.] Item quia cùm ſubfeudat id cum ſimili conditione ac qualitate facit,quę erat in prima infeudatione,alias non valeret.[vt plenè diſputauimus.ſ.prox.§.] Secus vbi alienatio fit per aliam ſpeciem contractus, vt hoc caſu vbi res feudalis efficitur emphyteutica,& dicitur naturã feudi amittere. Quicquid autem ſit de iure,adfirmat tamen Io.Fab. ſuam opinionem vbiq; locorum vſu obſeruari. Quod & fatetur Io.Rayn.in d.c. imperialem.quam &hac conſuetudine cõ firmatam videmus.

An amiſſo feudo reſoluta cenſeatur libellatio.

Secundo quæri poteſt:ſi feudum ad dominum reuertatur puta per feloniam, denegationém ve aliquam vaſſalli erga dominum, qui antea ipſum feudum ſeu illius partem libellauit, vt ei per hanc conſuetudinẽ licuit,an eo caſu reſoluta cẽſea tur libellatio? Et videbatur reſolutã eſſe ex vulgata reg. cuius nuper meminimus reſoluto iure dantis,ius quoq; accipientis reſolui[l.lex vectigali.ff.de pign.tex.in c. 1.§.rurſus.quib.mod.feu.amitt.] Faciunt & eæ duæ cõſtitutiones quibus ſtatuitur ſubfeudationes ſeu conceſsiones ad libellum in præiudiciũ domini fieri non poſſe, & in caſum aperturæ feudi domino totum feudum aperiri.Bal porro in cit.§.rurſus.ſuper hac dubitatione ait contra hunc iuris rigorem poſſe libellario conſuli, videlicet ſi priori domino ſeruitia præſtare paratus ſit, &ab eo feudum tenere[c.1.§.ſi vero.qual.ol.feu.pot.alien.] At Alu.eod. in loco nõ putat iſtud procedere, cum iure feudorũ huiuſmodi contractus ſit prohibitus, vt ſuprà diximus. Ideóque ab eo tempore quo illa libellatio facta fuerit, feudum domino apertum fuiſſe intelligitur[c.1. quid iu. ſi poſt. alien. gl. in §. hoc quoque. de ſucceſ.feu.]Et ſane ſi priorem ſequamur opinionem eorum qui exiſtimant iſtos contractus qualis eſt feudi datio in emphyteuſim, ſeu libellationem, omnino prohibitos, proculdubio Aluaroti ſentẽtia verior erit. At cum ſuprà retulerimus Ioã. Fab. opinionem omni vſu ac conſuetudine adprobatam, tam generali quàm hac noſtra ſpeciali, vt hic conſtat, Bal. ſententiam omnino ſequendam arbitror.vt etiam confirmat Præpo. in d. §.rurſus.

An vaſſallo tertiam partem feudi cõcedere liceat.

Eſt & poſtremo dubitatum an etiam vaſſallo tertiam partem feudi ſui in cenſum concedere liceat. Qua in quæſtione id imprimis ſciendum eſt nos hic non agere de cenſu qualiter in iure accipitur, ſed de cenſu conſuetudinario qui ius eſt dominicale quod laudimias & releuamenta perinde atque feudum importat. vt conſtabit in ex.tit.de cenſ.Et breuiter concludendum exiſtimo feuda in cenſum his rationibus concedi non poſſe. Nam quod ſupra diximus ſubfeudationes & conceſſiones ad libellum hac conſuetudine permiſſas, hoc eam habet rationem,quia non alteratur nec extinguitur feudi natura, nec illius immutatur origo[c.1.§. ex eadẽ lege. de leg. Corr.] tum & quia per eãdem omnino contractus ſpeciem, huiuſmodi fit infeudatio, vt inquit Bal. in auth. niſi rogati.C.ad trebell.& ideo in habentibus ſymbolũ(vt ait)facilis eſt tranſitus.Tum quia nec vaſſallo licet feudi originem immutare[c.1.de ſucceſſ.feu.] Tum ſubfeudatio nihil aliud eſt quàm feudi in feudũ tranſlatio. At omnino diuerſum obtinet vbi de feudo in cenſum fit tranſlatio. Eſt enim cenſus aliud à feudo, éſtque diuerſa omnino contractus ſpecies. Quod vel ex eo neceſſario cõſtat,quod feudum & cen-

ſus inuicē concurrere non poſsint, ſintq; incompatibilia. vt ſ. tit. prox. §. 2. Quo fit vt vaſſallus feudū in cenſum transferens, dupliciter peccet cōtra dominum. Primo quia feudi naturā interuertit, originémq; mutat, quod ei non licet [d.c. 1. de ſuc. feu.] Secundo, eam rem conſtat re ipſa ac conſilio in domini fraudē fieri. Prēterea quod omnem tranſlationem contra feudi naturam factam prohibitam eſſe certum eſt iure feudorum. [tex. in d.c. 1. §. ex eadem lege. de le. Corr. & gl. in c. imperialem. §. beneficium. ſi de feu. fu. contr. int. dom. & agn.] Nam hinc manifeſta vaſſalli fraus apparet quod quoties prædia à vaſſallo in cenſum conceſſa venderentur, aut alia ex cauſa alienarentur, cōtingeret dominum laudimiis ac rachatibus ſibi debitis imma turè defraudari, cum illas ſibi applicaret vaſſallus. Quod erat cōtra diſpoſitionem iuris cōmunis, quo omnino prohibitum erat vaſſallo conditionem domini deteriorem facere: etiam in caſu permiſſo alienationis. Nam & hoc & præced. §. conſtitutū eſt in ſubfeudatione ſeu ad libellum cōceſsione, qui liciti ac permiſsi ſunt contractus, iura vtilia domino reſeruata eſſe. Nam & his caſibus laudimiæ & rachatus & quæ dicūtur releuia, ad dominum pertinent, & non ad vaſſallum ſeu priorem emphyteutam. [vt nominatim diffiniunt Spec. in d. §. nunc aliqua. queſt. 105. & 126. poſt Azo. in ſumma. de iu. emphyt. & Io. Fab. in l. 3. in pr. C. de iu. emph. & Iaſ. in eodem loco. quæſt. 6. & 8. in 12. & 13. col.]

ARTICLE SOIXANTETROISIESME.

Item, Que les diſmes deuement infeodées accouſtumées eſtre poſſedées par gens laiz, ſont alienables, & ſe peuuent vendre & aliener, hypothequer & præſcrire, & la cognoiſſance en appartient aux iuges ſeculiers, comme choſes patrimoniales.

§. DECIMVS OCTAVVS.

Decimæ ritè infeudatæ per laicos poſsideri ſolitæ alienabiles ſunto. Ideóque & vendi, & alienari, & hypothecari & præſcribi poſſunt. Super his quoque notio ad ſeculares iudices, perinde atque ſuper rebus patrimonialibus pertinet.

Laicos eſſe decimarum incapaces nec eas poſſidere poſſe.

HAec conſuetudo etſi mihi ſemper æqua viſa ſit, ſi tamen ius canonicum ſequamur, nulla ſui parte conſtabit. Nam quod in primis poſſeſsionē decimarum laicis permittit, id ius canonicum quàm maximè damnat quo laicus cenſetur eſſe decimæ incapax. c. [quanuis. extra. de decim. c. cauſam quæ. extra. de præſcript.] Secundo, quod hîc conſtitutum eſt decimas vendi atque alienari poſſe. iſtud ex diametro pugnat cum diſpoſitione iuris canonici, [in c. prohibemus. de deci. extr.] Vnde Ioan. Fab. inſt. de rer. diuiſ. ſub fi. pr. ait ſibi videri eum qui omnibus bonis ſuis laicum donaſſet, non cēſeri decimas donaſſe quæ per ſolam tranſlationem acquiri non ſolent, ſecus ſi eccleſiæ, cui acquiri poſſent, [in §. loca. inſt. de empt.]

Decimas rē non ſpiritualem eſſe.

Tertio, quod in tex. ſubiungitur, hypothecam decimę permiſſam, hoc & cum canoniſtarum ſententia pugnat, qui exiſtimant (ſed falſò, meo iudicio) decimas rem planè ſpiritualē eſſe, ideo per laicum poſſideri non poſſe, [per iura ſuprà alleg. & nominatim Specul. tit. de pig. Cuius meminit Ioan. Fab. inſt. de vſuf. §. item finitur. & in §. item ſeruiana. de act. & l. ſi momento. C. quæ res pig. oblig. poſſ.]

Quarto, in permiſſa decimarum præſcriptione diſcrepat hæc conſuetudo à iure canonico, quo cōſtat decimas nullo tēpore prēſcribi poſſe. [tex. in c. cauſam quę. de præſcript.] Quod vel hinc neceſſariò colligitur, quod eas poſsideri à laicis non poſſe diximus, igitur nec præſcribi, cum ſine poſſeſsione res præſcribi nulla ratione poſsit. [l. ſine poſſeſsione. C. de præſcr. & reg. ſine poſſeſsione. de reg. iur. in 6.]

Poſtremo, quòd ſub finem huius conſtitutionis ſtatuitur, notionem ac iuriſdictionem decimarum ad iudices laicos pertinere, eſt contra expreſſam deciſ. cl. diſpendioſam. extr. de iud. vbi expreſsim diffinitur cauſam decimalem, tanquam cauſam pure ſpiritualem, ad forum eccleſiaſticum pertinere, ſicut & de cauſa matrimonij conſtat.

Veruntamen existimo ego hanc nostram consuetudinem omnino validam, iuridicam, ac vt rationabilem, esse perpetuo sequendam etiam in foro conscientiæ, duobus potissimum ductus argumentis. Primo, quia hîc agit consuetudo de decimis debitè ac legitimè infeudatis, nempe ante concilium Lateranense, & sic de his quæ erant iam quæsitæ & effectæ è patrimonio laicorum, quod tolli à laicis etiam quocunque concilio non potuit. [c. nouit. & quæ ibi not. extra. de iud.] Quinimo si rectè perpenderis statutum Lateranensis concilij, de decimis in posterum in laicos non infeudādis, videtur approbare & retinere infeudationes iā factas, quas etiam tollere non potuit: lex siquidem ad præterita non solet extendi, sed futura tantùm complectitur. [l. cum lex. vbi glos. & doct. ff. de leg. l. leges. C. eo. l. diu. C. de nat. lib. Canonist. in c. cum apostolica. extr. de his quæ fiunt in præ.] Vnde hodie non mirum est secundum Abb. & But. in d. c. cū apostol. si videamus plerosq; laicos decimas possidere, quas ab antiquo ante cōcilium Lateranense habuerūt. Ideo tanquam eorum patrimonium & vendi & alienari, hypothecari, præscribíque possunt. [vt testis est Ioan. Fab. in d. §. item seruiana. inst. de act. in versic. quid de feudo.] Quare & in consequentiam de his cognoscet iudex laicus tanquam de feudo, cuius notio omni iure ad eos quoque spectat, etiamsi illud ad ecclesiam pertineret, & de his inter personas ecclesiasticas controuerteretur. [c. nouit. & c. cæterum. extra. de iudi. c. ex transmissa. & c. verum. extra. de fo. comp.] Quare cum vt dixi, tempore Lateranensis concilij eæ decimæ laicis cōcessæ pro prophanis haberentur, ac in laicorum patrimonium, non potuit quicquam super his statui à Lateranensi concilio in laicorum præiudicium, inspecto nimirum præsenti rei statu quo latum est illud concilium, [iuxta l. inter stipulātem. §. sacram. ff. de verb. oblig.]. Et quod ad iurisdictionem pertinet, cùm decimæ laicorum sint, ad iudices quoq; laicos forū pertinere intelligitur. vt in simili traditur de iure patronatus, quod assumit mutátque naturam, secundum qualitatem personarum in quas transfertur. [casus in c. vnico sub fi. de iu. pat. in 6.] Et hæc sane fortissimum est argumētum, quo facile patet respōsum ad cætera omnia quæ in cōtrarium obiici solēt etiam de Lateranensi cōcilio.

Altera autem nec minus vrgens huius consuetudinis ratio, quod non temere dixerimus etiam laicos posse indistinctè decimas possidere, sicut & econuerso hodie videmus ecclesiam feuda possidere, & iurisdictiones temporales, & pene totū laicorum patrimonium absorbuisse, etiam contra diuinam legem: si eam à cauillo canonistarū defendere tuto possemus. Nam vt habetur Num. 18. Dixit Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et paulo post subditur: Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione cōtenti, quas in vsus eorū & necessaria separaui. Quinetiam & alio loco id sanxit dominus in c. 18. Deutero. quod ita exorditur. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum Israel, quia sacrificia domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessionibus fratrum suorum: Dominus enim ipse est hæreditas eorum. Ex quibus satis cōstat præceptum diuinum de persoluendis decimis sacerdotibus & Leuitis, purū & simplex non fuisse, sed ex duobus compositum: altero nimirum affirmatiuo, & altero negatiuo: vt scilicet decimas possideant illi, & vt nihil præter decimas possideāt. Cum itaque hodie ecclesia etiam contra diuinum præceptum legémque humanam, [de qua in c. 1. post princ. de alie. feu. & l. 3. C. de iu. emph.] Feuda, emphyteuses, iurisdictiones temporales cæteráque ad laicos omnino pertinentia possideant, non video qua ratione laicos ab huiusmodi decimis arceant. Cui sane rationi nusquam vidi à quoquam è canonistis & huius farinę hominibus congruum datum responsum quod mihi aliqua in parte satisfecerit. Adducūt illi in rub. de dec. illud vnicum: decimas domino tuo non tardabis offerre, quo laicos scilicet pelliciant ad ocyus exoluenda ecclesię iura. At illis responsurus essem, si per hæc tempora liceret: En tibi decimæ debitæ præter quas tu nihil è patrimonio quo me fraudarunt maiores habiturus es: ex precepto diuino suprà tradito. Minantur interim si paulo tardatum sit in iure suo exoluendo, fulminationes, censuras, pœnas, & cætera huiusmodi ec-

cleſiaſtica tormenta: & nonnunquã, quod dolendum eſt, minas ſuas executioni mandant temerè, non ſine horribili religionis confuſione, magnóq; animarum diſpendio. Cæterùm, veteres illos decimarum ritus conſtat noua lege à legiſlatore Chriſto Opt. Max. lata abrogatos eſſe, ſublatáſq; ceremonias. [vt etiam teſtãtur Imm. & Abb. in c. vlt. extr. de conſuet. Butr. in c. parochianos. extr. de dec. tex. eſt in c. vl. ver. his itaque. vbi gl. fing. 6. diſtin. vide Pont. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. vbi etiam Immo. col. 8. & idem col. vlt. & Aret. in l. 3. ff. de teſta. Iaſ. in l. qui ſe patris. col. 5. C. vnde lib. Alex. con. 13. attẽtis his. col. 5. Præterea præcepta iudicialia veteris teſtamenti. Barb. con. 39. clementiſsimi dei. col. 2. lib. 2.] Sed hæc ſanctè ac piè accepta velim, neque eo animo à me dicta quis autumet, vt quicquam eccleſiæ veræ detraham.

An ex diuturna poſſeſſione probẽtur decimæ legitimè infeudatæ.

Verùm, vt eò nos vnde paulo diuertimus, reuertamur, cùm hîc agatur de decimis debitè in laicos infeudatis, vtpote ante Lateranenſe concilium: dubitari hinc poteſt an non ſufficiat ad legitimæ huius infeudationis probationem, tanti temporis diuturna poſſeſsio. Nam & concilium Laterañ. factum anno ſalut. 1179. teſtatur Ioan. Andr. Butr. & Imm. in d. cum apoſtolica. Qua in quæſtione tres extitere ſententiæ. Prima fuit Hoſtien. in d. c. cum apoſtolica. exiſtimantis neceſſariam eſſe tituli probationem, nec ſufficere quantũuis diuturni tẽporis poſſeſsionem, etiam cuius initij memoria non extet. [per c. ad decimas. extr. de reſtit. ſpol. in 6. & c. cum eccleſia. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.] Cuius rei ea videri poteſt eſſe ratio, quod laicis interdictam eſſe decimarum poſſeſsionem in confeſſo eſt apud Canon. At ſine poſſeſsione non intelligi poteſt præſcriptio. [reg. ſine poſſeſsione. de reg. iur. in 6.] Nam ea detentio laicorum ſterilis eſt, nec vim poſſeſsionis habet, nec tituli. [Abb. in d. c. cum apoſtolicam. ſub fi. poſt Ioan. Andr. in c. 3. de præb. in 6.] Secunda fuit opinio Ioan. And. in d. c. cum apoſtolica. quæ alia ſane fuit quàm referat Abb. vt docet Iaſ. in con. 156. Abſolui alias. vol. 2. qui eo in loco, reprobãdo ſuprà relatam Hoſtien. opinionem, per c. 1. de præſcript. in 6. ſenſit quod ſi laicus vt vaſſallus aliquam decimam vt infeudatam poſſederit tanto tempore cuius initij memoria non extet, iſtud ſatis eſt ad probandum eas decimas ante Laterañ. concilium infeudatas fuiſſe, ita vt ex ea temporis vetuſtate præſumantur licito tempore acquiſitæ. Tertia opinio ea eſt quã refert Abb. in eodem loco, vt ea in re duo concurrere debeant. primum laicum decimas iſtas tẽpore immemoriali poſſediſſe tanquã vaſſallum. Secundo, vt communi fama eum ita poſſediſſe feratur ante Laterañ. concilium. Verùm hæc nullum mihi rationis prætextum habere videtur. vnde ſecunda ſententia Ioan. Andr. mihi magis placet. vt ſcilicet ſatis ſit laicos eas decimas tanto tempore poſſediſſe, cuius initij memoria non extet. Quare eam diuturnam poſſeſſionem allegando, & aliquem ſimplicem titulum, ea decimarũ conceſsio ante concilium Laterañ. facta præſumetur. Quã etiam ſententiam adprobarunt Butr. & Imm. in cit. loco. Quam tamen intelligit ibi Card. non vt ex ea re cenſeatur cauſata præſcriptio, cum decimæ à laicis poſsideri prohibeantur, & in conſequentiam præſcribi [d. c. cauſam. de præſ.] ſed quia præſumptiuè dicitur apparere de conceſſione ante Lateraneñ. concilij tempus [per ea quæ notatur in L. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & l. ſi certis annis. C. de pact. & in c. peruenit. per illum tex. extr. de cenſ. Quam etiam op. firmat Alex. con. 6. viſo themate. num. 5. volum. 1. & Barb. con. 35. ſapienter. vol. 2.]

Lateraneñ. concilium an. 1179.

Cæterum quia materia iſta decimarum frequẽs eſt apud nos, tres in eam haud dudum agitatas dubitationes referre operæpretium erit. Prima eſt: an conſuetudo quæ in archidiaconatu & caſtellania Bleſeñ. viget, vt pro decima, tredecima tãtum fructuum pars ſoluatur, valeat ac tuta ſit in foro conſcientiæ? & videtur quod non [vt eſt expreſſa Deciſ. gl. & Innoc. c. cæterorum. Canon. in c. in aliquibus. extra. de decim.] quia dicunt hanc conſuetudinem citra culpam mortalis (ſi diis placet) peccati ſeruari non poſſe: & ideo non valere, niſi à Romano pont. approbata eſſet. quia cum vt ſupra oſtendimus iure diuino debeatur, nihil ſupra poteſt conſuetudo. Et ea eſt cõmunis canon. ſententia quicquid comminiſcantur theologi, quorũ opinionem refert Ioan. And. in c. 2. de decim. Sed certè exiſtimarim ego concludendum in ea dubitatione qua quærirur an decimæ præſcribi poſsint vt totæ quidem ac integræ decimæ non poſsint omnino præſcribi; at quota earum pars, preſcribi poterit.

Aliud quippe eſt totũ & aliud certa pars ſeu quarta [l.qui ſolidum.in pr.de leg.2.l. ſi in rem.ſub fi. ff. de rei vend. ita in ſimili argumentatur Bal.in c.ad hoc.de pac. iur. fir. col.3. Quod & ſentire videtur Hoſtieñ. ob tolerantiam romani pontif. & aliorum prælatorum qui id ſciunt & patiuntur.] Quod etiam firmatur (ſi confirmationem iſtam æquo animo feramus) auctoritate magiſtri ſententiarum (cuius meminit gl.in c.1.de decim.in 6.) quod decima in quantum eſt quota (vt illius verbis vtar) ſit moralis, in quantum autem eſt tota, ſit myſtica ac ſpiritualis: ita vt ſufficiat quid dari pro decima, vt finge cẽteſimam, vel vlteriorem partem. Quinetiam ſenſit Hoſtieñ.in c. cum à nobis. eo. tit. id apud theologos in confeſſo eſſe, vt in locis in quibus moris non eſt decimas ſolui, eũ qui minime ſoluerit à culpa immunem eſſe, quaſi ex tolerãtia ac patientia papæ id cum illis diſpenſatum videatur.] Vide quid ſuper ea re tradat Butr.in c.parochianos. de decim. Et Abb.in cit.c. in aliquibus. [Porro Hoſtieñ.elegãter hãc dubitationem excutiens in ſumma præd. tit.de deci.verſ.& vtrum præſcribi poſsit. in 7. quæſt.multa in huius conſuetudinis confirmationem adducit. Ac illud imprimis, in decimarum perceptione omnino obſeruandum eſſe vſum. [c.commiſſum. §.1.eod. tit. facit & d.c. dilecti. ibi. de quibus conſueuerunt decimas percipere. & eo.tit.c.cum ſint homines & c.ſeq. Eſt & expreſſus tex. in d.c. in aliquibus. & in c. nuper.eod.tit.] Nec vt ille ſentit mirandũ eſt ſi conſuetudo tantæ ſit authoritatis, quia etiam illa eadem clericos ad continentiam adſtringit [c. placuit.32. diſtin.] ipſósque electionis incapaces reddit [c. cum olim.extr.de cler.coniug.] Item & in baptiſmate ſolet attendi conſuetudo. [c. de trina. de conſecra. diſtin.3.] Tum & in matrimonio cõſuetudo perſonas alioqui illegitimas & inhabiles, legitimas reddit [vt docet idem Hoſtieñ. in ſumma tit. de cogn.leg.§.quis ſit effectus.ver. effectus.] Et quod in decimis perpetuo ſit attẽdẽda conſuetudo tenet Specul. eo. tit. de dec. ſub fi.& Abb.in c.ex parte.2.extr.tit. Et licet illi dicant id verum eſſe, ſi illa ad probata fuerit, hoc ita accipiendum eſt, ſiue expreſſa ſit ad probatio, ſiue tacita, vt pote quia ſcit & patitur: quod pro expreſſa ad probatione habendum eſt. [l.1.vbi glo. C.de remiſ.pig.l. ſi ſeruus communis.vbi Accur.de donat.int.vir.& vx.& l.qui patitur.ff. mand. Vide Gui. Pa.quæſt. 284. An conſuetudo. in deciſ. delph. & Boher. in §.12.de conſuet.præd.in comment conſuet.Bitur.]

Digna ſcilicet magiſtro ſentẽtiarum ſententia.

Varia conſuetudinis virtus.

Secundò, in dubitationem cadere poteſt, an etiam conſuetudine induci poſsit, vt ex certis rerum ſpeciebus nullæ decimę perſoluantur, puta ex animalibus terreſtribus, vel ex lana. Et hoc fieri non poſſe omnino negant Canon.in cit. c.peruenit. & c. in aliquibus. Sed iſtud nihil aliud eſt quàm toto ore priuatis ſacerdotum commodis inhiare. Nam & contraria ſententia, & iuſtior & receptior eſt, quam & confirmatam obſeruamus Regio edicto Phil. Pulchri. quod hodie ab eius nomine Philippinam conſtitutionẽ appellant. Quare & in his quoque rebus attendendam eſſe exiſtimo vſum atque conſuetudinem legitimè præſcriptam ex ſcientia & patientia Rom. Pont. & prælatorum. [gloſ.in c. cum ſint homines.in verb.ad conſuetudinem.extra.de decim. Specul.in.cit.§.1.ſub fi.de decim. & Abb.in.d.c. ex parte 2. eodem titul. & nominatim confirmat Paul. Caſt.conſ.363. Aliâs eſt con.236. circa primum quæſitum. verſic. ſnper ſecundo dubio.in ſecunda parte veterum conſ.] & ita memini me cauſa viciſſe contra quendam abbatem, decimas nouas ac ſolui non ſolitas à plebe extorquentem.

Philipina conſtitutio.

Tertiò, quęſitum eſt quid iuris ſtatuendum ſit in quadam lite orta inter curionem parœciæ Melunenſis & ſuos parœcianos. Rectores enim qui ante eum extiterant, propterea quòd ibidem monachus quidam (quem Corbinum vocant) illius eccleſiæ ſe primitiuum curatum aſſereret, eóque prætextu decimas integrè percipere, nulla aut certè tam exigua portione ſuo vicario relicta, vt inde cõmodè ſe ſuſtentari nõ poſſet: in ſepulturis defunctorum, ſiquidẽ nobiles eſſent, equum quem equitaret dominus dum ſuperſtes eſſet, tũ & illius lectum: ſin & plebeij, veſtem quã geſtare ſolitus eſſet dominus: item & à nubentibus paropſidem conuiualẽ vſurpare ſoliti erant: & id in conſuetudinem iam abierat. Factum eſt vt cum parœciani ea denegarent iura rectori vt non debita, ab eo in ius vocati ſunt, ſuámq; cauſam duabus potiſsimum defendebat rationibus. Nimirum cõſuetudinem laudabilem adducens ex pia deuotione parœcialiũ multis ante temporibus inductam etiam ſu-

pra quadraginta annos, vnde eandem in futurum obſeruari continuariq; poſtulabat. [iuxta c. ad apoſtolicam. extra. de ſymo. quem text. in hanc rem expendit Bart. in auth. priuilegia. C. de ſacroſ. eccl.] inquiens hanc tanti temporis conſuetudinem huiuſmodi præſtationi prębere firmitatem. Secundo dicebat idem, illa iura in locum legitimarum decimarum quę ſibi debebantur, ſed cuidam alij, vt puta priori ſoluebantur, eſſe ſubrogata. Cùm itaque non haberet vnde viueret, vt curæ onera ferret, dignum videri oſtendebat, vt qui plebi ſuæ ſpiritualia miniſtraret, ab eadem temporalia & ad vitam neceſſaria miniſtrarentur. [c. eccleſias. verb. item apoſtolus. 13. q. 1. & c. ſi epiſcopus. de off. ord. in 6. vnde allegabat paręciales ſuos ad hoc fore cogendos ſaltem officio iudicis. per c. ex parte. extra. de cenſ. Quod & cõfirmat Hoſt. Butr. & Abb. in cit. c. ad apoſtolicam.] Verùm, cum à cõtrariis ſtarem partibus, ac paręcianorum ſuſcepiſſem patrocinium in eorũ cauſæ defenſionem adducebam, primo, conſuetudinem iſtam magis corruptelam cenſeri quàm conſuetudinem, vt ſcilicet quid propter humani cadaueris ſepulturam, exigatur, ita vt nõnihil ſymoniæ ſubeſſet. [text. in c. non ſatis. ſub fin. cum ſeq. c. fuam. & c. ſicut pro certo. extra. de ſymo.] maximè cùm ea res nõ deuotionem aliquam ſeu oblationem deo ſignificet, ſed priuatam curati ſeu vicarij vtilitatem concernat, ideo eam à iure improbata [c. 1. & c. Iacobus. de ſymo. & c. ſi quis obiecerit. 1. quæſ. 3.] Nec obſt. d. c. ad apoſtolicam. cum ſecundum Innoc. ibi ſtatuatur tantum compeſcendos eos eſſe, qui mala mente alios ſollicitant ne quid in vſus eccleſiaſticos erogent: non quòd illic ſtatuatur huiuſmodi conſuetudinem omnino ſeruandam. [d. c. non ſatis.] Et q parochi ad hoc minimè compelli poſſent, eo colligebam argumento. Nam aut illi volentes aut coacti præſtitere iura quæ nunc ſibi arrogat curatus. Si ab his inuitis extorſerit, hæc ſuperueniens conſuetudo prorſus inutilis habebitur, vt quæ violentum ac ſymoniacum habuerit initium, & contra ius naturalis libertatis, quo fit vt pręſcribi nullo tempore potuerit, nec in legitimam conſuetudinem abire. quoniã vt dicunt Theologi, è lege mortis & damnabili inualuit. [c. ſicut, & c. vlt. de ſymonia. & cap. vlt. extrauag. de conſuet. & c. vlt. extra. de præſcript.] Quòd ſi ea conſuetudo à ſpontanea liberalitate, voluntariáq; præſtatione exordium ſumpſerit, debet omnis ceſſare coactio, ita vt quod liberaliter ac ſponte ante erogarunt parochi, nunc ad id pręſtandum inuiti cõpelli non debeant, nec in futurum. [arg. l. ſi certis annis. C. de pac.] Nempe quòd ex his quæ meræ ſunt voluntatis & ex pura liberalitate proficiſcuntur, non poteſt vllo tempore induci præſcriptio, nec conſuetudo, ſeu in futurum obligatio. [no. in l. cum de in rem verſo. de vſur. ff. vbi videto Bart. nominatim, & in l. ſolent. §. non verò. ff. de off. procon. & ibi Accur. faciũt quæ not. in l. 1. & 2. C. quæ ſit lon. conſ. & in l. 1. C. de ſeruit. & aq. & quæ eo loco tradit Cy. fa. Innoc. in c. bonę. 2. extra. de poſtul. prælat. & quæ not. Io Andr. in c. cum Ioannes. extr. de cler. coniug.] Qua ſanè cauſa vici ego, & meritò, meo iudicio. Nã & eam ſententiam confirmarunt duo iuris lumina Pau. Caſt. in d. con. 363. in prin. vbi eleganter deducit quinque requiſita, ad hoc vt aliqua præſtatio liberalis tranſeat in conſuetudinem, & obligationis neceſsitatem. Item Pont. in con. 344. in caſu propoſitæ conſultationis. Licet nihil Chaſſa. puduerit in Paulum tantum patrem temeraria honoris affectatione inuehi, inquiens mordaciter illum non ſatis tutæ fuiſſe ſententiæ ac doctrinæ ſolidæ in ſuis conſiliis. Quod tradit in tit. des droictz apartenans à gens mariez. §. 6. in ver. ſur la moitié des heritages. Sed ille ſentiat mortuus quod viuus ſentire non potuit. Modeſtius enim cum eo agere placet quàm fecerit cum Paulo.

Quæ ſponte ac ex liberalitate proficiſcuntur, præſcriptione ſeu conſuetudine acquiri non poſſe.

ARTICLE SOIXANTEQVATRIESME.

Souffrance equipolle à foy faite tant qu'elle dure.

§. DECIMVSNONVS.

Precarium fidei (quandiu conſtat) fidei factæ æquipollet.

HVius precarij fidei ſeu inducia-
rum, quæ ad fidem præſtãdam
patrono à vaſſallis impetrari
ſolent (quæ vulgo ſufferentia
appellatur) duæ ſunt ſpecies. Quædam
enim tacita quædam expreſſa. Tacita ſuf-
ferentia dicitur, cum dominus poſt lapſa
tempora petendæ inueſtituturæ, quæ ſta-
tuta habes ſ.eod.§. 9.patitur vaſſallum vti
frui feudo ſuo, nec in illud manus iniicit,
cum tamẽ in eius eſſet poteſtate illud ſai-
ſire,ſuóſque fructus facere. vt ſ.tit.proxi.
§.6.& 7.& j.de obuent.feud.§.1.Pendente
itaque illa domini ſufferentia, id eſt quo-
uſque dominus feudum ſuum ſaiſiuerit,
certũ eſt vaſſallum ſui feudi fructus ſuos
facere, nec domino acquiri, licet ei aper-
tum ſit feudum ob non petitam inueſtitu
ram. Hinc vulgari prouerbio apud Gallos
iactari ſolet: Tant que le ſeigneur dort, le
vaſſal veille. Nam iſtud eſt expeditũ hoc
iure noſtro municipali, vt ſ. oſtendimus
in §.1.prox. titul. tempus à iure communi
feudorum introductum ad petendam inu-
eſtituram (quod erat anni vnius & diei,
vel anni & menſis, iuxta diſtinctionem
c. 1. quo temp. mil.) locum hodie non ha-
bere, nec in conſequentiam pœnam quæ
in non petentem intra id tempus inueſti-
turam, prodita erat. Hodie quippe arcta-
tum tempus & eadem ratione temperata
pœna. Expreſſa autem ſufferẽtia eſt, cum
dominus inducias ſiue dilationem vaſſal-
lo ad fidelitatem ſibi præſtãdam indulget,
quàm vel per ętatem, aut aliud legitimum
impedimentum præſtare intra tempus ſta
tutum à conſuetudine non licuit. De qua
hîc agimus. & ſ.eo.in §.13.& ſeq.

Et quidem rurſus eius expreſſæ ſuffe-
rentiæ duo eſſe genera ſubalterna, vt Lo-
gicis dicitur, conſtat. Quædam quippe eſt
neceſſaria, ad quã ſcilicet dominus etiam
inuitus adſtringitur. Nimirum vbi vaſ-
ſallus eſſet impubes, vel alio legitimo im-
pedimento occupatus, vel valetudine ad-
uerſa laboraret. Altera autem voluntaria
eſt, cum ſcilicet dominus vaſſallo dilatio-
nem vltrò ad fidem ſibi præſtandam nul-
lo coactus iure indulget. Et vtriuſque hu-
ius dilationis tam neceſſariæ quàm volun
tariæ par, atque idem eſt effectus, vt ſcili-
cet donec illa pendet, conquieſcere debeat
domini officium, ita vt vaſſallo ſuo perin-
de ſuperſedẽdum ſit acſi re ipſa fuiſſet illi
præſtita fidelitas, vt hic ſtatuitur, & in
duobus illis §§. ſuprà citatis, quod & iuri
communi conforme eſt. [l.ſiue pars. C.de
dila.& c.ſignificaſti.ext.de appel.] Quod
intellige rebus ſic ſe habentibus, ac durãte
dilatione. [per l.quod ſeruus. vbi Bart. de
cond.ob cau.ff.] Nempe noua feudi aper-
tura ſuperueniente, poterit dominus ex
illa noua cauſa feudũ ſaiſire non obſtante
dilatione ab illo conceſſa. Ea enim ad il-
lum nouum caſum ſuperuenientem, de
quo nec actum nec cogitatum fuerat, ex-
tendi non debet. Sicut & in ſtipulationi-
bus, promiſsionibus, reiuendicationibus,
& cæteris ſimilibus actibus dicitur, vt ſci-
licet ius de nouo emergens de quo ne co-
gitatum quidem fuerat incluſum in illis
non intelligatur, [not.in d.l. quod ſeruus.
& plenius in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.
de verb. oblig.] Vnde fit vt ſi duabus ſo-
roribus conceſſæ ſint inducię ad fidem fa-
ciendam in tempus nuptiarum, & alte-
ram interim decedere contigerit, ex cuius
ſuperueniente morte contigit noua feudi
apertura, ac nouus rachatus domino ac-
quiſitus, ſanè obtinuit eas inducias petẽ-
dæ inueſtituræ, ad hoc nouum ius racha-
tus non extendi. [In quam rem videtur
opt.tex.in l.quę cum tutoribus.ff.de trãſ-
act.] Idem quoque iudicandum cenſeo, ſi
ex falſa cauſa vel ſubreptitia conceſſa ſit
dilatio. Siquidem eo caſu pro nulla haben
dam eſſe dilationem ſubreptitiam exiſti-
mo, ac poſſe dominum iure ſuo vti, feu-
dúmque ſaiſire.

Dominum cogi ſufferẽtiã impube-ribus præſta-re.

Cæterùm, & in hac conſtitutione duo
in dubitationem cadere poſſunt. Primũ,
An tutoribus curatoribúſque, & cæteris
rerum alienarum adminiſtratoribus vt
ſunt ciuitatum ſcabini, hanc, quam vulgo
dicimus, ſufferentiam concedere poſsint.
Et reſpondendum putarim, id eis ſanè li-
cere, cum in his rebus quibus ſunt præpo-
ſiſiti habere intelligantur generale man-
datũ cum libera. [l.mãdato generali. iũcta
gl.ff.de procurat.] quinimo & loco domi-
norum habentur. [l.interdum.2.§.qui tu-
telam.ff.de fur.& ita vulgus interpretum
cenſuit in l.præſes. C.de tranſact. Bart. &
poſt eum Modern. in l.qui Romæ.§. calli-
machus.ff.de verb.oblig.] hoc maximè cõ
ſiderato, quod dilatio plenum non pariat
præiudicium. Et ea apud me indubitata
reſidet ſententia.

Tutores & curatores hanc ſufferẽ-tiam conce-dere poſſe.

Eſt & ſecundò dubitatum: ſi dominus
feudi ante ſufferentiam iſtam conceſſam
feudum inter manus ſuas ſaiſitum tene-
bat, An ſufferentiæ tempore lapſo, prima

manus iniectio seu saisina duret. An vero intercidat per concessionem illius sufferentiæ? Qua in quæstione id concludendum existimo vt per hanc sufferentiam post saisinam concessam, non auferatur sed differatur tantum saisinæ effectus. Ita vt quandiu durat illa dilatio, saisinæ pendeat vis. At vbi illa *finita* est, tempúsque induciarum datum expirauit, res in eum recidit statū in quo prius erat antequam esset concessa dilatio. [arg.l. puto.2.resp. ff. de postul. & ita sensit Innoc. in c. cum bonæ extra. de æta. & qualit. ordin.] Et hoc est regulare in suspēsione ad tempus, alio facto opus non esse. vt finge, si quis officio suo suspensus ac priuatus sit intra annum, constat anno elapso eum ad officium redire ipso iure posse absque alio nouo facto: nec indiget absolutione is qui cum intra tempus sub suspensionem sacerdotij aliquid soluere damnatus erat, satisfecerit [vt est gl.fol. in cl.1. de deci. in ver.donec. vbi allegatur Inno. authoritas in d.c.cū bonæ. & Alex. in addit.ad Bart. in l. vlt.ff. de pœn.] Ita ad propositum si cui concessa sit sufferētia certi temporis, si intra illud nō satisfecerit, eo elapso noua saisina opus non est, quia ipso facto res reincidit in pristinum statum: quādoquidem per illam dilationem intermediam, ius prioris saisinæ extinctum non est, sed tantum elisum seu suspensum pro tempore dilationis [per ea quę not. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Et vide quę in simili annotauimus ſ. de sta. perſ. §. 2. in ver. iam post hac.]

ARTICLE SOIXANTE CINQIESME.

Fief & iustice n'ont rien commun ensemble.

§. VIGESIMVS.

Nihil commune habet feudum cum iurisdictione.

SCiendum est ante omnia duos ad hanc constitutionem dari posse intellectus, ac vtrumque verum & notatu dignū. Quod ad primum pertinet prǽmittēdum est tria esse quæ iure feudorum antiquis dominis competebant. Primum horum est iurisdictio ordinaria, quam habebat dominus erga vassallum respectu causæ ad feudum pertinentis. [Abb. & Aret. in c. cæterum extra. de iudic.] Quod hinc probari ostendunt quod ea iurisdictio à lege dominis conceditur [c.1. §. imperialem. de prohib. feud. alien. per Fed. & in d.c. cęterum. & c. nouit. extr. de iudic. c. verum de for. compet. tex. in c.1. an apud iud. vel cur. do. & c. vnic. de contr. feud. Innoc. in c. verum. sub princ. & in c. cum in ecclesiarū. & c. quanto. extr. de offi. ord. tex. iuncta glo. in l. & quia. in princ. ff. de iurisd. o. iud.]

Iurisdictionem ordinariam ad dominos cōmuni iure feudorū olim pertinuisse.

Secundò, hanc iurisdictionem duo habere specialia. Primum iurisdictionem iudicis ordinarij eo respectu olim excludebat, adeo vt ex parte ordinarij preuentio locum non haberet. Eo quod huiusmodi iurisdictio quam habet dominus intuitu causæ ad feudum pertinentis, venit priuatiuè ad iurisdictionem ordinariam [vt patet ex c. cęterū. & quę eo loco not. Immo. in 1. not. & c. extransmissa. ext. de fo. compet.] Et rationem huius rei reddidit But. in d.c. cæterum, quod isto casu iurisdictio respectu certæ rei data fuit non respectu territorij. Alioqui enim preuētioni locus fuisset [per id quod habetur in d.c. cum ab ecclesiarum & in c. pastoralis. de offi. ordin. extra.] Secundum speciale est vt feudatarius seu quiuis alius eam non possit absq; cōsensu domini prorogare, [vt plene ostendit Bart. & post eum moder. in l. 1. §. & post operis. sub fi. ff. de nou. oper. nuntiat. & Bal. in l.1. col.2. C. si à non cōp. iud.] Præterea hoc etiam iure communi obseruatum erat, vt hæc iurisdictio domino feudi competeret non solùm in prima instātia, sed & in causa appellationis. Veruntamen ista iurisdictio antiquo feudorum iure competens hodie tam iure nostro municipali quàm generali Gallorum consuetudine penitus sublata est, ac abrogata, secundum primum intellectum, qui apud me probatissimus est: ita vt hodie domini feudorum super causis feudalibus inter suos vassallos minimè cognoscant. nec itidem Pares curiæ inter dominū & vassallū. Veruntamen non me fugit apud plærasque gentes etiam Galliæ, vt Turones, Andes, & Cenomanos, id etiam obseruari hodie, vt qui feudum habeat, iurisdictio eidem competat. Quæ tamen iuris-

Hanc dominorum iurisdictionē, ordinariā olim excluſiſſe.

dictio nec vllam quidē veteris imaginem seu similitudinē præse fert. In quo etiam sensu potest hæc consuetudo nostra accipi, vt nihil cōmune habeat feudum cum iurisdictione: vt scilicet qui feudum habet, non propterea iurisdictionem habere intelligatur, eo quòd nihil commune habeat proprietas feudi, cum proprietate iurisdictionis. [vt tradit Bal. in l. à procuratore. C. mand.] Et ita hodie si reperiatur iurisdictio annexa feudo, istud ex natura feudi non esse censebimus, nec vt pars feudi illa habebitur, sed vt qualitas quædam accedens, quæ inest territorio: sicut familiariter fingi potest in vino quod est est acidum, acutum, seu mucidum, vt inquit Bal. [in l. data opera. in prædicamento situs. C. qui acc. non pos.] Qui etiā [in c. adhæc. col. 3. de pa. iur. firm. & seru.] comparat cum nebula super paludē orta, quam generari quidem constat non ex sola paludis humiditate, sed & per actiuam solis potentiam. Ita & iurisdictio nisi aliunde quæratur, feudo ex sola illius natura minime inesse intelligetur.

Secundus item intellectus peræquè est notatu dignus atque primus. Siquidem vasallus in castro vel territorio feudali iurisdictionem habeat, non propterea censetur iurisdictionem suam à patrono suo, vt domino feudi, tenere, sicut castrum vel territorium ipsum cui inheret iurisdictio. Et ita solent hunc §. intelligere practici nostri. In cuius intellectus confirmationem induco primum decis. Delph. quæst. 518. ressortus secundum communem. vbi in simili decidit, quod fidelitas & ressortus nihil habent commune, vnde inconueniēs non foret castrum aliquod ab vno teneri domino, & nihilominus appellationes à iudice castri interpositas, introduci seu (quod aiunt) ressortiri in casu appellationis, coram alio iudice: eo quod feudum sine ressortu esse possit, & ecōuerso ressortus sine feudo. Et quo plenius hunc persequamur intellectum, quoniam probatior est apud praticos, plurimum ad illius declarationem faciunt quæ tradidit Old. de Pon. con. 121. Ad primam quæstionem. quæs. 1. quæ refert. Bal in c. 1. col. 4. & duabus seq. de capita. qui curi. vendi. Quo in loco disputat ille an miles recognoscens feudum in castrum ab aliquo, videatur eo ipso territorium recognoscere ac territorij iurisdictionem. Et in partem ad firmatiuam ea adduci solent. Primo quod castrū & territorium quiddam totum intra certos fines cōstituunt [l. pupillus §. territorium. ff. de verb. signif.] vnde hoc totum in vnum & idem collectum diuerso iure censeri non debet. [l. eum qui ædes. ff. de vsucap.] ne scilicet pars illius libera esse, & altera seruire intelligatur [vt. ff. de li. cau. l. duobus. & l. iudicatæ. sub pr. ff. de re iud.] Secundo, territorium castro subiacet [arg. l. qui ex vico. ff. ad munic. & l. nulli. C. de epis. & cler. l. insulæ. ff. de iudic.] Qui igitur castrum recognoscit, id omne recognoscere intelligitur quod castro subiacet [l. patet. ff. de adopt. Facit in arg. l. 1. in 1. resp. C. de pecul. eius qui lib.] Tertio, communis est & trita ea iuris regula, qua dici solet, accessoriū suum sequi principale [l. si vt certo. §. vsque adeo. ff. commod. l. cuicunque. §. pen. ff. de instit. & l. idémque. §. papinianus. ff. mand.] At constat territorium se ad castrum habere per modū accessorij ad principale. Quod vel ex eo constat quòd qui præficitur vni præficitur & alteri [c. si quis episcoporum 16. quæst. 6. & c. possessio territorij] Quarto, nemo dubitat quin territorium castri immediatè ipsi castro coniunctū sit. Nihil quippe in medio consistit quod eorum vnionem impediat. Ideo totum domino seruire intelligitur [l. qui fella. §. vlt. ff. de seruit. rust. præd.] ergo recognito principali, videlicet castro, & cōnexum quoque atque coniunctum recognitum intelligetur. [l. creditor. §. vlt. ff. de act. emp. & l. si mercedem. §. 1. eod. tit. l. prædiis. §. baluca. & §. seq. de leg. 3.] Quod & manifesta similitudine ostendit Old. Nam si Imperator vrbem commisit præfecto vrbis, nihil (quod appareat) de territorio loquutus, lex tamen arguit quod etiam territorium præfecto vrbis videatur commissum [l. 1. §. in initio. in ver. cum vrbem. ff. de offic. præf. vrb. per quem tex. Cug. eo in loco. & Bal. ac cæteri. in l. 1. post Bart. ibidem. ff. de iurisd. omn. iud. diffiniunt, quod concesso castro vel territorio, concessa videatur iurisdictio.] Quinto, iurisdictio castri & territorij in se vna est & incorporalis, & in consequens indiuidua [l. stipulationes non diuidūtur in pr. ff. de verb. oblig. & l. vna est via. de seruit. rust. præd.] Ergo recognitio castri & concessio iurisdictionis, non est circa partem sed potius circa ipsum totum tam in castro quàm in territorio [l. si stillicidij. §. vlt. ff. quemad. ser. amit. l. si eo loco. §. vl. si seru. vend.] Sexto

Qui præfectus est vrbi censetur & vrbis territorio præfectus.

An qui feudum ab aliquo recognoscit idem & iurisdict. recognoscere intelligatur.

appellatione feudi & caſtri, contineri poteſt & iuriſdictio, [Innoc. in cit. c. extra. literis. de iu. patro.] Ita vt qui generaliter caſtrum cognoſcat, cenſeatur & iuriſdictionem agnoſcere [l. vlt. C. de promiſſ. l. ſi ſine. §. interrogatus. ff. de interrog. act. & l. cum quidam. de trit. ol. & vin. leg.] Poſtremo vt ſemel rem concludamus caſus eſt in l. 1. §. in initio. ff. de offi. præf. vrb. & in l. poſtliminij. ibi. antequam in præſidium deducatur. ff. de capt. & poſtl. reuer.

At in contrariam ſententiã quæ magis Old. placuit, vt ſcilicet qui caſtrũ recognoſcit, nõ videatur territoriũ recognoſcere, ſicut in caſu noſtræ conſuetudinis, qui caſtrum in feudum recognoſcit, non intelligatur illius iuriſdictionem recognoſcere, adduci poſſunt quinque argumenta. Horum primum eſt, quòd caſtrum & territorium diuerſa ſint nomina, ſicut feudum & iuriſdictio. Quæ appellationum diuerſitas, diuerſitatem quoque in ſubſtantia oſtendit. [l. ſi idem. C. de codicil. cui adde. c. ad audientiam. extra. de decim.] vnde in recognitione ſi vnius facta ſit mentio, non veniet alterum. [l. Lucius. §. collegio. de leg. 3. arg. l. quicquid adſtringendæ. de verb. oblig.] Secundò, in vocabulorum interpretatione inter cætera vſum ac communem loquendi formam attendendam eſſe conſtat. [l. legatis. §. vlt. & l. nummis. §. vlt. de leg. 3. l. anniculus. de verb. ſignif. l. ſi ita. de manu. teſt. ff. c. ex literis. de verb. ſignif.] At certo certius eſt ex communi loquendi vſu caſtrum pro eo tantùm accipi quod muro cingitur. Territorium verò quod extra muros eſt. Sicut & vulgari idiomate noſtro feudum domanium appellamus, iuriſdictionem autem quę domanio cohęret iuſtitiam dicimus. Vnde ſub vnius recognitione alterum non veniet [l. 2. & l. vt Alphenus. de verb. ſignif.] Tertio, ſicut ſe habet territorium caſtri ad caſtrum, ſic ſe habet iuriſdictio territorij feudalis, ad feudum, vt & dioceſis ad ciuitatem. At certiſsimum eſt ciuitatis appellatione, dioceſim minime cõtineri, in actibus præſertim odioſis, & qui reſtrictionem accipiunt. Qualia ſunt reſcripta ad lites & ſacerdotia. [c. Rodulphus. extr. de reſcript. & in c. quanuis. §. quanquam. de reſcrip. in 6.] Quarto in actibus denotantibus trãſlationem iuris de vno in aliud acceſſorium, ſuo principali non omnino cohærens, & quod ab eo diuidi poteſt, non venit illud in trãſlationem principalis [l. quoties. ff. de cõrah. emp. l. antepe. de pec. leg. l. 2. §. 1. ff. de fund. inſt. & l. vlt. de ſupell. leg.] At nemo dubitat territorium à caſtro diuidi poſſe. [l. ſi quis duas. §. 1. ff. comm. præd. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de leg. 1,] atque vnum ab altero loco & qualitate ſecerni [l. ſi prędium. C. de præd. milit.] Quinto, videtur iſtud expreſſum in c. ego Ludouicus. 63. diſtinc. vbi gl. hanc quæſtionem mouet. Facit l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. 10. C. vbi adiacentia rei donatæ non cedunt in donationem vel conceſsionem, niſi de integro ſtatu dictum ſit, & cum omni iure ſuo, ſuiſque depeñ. & c. Tum & is qui prędium vendit cum ſolum fontem excipit, id quod circa fontem eſt excipere non intelligitur, niſi de eo expreſſe conuenerit. [l. qui duo prædia. de ſeruit. ruſ. præd.]

Et hãc ſententiam his confirmatam rationibus ſequutus eſt Oldr. vt veriorem, niſi cõmunis loquendi vſus, aut exterior aliquis actus aliam induceret. His itaque rationibus idem quoque in noſtra conſuetudine iudicandum eſt, vt ſcilicet feudum & iuriſdictio nihil cõmune habeant, cùm iuriſdictio quædam ſit accidentalis qualitas, quæ à feudo adeſſe & abeſſe poteſt, citra illius corruptionem, vt logice loquar, Bal. in l. data opera, in prædicamento ſitus. C. qui accuſ. non poſſ. quo loco poſtquam doctè deſcripſit iuriſdictionem ius eſſe mixtum perſonarum & rerum, ſubinde quærit, an iuriſdictiones, ſeruitutes, & cætera iura, ſint ſubſtantiæ, an qualitatis. concluditque ſeruitutes videri accidentales eſſe qualitates, iuriſdictionem verò, prout reſpectu territorij conſideratur, realem quandam qualitatem territorij cenſeri ſeparabilem tamen, cum poſsit per principem ab eo territorio ſeparari, atque etiam in aliud trãsferri. Quare negabat ille iuriſdictiones in bonis noſtris, nec extra bona intelligi, ſicut nec cæteras ſeruitutes. [l. 1. ff. de vſufr. leg.] Quæ res tamen hodie apud nos non procederet. Gallorum enim moribus iuriſdictiones in patrimonio habentur, vt pluribus oſtendimus ſupràin rubr. de iuriſdic. iudic. comit. vnde indicta cauſa à principe iure auferri non poſſent tanquam res patrimoniales, quæ etiam in commercium hominum cadere & vendi, emi, conducíque poſſunt. [iuxta l. vlt. vbi Moder. C. ſi contr. ius. vel. vtil. pub.] Imo & fortius ſenſit idẽ Bal. [in c. 1. §. econtrario. de inueſt. de reb.

Iuriſdictiones non eſſe in bonis noſtris nec extra bona.

al.fac.]nedum iuriſdictionem à caſtro ſeu territororio ſeparari poſſe,ſed quidem eſſe vtrunque per ſe ſeparatum. Quis enim neſcit caſtrum ad vnum pertinere poſſe, & iuriſdictionem illius ad alterum. [arg. eorum quæ not. Imm.in c. dilecto. extra. de appella.] Neque enim aliquid commune habet proprietas feudorum, cum proprietate iuriſdictionis, vt ſuprà diximus. Quinimo[vt docet Bart.in l.1.ſub fi.ff.de iuriſ.omn.iud.] territorium eſſe poteſt ſine iuriſdictione,& iuriſdictio ſine territorio. Dicere tamen poſſumus cum Bal. [in l. vlt. vbi & apud quem.in integ. reſt.] iuriſdictionem cohærere territorio, nō quidē actiuè, ſed bene in magiſtratu. & id eſt quod vult Bart. in d.l.1.de iuriſd. om.iud. Bene autem dicitur iuriſdictionem cohærere territorio paſsiuè, quod ipſe Baldus declarat, iuriſdictionem ineſſe territorio tanquam in re, ſed in iudice tanquam in perſona. Aut quod ille idem magis appoſite[in l.1.§.in initio.ff. de offic.præf. vrb.] Iuriſdictio formaliter & actiue eſſe dicitur in magiſtratu ius dicente,ſed materialiter & paſsiuè in ſubditis. Ratione autem ſitus ſeu ſub prædicamento vbi, ineſſe dicitur territorio, quia territorio terminatur. In quam rem extat & eiuſdem erudita ratiocinatio quam ipſe philoſophice iuxtà ac iuridice facit, in cap.1.§.ad hæc.de pac.iur.fir. & ſer. Vnde idem dicebat Bal. in c.1.§.econtrario.de inueſt. de re alie.fac. quod ſi vaſſallus iuriſdictionem acquiſiuerit ſuo caſtro, ipſi quidem caſtro adiungitur, accreſcitque: at ei ineſſe non dicemus. Itaque illa iuriſdictio acquiſita non eodem iure cenſebitur quoad feudum & feudi iura, quo ipſum caſtrum. ita vt propter illam acquiſitionem non teneatur vaſſallus antiquum dominum à quo feudum tenet agnoſcere, nec illi feudi iura ſoluere aut fidelitatem præſtare. Nempe quod augmentum iſtud alterius naturæ ſit ac qualitatis, atq; ipſum feudum: quare feudo non cedit, [per d. §. ex contrario. vbi Bal. Alua. Præpo. & cæteri feudiſtæ.] Et iſtud eſt quod ſibi vult iſta conſuetudo, qua dicitur feudum cum iuriſdictione nihil commune habere. Quam rem & vſu haud dudum eueniſſe memini. Nam cùm caſtrum Chiuerniaci (quod à nobilibus Huraldis ciuibus noſtris tenebatur in feudum à domina Cormeraij) neq; vllam iuriſdictionem neque territorium haberet, illuſtriſsima Francorum Regina Claudia Bleſiorum comes, illi caſtro totam Chiuerniaci paroeciam pro territorio aſsignauit, ac in eiſdem caſtro & paroecia merum mixtúmque imperium conceſsit cum omnimoda iuriſdictione domino Rodulpho Huraldo Francię & Bleſiorum generali. Ex huius conſuetudinis diſpoſitione, iuriſdictio hæc caſtro nō cedit nec in augmentum venit, ſed nec illam agnoſcere tenetur dictus Huraldus à domina Cormeraij. Sed à dicta Regina concedente, ratione ſui comitatus Bleſeñ. Nō me tamen præterit aliud cenſendum eſſe vbi ab antiquo caſtrum & iuriſdictio ſimul & ſub eadem fidelitate comprehenſa & recognita fuiſſent. Tunc enim ceſſare exiſtimo huius conſuetudinis diſpoſitionem, quæ intellgenda venit vbi ex nouo titulo ſeu ex noua acquiſitione iuriſdictio vnita ac coniuncta fuiſſet cum feudo, aut de ea re dubitaretur. At non item vbi conſtaret ſimul ac eodem tempore & feudum & iuriſdictionem conceſſa, vt puta per ante factas inueſtituras, aut per dinumeramenta. Quo caſu ſuccedit illa indubitata iuris regula, quod de vno dicitur, de altero quoque dici, ob mutuam vtriuſque coniunctionem, de qua meminit tex.in c.tranſlato.extr.de conſtitut. Quo fit vt ea iuriſdictio omnino cēſeri debeat ex dependentiis & pertinentiis (vt vulgaribus his verbis vtar) ipſius caſtri, veluti acceſſorium ſui principalis. Qua ratione ſi iuriſdictio cohæret loco, tranſit cum vniuerſitate: & ideo vendito caſtro videtur & vendita iuriſdictio caſtro cohærens, [Bartolus in l. inter eos. ff. de rerum diuiſione. vbi Alexand. in apoſtil. & tractat Innocen. & cæteri Canoniſtæ in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.] Et ratio eſt, quia quæcunque alteri rei adiacēt adiunctáue ſunt, loco adiectionis cedere certum eſt. [l.in rem.§.ſi quis. & §.quæcunq;. ff. de rei vend. text. in l. ſed etſi ex meis.§. proculus.ff. de acq.rer. domin. facit optimè tex.in l.ſeq.] Quinetiā & ea mihi placet ſententia exiſtimantium ſicubi in aliquo caſtro vel territorio reperitur iuriſdictio, in dubio preſumitur territorio cohærere. [ita ſenſit Bart.in d.l.inter eos.] Et ita territorium & iuriſdictio non debent diuerſo iure cenſeri. [arg.l. eum qui ædes.ff. de vſuca.c.quia circa.de priuileg.] Verùm ſi iuuat perfectam huius rei cognitionem habere, videto omnino Bal. in cit.c.1. col. 5.in ver.conſidera.de capitan.qui cur. vē-

Territorium ſine iuriſdictione eſſe poteſt & e conuerſo.

di. vbi eleganter docet quod quædam ſe habẽt ſicut pars in toto, vt duo in decem. & tunc diſpoſitio totius, omnes ſuas partes includit.[l.ſi vnus.§.quum decem.ff.de pact.& l.poſt deciſionẽ.C.de furt.]Quædam verò ſe habent ſicut pars circa totũ, vt quod ex alluuione eſt fundo adiectum, niſi eſſent agri limitati.[l.in agris.ff.de acqui.rer.dom.] Quidam ſe habent vt continens & contentum, & tunc ſubdiſtingui ſolet:aut ſignificatio continentis ſumitur ex contento,aut per ſe.Primo caſu continetur contentum nomine continẽtis. Vnde cui ciuitatis alicuius mandata eſt prouincia, cenſetur etiam ciuibus ipſis præfectus.At vbi contentum per ſe ſumitur,id quod continetur continentis appellatione nõ venit:quemadmodum qui ſaccum promiſerit,non intelliget ur farinam conceſsiſſe,nec econuerſo.Separata quippe eſt vtriuſque & continentis & contenti ſignificatio. [l.qui ſaccum. ff. de furt.] Sunt & alia quæ ſe inuicem habent vt cõnectens & connexum. Et tum ſiquidem connexum eſt mobile,vtique minimè cõtinebitur, niſi actus ſit fauorabilis & res mobilis ei ſit perpetuo deſtinata, vel niſi verborum ſignificatio ipſam rem mobilem comprehendat, vel niſi rei immobilis pars reputetur.[l.debitor. ff. de pignor. l. quemadmodũ. de agric. & cenſ.lib.11.C.] Porro,immobile connexum ſemper continetur.[l.ſed addes.§. ſi quis mulierum.ff. loca.]Hinc fit quod ſi ex ſtatuto vel conſuetudine territorium eſt aſsignatum vel deputatum caſtro: tũc quia tale ſtatutum vel conſuetudo legem imponit,quę neceſsitatem inducit, qui caſtrum recognoſcit, & territorium ſeu iuriſdictionem illi cohærẽtem recognoſcere intelligitur. [vt in auth.quib.mod.nat. effic.ſui.§.ſi quis igitur ex qualibet.colla.7. Bartol.in l.vlt.de vend. rerum.fiſc.lib.10. C.& l.Lucius.ad ſi.ad municip. Facit & quod not.in l.Antiochienſium.de priuil. credit.] Aut verò non accedit vrgẽte neceſsitate, ſed ita demum ſi exprimatur,& tunc non continetur, niſi apponãtur aliqua verba quæ ampliatum(vt ita loquar)habeant ſignificatum. [vt l. ſi quando. de bon. vaca.lib.10. C.& l.ſed ſi quid.§.proprietatis.ff.de vſufru.]Et ex his declaratum habes duplicem huius conſtitutionis intellectum, vtrũq; ſanè meo iudicio verum ac ſingularem.

Verùm & ad huius §.interpretationem apprime pertinet vulgata illa in iure quęſtio:An cum princeps vel dominus alius à principe alicui caſtrum concedit, videatur illud cum ſua curia ac iuriſdictione concedere?[hanc primus ex his quos legerim excuſsit Oldr.de pont.con.252. Ad quæſtionem. Deinde Bart. & omnes moder. in l.1.ad ſi.ff. de iuriſd. om. iud. Idem in l. ſi quando.1.ad ſi.de bo.vac.lib.11.C.poſtmodum reliqua ſcribentium turba in l. 1. §.cum vrbem.aliâs,in initio.ff.de off.pręf. vrb.tum & pluribus aliis in locis,quos ſedulo congeſsit Alex. de Immo. in l.1. de iuriſd. omn. iud. & Fely. in c. quod ſedes. extra.de offic. ordina. & in c. ſedes. in pr. de reſcrip.] Ad huius autem quæſtionis diffinitionem præmittenda erant quę nuper ſatis prolixè deduximus, de patrimonio duplici principis,& quomodo alienari non poteſt, ſed illinc repetentur. Quod ad ſummam rei ſpectat id pro vera atque indubitata regula eſt conſtituendum, vt ſi princeps ciuitatem aliquã vel caſtrum, quod ſit è ſui fiſci patrimonio, ſeu è ſacro (quod aiunt) ſuæ coronæ domanio, cupiam conceſſerit,neque proprietatem,neque iuriſdictionem nec iura quæ illi cohęrent in accipientem tranſire. Siquidem iſtud patrimonium & iuriſdictio illi cohærens, ſunt ſacræ coronæ, & ideo, vt dicunt,in marſupio principis non ſunt.Nec proinde vllam vrbem vænalem habet,[vt eleganter inquit Bal. in cit. c. intellecto] niſi vt antea diximus fieret per viam infeudationis, ei qui de principe eſſet benemeritus, vel ſingulare aliquod in remp. contuliſſet beneficium, idque ad meriti æquiualentiã, reſeruato interim ipſi principi iure feudi, ac ſuperioritatis. Quo caſu vnà etiam trãſit omne merum & mixtum imperium, omníſque iuriſdictio rei donatæ cohærens: Idque ratione priuilegij principis quod latiſsime venit interpretandum, per iura atque rationes quas adducit Oldr. de Pon. con. 252. Et hoc quoad patrimonium principis, quod eſt coronæ ſeu fiſci. Priuatum verò illius patrimonium [vt ait Luc. de penn. in l.quicunque. 2.de om. ag. deſer.]alienabile eſt [l.apud Iulianum.§. vlt. de leg. 1.]cum in eo vtatur princeps iure priuati. Alioqui periniquum videretur ſi ea libertas quæ cuilibet priuato in adminiſtratione rei ſuæ familiaris competit, eadem & principi non competat. Ex quibus inferre licet patrimonium iſtud priuatum principis, tum & reliqua inferiorum à principe,quę

An caſtro conceſſo cenſeatur & eius iuriſdictio conceſſa.

Principẽ vænales vrbes non habere.

Priuatũ principis patrimonium eſſe alienabile.

de coronæ apennagio non ſunt, ſi vtique illa in alium per viam tituli oneroſi tranſferantur, nulla facta mentione iuriſdictionis, nullum omnino imperium cum re ipſa transferri, niſi pretij quantitas ſeu magnitudo aliud ſuaderet. [arg.l. cum in fundo. §. vxor. de iure. dotium.] Sin autem titulo lucratiuo transferantur tunc vnà cum re ipſa donata videatur tranſire merum imperium rei ipſi cohærens: eo q̃ principum liberalitas latiſsimè interpretanda veniat. Et iſtud eſt quod obiter attigit Old.de Pon.in cit.con.252. Et in hac re haud admodum laboro,an ea domania, ſeu ea quę ex regni appēnagio ſunt, titulo lucratiuo oneroſóue transterātur,ſed magis ita diſtinguendum crederem: vt ſiquidem conceſſum fuiſſet caſtrū,ſeu in aliud tranſlatum,nulla facta mentione ipſius iuriſdictionis, vel aliarū (vt ita loquar) pertinētiarum, tum putarem iuriſdictionem non venire, etiam ſi concedenti ipſi ratione iſtius caſtri conceſsi competeret hæc iuriſdictio: Cū caſu iſto caſtrū ipſum prout muro foſſáque cingitur cum ſuo domanio conceſſum tantum intelligatur, non autem iuriſdictio quæ eſt ius ſeparatū ab ipſo caſtro, vt ſuprà oſtendimus, & quid vniuerſale, quæ idcirco ſub vno corpore ſingulari non continetur. [inſtit. de fideicom.hęred.§.ſi quis vna.& refert.Bal.cōſ. 322.imprimis conſiderandum.volum.4.]

Caſtro cum omnibus pertinentiis & dependentiis conceſſo, cōceſſam cēſeri iuriſdictionē

Cæterum, ſi cōceſſum eſſet caſtrum cum pertinentiis ac dependentiis, tunc exiſtimo ego & iuriſdictionem, qualiſcunque illa ſit, & territorium, & omne denique illud quicquid caſtro cohæret ſub hanc generalem caſtri conceſsionem venire. Vnde & ius patronatus, & ius itē illud quod competit domino in caſtro vaſſalli, continentur,quæ cum vniuerſitate tranſire ſolent, licet ſingula per ſe tranſire non poſſint.[l.in modicis. vbi idannotat Accurſ. ff.de contrah.empt.c. ex literis. vbi Imm. Hoſtien. Ioan. And. & reliqui Canon.& in c.cum ſeculum. & c.de iure.extra.de iu. patron.] Nam & iuriſdictionem nomine pertinentiarum caſtri contineri adfirmat nominatim Bart.[in l.cum ergo.ff.de acqui.rer.dom.] idq; in ea quæſtione, An cum Baro vendit caſtrum,iuriſdictionem vendidiſſe intelligatur: quam ita diffinit, vt ſi iuriſdictio competat perſonæ,vtique minimè illa vendita intelligatur, ſin loco, tunc tranſeat. Cum in dubio illa loco cohærere videatur.

Verùm, ne te diutius ea in re teneam, mihi vnus Baldus inter cęteros videtur litem omnem iſtam diremiſſe ex doct. Inn. in c.ex literis.extr.de iu. patro. cuius meminit pluribus in locis. [vt in c.1.col.4.de capitan.qui caſt.vend.& in l.à procuratore.C.mand.& in rub. de contrah.empt.q. 9.& con.238. conſiderandum quòd iuriſdictio.] & ecce tibi vera reſolutio. Nimirum ſi caſtri conceſsio facta ſit per verba vniuerſitatem minimè importātia,vt puta ſi à caſtellano cuipiam data fuerit domus in qua forum erat, ac ſua exercebatur iuriſdictio: vel ſi donatus ſit ager, in quo ſtabant erectæ furcæ:certè his caſibus nec iuriſdictio, nec ius patronatus, quæ ſpecialem conceſsionem requirunt, minimè continebuntur, cùm iſta iura nihil ſanè cōmune habeant cum proprietate fundorum, nec eiuſdem rationis aut qualitatis illa ſint.[vt in citatis locis oppido quā egregiè oſtendit Bal. & in rubr. de rer.diuiſ.ff.col.3.verſ.ſed nónne alueus.& Old. in d.conſ. 176.] Cæterùm, ſi conceſsio per nomina ſub ſe vniuerſitatem continētia, fiat,quale eſt territoriū, & ſimilia, tū ſub hac vniuerſali conceſsione, & iuriſdictionem omnem, & ius patronatus contineri arbitror, & omnia denique alia quæ non ſolent niſi per ſpecialem conceſsionem tranſire. Et hanc quidem Bald.diſtinctionem luculēter proſequitur Pon.cō.444. An dictum caſtrum. Hoc itaque expeditum eſt in conceſsione aut alienatione alicuius rei particularis non transferri illa ſpecialia niſi nominatim exprimantur. Quanquam enim iuriſdictio cohæreat ſolo vniuerſali, id eſt territorio, non tamen cohæret ſolo ſeu certo agro alicuius priuati:quia ſignificatio poteſtatis illius non ex prædiis naſcitur, & ideo nō eſt fructus agri,ſed eſt illius poteſtatis fructus, qui vniuerſitatem fiſci, non priuatorum reſpicit, vt teſtatur Bal.in con.293. Thema integrale.in pr.vol.4. Nam non tam ridiculum quàm abſurdum eſſet, ſi ciuitas prædium aliquod cuipiam de Repub.beneme rito donaret, & à ſe iuriſdictionem ſuam, quam intra illius prædij fines habet,abdicaret. certum eſt enim iuriſdictionem eſſe vnum quiddam ac totum integrale,& indiuiſibile.vt idem ait in con.238.nuper alleg. Quibus adde aliam magis concludentem rationem, quam & idem ille affert in c.vnico.§.vlt.quib.mod.feud.amit.Siquidem iuriſdictio vt quid per ſe maius, ac-

ceſſoriè priuatum prędium non ſequitur. [c.1.de capi.qui cur.vendi. vbi etiam Barba.in addit.ad Bald.] Vnde infert ille, ſub nomine prædiorum iuriſdictionem non contineri, etiamſi conceſſa eſſet tota prædiorum latitudo: quam ſententiam illic ſequitur Aluar. Sed hæc hactenus.

ARTICLE SOIXANTESIXIESME.

Item ſi vn ſeigneur acquiert aucun fief tenu de luy, ou faict de ſon fief ſon dommaine, & par partage faict entre ſes heritiers ſon principal fief eſchet à vn de ſeſdictz heritiers, & le fief qu'il a acquis à l'vn des autres: En ce cas ledict fief acquis ſera & demourera tenu en foy & hommage du principal fief, comme il faiſoit au parauant ledict acqueſt.

ARTICLE SOIXANTESEPTIESME.

Item ſi vn ſeigneur acquiert aucun fief de luy, ou faict de ſon fief ſon dommaine, & auant que faire la foy & hommage à ſon ſeigneur dont il tient ſon principal fief, il aliene ou met hors de ſes mains ſondict fief: iceluy acqueſt demourera tenu en foy & hommage de luy, comme il eſtoit auparauant ſondict acqueſt. Mais s'il en auoit faict vne fois la foy & hommage à ſondict ſuperieur, & depuis il aliene ſondict acqueſt, iceluy acqueſt ſera d'oreſnauant tenu dudict ſeigneur ſuzerain, & non plus dudict acquereur.

§. VIGESIMVSPRIMVS.

Si dominus feudum, quod ab eo tenetur, acquirat, aut illud alienatum reſtituto emptori pretio iure feudali reuocet, de feudo ſuo domanium (quod vulgo) dicitur faciēdo, eoque ſubinde mortuo, ex diuiſione inter ſuos hæredes facta, feudum dominans vni ex his, alteri feudum ſeruiēs (quod ille viuens quæſierat) in partem obueniat: hoc caſu feudum acquiſitum dominanti feudo, vt quondam ante acquiſitionem factam, ſubſeruiet, & ab eo tenebitur.

§. VIGESIMVSSECVNDVS.

Præterea ſi dominus feudum, quod ab eo tenetur, acquirat: Aut, vti nuper dictum eſt, de ſuo feudo ſuum fecerit domanium, & priuſquam à ſuperiore domino inueſtituram acceperit, illíque fidelitatis ſacramentum præſtiterit, feudum à ſe quæſitum alienet, extráve manum ſuam ponat, feudum illud ſic primum acquiſitum, exhinc alienatum priori domino, vt olim ante acquiſitionem clientelare manebit. Atqui ſi poſt acquiſitionem ſuperiori ſuo fidelitatis ſacramentum, ob feudum à ſe quæſitum, ſemel exhibuerit, dehinc alienet, ius fidelitatis à priore domino in ſuperiorem tranſmigrabit. nec iam amplius à priore tenebitur.



Vt melius intelligatur hæc vtraque conſtitutio, in modum cuiuſdam preuiæ inſpectionis duo præſupponenda ſunt. horum primum eſt quod cauetur in §.9. ſ. de iuriſd. iud.com. Bleſ. nimirum dominum feudalem caſtellanum, cum feudum venditur, ius retentionis feudi habere, quod & iure communi feudorum cuiuis domino feudali licebat. [tex. in c. porro. qual. ol.feud.pot.alien. & illic feudiſtæ.] Alterum eſt, quod poſtquam dominus feudi ius vtile feudi acquiſiuit à vaſſallo, ſiue per viam retentionis, ſeu conſolidationis, ſiue aliquo alio ſingulari titulo, vt emptionis, donationis, vel permutationis, tale ius vtile per conſolidationem confunditur cum directo, [inſt.de vſufr.§.item finitur] Nec enim per rerum naturam fieri poteſt, vt duo correlatiua ſimul concurrant in eodem ſubiecto, ſcilicet vt quis ſit patronus feudi, & vaſſallus: ſicut & in patronatu eccleſiaſtico, quis non poteſt eſſe patronus, & preſentatus. debet ſiquidem eſſe inter preſentantem & preſentatum differentia. [c.per noſtras.extr.de iu.

patron.] Sic nec quis creditor eſſe poteſt ac idem debitor. Eo quod actio & paſsio, cum maxime ſint cõtraria, in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt[l. Vranius. ver. ſed cum duo. & l. hæres. §. ſeruo. in fi. ff. de fideiuſſori. eſt & tex. in l. qui hominem. §. ſi debitorem. in fi. ff. de ſolut.] vnde ſi quando contingat vtrumque in vnum coiri conueniríque, neceſſario ſequitur transfuſio iuris minus pleni, in id quod plenius eſt. Et propterea ſi creditor rem ſibi hypothecatam emat, ceſſat hypotheca, & cum pleno dominio confunditur[l. neque pignus. de reg. iur. l. ex ſextante. §. Latinus Largus. de exec. rei iud. & in ſpecie tenet Bal. in l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. eccl.] Item ſi creditor debitori ſuccedat, vel econtra debitor creditori, contigit debiti cõfuſio[l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolut. l. debitori tuo. C. de pact. fa. quæ cumulant moder. in l. cum filio fam. de lega. 1.] Sic igitur, vt ad propoſitum redeamus, acquiſito feudo per feudi patronum fit vtique confuſio vtilis dominij cum directo. Itaque hoc caſu non eſt proprie noui dominij acquiſitio, ſed conſolidatio vtilis cum directo: vt in emphyteuſi, vſufructu, & dote cum ſoluto matrimonio ad vxorem reuertitur. [vt pulchrè ac ſubtiliter declarat Bal. conſil. 9. Factum tale. col. 2. vol. 1.] Ex quibus videtur concludendũ quod in caſu acquiſitionis & conſolidationis ſubfeudi ad ſuum ſuperius feudum, acquiſitorem domino ſuo ſuperiori fidelitatem iurare debere, ac homagium præſtare, tam ob feudum ſuum antiquum, quàm propter ſubfeudum illi vnitum atque coniunctum. Quandoquidem velut per manus traditum eſt, rem vnitam naturam atque conditionem eius rei, cui vnitur, ſumere[l. item ſi fundi. §. huic vicinus. ff. de vſufr.] tale etenim ſubfeudi augmentũ, ex quo eſt vnitum feudo principali, id eſt ſuo capiti à quo dependebat, cenſeri debet idem cum feudo cui acceſsit[l. ſi ego. §. quod tamen. ff. de public. l. 2. C. de alluuion. l. ſi cõuenerit. §. nuda. vbi Guil. de Cug. de pig. act. ff. l. ſi fundus. in pr. ff. de pig. l. quoties. §. vlt. & l. tutorem. ff. de adm. tut. eſt & ſing. tex. in l. cum inter ſocerũ. §. cum inter. ff. de pact. dotal. Bal. in c. 1. §. præterea ducatus. in quæſt. quæ incipit. Sed quid ſi marchionibus. de prohib. feud. alien. per Fed. Guid. Pap. in deciſ. delphm. quæſt. 265. an comitatus valẽtinus. allegat ille l. prędiis. §. qui domum. & l. vxorem. §. legauerat. de leg. 3. & l. quod in rerũ. §. 1. de leg. 1.] Quod ſane in caſu noſtro indubitatum videtur, propter ſymbolum quod inuicem habẽt feudum & ſubfeudum. Et ideo hoc caſu rectè cõſtitutum eſt, vt per acquiſitionem ſubfeudi à domino feudi factam, ipſo iure vnio fieret, ſeu incorporatio vnius ad alterum, cum vnum ab altero depẽdeat. At ſecus dicendum exiſtimarem vbi acceſsio eſſet extranea, vt quia vaſſallus aliud acquiſiuiſſet feudum, quod à ſuo non tenebatur. Quia quantumcumque feudum iſtud extraneum ſuo adiungeret, vnius atque alterius non fieret vnio, ita vt feudum de nouo acquiſitum naturam eius cui adiungitur minime aſſumat [textus eſt in cap. 1. §. ſi quis. de menſo. vbi plenè feudiſtæ, Cugn. & Bartol. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. de pign. act.] Vnde concludito quod quando vaſſallus immediatus ſubfeudum quod à ſe tenebatur acquiſiuit, ſiue per contractum, ſiue per ius retentionis, ſi caſtellanus ſit, iuxta. §. 9. ſ. de iuriſd. iud. & eſt effectus dominus irreuocabilis (quod non niſi poſt annum tranſactum apud nos accidit) cogi poteſt à domino ſuo ſuperiore illud ſubfeudum quæſitum ab illo recognoſcere, vt pote vnitũ ac incorporatum cum feudo ſuo immediato, ita vt & ille teneatur ex eo amplificare dinumeramentum principalis feudi. & id ſane verum obtinet tam de iure communi, quàm de conſuetudine noſtra, quæ iſtud expreſsim diffiniuit. Quare non poterit vaſſallus ſeparatim & (vt vulgo dicitur) ad partem illud qnæſitum ſubfeudum à principali ſuo feudo tenere. Quãuis verum ſit (& ea in re eſt diligentius animaduertendum) quod aduenìente huius noſtrę conſtitutionis caſu, reſolui poſſit illa vnio, etiamſi prędita iam eſſet fidelitas ratione ipſius ſubfeudi, quia ita fert conſuetudinis lex. quæ reſoluit ipſam vnionem in caſu in hoc §. 21. expreſſo. Secus autem in caſu ſequentis. §. vbi ipſa (vt ita dicam) feudalitas ſeu ſeruitus, quæ à ſubfeudo acquiſito ante illius acquiſitionem, feudo ſuo immediatè debebatur, nõ reintegratur per alienationem ſubfeudi, quam voluntariè facit acquiſitor: vt fert expreſsim hic §. 22. & eſt optim. tex. in l. ſi quis ædes. ff. de ſeruit. vrb. præd. vbi Bald. egregiè ad propoſitum, docet ſeruitutem acquiſitione extinctam non reintegrari ex ſequenti alienatione. Quia natura ex-

Ius minus plenũ abſumi à iure pleniori.

Rem vnitam ſapere naturam eius rei cui vnitur.

tinctionis perpetuam cauſam habet. nam & vt inquit ille, inuentiones humanæ ad ſimilitudinem naturæ procedunt. Vnde, ſicut homo qui ſemel animam exhalauit ad viuos amplius non redit, ita ius feudale quo aſtringebatur ſubfeudum ſeruiens erga feudum dominans, per vnionem ſemel extinctũ, amplius reuiniſcere aut reintegrari non poteſt, licet qui acquiſierat, illud poſtea extra manũ ſuã ponat. Quæ tamen ita ſane accipe, vbi ea ſemel perfecta eſſet vnio, ac prorſus conſummata. Quod accidit cum de vtroque & feudo & ſubfeudo præſtitum eſt ſuperiori homagium à domino acquirente. Siquidem certum eſt antequam nouus acquiſitor inueſtituram à domino acceperit, illi vtique impunè ſubfeudum ſuum alienare licere. Cum ante inueſtituram non dicatur plenitudo iuris in ſubfeudo in ſuperiorem dominum tranſlata. [c.1. quid ſit inueſt. faciunt quæ not. Bal. in prælud. feud. col. 7.] Nam & ad alicuius vnionis perfectionem Canoniſt. ſuperioris authoritatem exigunt [vt refert gl. & ſcrib. in c.1. extra. ne ſed. vacan.] Vnde & iſtud in praxi noſtra inoleuit vt per acquiſitionem feudi quam à vaſſallo ſuo facit dominus feudalis, ſiue per viam emptionis aut alius cuiuſcunque cõtractus, ſiue per viam retractus feudalis (qui caſtellanis tãtum competit vt ſ. §. 9. de iurisd. iud.) nullæ domino ſuperiori debeantur laudimiæ. Quandoquidem hoc caſu noua non intelligatur acquiſitio, ſed ſola proprietatis reingratio ac reuerſio in ſuam primam naturam, primæuúmq; ſtatum in quo erat antequã dominium vtile à directo ſepararetur. Nempe quod ex proprietate & vſufructu conſtat plenum dominium ſeu plenum ius eſſe in re [vt eſt gl. ſin. in l. recte. ff. de verb. ſignif. Bart. & alij. in l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig.] Et propterea cũ vnum ab altero ſeparatur, veluti per conceſſionem in feudum, emphyteuſim, vel terragium: tũc plenum dominium in duo ſcindi dicitur, quinetiam poſſeſsio: cum apud concedentem directum tãtum dominium & ciuilis poſſeſsio remaneãt, in accipientem autem vtile dominium cum naturali poſſeſsione trãsferatur [l. & habet. §. eum qui. ff. de precar. l. interdũ. ff. de acq. poſſ. l. 1. & 3. Si ag. vectig. vel emph. ſcrib. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſeſſ.] Rurſus cum vtile dominium ad directum reuertitur, & naturalis poſſeſsio ciuili coniungitur, tũc noua fieri non dicitur acquiſitio, ſiue dominij, ſiue poſſeſsiõis: ſed res ad ſuã formã reddit, & ad ius quod lex naturæ eius, ei tribuerat [vt inquit tex. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact.] Vnde Abb. poſt Butrig. in c. cum veniſſet. in vlt. not. extr. de reſtit. ſpoliat. decidit, quod ſtante ſtatuto ex poſſeſsione de nouo acquiſita gabellam deberi, nullam ex iſtiuſmodi acquiſitione præſtandam, cum per eam non intelligatur quis nouã poſſeſsionem nanciſci, ſed potius continuare veterem ſuam ciuilem, cui ſubſeruit poſſeſsio naturalis, tanquam illius (ſi ita dicere licet) pediſſequa [l. ſi id quod. ff. de acq. poſſeſſ.] Quam tamen tam latè patentem, ac vt nimis generalem deciſionem reprehendunt moder. Senenſes in d.l. 3. §. nerua. inquientes illam tum demum procedere, ſi poſſeſsio ob diuturnam abſentiam amiſſa, poſt reuerſionem ingreſſu vel præſentia recuperetur, id eſt nulla extrinſecus accedente cauſa. Secus vbi ex nouo titulo ſeu contractu, puta per refuſionem pretij vel æſtimationis vtilis dominij & poſſeſsionis, quæ penes alium erant: tunc enim contrariam opinionem veriorem autumãt. Verum Iaſ. cui nunquam fit ſatis, Senenſium opinionem confutat in cit. §. nerua, ſed ratione meo iudicio ſatis leui ac futili. Inquit ille: ratio quare in caſu propoſito ſolui non debeat gabella, eſt, quia, vt ait, ex contractu nullo vel inutili nulla debetur gabella. Et hoc quidem verum [vt teſtatur Bart. in l. vlt. §. pen. C. comm. de leg. Bal. in l. 2. C. de eunuch. & in l. non dubiũ. C. de leg. Aug. & alij. in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell.] Verum bonus vir non perpẽdit diſtinctionẽ quam ea in re adhibent Senẽſes. Nimirum quod in caſu vbi poſſeſsio naturalis iuncta cum vſufructu vel vtili dominio, quæ apud alium eſſet, titulo oneroſo acquiſita eſt, non poteſt talis acquiſitio dici inutilis. Verum ea in re animaduertote diligentius, quod in hoc regno nulla reperiatur cõſuetudo ſimilis illi ſtatuto cuius meminit Abb. Nam omnes loquuntur vbi ipſa res acquiritur, & ſic non de nudæ poſſeſsionis ſed dominij acquiſitione loqui intelliguntur. Ideo circa iſtud diſtinguendum videtur quomodo vtile dominium, quod habet vaſſallus vel emphyteuta, conſolidatur cum directo, vt certe duobus modis acquiri & conſolidari poteſt. Nimirum ex cauſa naturali inhærente ipſi vtili dominio: veluti

Quando intelligatur perfecta feudi cum ſubfeudo vnio.

Plenum dominium ex proprietate & vſufr. conſtare.

cum finitur feudū, vel emphyteuſis, tempore vel cauſa, vt puta extinctione generationum, vel finitione temporum: aut quia in commiſſum cadunt. quo caſu vtile dominium ſine retraditione poſſeſsionis, & citra ſentētiam iudicis ipſo iure reuertitur ad directum, ex vi attractiua ipſius directi dominij, quod ſemper eſt in actu permanēs. Ita vt hoc caſu non ſit proprie noui dominij acquiſitio, ſed conſolidatio. [vt eleganter ac argutè docet Bald. in cit.con.9.lib.1.] Et eo caſu dubium non eſt quin nullæ debeantur laudimiæ nec gabella. Secundo, ex cauſa extrinſeca, ſeu extranea à natura rei, & oneroſa, veluti cum dominium vtile quod habet vaſſallus & emphyteuta à domino emitur, & ſuo directo dominio coniungitur. Et hoc caſu locum habet id quod docet Io. Fab. in §. ſi cui fundus. inſt. de leg. Nimirum q̄ illud vtile dominium quod cum directo conſolidatur, non videtur acquiſitum illo iure ſeu titulo quo res cui cōſolidatur tenetur. Ac ex his eodem in loco Ioan Fab. decidit frequentem admodū quęſtionē in praxi circa conſuetud. quę habetur infrà, de matr. §. 5. qua cauetur mulieres partem habere eorum quæ quęſierit maritus conſtante matrimonio. Si vir itaq; feuda propria habeat, & eodem conſtante matrimonio aliqua illis conſolidari & redire ad dominum contingat, an vxor partem vendicare poſsit? Et dicit ille vxorem in his partem habituram, quia cenſentur alia à rei proprietate, & idcirco vt diuerſa eſſe iudicanda ac per ſe. [in quā rem allegat l. Mæuius. §. fundo. de leg. 2. Quod & cōfirmat Ang. Aret. in d. §. ſi cui. per l. non quocunque. §. fundus. de leg. 1.] Sed pace tanti viri dixerim, nimis generaliter eſt ille loquutus. Nam ſi ſenſit quòd ea conſolidantur ex propria natura & vi attractiua directi dominij, vt declaraui in prima parte prædictæ diſtinctionis, ſanè fallitur, cum iſto caſu vtile dominium accedens directo, dicatur ad ſua principia reuerti, & formæ ſuæ reddi, quam ſuæ naturæ ius illi tribuit. [d. §. pactus.] & ideo non dicitur noua acquiſitio, ſed veteris dominij continuatio. [vt dicit Bal. in cit. con. 9.

Minus etiam habere videtur id quod ipſe Fab. decidit, quod talis acquiſitio dicatur conquæſtus. Quandoquidem quęſtus id eſſe intelligatur, quod ex opera cuiuſque & contractu venit: veluti emptione, locatione, & ſimilibus, nō quæ ob merita vel quaſi debita nobis obueniunt. [l. coiri ſocietatē. cum ſex ll. ſeq. ff. pro ſoc.] Quod & in eadem ſpecie ipſe Fab. fatetur in rub. proœm. inſt. in verb. Alemanicus. quod ſi quis id quod ſibi ex ſucceſsione erat obuenturum acquirat, non cenſebitur conquæſtus. [per c. 1. de vaſſal. decre. ætat. & l. 1. §. quod autem. & §. ſed ſi liber. ff. ſi quid in fraud. patro.] Vnde vt ſemel propoſitam quæſt. diffiniamus, res ea quā ſuprà retulimus, diſtinctione eſt terminā-da. Aut enim feudum acquiritur & coniungitur ſuo feudo dominanti ex cauſa præexiſtēte, & ipſi feudo vel emphyteuſi naturaliter inhęrente, & titulo lucratiuo, vt quia finitæ ſint generationes, vel tempus conceſsionis expirauit, vel vaſſallus feloniam commiſit, vel feudum negauit, ob quod cecidit in commiſſum. [iuxta §. vlt. in 1. reſp. j. de obuent. feud.] & ex ea acquiſitione nullæ debentur laudimiæ nec gabella. Sed nec conquæſtus cenſebitur, & ideo in illius partem vxor minime veniet, quicquid dicat Fab. ſed iudicabitur ad dominum eſſe reuerſum ex eadem cauſa ex titulo quo proprietas plena ad eum pertinebat. Sin autem ex cauſa oneroſa vt quia maritus idémque dominus feudalis, feudum quod à ſe tenebatur, emit & ſuo coniunxit dominio, hic cenſebitur cō quæſtus inter eum & vxorem communicandus, & ipſa dimidiam percipiet, ea lege tamen, quod refuſo pretio ſuæ dimidiæ portionis, tenebitur marito aut eius hæredibus illam reſtituere [iuxta §. vl. j. de matrim.] Et ſimiliter ex tali acquiſitione debebuntur laudimię, eo quod neque ex natura rei, neque ex cauſa lucratiua, ſed ex titulo oneroſo acquiſita fuit. [vt probatur ex d. l non quocunq;. §. fundus. de leg. 1.] vnde in ſimili Paul. & Iaſ. not. in d. l. non quocunque. quod vſusfructus proprietati cōſolidatus ex cauſa oneroſa non dicitur ex ex eadem cauſa conſolidari, ſecus ſi fuit ex perſona vſusfructuarij finitus: puta morte, vel alienatione, & nihil fuit ſolutum: quia tunc dicitur ex eadem cauſa conſolidari. Quo fit vt ſi maritus haberet fundum cuius vſusfructus ad alium pertineret, & conſtante matrimonio vſusfructuarius decederet, eo caſu ſi Fab. ſententiam ſequamur, hoc eueniet abſurdum, vt ſcilicet vxor dimidium iſtius vſusfructus vendicare poſſet, etſi morte fructuarij extinctus eſſet. Qua re ſequendam omnino opinor iſtam diffe

rentiam inter titulum lucratiuum & onerosum, etiam circa laudimiarum solutionem. [vt expendit Paul. in d. §. fundus, & in vtrunque casum puto optimè facere tex. in l. generaliter. §. si alienum. ff. de fideicommiss. libert.]

Cui debeantur laudimiæ cũ dominus feudum acquirit.

Sed nõ leuis insurgit dubitatio, cuinam debeantur laudimiæ, cùm dominus feudum quod à se tenebatur, acquirit. Et Boher. quidem in consuetud. Bitur. de feud. & cens. §. 5. adfirmat eas vtique domino superiori deberi, motus deci. Ioan. Fab. in d. §. si cui. sed sanè toto cœlo aberrat ille. Cõstat siquidem nusquam inueniri consuetudinem, quæ non expressim caueat eas domino feudali deberi. Præterea vassallus qui vẽdit domino suo feudali, non est vassallus eius qui est superior domini sui qui à se emit, cùm certissima sit iuris reg. vassallum vassalli mei mihi vassallum nõ esse. [vt planè ostendit Specul. tit. de feud. §. quoniam.] Item & illud cõstat quod ex parte superioris domini nulla ex ea vnione contingit mutatio. Nã qui vendit feudum, seu qui illud (vt ita dicamus) relaxauit domino, iure prælationis, iuxta 9. ẽ. de iurib. dominic. non erat vassallus istius superioris, licet vassalli sui esset vassallus. Igitur quoad istum superiorem, qui non erat dominus fundi venditi, sustineri non potest laudimias istius vẽditionis deberi, & præsertim cum ex consuetudine laudimiæ feudales, si aliud expressum non sit, per venditorẽ non debeantur, sed per emptorem. §. 5. j. de obuent. feudal. Ideóque consequens est vt si deberentur laudimiæ, vtiq; non superiori, sed emptori, qui verè erat dominus feudi, præstandæ venirent.

Examinãda venit & alia dubitatio, quæ oritur ex eo quod in hoc §. 21. cauetur, q; si per diuisionem inter hæredes acquisitoris factam, feudum principale vni obueniat, & alteri subfeudum acquisitum, vtique vnio dissoluitur, & reintegratur subfeudũ, restituitúrq; in suam pristinam naturam, An scilicet extendatur istud vltra primos hæredes acquisitoris. Vt ecce Titius de suo feudo, & de eo simul atque de principali feudo tanquam vnitis, domino homagium præstitit: qui postmodum decedit vnico relicto filio qui etiam postea moritur plurib. relictis liberis, inter quos per diuisionem factam separãtur inuicem feudum, & subfeudũ illud dudum ab auo vnitum, ita vt vni feudum obuenerit, & alteri subfeudum: an locum habeat ista cõstitutio. Et quidem locum habere puto. Siquidem isti qui hæredes hæredis sunt, sunt & iidem hæredes primi per ea quæ latè disputauimus suprà. de sta. pers. §. 1. in ver. liberi. Item quia licet vnio subfeudi ad feudum semel facta fit, istud tamen irre uocabiliter factum non est: qula in hoc casu lex eam dissoluit: & propterea hæc vnio fieri intelligitur cum sua causa, sicut alienatio: & ideo ad quoscunque acquisitores trãsit. Et ita primus id tradidit Old. in quadam sua disputatione in materia vnionis per l. via constitui. §. si fundus. ff. de seruit. rust. præd. quem referunt & sequũtur Bal. & Floria. in l. vnus. eod. tit.

ARTICLE SOIXANTEHVICTIESME.

Rente constituee sur heritage feodal n'est point censée feodale, iusques à ce que l'acquereur en soit entré en foy & hommaige. Et si auant ce faire ledict acquereur decede, ladicte rente se partira entre ses heritiers comme roturiere.

§. VIGESIMVS TERTIVS.

Reditus quanquam super prædio feudali constitutus non ideo feudalis habetur, donec qui illum acquisiuit, à patrono fuerit inuestitus, eáq; de causa inuestituram fidelitate iurata ab eo acceperit. Quod si ante inuestituram, fidelitatísque præstationem qui reditum huiusmodi sibi acquisiuit, decedat, is reditus inter illius hæredes tanquam res paganica diuidetur.

CAusam istius introducendæ cõsuetudinis à iure communi feudorum emanasse credi potest: quo sicut non licebat vassallo irrequisito domino feudum alienare. [c. imperialem. de prohib. feud. alie. per Fed. in pr. & in c. 1. de prohi. feu. alie. per Loth.] Sic etiam eidem vassallo interdictum erat vsumfructum vel reditũ annuum, aliúdue imposititium onus, veluti seruitutem, super feudo constituere. [l. vlt. C. de reb. alien. non al. In quam rem expressa est gl.

ab omnibus approbata in c.1.in verb.alienationis. de capit. Corr.] Atqui cum per vaſſallum alicui extraneo pro ſe hæredibúſque ſuis(vt fere fit)venditur & conſtituitur ſuper feudo certus annuus reditus in pecunia vel ſpecie, puta tot aureis, vel tot modiis frumenti, dicitur eſſe quædam ſeruitutis ſuper ipſum feudum conſtitutio ab ipſa re perſonæ ementi debita. [vt concludunt Pet.& Cy.in rub.C.de vſuf.] Quam quidem ſeruitutis ſpeciē, vt quia nullum ei proditum ſit à iure nomen, innominatam appellant.[per l.mella.§.vl.ff. de alim.& cib.leg.& iſta fuit primum ſententia Rogerij vetuſtiſsimi interpretis, quam refert gl.in l.pecoris. ff. de ſeru.ruſ. præd. In cuius cōfirmationem facit quod not.Bart.in l.vt pomum.ff. de ſeruit.] At cū hodie in hoc regno, & maxime in prouincia noſtra liceat vaſſallis feuda impunè alienare ac liberè ſuper his diſponere. [vt §.15.ſ.eod.vbi rem omnem affatim explicui.] videbatur & eidem licere annuos reditus ſuper feuda ſua liberè conſtituere ac hypothecare. & hoc dubitationem nullam habet, vt qui omnino alienare poſsit, poſsit & ſeruitutem rei ſuæ quam voluerit imponere. Nam & hodie in Gallia eſt expeditum vt feuda inuito domino vendi atque pignorari poſsint. [teſte Io.Fab. in §.item ſeruiana. colum.19. verſic. quid de ipſo feudo. inſtr. de act.] Sed an ipſa conſtitutio annui reditus, feudum afficiat, cenſeríque debeat feudalis, perinde atque ipſum feudum aliquando, dubitatum eſt apud maiores noſtros. Sed omnē tandem dubitationem ſuſtulit hæc noſtra conſuetudo, quæ ſanè non leuis extitit. & eam excuſsit Alex. de Immo. in conſ. 18.attentis narratis. vol.5. Quo loco tres in eam rem doc. opiniones refert inuicem contrarias penitúſque pugnantes. Prima quippe fuit Pet.& Cy.& ante eos Rogerij, quam nuper retulimus. Altera huic prorſus contraria, exiſtimantium iſtam conſtitutionem annui reditus ſuper feudo ſeruitutem non eſſe, ſed eam tantum continere obligationem perſonalem quæ bona feudalia non obligat. Adeo vt ei cui conſtitutus eſt ille annuus reditus, ius aliquod reale non competat. Vnde nec quidem pro iſto annuo reditu agi poſſe confeſſoria, quæ pro ſeruitutibus datur. [vt probatur in cit.l.vt pomum. vbi id firmat Acc. & poſt eum Bal. & in l. ſi quis binas ædes.ff. de vſuf.vbi gl.&l.Caius.ff. de ann. leg.l.vlt.§.vlt.ff. de contrah.empt.l.ſi cum mihi.ff. de dolo.l.permiſiſti.ff. de præſcrip. not.gloſ. Bart. & Nicol.de Neap. in cit.l. mella.§.vlt. Idem & ſentiunt Bal.Saly. & Fulg.in cit.rub.de vſuf.C.l.fundi Trebatiani. de vſufruct. leg.] Et ſi hanc ſecundam opinionem ſequamur, id pro expedito eſt quod extraneus poſſeſſor rei feudalis, pro dicto annuo reditu conueniri nō poſsit. [vt etiā expreſſum videtur in l. vl. §.vlt.de contrah. empt.] quia pacta perſonalia ad tertium poſſeſſorem fundi non extenduntur. [l.ſi vnus.§. ante omnia. ff. de pact.l.quo tutela.§.vlt.de reg.iur.] At ſi iſtam ſequamur opinionem otioſa videbitur huius noſtræ conſuetudinis prouiſio. Tertia op.fuit Ioan. Immo. in l.apud Iulianum.§.ſi quid alicui.de leg.1. Quo loco innixus ille duas illas primas opiniones in concordiam reducere, ita diſtinguendum putat. Aut in diſpoſitione venit aliquid indeterminatum quod determinationem accipere poteſt ſecundum neceſsitatem perſonæ, vt in caſu cit.§. ſi quid alicui. veluti cum ſine determinatione quantitatis alicui conceditur licere poma decerpere in horto, lapides cædere in fundo, ligna exſcindere in ſylua in calefaciendi vſum:& tunc huiuſmodi conceſsiones, ſeruitutes perſonales cenſentur, quia in effectu ſeruitutes ſunt vſus.[Et huic parti cōuenire poteſt. d. l. mella. §. vlt. ſecundum intell. Pet.& Cy. C.de vſufru.] Aut quid determinatum venit, puta vti liceat ſingulis annis tot poma decerpere, tot carrucas lignorum cædere: & tunc non eſt ſeruitus perſonalis nec prædialis, ſed eſt debitum perſonæ, ac ſolum acquiritur obligatio perſonalis contra concedentē. [vt not. Accurſ. in d.§. ſi quid alicui: & id quidem rectè probatur in cit.l.Caius.] Et hęc pars conſentit ſecundæ opinioni, quam Alex. eo in loco probat. Sed dum diligentius inueſtigarem rei iſtius veritatem legendo atque relegendo quæ in eam ſcripſiſſent interpretes, ecce & alia quarta occurrit opinio quæ fuit Io. Fab. in §. præiudiciales.16. col. verſ. Nunc quæramus. inſt. de act. vbi exiſtimat huiuſmodi annuas præſtationes iuribus incorporalibus æquiparari, cum ſint quoddam genus ſeruitutū. Et ideo pro his quaſcunque competere actiones, quæ pro iuribus realibus dantur, vti confeſſoria in rem ſi opponatur impedimentum. Quæ ſanè ſententia mihi præ cæteris veriſsima videtur. Nempe quod

pro annuis reditibus agi poteſt confeſſoria in rem ad futurā præſtationē, & quod nouus poſſeſſor cogatur nouum titulum (vt vulgari verbo vtar) paſſare actori. Nec id ſanè abs re, cum annui reditus inter immobilia computentur. [vt eſt expreſſum in cl. exiui. in §. cúmque annui reditus. de verb. ſignif. & plenius declaro ĭ. de ſucceſ. §. 14. in ver. mobilia. & in rub. ĭ. de retract.] Quomodo autem diſcernatur ſeruitus realis, à perſonali vbi fit mentio rei, recurrito ad eundem Fab. in §. æquè. col. 4. verſ. quid ergo. inſt. de act. & ad Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact. Nam hi rem iſtam doctius ac abſolutius cæteris tractauiſſe mihi videntur. Quintam opinionem addit Guid. Pa. in deciſ. delph. q. 432. ſuper quęſtione. ad ſi. vbi eam adhibet tēporis differentiam. Siquidem penſio quæ ex conuentione partium vel teſtatoris diſpoſitione imponitur ſuper certo fundo, aut eſt temporalis aut perpetua: vt ſi nimirum temporalis ſit, non cenſeatur obligata res ſuper qua imponituur, ſecus ſi perpetua ſit. His quoque nouiſsimis temporibus, ſuā quoq; commētus eſt opinionem Zaſ. in ſuis intellect. ſing. in c. ſeruitutum innominatarum natura & conditione. vbi diſtinguit, An ſeruitus debeatur rei ſingulari, vt prædio: aut rei vniuerſali, vt alicui loco & perſonis illic degentibus: vt puta cōmunitati alicuius ciuitatis vel villæ, vel caſtri ius paſcendi vel piſcandi conceditur. Verùm has duas vltimas opiniones non eſt q̄ perſequamur, ſunt enim à propoſita quæſtione prorſus alienæ, nec ad hanc noſtram conſtitutionem vllo modo pertinent. Et quo quid certi à nobis colligas, Fabri ſententia hodie paſſim in regno obſeruatur, & maximè quia huiuſmodi annui reditus non conſtituuntur niſi per pactum vel ſtipulationem & cum expreſſa bonorum hypotheca. Quare de his iudicandum eſt, ac de ſeruitutibus realibus. [vt nominatim decidit ipſe Faber, in d. §. æquè. verſ. quid ſi pactum. col. 4.] Quinimo hodie conſtituuntur per viam cōtractus, & venditionis, & cum ſpeciali hypotheca certorum fundorum, & generali omnium bonorum obligatione. Quod ſanè ſine magna vſurarum ſuſpitione ac fœnoris labe fieri nō poſſe puto, [cū Odof. in l. 3. C. plus val. quod agi, quàm quod ſimul concip. & plenè not. in c. ad audientiam. extra. de empt. & vendit. & c. illo vos. de pig.] Cæterū, quod ad rem propoſitā pertinet, in hac tāta opinionum pugnātium inter ſe varietate, maiores noſtri mediam quandam viam ſecuti, ſanxerunt, vt etſi annui illi reditus feuda ſuper quibus conſtituerentur afficerent, eos tamen naturam, conditionem, ac qualitatem feudalem minimè accipere, niſi demum ſpecialiter atque nominatim is cui conſtitutus eſſet ille reditus, de eo eſſet inueſtitus, homagiúmque præſtitiſſet. Quo fit, vt ante inueſtituram iſtam, reditus ille pro paganico (quem roturarium vulgo dicunt) habetur: nempe quòd viritim & in capita in ſingulos diuidatur hæredes: ita vt primogenitus in illo nullam primogenituræ prerogatiuam habeat: Item & de eo nullæ ſoluantur laudimiæ. Tum etiam cum dominus feudalis feudum ſibi apertum tenet ſaiſitum, non recognoſcit nec ſoluit illi annuum iſtum reditum. Et hæc hactenus quæ ad ea quæ ſub feudorum titulum ſita ſunt, pertinent. Quibus interim melius erit & accommodatius adiungere ea pauca quæ de garētigia in paragiū ſubſequuntur. Pertinēt enim illa & ad feuda, ac conſecutiuè veniunt ad §. 10. ĭ. eodem, vt mox oſtendemus. Non eſt itaque conſtituendus nouus titulus.

Annuos reditus inter immobilia haberi.

DE GARENTIR EN PARAGE.

DE GARENTIGIA IN PARAGIVM.

ARTICLE SOIXANTENEVFIESME.

QVAND aucun fief vient à pluſieurs enfans par ſucceſsion en ligne directe, entre leſquelz enfans y a vn filz qui a la prerogatiue d'aiſneſſe, iceluy maſle peut porter la foy de tout le fief enuers le ſeigneur feodal, & garentir en parage tous ſes heritiers & leurs hoirs, pour leurs parts & portions dudict fief, iuſques à ce que ſeſdictz heritiers ayent faict partage dudict heritage feodal, ſoit que leſdictes filles ſoient mariées ou non.

ARTICLE SEPTANTIESME.

Item, & s'il aduient que ledict filz aiſné aille de vie à treſpas ſans auoir faict partage dudict heritage feodal auecques ſeſdictz coheritiers, & il delaiſſe vn enfant maſle ou pluſieurs, ſon filz aiſné garentira & peult garentir en parage leſdictz heritiers de feu ſon pere enuers leur ſeigneur de fief, tout ainſi que faiſoit & pouoit faire ſon feu pere predecedé.

ARTICLE SEPTANTE ET VNIESME.

Item, que ledict parage & garentage d'iceluy, dure tant & ſi longuement que leſdictz heritages feodaulx demeurent en communauté ſans les partir ne diuiſer, & qu'il y a hoir maſle deſcendant dudict filz aiſné, ou que leſdictz hoirs ſoyent ſi eſlongnez les vns des autres qu'ilz ne puiſſent contracter mariage enſemble ſans diſpenſe.

ARTICLE SETANTE DEVXIESME.

Item, mais quand aduient que leſdictz coheritiers departent leſdictz heritages feodaulx, & que chaſcun a ſa portion contingente & hereditaire, le filz aiſné ne les peult plus garentir en parage. Mais ſont tenuz tous leſdictz coheritiers faire la foy & hommage à leur ſeigneur de fief, pour les parts & portions qui leur ſont eſcheues & aduenues par ledict partage.

ARTICLE SEPTANTE TROISIESME.

Item, & combien que ledict aiſné puiſſe garentir en parage ſes coheritiers iuſques à ce qu'ilz ayent partagé & diuiſé entre eulx: & neantmoins s'il ſemble bon auſdictz coheritiers, ilz peuuent faire la foy & hommage à leur ſeigneur de fief, pour telle part & portion qui leur compete & appartient en commun & par indiuis eſdictz heritages feodaulx, en payant par les mariz des filles qui ſont mariees, le profit du rachapt au ſeigneur de fief, pour leur portion dudict heritage.

ARTICLE SEPTANTE QVATRIESME.

Item, ſi le filz aiſné ou ſes hoirs, qui ont garenty en parage leurs puiſnez & coheritiers, alienent leur portion dudict fief en la mettant hors de leurs mains: en ce cas ledict garentage & parage ceſſeront, & ſeront leurſdictz coheritiers tenuz de faire la foy & hommage au ſeigneur de fief.

ARTICLE SEPTANTE CINQIESME.

Item, & pareillement, ſi leſdictz coheritiers, ou l'vn d'eulx, ou leurs hoirs, alienent & mettent hors de ligne leurs parts & portions contingentes, ledict garentage ceſſera pour leurs parts & portions ainſi alienées ſeulement: & non pas pour les autres portions qui ſont demeurées entre les mains deſdictz coheritiers ſans aliener.

§. PRIMVS.

Cum feudum recta ſanguinis ſucceſsione liberis pluribus obuenit, in quibus maſculus eſt, cui primogenituræ prærogatiua defertur: huic ius eſto fidelitatis ſacramentum domino præſtandi ob vniuerſum feudum, quandiu illud inter ſe, cohæredéſque ſuos, ac eorum ſucceſſores commune integrúmque manſerit, quos & à penſitationibus feudalibus, & ſi in his filiæ nuptæ innuptæve ſint, immunes ad feudi diuiſionem vſque ſeruabit.

§. SECVNDVS.

Si maſculum illum ante feudi diuiſionem mori contingat, vno pluribúſve maſculis liberis relictis, primogenitus id ipſum, quod pater eius, cohæredibus præſtabit.

§. TERTIVS.

Quod quidem ius quod pro reliquis ſuis cohæredibus præſtat primogenitus, tandiu duraturum eſt, quandiu feudum perſeuerabit integrum, ſuperſitque ex primogenito maſculus. Quod & deſinit ſi in id tempus res incidat, quò ab his cohæredibus deſcendentes, liberè inter ſe matrimonio iungi poſsint.

§. QVARTVS.

Cæterùm cùm poſt feudi diuiſionem quiſque cohæredum pro rata portione feudo fruetur, priuilegium hoc, iure ſanguinis, poſthac non præſtabit primogenitus, ſed ſinguli pro ſingulis eorum portionibus onera feudalia agnoſcere tenebuntur.

§. QVINTVS.

Porro, etſi emptionem illam iure ſanguinis cohæredibus præſtare poſsit primogenitus, quandiu indiuiſum feudum manet, eorum tamen quiſque pro ſingulis indiuiſis portionibus feudalia onera ſubire poterit: Attamen filiarum mariti rachatum, à quo primogenitus immunitatem iure ſanguinis præſtare poterat, pendere tenebuntur.

§. SEXTVS.

Soluetur & hoc ius garentigię alienatione partis, per primogenitum hæredéſve ſuos, ad quos id ſpectabat, facta. Neque poſtea hoc garentigiæ priuilegio fruentur. Ideoq; & domino fidelitatem iurare cogentur.

§. SEPTIMVS.

Sed & hoc garentigiæ ceſſabit priuilegium, ſi cohæredes, eorúmve alter, portiones ſuas alienent, ac extra familiam emancipent. Idque tantum pro alienatarum portionum rata, in non alienatis nempe garentigiæ priuilegiis libere manentibus.

QVàm perſpicuis vulgaribúſque verbis conceptus eſt hic titulus nulli nõ cognitum puto, etiam qui mediocriter in praxi ſit verſatus. Quare in illius interpretatione non eſt quòd operam ludamus. Id obiter tamen admonendi ſumus hunc titulum dependere velut conſecutiuè ex §. 10. ſ. prox. tit. Quo quidem conſtitutum erat domino feudali pluribus relictis liberis decedẽte, ius eſſe primogenitæ vaſſallos patris in fidem pro ſe ſuiſque cohæredibus admittendi. Hîc porro idem in oppoſito ius ſtatuitur, vt vaſſallo pluribus relictis liberis decedente, primogenito ius ſit ſoli, pro ſe ſuiſque cohæredibus fidelitatem domino feudali offerendi. Ita vt rectè ſucedat reg. vt quod propoſitum facit in propoſito, idem operetur oppoſitum in oppoſito. [iuxta l. vlt. §. vlt. de leg. 3.] Et ſane quòd hac noſtra conſuetudine diſpoſitum eſt: id voluit Specul. tit. de feud. §. quoniam ſuper homagus. quæſt. 9. ſub fi. id quod explicari ait ex quorundam locorum con-

ſuetudine, quam ille refert, & illa eadem eſt quæ hoc titulo continetur, vt quia ſcilicet præſtatio fidelitatis ac ſeruitiorum pro feudo debitorum ſit obligatio indiuidua, cùm vtique illa in faciendo conſiſtāt, neque pro parte præſtari poſsint. [l.3. & l. libertus.ff.de oper.lib. Plenè in l. ſtipulationes non diuiduntur.ff. de verb. oblig.] poſsit vtique dominus feudalis ab altero ex hæredibus ea feudi onera exigere. [l. ſi duo.ff.depoſ.] Aut certè ipſos hæredes officio iudicis cogere vti inter ipſos conueniant, vter eorum fidelitatem ac obſequia præſtiturus ſit. [iuxta l. huiuſmodi. §. vlt. de leg.1.] At hoc caſu conſuetudo primogenitū in id onus obligauit, ita vt tantum operetur legis electio ac hominis. Quæ res, vt teſtatur Specul. magnam æquitatem continet. quod & confirmat Io. And. in addit. Nam etſi primogenitus ſolus præſtet ac recipiat reſpectiuè fidelitatem, non tamen ille totum occupat, ſed portionem debitam fratres accipiunt, in qua ſinguli remanent reſpectiuè dñi vel vaſalli. Præterea, quātum cōſuetudo primogenitū in vno grauat & onerat, de fidelitate ſcilicet præſtanda pro ſe ſuiſque cohæredibus, eūdem & in alio releuat ac honorat. vt ſcilicet illi ſoli præſtetur fidelitas. Sed rem iſtam nos vberius explicuimus ſuprà, in d.§.10.

Sed interim tollenda eſt illa dubitatio, An ſi primogenitus impubes ſit, ita vt per ætatem non poſsit fidelitatem præſtare, illine debeat concedi dilatio illa quam ſuferentiam dicimus quo vſque ad pubertatis annos peruenerit, iuxta §.13.ſ.tit.prox. Et puto concedi debere, quia beneficium ætatis, etſi perſonale ſit, prodeſt ſocio etiā maiori ad conſeruationem iuris quod eſt inter eos commune. [l. ſi communem. ff. quemad.ſeruit.amit. vbi Floria. & declarat Bart. poſt Pet. & Butrig. in l.vnica.C. ſi in com. eadémque cauſ.] Sic & priuilegium ciuitatis vni ex fratribus cōceſſum, aliis quoq; fratribus indultum videri reſpondit Ang. in authen. vt lic.mat. & aui. §.1.coll.8.

Quod porro ſub fi. §. 1. dicitur primogenitum garentiſare in paragium ſorores, intellige hanc garentigiam pro liberatione, veluti is qui pro alio ſoluit, vel iudiciū in ſe ſuſcepit illius vulgari Gallorum vocabulo garentiſare dicimus, id eſt liberare, [iuxta l.ſolutionem.ff.de ſolu.] Ita hic primogenitus ſorores ſuas liberat rachatu quē deberent illæ ſi nuptę eſſent, aut ſi pēdente garētigia nuberēt. vt j.ti. prox.§.10.

DE OBVENTIONIBVS FEVDALIBVS.

TITVLVS SEXTVS.

INter cæteras diffinitionis feudi partes, quam ſub initium præcedentis Tituli tradidimus, vna eſt maximè quę huius Tituli inſcriptioni prima fronte repugnare videtur. Diximus ſiquidem feudum, id maximè quo hodie vtimur, natura francum, liberum, ac ab omni præſtatione immune, præſertim pecuniaria. Qua in re ab emphyteuſi differre oſtendimus, vt etiam docet Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. q.4. ſub.fi. vbi Bal. in addit. in 3.col. Quare illud propriè feudum dicebamus, ob quod feudatarius obſequia aliqua perſonalia tantum exhibere patrono tenetur, nulla autem realia. [c.1.de nou. for.fidel. Cy. in auth. ingreſſi. de ſacr. eccleſ. C. in vlt.col.] Facit & quod not. Bal. [in auth. ſi quas ruinas. col. antepenult. eod. tit.] feudum magis accedere perſonæ quàm patrimonio, eo quòd feudi cauſa in corporis ſeruitio aliquo conſiſtat, non in emolumento aliquo pecuniario. Vnde quod nonnullis in locis feuda proponuntur vænalia, iſtud cō tra propriā feudi naturam eſſe contendit Bal. in c.1.§.vlt.ſub fi. qui feud.da. poſſ. ac omnino pugnare. cùm tex. in c.1.de feud. dat. in vim legis commiſſ. & ideo illum d. §.vl. intelligendum eſſe de feudis ignobilibus. Ex quo inferendum cenſeo, omnes iſtas obuentiones feudales, de quibus infrà agemus, odioſas eſſe, vtpote cōtra propriam feudi naturam introductas. [quod & teſtatur Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & in prælud. feud. Facit Bart. in l. ſi pupillus. in prin. ad l. fal. & Iaſ. in l. ſi quis eā. ff. qui ſatiſd. cog. contendens ſtatuta & cō ſuetudines ſuper gabellis & certis aliis iu-

Feuda in ſeruitiis perſonalibus, non in realibus emolumētis conſiſtere.

Obuētiones feudales odioſas eſſe.

ribus, vbi res de nouo quæritur, pendendis, planè odiosas, & omnibus modis restringendas.] Cæterum, contra communem iuris feudorum dispositionem inualuit in omnibus ferè Gallię prouinciis cōsuetudo, qua licet passim vnicuique sua feuda distrahere, ac quocunque alienationis titulo in alium transferre, etiam domino non vocato, neque adhibito illius consilio. Quem quidem dominorum contemptum pretio nummario eadem nostra cōpensauit consuetudo, eo introducto, vt si quando res feudalis væneat, alióue modo alienetur, ita vt è manu in manum transferatur, certum ius ex eo debeatur, quod Gallico vocabulo laudimia appellari refert Ang. in l. quæritur. ff. de sta. hom. quæ tamen magis latinè laudimias in plurali dici censet Budęus. Sciēdum est itaq; huiusmodi laudimias apud nos variis exigi modis, nimirum iuxta prouinciarum diuersitatē, quas bailliuiatus & seneschalias vulgo appellamus. Id enim apud Parisiēses, Aurelianenses & Blesenses obseruatū est, vt quintus & subquintus denarius pretij, quo res feudalis vænit, pēdatur. Quod & in Campaniæ prouincia haud dudum receptum est. Turones autem & Andes, duodecimam tantùm pretij partem accipere solent: Pictones sextam. Porro, Bituriges & Carnutēses non laudimias, sed rachatum accipiūt, ídque diuersis modis. Apud nos item solet & rachatus pēdi pro renouatione inuestituræ quoties feudum iure successionis ad hęredes extraneos seu collaterales & filias nuptas deuoluitur, vt infrà latius patebit. Nec est quòd dicamus ista à iure minimè recepta esse. Siquidem ea in re non est ius attēdendum, cum ea tota feudorum dispositio magis à consuetudine quàm iure pendeat. Legislatores etenim nostri feuda nondum introducta tractarunt, quæ si cognouissent, vtiq; exosa habuissent, (vt ait Bal. in c. quæ in ecclesiarum. ext. de constit.) Quo fit, vt si ex tenore inuestituræ de propria feudi natura minimè apppareat, ad cōsuetudinem prouinciæ in qua situm est, recurrendum sit. [c. Obertus. de feu. cogni. & suprà latius explicauimus, in rubr. de feud.] Vnde rectè censuit Præpos. Mediol. in c. 1. col. 2. Quo temp. mil. eum qui nouam petiit inuestituram, nihil ipso iure debere, nisi consuetudo vel pactum aliud inducant.

Pro cuiusq; prouinciæ moribus laudimias deberi.

ARTICLE SEPTANTESIXIESME.

¶Si le seigneur feodal trouue son fief vuide & ouuert, & qu'il n'ayt point d'homme qui luy ayt faict la foy & hommage ne les offres en la maniere dessusdicte, il peult faire exploicter sondict fief en pure perte pour le vassal, par la commmission de son iuge s'il a iustice: sinon par son superieur ayant iustice, apres le temps dessus declaré. Et sera siens tous les fruictz, profitz, reuenuz & emolumentz qu'il aura prins ou faict prendre oudict fief, iusques à ce qu'il ayt homme, & soit paye de ses profitz feodaulx si aucuns en sont deuz.

§. PRIMVS.

¶Si patronus clientelare feudum apertum vacánsque inuenerit, ita vt feudatarius debita domino iura minimè obtulerit præstiterítve, ei quidem licebit in huiusmodi feudum manum iniicere: ídque sua authoritate, si eorum locorum iudex fuerit, alioqui illius, qui illic locorum iurisdictionem habet. Qua prehensione facta, omnes feudi fructus, reditus & prouentus, donec intercedat aliquis qui fidelitatem præstet, & obuentiones feudales si quæ debentur, exoluat, suos facit.

MAgna huius capitis pars eadem ferè est cum §. 9. ī. tit. 2. illíncq; pendet, ac suam interpretationē capit: hinc enim noscis quibus modis iura feudalia offerri soleāt: nosces & ex §. 6. & seq. eod. tit, quomodo adhibenda sit iudicis authoritas in apprehēdendis rebus feudalibus ob fidem minimè præstitam. Tu huc referas quæ illic pluribus docuimus.

¶Fructus.

HAc fructuū appellatione venire fructus & naturales & industriales certissimū est: his quippe solis conuenit propria fructuum appellatio, vt suprà ostendimus. de gardian. §. 2. in verb. fructus. Cęterum, intelligendum id existimo de fructibus qui pendentes erant tempore saisinę, ac eadē saisina pendente percepti sunt:

Quæres fructuum appellatione hic contineātur.

non autem de his qui iam collecti ac ante ſaiſinæ tempus à ſolo feudali ſeparati erãt, vt docet Bal.conſ.170.ad euidentiam prę-mittendum eſt quod de rebus feudalibus. Fructus enim feudi vt primum à ſolo ſepa rati ſunt, iam amplius fructus feudales nõ cẽſentur, ſed allaudiales. Stant quippe per ſe ſicut & cæteræ quæque res mobiles, ita vt neque pars neque ſpecies fundi intelligantur. [vt notatur in l.diuortio. ff.ſolut. mat. & l. quod aceruus. ff. quod vi aut clã. tradit Bald.in c. quæ in eccleſiarum. extr. de conſtit.col. 4. ver. ſed ſtatim quæritur.] Quo fit, vt hæres defuncti in his mobilibus ſucceſſurus ſit: at non is qui hæres feudi futurus ſit. Et huiuſmodi fructuum lucro, cedunt etiam penſiones reditus & alij ciuiles fructus quorum dies ſolutionis cedit tẽpore ſaiſinæ, vt eodem loco nos pluribus declarauimus, & nonnulla in eã rem dicemus ĩ.eod.§.3. Veniunt item & laudimiæ, iura patronatus, & cęteræ obuentiones, quę tempore pendentis ſaiſinæ obueniunt. Vnde ſi id temporis vacaret ſacerdotium aliquod quod ad cauſam feudi ſaiſiti in ius patronatus pertineret, dominus feudi ratione ſaiſinę illud conferre poſſet, vt nos illic plenius declarauimus.

Cæterum, in præſentiarum nobis tres potiſsimum quæſtiones diſcutiendę ſunt, quę plurimum ad rem propoſitam faciũt. Harum prima eſt, An quemadmodum in legato vſufructu fundi, non ſolum veniũt fructus, ſed & vſus omnium inſtrumentorum fundi. [iuxta l. item ſi fundi. §. ſeminarios. & §. inſtrumenti. ff. de vſufruc. vbi Ang. & in l. ſed etſi quid. §. proprietatis. eod. tit. & quæ not. in l. 2. de verb. ſignif.] Ita & eædem res domino feudi, illud ſuo iure occupanti cum iudicis authoritate, cedant? Et quibuſdam viſum eſt inſtrumenta fundi feudalis domino quoque acquiri, donec ei præſtita ſit fidelitas. mouẽtur illi, opinor, deciſione doct. quam nominatim confirmat Alex. in l. ea demum. C. de collat. inquiens diſpoſitionem ſtatuti ſeu conſuetudinis regulari ſecundum leges ſuper vltimis voluntatibus ſtatuentes, non autem ſuper contractibus. [per ea quæ tradũtur in l. 1. de his quib. vt indig.] Cùm itaque dominus, ex conſuetudinis diſpoſitione, fundi in quem manus ſuas iniecit, fructus faciat ſuos, eũdem & vſum quoque inſtrumentorum habere intelligendus eſt, habita ratione diſpoſitionis iuris cõmunis, quo cõſtat ad eum iſta quoq; inſtrumenta pertinere, ad quem vſusfructus legatus ſit: vt hæc noſtra conſuetudo iuxta vltimę voluntatis diſpoſitiones reguletur. Hæc tamen opinio mihi nunquã placere potuit. Hoc enim in ſumma iure communi receptum eſt, vt ad quem pertinerent fructus rei alicuius, eiuſdem eſſe non intelligerentur inſtrumenta, excepta ſola legati cauſa, niſi de inſtrumentis vel bobus aratoriis, cæteriſque rebus huiuſmodi, quæ ad fundi culturam deſtinatæ ſunt, ſpecialiter ac expreſsim actum ſit. [l. vlt. ff. de ſupell. leg.] Quod in cõtractibus maximè eſt indubitatum. [per tex. in l. Iulianus. §. vlt. cum quinque ll. ſeq. ff. de act. empt.] Nec minus certum in vltimis voluntatibus. [per l. cum fundus. ff. de fund. inſt. leg.] Et hoc nominatim affirmat Angel. [in cit. l. 2. C. de verb. ſign.] docens donata ſeu diſtracta domo, non cenſeri alienatam ſupellectilem quę in illa eſt: nec vẽdito prædio, torcularia nec ligones, cæteráque huiuſmodi inſtrumenta contineri, etſi ſterquilinia quæ in ſtabulo ſeu alicubi exiſtunt ſtercorandi agri gratia, venire cõ ſtet. [l. fundi. ff. de act. empt. & d. l. cum fundus. & l. 2. §. dotes. de fund. inſt. leg. Quod & clarè infertur ex tex. in l. vl. de ſup. leg.] Quæ autem inſtrumentorum fundi nomine contineantur, habes in d. l. itẽ ſi fundi. §. ſeminarios. & §. inſtrumẽti. Vbi Ang. in cit. l. ſed etſi quid. §. proprietatis dominus. ff. de vſufr. Inſtrumenta verò domibus apta habes in l. quæſitum. §. ſi domus. de fun. inſtr. ff. & d. l. ſi fundus. De omnibus autem inſtrumentorum generibus in vniuerſum tractat Ang. poſt gloſ. in d. l. 2. C. de verb. ſignif.

An fundi in quem manus iniecta eſt inſtrumẽta fructuũ nomine cõtineantur.

Altera quæſtio, An dominus qui manum in feudum iniecit, eóque fruitur, vt pote propter fidẽ minimè præſtitam, poſſit feudo expellere vaſſallum vel illius colonum. Et exiſtimauerunt plerique feudatarium expellẽdi ius non eſſe domino. [Spec. ti. de pr. & ſec. decr. §. iam de effectu. verſ. ſed vtrum miſſus. l. is cui. in princ. ff. vt in poſſeſ. vbi cautum extat, eum qui in poſſeſsionem miſſus eſt, nunquam in ea cauſa eſſe vt pro domino habeatur, nec ei aliam poſſeſsionem rerum, quàm ſimplicem cuſtodiam mandatam videri, vnde illic ſtatuitur eundem ius non habere hæredem expellendi, ſed is cum hęrede ſimul poſsidere iubetur. Idem ferè text. in l. finita. §. ſi quis autem. ff. de dam. infe.] Nec eſt quòd obiicias fieri non poſſe vt dominus

An dominus feudi poſsit vaſſallũ feudo expellere.

liberè & quietè fructus fundi colligat, nisi feudationis ædibus & horreis expellatur. Huic enim rei tibi satisfacit Iurisc on. in d.l.is cui.§. qui iugatorum. quem text. maximè celebrat Ang. in cit.§. si quis autem. Quo loco eleganter ait Vlp. satis iniquum videri hæredem è domo ac propriis laribus secedere cogi, vbi cuique tutissimum refugium sit ac receptaculum. Sed & si nulla sit habitatio, conduci possunt horrea in quibus fructus adseruentur, vt ibidem ait Ang. Quinetiam lex eam viã, expellendi nempe domini è proprio prædio, vim interpretatur. [l. plærisque. ff. de in ius voc.] Et idem quoque in colono recipiendum censeo, cui lex nostra municipalis indemnitatem repromittit. [vt j. eod. §.3.] Hęc sanè etsi magnam habeant rationem, non minor tamen vrget pro patronis, vt feudatariũ expellere possint. Nec obsunt quæ de eo qui missus est in possessionem diximus. Locum quippe tantum habent in eo qui missus sit ex primo decreto, ob scilicet contumaciam non cauẽtis vel non satisfacientis, ídque causa tantum rei seruandæ, ita vt fructus suos non faciat, vt constat ex his quæ deducit Specul. & Io. And. in cita. §. iam de effectu. At dubium non est quin in hoc nostro casu saisinæ feudalis dominus in possessionem non quasi rei alienæ, aut cautæ rei seruandæ, sed tanquam in rem propriam missus, sua vel iudicis authoritate missus intelligatur. Quod vel ex eo manifestè constat, quòd illius rei fructus suos facit, vt hic dicitur. & j. eod. §.3. Vnde illa argumenta de eo qui in bonorum possessionem missus est, tanquam de dissimilibus minime procedunt. Item & quod dictum est neminem è domo sua inuitum esse expellendum, nil id ad rem pertinet. Nemo siquidem dubitat habitationem domus in fructu esse. [l. si is qui. §. & antiphona. ff. de pignor. vbi Bart. sub fi. sensit eum qui domum ex primo decreto acceptam habitat, videri suos facere fructus. In quam sententiam adduco l. apud Iulianum. §. fructus autem. de leg.1. & l. prædio. ff. de vsur.]

An dominus cui feudũ cõmissum est, onera agnoscat?

Tertia dubitatio est, An quandiu dominus feudi ob non præstitam fidelitatem, feudo fruitur, omnia onera quæ feudo incumbunt, agnoscere teneatur. Qua in re ea mihi videtur adhibenda onerum distinctio: vt si illa sint velut seruitutes vel hypothecæ à vassallis constitutæ super illo feudo ignorãtibus dominis, illa ferre non teneantur domini. Nam licet etiam hodie ex generali Galliæ cõsuetudine feuda instar patrimoniorum habeantur, possintq; libere vendi, aut quocunque alienationis titulo in alium transferri, ea tamen ita demum licent, modo in domini feudalis prę-iudicium minimè vergant. Quod vsquè adeo verum est, vt si vassallus feudale præ dium hypothecæ nomine obligauerit, vel aliqua ex causa in alium trãstulerit, & cõtingat dño feudũ apertũ esse, huiusmodi alienationes vel pignoratiões resoluãtur, etiãsi alius illud possederit: ídq; ex vulgata iuris regula, resoluto iure dantis, resolutũ intelligitur ius accipiẽtis. l. lex vectigali fundo. ff. de pign. Quæ reg. locũ habere etiã in feudis certũ est ex c.1.§. vlt. de cõtr. inuest. & in §. rursus. quib. mod. feu. amit.] Cuius rei ratio colligitur ex l. vlt. §. sed quia. C. comm. de leg. Vbi nominatim Bal. sub fi. Nam qui dominium liberum non habet, dominum liberè trãsferre nõ potest, nec nisi cum sua qualitate atque onere. [l. si quis domum. §.1. ff. de loca. quod etiam expressum est in c.1.§. quid ergo. de inuest. de reb. alien. fac.] Quinetiam & id verum obtinet, etiãsi is qui ius hypothecę seu pignoris haberet, esset præscriptione munitus. Nam quod factum est cum vassallo, vel eius negligentia possessum præscriptúmque, domino non nocet. [c.1.§. præterea. de capi. Corr. cum vulg.] nisi dominus isti alienationi expresse consensisset, aut quia infeudasset illum annuũ reditum. Nec sufficit quidem simplex domini scientia quam expressa adprobatio secuta non fuerit. In his enim, vtpote odiosis alienationibus, & contra feudi naturam factis, sola domini scientia ac patientia pro consensu non habetur. Quia patientia extra iuris dispositionem non præstat authoritatem. [secundum Bald. in c.1. in princ. de prohib. feud. alien. per Loth.] Ita vt nec eisdem dominis scientibus incumbat protestationis necessitas: cum alioqui à iure habeant conseruatũ ius suũ, vnde & satis est legis prouidentia absque vlla protestatione. Vbi verò huiusmodi onera essent feudo imposita non vassalli facto, sed à lege ipsa, dubium non est quin ea sustinere teneatur dominus, qui sentit percipítque emolumentum & reditus. In quã rem videntur tex. in l. si pẽdentis. §. si quid cloacarij. ff. de vsuf. & in l. quæro. vbi id nominatim tradit Accurs. ff. de vsufru. & in l. quæro. vbi id nominatim tradit

Accurſ.ff.de vſufruct.leg.]

Poterat & in eam rem accommodari illa quæſtio, An dominus feudum ſaiſitum tenens, poſsit vti retractu feudali in vaſſallos vaſſalli ſui. Sed cogitaui ego id magis pertinere ad materiam retractus feudalis.de qua nos infrà agemus.

¶Donec.

Aduerbia ſuſpenſiua.

QVod pertinet ad aduerbium, donec, & ſimilia, vt quoad, quandiu, quouſque, ſuſpenſiuáſque huiuſmodi dictiones, annotanda ſunt quæ à Bart. traduntur in l.1.in 2.quæſt.prin. de natura aduerbiorum.col.5.ff.de cond.& demõſt. Quo loco inquit: Si quando iſtæ dictiones ad alicuius beneficij ſeu diſpoſitionis præambulæ ſuſpenſionem opponantur, vt ſci licet diſpoſitio illa in aliquem futurum euentum differatur, tum ſi ille euentus in quem illa differtur, certo tempore limitatus fuerit, verbi gratia, in caſu.§.2.ſupr.de gard.& baill.vbi gardiani ſeu tutores nobiles fructus rerum pupillarum ſuos faciunt, quandiu durat gardia, conſtat huiuſmodi dictiones ſuſpenſiuas in certi tẽporis euentum collatas, dilationẽ in diem operari. [vt in l.ſcimus.§.donec.de iur.delib.C.] Cæterum, ſi in certum euentũ differant diſpoſitionem, nec vlla tẽporis certitudine limitatum, vt in hoc conſuetudinis noſtræ caſu, qua diſponitur dũm feudi à ſe ſaiſiti, fructus ſuos facere, donec durat ſaiſina: tunc concludẽdum eſt huiuſmodi dictiones in incerti caſus euentũ collatas, non diem, ſed conditionem facere, eámq; (vt aiunt) extinctiuam: qua adueniente, tollitur præcedens diſpoſitio, qua conſtitutum erat, dominum fructus ſuos facere, quę ceſſat vt primus vaſſallus fidelitatem cum debitis iuribus præſtiterit, ita vt iam deſinat ſaiſina, v cauetur infrà.eod.§.2.3.& 25.[quod & probatur ex l.ſufficit.ff.de cõdict.indeb.vbi eleganter Iaſ.multa quę ad hanc rem pertinẽt, adducit. eſt & tex. in l.pen.in princip.vbi Nicol.de Neap.in lect. Bart. ff. de exec.tut. Adito Bart. in l. ambiguitatem.C.de vſufr. V bi etiã Paul. Caſt. qui allegat in eam rem.l.à filia.§.columno.ad Trebel.vbi & Alex.in addit.ad Bart. Facit & quod idem Bar. not.in l.cẽteſimis.§.vlt.ff.de verb. obligat. & Bal.in l.1.ſub princ.C.de leg.& in l.vlt.in 6.q.C. de contrah. empt.] Et illis locis ſolet decidi quęſtio hęc, An ſi maritus vxori vſum fructum certi prædij legauerit, quandiu in viduitate permãſerit: ac poſt illius mortem eundem vſumfructum ad nepotem peruenire iuſſerit: quid iuris ſit, ſi mulier ſtatim à morte mariti alij ſecundo nupſerit? Quo caſu concludit Alex.in citato loco, vſumfructum illum nepoti deberi, licet vxor nondum deceſsiſſet. Cui deciſioni ſimile eſt ferè quod tradit Bart. in l. vlt.§.1.ff.ad Tertul. inquiens ſtatutum quo diſponitur fœminas non ſucceſſuras, donec extabunt maſculi, ſic accipiendum eſſe, vt etſi nulli nati ſint maſculi liberi, filiæ fœminæ ad ſucceſsionem vocentur. [Idem ferè in l.1.§.vlt. ff.de vent.in poſſeſ. mit.& l.ſine.§.tandiu. C.de condi.furt.& in l.in delictis.§.ſi detracta.de nox.act.& l. 1. ff. de curat. fur.] Idem quoque cenſendum eſt ſi eæ dictiones à contrahentibus vel à teſtatore proferãtur. [l. pater Seuerinam.in fi.ff.de condict.& demonſt.& in cit.l.1. de legat. C.& in l.Caio.§. Imperator.ff.de alim.& cib.leg.& l.3.ff.de vſu.]

¶Qui fidelitatem.

HAec diſpoſitio proxima eſt vulgato prouerbio quo dici ſolet, quod contumacia abſtulerit, id obedientiam reſtituere. [c.ex literis.extra.de conſtit. quem text. in eam rem plurimum commendat Bald.in l.1.§.nulla. per quos fiat inueſtit.] Quo fit, vt feudũ ſaiſitum à domino vaſſallo moram purganti reſtituatur. At non fructus medij temporis, quo ſaiſina durauit: hos enim, vt diximus, in pœnam contumaciæ vaſſalli ſuos facit dominus. Vnde ij cũ re minimè reſtituendi erunt. [Bal. in l.vl.§.penult.verſic. hinc eſt quòd reſtitutio non trahitur ad fructus. C. de ſent. paſ. tractatur in l. gallus.§. & quid ſi tantum.ff. de lib. & poſt. In quam rem videtur text.in auth. Idem eſt de Neſtorianis. C.de hæret.& Manich.]

Quod abſtulit contumacia, obedientia reſtituit,

ARTICLE SEPTANTESEPTIESME.

Item, que ledict ſeigneur de fief, peult exploicter ſondict vaſſal par default d'homme, quand il treuue ſondict fief vuide & ouuert, non ſeulement quant au dommaine dudict vaſſal, mais auſsi quant aux arrierevaſſaulx. Leſquelz ledict ſeigneur peult exploicter, tout ainſi & par la forme & maniere que feroit ſon vaſſal, s'il auoit faict la foy & hommage & paye leſdictz droictz ſeigneuriaulx audict ſeigneur de fief, & non autrement.

§. SECVNDVS.

Præterea & vi huiuſmodi apprehēſionis rei feudalis patrono licebit feudo ſuo, quod apertum clientéque vacans inuenit, frui, non modo quoad ea iura quæ ipſius feudi propria ſunt, ſed etiam quoad ſubfeuda: quibus patronus ipſe, eadem forma modóq; vtetur, quibus his vſurus eſſet ſuus vaſſallus ſi illa ita aperta apprehendiſſet.

HOc capite ſatis alioqui ſubobſcurè concinnato, videtur prima viſione cōſtitui, patronum ſubfeudis poſſe eodem iure modóque vti ac frui, quibus illis vtitur vaſſallus. Sed ſanè ne tu imprudens erres, non eum habet intellectum, ſed in eum ſenſum accipienda eſt conſuetudo, quaſi velit dominum, poſtquam feudum à ſe immediatè dependens apprehendit ſeu ſaiſiuit, ob non ſoluta præſtitáque ſibi iura, poſſe & cætera omnia iura quæ ab ipſo feudo ſaiſito dependent, (quæ, habita domini ſaiſientis contemplatione, ſubfeudi ſunt) ſibi vſurpare ac poſſidere, eodem iure ac modo quo feciſſet ſuus vaſſallus. Is ſanè verus eſt huius capitis ſenſus, licet in alium prorſus intellectum ſonent verba quę ſub finem ſatis inconcinnè ac ineptè inſerta ſunt.

Porro, ad eius conſtitutionis euidentem interpretationem, ſciendum eſt imprimis iure communi feudorum vaſſallum dupliciter potuiſſe ſibi vaſſallum conſtituere, quod & hodie apud nos receptum eſt. Primo, feudum ſuum ſimpliciter alienando, ſeu ex quacunque cauſa illius vtile dominium, conſentiēte domino, in alium trāſferēdo. quod tamen hodie licet etiam non adhibito domini conſenſu. vt nos abundè ſuprà declarauimus in §. 2. & §. 15. ſupr. tit. prox. Quo caſu definit ille omnino feudatarius eſſe, tam quātum ad vtile dominium, quàm poſſeſsionem. [vt not. Bal. in l. cæterum. in vlt. col. extra. de ind. idque per vulg. reg. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. vbi fieri non poteſt vt plures vnius & eiuſdem rei domini, eſſe intelligantur inſolidum, ſicut nec poſſeſſores. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſeſ.] Quod tamen (quod ad rem pertinet) intelligendum eſt, [ſecundum eundem Bal. in d. l. cæterum.] quando vaſſallus feudum alienando nihil ſibi quicquam reſeruaſſet, vt puta quando ad libellum tantum concederet, quod qualiter fiat, ſuprà explicuimus. de iur. dominic. §. 16. & ſeq. Item altero modo, quando feudum, feudiue partem ſubfeudat, eum nimirum cui concedit, de feudo feudiue parte conceſſa inueſtiendo. Quo ſanè caſu vaſſallus eſſe non deſinit, nec feudum dimittere cenſetur. Quo caſu duplex directū dominium apparet: Superioris nimirum, reſpectu primi vaſſalli: & ſub iſto alterū inferius, ſeu ſubalternū, quod ad huiuſmodi primum vaſſallum pertinet, reſpectu ſecundi vaſſalli. [Bald. in citato loco, qui ad hoc citat, glo. in l. ex aſſe. ff. ad Trebell. quod & patere refert ex c. imperialem. §. illud quoq;. de prohib. feu. alie. per Fed.] Et idem Bal. nominatim docuit in c. ſane. col. 2. de renunt. feudatarium ſine dubio infeudare poſſe. Vnde tres vaſſallorum aſsignauit gradus, maiorum nimirum, minorum, & valuaſsinorum. [not. in c. 1. qui feud. da. poſ. & latius declarauimus ſupr. tit. de iur. dominic. in rubr.] Quod contra communis iuris regulas (quibus conſtat vt ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, ita vtile dominiū vtilis dominij) ſpeciali principum ac nobilium fauore introductum teſtatur Bald. in d. c. ſane. de renunt. & Ioan. Faber in §. adeo. col. 2. inſt. loc. Vnde inquiūt illi vaſſallū vaſſalli, domini primi directi vaſſallum non cenſeri: ita vt illi de controuerſia inter ſubfeudatarios orta, minimè cognoſcat, ſed ea in re de gradu in gradum immediatè tranſeūdum. Sicut qui epiſcopo ſubditus eſt, ab eius officiali ad archiepiſcopū non rectè prouocat. [c. nullus primas. 3. q. 9. & c. paſtoralis. extr. de off. ord. Quod confirmatur ex gl. in clem. 1. de iureiu. in verb. exiſtere. vbi Imm. in 27. col.]

Hinc Bal.non minus doctè quàm ſubtiliter diſputat poſt gl.in c.1.§.rurſus. de controuer. inueſt. nunquid vaſſallus vaſſalli primo domino ſeruire teneatur? Et in vtranque partem arguens pro parte negatiua allegabat vulgatam illam apud feudiſtas regulam vaſſallũ vaſſalli mei, meũ non eſſe vaſſallum.[vt eſt glo.in c.legitur. 90.diſt. &in l.de acceſsionibus.de diuer.& temp.præſcrip. Bart.in l.ſi quis à liberis.§. ſi quis alteri liberto.ff.de lib.agnoſ.& in l. Claudius.in vlt.col.ver.ſecũdo caſu,quãdo eſt pugna.ff. qui pot.in pig. hab. Oldr. de Pon. con.234. factum tale eſt, quidam miles.plene Specul.in cit.§. quoniam.ver. 14.de feud.quo loco multa huic regulę ſimilia congerit,vt in l. modeſtinus. de ver. ſignif.& d.l.ſi quis à liberis.]Sicut & vulgo dicimus ſocium ſocij mei,mihi ſocium non eſſe.[l. qui admittitur. & l. ſeq.ff.pro ſoc.] vnde videtur dominum ſuperiorem non poſſe vaſſallum vaſſalli ſui compellere ad exhibenda ſibi ſeruitia.[confirmãt nominatim Bello.& Yſer.in c. 1.§. rurſus. de controuer.inueſt.]Vnde actio quę domino ob feudum competit,in ſingularem ſucceſſorẽ tranſire non intelligitur.[iuxta l.1.§.ſi hæres.ad Treb.& l. vlt.§.vl.ff.de contrah. empt.] Contrariam tamen opinionem ſequutus eſt Bald. in cit.§.rurſus. vbi Aluar.quoque Bald.adſtipulatur, inquiens dominum poſſe ad ſeruitiorũ præſtationem compellere vaſſallum vaſſalli ſui,& per ſubtractionem beneficij,[iuxta ea quæ not.per gloſ. & doct.in cit.§. adeo. inſt. loc.]ita inquiẽtes illi, dominum non aliter regreſſum habere contra vaſſallum vaſſalli ſui, ac creditorem contra debitorem debitoris ſui,[vt not.per gl.& doct.in l.pro hærede.§.ſi quid tamen.ff.de acq.hęred.confirmat Bal.in d.c. cum dilecti. col. 2.]eo quòd certum eſt ſubuaſſallum, cauſam, licet non ita proximam, ſed primam tamen à domino habere. Verùm ea difficilis ac perplexa quæſtio ob tam contrarias tãtorum virorum ſententias cum recto moderamine à conſuetudine noſtra optimè diſſoluta eſt. Ea enim mediã quãdam viam ſequuta ita diſtinguendum docuit,vt ſiquidem dominus ſuperior vaſſallum habeat, qui ſibi debita præſtet obſequia,nullam eſſe cauſam cur in ſubuaſſallum ſe cõuertat.Nam & traditum eſt creditorem non poſſe debitorem debitoris conuenire, niſi demũ primo debitore diſcuſſo.[l.non prius.& l.vl.C. quãdo ſiſ.vel priu.debit.deb.con.poteſt.]Cęterũ,ſi vaſſallus immediatus non extet, qui debita iura domino ſoluat, licebit ſane domino ſubfeudatariũ cogere, ac in ſubfeudi poſſeſsionem mitti, non quidem vt in ipſum tranſeat ius inſeparabile quod habet ſecundus vaſſallus in ſubfeudo, ſed ipſa cõmoditas,[ſecundum Bal. & doct. in d.§. ſi quid tamen.] Vnde ſi ex primi vaſſalli cõtumacia, qui & immediatus dicitur, feudum ſit ſuperiori domino apertum, poterit dominus in poſſeſsionem feudi ſubuaſſalli mitti: & id quoad commoditates tantum,vt hoc capite expreſſum cauetur.

Quod autẽ pertinet ad illam rem, qua diximus vaſſallũ vaſſalli mei, meum vaſſallum non cenſeri,ita accipiendam exiſtimo, ſi vocabuli ſignificationem propriè accipiamus. Quòd ſi impropriè &per extenſionẽ,vaſſallus vaſſalli mei,meus quoque dici poterit,ſecundum Ale.[in d.l.modeſtinus. de verb. ſignific.] vel alio modo eam reg.interpretare ſecundum Bal.in ci. l.1.col.2.verſ.quæro teſtator.C.comm.de leg.vt ſcilicet vaſſallus vaſſalli mei, vaſſallus meus non cenſeatur, inſpecta obligatione primæ conuentionis,ſicut nec colonus coloni mei, meus colonus intelligetur: At ſi ſpectes rem meam, quæ ad eum ſecundum vaſſallum,vel colonum peruenit,tum vaſſallus meus rectè dicetur:vt in ſimili dicetur de ſecundo emphyteuta, & de eo qui domum meam ab inquilino conduxit.]l.ſolutũ.§.ſolutum.ver. vnde ſi domũ.ff.de pig.act.& l.vl.ff.de vi & vi arm.] Vide quæ in eã reg.tradit Bal. in c.admonet.extra.de renuntiat. inquiens quòd licet inter dominum & ſecundum vaſſallum nulla conſiſtat perſonalis obligatio, cõſiſtit tamen realis,cum res ad dominum pertineat,in quaſcunque tranſeat manus, [iuxta l.vti frui.§.vtrum.ff.ſi vſuſf.pet.& l.ſi vſusfructus nomine. ff. vſufruct. quẽadm.cauſ.] Quare adfirmat Bal. in cit.l.1. vaſſallum vaſſalli mei,mihi fidelitatem iurare minimè teneri, nec laudimias, cæteráſque fundi obuentiones præſtare, tam iure feudorum,quàm hoc noſtro municipali:niſi duobus demum concurrentibus. Nimirũ feudo immediato exiſtente aperto, & à primo domino prænſo ſeu ſaiſito:item &ſubfeudo pariter aperto exiſtẽte,& ſaiſito à domino mediato vel immediato.

Vaſſallus vaſſalli mei,vaſſallus meus non eſt.

Cęterum,quò vltimam huic rei manum addamus, paucis abſoluẽda eſt ea quęſtio,

An vassallus vassallos sub se habens, possit eos post saisinam sui feudi à superiore domino factam, in fidem recipere ac inuestire. Et id sanè negat Bal. & post eũ Barb. in c. cum M. Ferrariensis. col. 3. extr. de cõstit. Quomodo enim, inquit, alium inuestiet, qui ipse inuestitus non est? vel quî fieri poterit, vt qui nudus est, alium vestiat? Vnde absurdum credit vassallum, à quo sublatum est feudum, & proinde cui manus sunt ligatæ ex vi saisinæ à domino factę, alios inuestire posse. Quandoquidem per missionem domini in possessionẽ feudi, omnia iura ac fructus feudi deuoluta sunt, ita vt quãdiu durat saisina, possit dominus subuassalos loco primi vassalli in fidem admittere, eósque inuestire, & quæcunque emolumenta etiam honoraria tãtum & vtilia etiam quæ id temporis obuenerũt, percipere, ac sua facere. Dubium enim nõ est, vt cum possideat, ad eum quoque pertineat inuestitura, præsentatio, & similia iura quæ fructus sunt magis possessionis quàm proprietatis. [c. consultationibus. extra. de iu. patron.]

An vassallus cuius feudũ præhensum est, possit vassallos suos inuestire.

ARTICLE SEPTANTEHVICTIESME.

Item, mais toutesfois si ledict seigneur de fief trouue sondict fief vuide & ouuert, le doit exploicter comme bon pere de famille, & non autrement. Car il ne peult coupper ne abbatre boys de haulte fustaye, ne touche qui soit l'embelissement du lieu. Ne cueillir les fruictz s'lz ne sont en maturité comme bledz en la saison d'Aoust, & les vignes en la saison de vendanges. Ne pescher les estangz s'ilz ne sont en pesche. Ne coupper les taillis des boys, s'ilz ne sont en couppe, & en saison, comme il est acoustumé faire: & ainsi es autres semblables. Esquelz fruictz & en tous autres le seigneur de fief ne prendra plus ne oultre que eust faict ledict vassal. Et ne peult en tous cas le laboureur fermier, ou moissonnier dudict vassal, perdre son droict. Et est reputé boys de haulte fustaye, quand il a esté trente ans sans coupper.

§. TERTIVS.

Cæterum, si patronus clientelare feudum cliente vacuum apertúmque inuenerit, ei non aliter illo vti frui licebit, quàm ex officio boni ac frugi patrisfam. Proinde & syluas & lucos amœnitatis voluptatísque gratia consitos, cedere prohibetur. Tum & fructus nondum maturos legere, veluti frumenta, aut alias segetes, sub Augusti tempus: aut vites sub Autũno. Sed nec pisces capere è stagnis, arbores ceduas exscindere, reliquósque fructus percipere, nisi statis commodísque temporibus pro regionis more fas ei sit. In quibus nec maiorem quidem partem accepturus est, quàm accepisset vassallus. Quo fit, vt nec colonus, conductor, vel inquilinus, ius quod in his à clientulo habet, amittat. Cæterum, grandiorum arborum appellatione censebuntur, quæ per triginta annos non succisæ extitêre.



Sta constitutione quatuor in summa cõtinẽtur: In tot enim partes rectè diuidi potest. Et prima quidem parte statuitur dominũ in feudi possessionem missum, se in eius administratione gerere debere ex officio boni ac diligentis patrisfam. Cuius rei plura subiiciuntur exempla, vsque ad vers. Esquelz fruictz. In secũda autem parte statuitur modus seu quantitas percipiendorũ fructuum. In tertia, fit ex pręcedenti illatio, per quam ius colonorum & conductorum conseruatur, vsq; ad ver. Et est reputé. Subiicitur & vltima pars qua declaratur quid grandium arborum appellatione veniat. Quas partes singulatim explicare operæpretium est. Et quod ad primam pertinet, plura venirent repetenda quæ nos abundè explicuimus s. de gard. §. 2. in verbo fructus. Quo loco docuimus gardianos nobiles, vsufructuarios & patronos seu dominos feudales rectè æquiparari, quod ad lucrum fructuũ pertinet. Etsi non dubitem fore vt plures occurrant differentiæ omnia diligentius ac curiosius intuenti. Qualis est ista, vt patronus nullam teneatur præstare cautionem, quã solet vsufructuarius. [l. 1. ff. vsuf. quemad. cau.] Tum & patronus suos facit fructus à quocunque percepti fuerint: vt diuersum obtinet in fructuario, qui suos fructus non facit, nisi à se suóue no-

mine collecti fuerint. [l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quib. mod. vſuf. amitt. Sed hæc nō ſine ratione inducta ſunt. Certū quippe eſt lōge potētius eſſe ius patroni, quàm fructuarij. Nam fructuarius vt re aliena, patronus vt directus dominus re ſua & ad ſe reuerſa & conſolidata vtitur. Quod autem hac eadem parte ſtatuitur patronū ſe in re feudali ſaiſita, gerere debere ex officio boni patrisfa. illud dubitationē nullam habet. Nam & quilibet moderatè ac honeſtè re propria vti debet. Quod & ad vtilitatem Reipu. pertinet. [vt inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iu. §. ſed & maior.] Item & maiori ratione qui alieno iure vtitur. [vt eſt elegans tex. in l. æquiſſimum. ff. de vſuf. & l. 2. vſuf. quemad. cau.] Neq; enim decet patronum abuti feudo cum in illius poſſeſſionem mittitur. [l. ſed etſi quid. §. 1. cum duabus ll. ſeq. ff. de vſufru.] Vnde ad exemplum quod hîc traditur de ſylua cædua facit quod adpoſitè tradit Cug. in l. ſi cōuenerit. §. ſi quis caueri. ff. de pig. act. & quæ eo loco poſt eum docet Bart. & Alb. in quæſt. An creditor prohibere poſſit ne ſylua exſcindatur. Et reſpondent illi creditorem non aliter re pignorata vti debere, atq; vteretur quilibet bonus paterfa. vnde ſi illa cædua non ſit, illi eam exſcindere ius non eſſe: quòd ſi cædua fuerit, tūc ei liceat iuxta temporis opportunitatem. Nec enim ei ante tempus licebit. [l. item ſi fundi. ſub fi. & l. ſeq. ff. de vſufr.]

Potētius eſſe ius patroni in re feudali ſaiſita, quam vſufructuarij.

Quæ prodita pœna in patronum, immaturos feudi ſaiſiti fructus præcipientem.

Verùm quò eam primam conſtitutionis noſtræ partem abſolutam habeamus, duo nobis inueſtiganda ſunt, quæ ad rem maximè pertinent. Horum primum eſt, ſi patronus poſtquā in rei feudalis poſſeſsionem miſſus eſt. arbores incęduas, lucóſve amœnitatis gratia poſitos, re ipſa contra huius conſtitutionis tenorem præſciderit: vel ſyluam ceduam tempore intempeſtiuo, nempe æſtate, vel triennio poſt nouiſsimam proſciſsionem, cum ex noſtræ prouinciæ vſu huiuſmodi ligna cedua cædi non ſoleant niſi nouennio: vel ſi meſſium, vindemiarúm ve, aut piſcaturæ tempus præuenerit, ita vt fructus adhuc immaturos collegerit, quodnam proditum eſt remedium ipſi clienti aduerſus dominum, qui ſe ex officio boni patrisfa. non geſsit? Et ſi quidam maritus (vt rem exēplo declarem) arbores fructiferas in fundo dotali inciderit, illorum ęſtimationem reſtituere, & id quod vxoris intereſt, præſtari oportere exploratum eſt. [l. diuortio. §. ſi fundum. vbi doc. ff. ſol. mat.] quātumcunque pro domino rei dotalis habeatur. [iuxta l. doce ancillam. C. de rei vend. & inſt. quib. ali. lic. ſub prin.] Et hoc eam habet rationem, quia dominum quod in re dotali marito competit, non eſt omnino liberum, ſed reſtitutioni ſubiacet, vbi ſolutum eſt matrimonium. [l. in rebus. de iu. dot. & nos dicemus infr. de ſucceſ. §. 1. in ſ. fall.] Ita ferè obtinet in patrono, quem, vt dixi, rectè cum marito vel vſufructuario comparaueris, qui licet feudi directus ſit dominus, ac fructus illius ſuos facit pendēte ſaiſina, id tamen ius finem habet, vbi ſcilicet vaſſallus fidelitatem præſtiterit, iuráque domino debita obtulerit. Tunc enim tenetur dominus rem omnem feudatario reſtituere. vt cōſtat j. eo. §. 23. Quinetiam & vnà cum fundo feudali arbores quoque reſtituere compelletur, ídque in defectum ſpecialis actionis, ex condictione ex lege municipali & moribus, vel ex lege aquilia ſecundum glo. Bald. vtrumq; Immol. & cæteros omnes, excepto vno Bart. in cit. l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr. Nam & certum eſt patronum arbores non ceduas proſcindentem, in mala fide verſari. Agit enim contra expreſſam iuris municipalis prohibitionem. Tum iure feudorum cautū extat, ne patroni quicquam aduerſus res feudales mala fide gerant. [c. vl. de prohib. feu. alien. per Loth.] Idem quoque iudicandum exiſtimo, etſi nimis intempeſtiuè fruges collegerit, vel ſyluam alioqui ceduam incongruo intempeſtiuóque tempore exſciderit. [vt nominatim refert Accurſ. in l. in fructu. ff. de vſuf. leg. per l. & hæc diſtinctio. §. cum fundum. ff. loc.] Debuit quippe patronus omnia ſuo tempore colligere, nec quicquam immaturè ac præcipitanter gerere. [arg. l. ſi merces. §. conductor. ff. loc.] Vnde qui ante tempus fructus perceperit non intelligetur vſus arbitrio boni viri, ſed abuſus. [teſte Salic. in l. ſi pater. ff. de vſuf. [niſi quę immature percepta ſunt, è re & vtilitate percipientis eſſent, vt fœnum, oliua, ſylua cedua, quæ etſi ante tempus percipiantur, in fructu tamen ſunt. [l. ſi abſente. §. vlt. ff. de vſuf.] Vnde Bal. & Sali. in cit. l. ſi pater. diſtinguebant rem iſtam ex propoſito & mente colligentis, vt ſiquidem patronus glādem immaturè legiſſet, vel ſyluam ceduam intempeſtiuo tempore excidiſſet, non alio animo quàm vt vaſſallo ſuo officeret, rémque deteriorem redderet, eius

deteriorationis cauſam reſtiturum eſſe. At ſecus ſi nullus adfuiſſet nocendi animus. Quæ tamen diſtinctio mihi non admodum placet, nec etiam omnino Salic. ſatisfacit. Quis enim dubitat patronum vel fructuarium malè in re verſantem, ac omnia intempeſtiuè vaſtantem, ſemper ſi quando in ius à vaſſallo vocetur, cauſaturum ſuam priuatam vtilitatem, qua ſuam depopulationem prætegat: quam hodie inhoneſto hoc velamento paſsim tegi videmus à fructuariis, & his qui illorum futuri ſunt hæredes, qui ſolent hac immatura & intempeſtiua fructuum perceptione, proprietarios ipſos ſuo iure defraudare, ad quos pertinere conſtat eos fructus, qui à ſolo ſeparati non ſunt, id temporis quo cõſolidatus eſt vſusfructus cum proprietate. Quare ſæpius ſuper ea re conſultus, ſemper ita à me reſponſum eſt: vt ſi conſtiterit ius fructuarij ante fructuum maturitatem finiturum, vt quia vſusfructus in certum tempus conſtitutus eſt, vſque in decem annos, vel, vt in caſu noſtro, quia dominus poſſideret feudum iure rachatus, quem conſtat non amplius anno durare, vt §. 16. j. eod. tum indubitatum apud me eſt (quid ſentiãt alij neſcio,) neque fructuarium, neque dominum feudalem maturitatis tẽpus præuenire poſſe, quo proprietarium ſeu vaſſallum fraudẽt. Quòd ſi contra fecerint, eos hac pœna mulctandos cenſeo, vt fructus & id quod intereſt, præſtare teneantur. [per d. l. & hæc diſtinctio §. cum fundum. & l. filiæ meæ emancipatæ. ff. ſol. mat. & l. ex ſylua. cum l. ſeq. ff. de vſufru.] Niſi, vt ait Salic. qui & idem ſentit in d. l. ſi pater, id vrgente neceſsitate vel imminente periculo actum eſſet. cum inter rerum neceſsitates leges obmuteſcant. [not. in l. neminem. C. de ſacroſ. eccl.] Cæterum, ſi non ita conſtitiſſet ius fructuarij ſeu domini feudalis finiturum, tunc ad vero ſimiles coniecturas recurrẽdum putarem, vt ſi cum quidam curatus pingue habens ſacerdotium, domi morbo graui decumberet, parentes certiores facti illum deſperatę eſſe ſalutis, fructus immaturè colligant, illos reſtituere cogentur, ad quos pertinebunt. Qua in re medicis fides habenda erit. Et hic diligenter animaduertendum eſt, vt ſiquidem poſt fructus immaturè collectos ab aduerſa fructuarij ſeu curati valetudine ſuperſit tantùm temporis quo maturè colligi potuiſſent, qui collegerunt minime teneantur. Vt ſi, verbi gratia, laboraret ſub mensem Ianuarij, & qui futuri erant illius hęredes immaturas fruges collegerint, Si poſtea fructuarius ſub finẽ Auguſti, quo tempore colligi ſolent, deceſſerit, minimè tenebuntur hæredes, qui non niſi ſibi damnum intulerunt. Vnde eo caſu de intempeſtiua collectione minimè curãdum exiſtimo. [tex. eſt in hoc fing. in l. legis aquiliæ. ſub fi. ff. ad l. aquil.] Et ita intelligendam arbitror d. l. ſi abſente. §. ſyluam cæduam. videlicet quãdo durauerit vſusfructus, vſque ad tempeſtiuum collectionis tempus: non autem ſi ante collectionis tẽpus expiraſſet. Quam rem etiam non ominino ineptè ſublimitandam cenſerem, vbi ex ea intempeſtiua ſyluæ ceduæ ſectione, minimè lęderetur proprietas. [iuxta l. 1. ff. vſuf. quemad. cau.] Atque id dubitatione non caret. Quæ omnia non difficilis eſt negotij ad dominum feudalem applicare, qui ſi præſciuerit vaſſallum mox ad fidelitatẽ, debitáque & iura offerẽtium venturum, & iam velut in limine, cum ſpem colligendorum fructuum ſibi nullam ſupereſſe intelligeret eos intẽpeſtiuè ac prẽmaturè perceperit, eum ad eos reſtituendos teneri cum omni intereſſe non dubitatur, ſi modo damnum proprietati aliquod factum ſit; [iuxta cit. l. ff. vſufruct. quemadmod. cau.] Quòd ſi nullam iacturam fecerit ipſa proprietas, ſed damnum fructibus tantum illatum ſit, ſiquidem vaſſallus intra tẽpus colligendis fructibus prẽſtitutum, fidelitatem obtulerit, tunc & dominum quoque eos vnà cum intereſſe reſtituere compellẽdum certi iuris eſt. Sin ſi id tempus non venerit vaſſallus inueſtituram petiturus, non eſt quòd de collectis à domino fructibus immaturè conquæratur. Ei quippe nulla eſt facta iniuria in re quæ nec ſua eſt, nec ſua futura: ſibíq; ſoli iacturam facit dominus. Quod congruuum tempeſtiuúmq; tempus colligendis fructibus non eſt aliunde diſcendum quàm ex conſuetudine & moribus regionis in qua res ſitæ ſunt. [vt teſtatur Bart. in l. ſi merces. §. conductor. ff. loc.] quod extat etiã hac cõſtitutiõe expreſsũ ſub ea verba, cõme il eſt acouſtumé de faire. Et hæc quidẽ quoad fructus naturales.

De fructibus ciuilibus feudi.

Quod autem ad ciuiles pertinet, cuiuſmodi ſunt penſiones, amodiationes, cenſus, mercedes, & reditus annui, ſciendum eſt imprimis hos in triplici differẽtia eſſe. Quædam enim ſunt pẽſiones, ſeu (vt vul-

gus doct. Italorum appellat) affictus, qui pro locatione feudi ad modicum tempus, puta annum, triennium, aut quinquennium certis diebus seu terminis soluūtur. De qua prima specie agere videtur tex. in c. domino guerram. §. quinetiam. in tit. hic finitur lex. Cuius tamen capitis decisionem nullam omnino rationem habere cō tendit eo in loco Bal. & Yser. omnino falsam asserit. Quam tamen defendit Anch. in cons. 193. subtiliter & plene inquiens illic agi de fructibus naturalibus qui ex feudo proueniunt. At pensio quæ ex feudo prouenit, non ex feudi natura, sed ex hominis prouidentia venit, quæ loco fructuum feudi subrogatur, sicut pretium loco rei. Vnde ad iudicandum quando pensiones ad dominum feudalem per suam mancipationem debentur, inspiciendum existimo tempus quo fructus feudi colligūtur, non tempus quo solui debent pensiones. [probatur ex l. defuncta vsufructuaria. ff. de vsuf. & ex l. 1. de anno. & tribut. lib. 10. C. vbi statuitur eum annonas soluere debere qui possessiones tenet, & fructus percipit. Item ex l. diuortio. post prin. ff. sol. matr. vbi doct. & Salic. in l. fructus. C. de act. empt. Quod & æquum adfirmat Bart. in l. vl. §. Triphonio. ff. de iur. fis.] Anchar. quoque in cit cons. id confirmat. arg. ab absurdo. Finge, inquit, feudatarium vel fructuarium fructus fundi in quinquēnium pro centum locasse. Et inito quinquennio, eiúsque temporis perceptis fructibus, sexto anno quo totius retroacti temporis solui debet pensio, aperiatur feudum domino, illúdq; apprehendat: absurdum sane non leue videretur vt totam pensionem ex præterito tempore debitam, prætextu quod tempore saisiti feudi & ad se ex vi saisinæ deuoluti cessisset, dominus sibi vendicaret. Vnde ego cōcludendum existimo, vt si calendis Octobribus, fructibus feudi iam collectis, dominus feudalis in feudi possessionem mitteretur, iampridem à vassallo locati, pro certa pensione soluenda calēdis Nouembribus, ea sane pensio vassalli erit, nec ad dominū pertinebit, eo quòd post fructus perceptos à vassallo, eiúsve colono aut cōductore, feudum apprehensum sit.

Altero & secundo modo hæ pensiones locationum cōsiderari possunt prout debentur pro conductione seu affictatione rerum, quarum fructus tempus successiuum habent, vt pensiones & mercedes ædium locatarum, molendinorum, pedagiorum, salinarum, lapidicinarū, & id genus, quorum fructus quotidie renascuntur, & quotidie deberi incipiunt, licet stata & certa die solui debeant. Qua in specie ratam temporis inspiciendam autumo. Veluti si vassallus molendinum feudale locauerit pro quatuor annuis modiis frumenti, si iam ea locatio tres menses durauerit, modius vnus qui pro eo tempore debetur, vassalli erit. Cætera pensio ad dominum pertinebit. [Quæ sententia in fructibus causam continuam habentibus probatur in l. Iul. §. si fructibus. vbi glo. & Bart. ff. de act. empt. in l. vlt. §. Trihonio. ff. de iu. fi. Salic. in d. l. fructus. C. de act. emp. Quod & in specie decidit Bald. in c. 1. sub fi. pr. de pac. tenen. plene Scrib. in cit. l. diuortio. ff. solu. matr.] Facit quod opera & merces commodam diuisionem recipiūt. [l. 2. C. loc. in quam potest & cōmode induci tex. in l. si operas. ff. de vsuf.]

Tertio modo considerari possunt pensiones, vt pro ipsa re & in momento debentur: vt sunt census, cæteræque pensiones annuæ quæ pro feudis emphyteuticis, censualibúsq; debentur. qui reditus sunt fundiarij, quos vulgo Galli rentas foncias appellant. quę vt plurimum semel vel bis in anno pendi solent. Et in hac acceptione non tempus perceptionis fructuū, sed soluendæ pensionis dies inspicitur. [d. l. vl. §. Triphonio. vbi gl. de iu. fis.] & idem dicendum de aliis cōmodis & iuribus vtilibus quæ ex feudo proueniunt, quæ statim ac ipso temporis momento acquiruntur. Vnde tempus quo deberi incipiunt, spectandum est, vt sentire videtur Sali. in d. l. fructus. de act. emp. Et hæc hactenus.

Nunc ad secūdam & tertiam huius cōstitutionis partem deueniendum est: ad quarum intelligentiam præsupponēdum est duobus modis fructus feudi domino feudali acquiri. Primò cum feudum in rachatum incidere cōtingit. veluti cum feudū succesione filiæ nuptæ, agnatísve collateralibus defertur, aut cū permutatur, donatur, aliáue ex causa in alium transfertur: vt sunt casus in eā rē expressi. j. eo. §. 9. cū quinq; seq. Cuius quidē rachatus vtilitas est feudi reditus seu fructus vnius anni, vt cauetur in cit. §. 9. & §. 16. Secūdo, cum dñs ob fidem nō præstitā ac iura debita minime soluta in feudū, manus, prætoris authoritate iniicit. Et si ita fiat cū iudicis decreto, fructus suos facit, donec illi

Duobus modis fructus domino acquiri.

Quæ sit rachatus vtilitas.

fuerit præſtita fidelitas, cæteráque debita iura exoluta, iuxta §. 1. ſupr. eod. Diſpiciamus igitur in vtroque qui ſit fruendi modus. Et primo quidem caſu dicendum videtur, vt cum lex hæc noſtra municipalis pro illo iure rachatus domino nõ quidem vſumfructum feudi, ſed vnius tãtùm anni fructus deferat, & reditus tantùm debeatur pro illo anno quo feudum in nouam manum tranſmutatum eſt, vt nominatim ait Bart. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſuf. per illum tex. & l. patrimonium. & l. cum ita. eod. tit. vbi probatur quòd quando cõ ceſſus eſt annuus fructus fundi, percipere tantùm ille debet quantitatem fructuum qui ex illo fundo eo anno redigũtur, ídq; per manum concedentis aut illius hæredis: ita vt ſua authoritate vel manu ille percipere non poſsit. Ex quo apparet dominum feudalem non poſſe vaſſallum domo feudali expellere, ſed ſatis eſſe ſi fructus illius anni è manu vaſſalli percipiat: ídque deductis impenſis ac ſumptibus in illis colligendis factis, diſtracta inſuper ſolita coloni portione, vt nominatim referunt Accurſ. Bartol. & Alb. in cit. l. fundi Trebatiani. & ea eſt vera ac genuina huius noſtræ conſtitutionis interpretatio. Item & ſecundo caſu, quo dominus authore iudice in feudi vacantis poſſeſsionẽ miſſus eſt ob fidẽ ſibi non præſtitam, fructus facit ſuos, idem videtur ac in primo caſu iudicandum. Nimirum vt hęc miſsio domini feudalis in poſſeſsionem feudi, quæ fit à iudice, ſimilis per omnia videatur miſsioni quæ antiquo iure fiebat authore præſide, ex primo decreto, contra hæredẽ aliúmve non cauẽtem, aut id non præſtantem ad quod tenebatur, vt affatim docet Spec. tit. de prim. & ſec. decr. & Bar. in l. ſi finita. ff. Iulianus. ff. de dam. inf. Nã & hoc caſu iudex, hoc iure noſtro municipali, propter vaſſalli contumaciam, domino fidelitatem debitáque iura minimè offerentis, ex ſuo decreto ſeu commiſsione, dominum in feudi poſſeſsionem mittere ſolet, donec debita præſtiterit. Igitur de hac miſsione conſuetudinaria idem iudicium eſſe debet, ac de miſsione legali, ex vi reg. qua monemur de ſimilibus idem iudicandum. [vt adfirmat Bald. & poſt eum Barb. in c. inter cæteras. extr. de reſcr. tex. eſt in l. non poſſunt. ff. de leg. & l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur.] Quæ reg. etiã procedit in materia conſuetudinaria. [vt docent Bart. & Iaſ. in l. de quibus. ff. de legib. & eſt tex. in c. Obertus. §. ſtrennuus autem. de feud. cogni.] Et quidem hoc cõceſſo, conſtat iure communi eum qui miſsionem in ſuorum bonorũ poſſeſsionem paſſus eſt ex primo decreto ſua poſſeſsione non priuari. Ideóque nec ipſe nec illius colonus, iure expelli poterant. [l. is cui. in princ. ff. quor. leg. & d. l. ſi finita. ff. ſi quis autem. ff. de dam. infec.] Quorum iurium conſtitutio etiam in colono locum habet, qui vaſſallum (de eo enim prẹſens eſt propoſitum) in cura cuſtodia & cultura repręſentat. [l. quod meo. ff. de acq. poſ.] Quod & apertis verbis hac conſtitutione oſtenditur, dum ita ſe habet vt dominus, manu in feudum iniecta, non aliter eo vti poſsit, nec quicquam amplius percipere quàm faceret vaſſallus. Vnde conſtat & eũdem debere ſtare locationi colono factę, perinde atque teneretur vaſſallus, ſi feudo potiretur. Qua in re expendenda ſunt ea geminata verba, plus & vltra. Quæ quidem geminatio nonnullam emphaſim habet, ac operatur aliquid plus quàm ſi ſimpliciter altera poſita eſſet. [l. ſi ſtipulatus. vbi glo. ff. de vſur. facit & quod ait Bartol. in auth. ſed cum teſtator. col. 2. verſ. quæro quid ſi teſtator. C. ad l. falc. allegat gl. ſing. in l. decem. in verb. tota. ff. de fideicom. libert. Expendo & text. in c. examinata. in ver. incongruentem & ineptam. extra. de iud. & in cle. 1. in ver. ſufficienter & idonèe. de pœ.] Ex quibus coniicere licet dominum contentum eſſe debere ſola penſionis perceptione, quæ pro fructibus pẽdi vaſſallo ſolebat, nec ideo poſſe vaſſalli colonum expellere. Veruntamen argumenta omnia iſta, vna aſſumpti negatione eliduntur. Nec enim ſimilis eſt, vt plærique contẽdunt, hæc miſsio in poſſeſsionẽ feudi aperti, illi antiquæ miſsioni prætoriæ quæ iure communi fiebat contra nõ comparentes vel contumaces. Vnde non ſatis rectè argumentamur ab vna ad alteram, vt pote à diſsimilibus. [l. Papinianus exuli. ff. de minor.] Hæc ſiquidem prætoria miſsio iure communi fiebat in rem alienam: at illa dominicalis in rẽ ſuam. Item prætoria miſsio ſolum fiebat cauſa rei ſeruandæ, nec lucrum fructuum operabatur, vt ſuprà dixi, & in ſpecie tradit Spec. in citato loco: at hæc dominicalis lucrum fructuum parit, vt hic eſt caſus. & ſupr. eo. §. 1. Item nec ſimilis eſt dominus explectans (vt vulgari verbo vtar) feudum iure rachatus, ei cui conceſſus eſt fructus ſeu re-

Differentia inter miſsionem hanc dominicalem, & antiquam prætoriam.

ditus fundi vnius anni.de quo in d.l.fundi Trebatiani,ſed magis fructuario. Quinetiam & qui in feudi poſſeſsionem miſſus eſt,ſuo velut iure vti intelligitur.vnde maiori gaudet prærogatiua, quàm fructuarius,qui re aliena vtitur.[§.1.inſt.de vſuf.] qui ideo cautionem prẽſtare tenetur de ea re vtenda fruenda arbitrio boni viri, eáq; finito vſufructu,reſtituenda. [l.1.ff.vſufr. quemadm. caue.] quæ quidem neceſsitas domino feudali in rem ſuam miſſo minimè incũbit,vt plenè dixi ſ.eo.§.1. Ex quibus concludendum cenſerem non expellendos à domino in feudum miſſo colonos. Et eo iure vtimur.

Cæterum, vt teneatur is dominus ſtare locatiõi ſui vaſſalli,magis æquitate quàm ſubtili iuris ratione inductum eſt.Nam & contra expreſſas iuris communis feudorum regulas pugnat.Sancitum quippe eſt in c.1.§.rurſus.quib. mod.feud.amitt. ſingularem ſucceſſorem ſtare non teneri authoris colono. Idque ſiue ſuccedat titulo lucratiuo, vt ex cauſa legati. [l.nihil proponi.§.fructus.de leg.1.]ſiue titulo oneroſo, vt ex cauſa emptionis. [l. emptorẽ. C. loc.]At ſanè ea æquitas merito iuris rigore præferenda eſt,tum quod etiam nititur & alia iuris ratione quam deſumere licet arg.c.1.§.ſi verò.qual.ol.feu.alie.pot. vt ſi nimirum colonus paratus ſit domino ſeruire. Et ita videtur decidere Bal. licet non ſatis conſtanter. in d.§.rurſus.ſub fi. Præterea & id ſuadet alia æquitas reſpectu vaſſalli. Nec enim par eſt vaſſallum ob vnum delictum, quod etiam in omittendo tantum committitur, pluribus affici pœnis. Nam etſi expellatur colonus, nedum ille fructibus feudi priuabitur, ſed & colono, ad id quod ſua interfuiſſet, tenebitur. vt habetur in dic. §. rurſus. Subeſt & tertiæ æquitatis conſideratio, videlicet opera & impenſa coloni, circa feudi fructus, maximè induſtriales, propter quas æquum eſt eum fructus à ſe perceptos, ſuos facere. [per text. ſingul.in §. ſi quis à non domino.inſt.de re.diuiſ.] Nam nec caſus vllus interuenire poteſt, qui impenſarum bona fide factarum deductionem impediat, [in l.fundus qui. ſub fi. pr. ff. famil. herci.] Cum itaq; ij omnes ſumptus à colono pro rei cultura ac cura facti, ei in omnem euentum reſarciendi ſint, cum etiam fructus eos tantum appellemus qui deductis impenſis ſuperſunt.[l.ſi à domino.§.vlt.ff.ff.de pet.hæred. & l.fructus.ff.ſol.mat. quòd & confirmat Bal. in l. cohæredibus. C. famil. herciſcund. & Bartol.in d.l.fundi Trebatiani. ſub fin.de vſufr.leg.eſt & tex.in l. in venditione.§.1. ff.de bo.autho.iud. poſsid.] quod nedum in bonæ fidei poſſeſſore, ſed & in prædonibus receptum eſt,id ſcilicet naturali exigẽte ratione,[ex d.l.ſi à domino.§.vl.]merito hac noſtra cõſuetudine introductum eſt,vt dominus in feudi poſſeſsionem miſſus,veteribus colonis ſtare teneatur,contentúſque ille ſit his omnibus iuribus vti, quibus vaſſallus in cuius locum ſubintrauit, vteretur. Quod magnam ſanè æquitatẽ habet. Et huic ſanè conſtitutioni cauſam dediſſe puto ſpontanea odia, quibus vt plurimũ ardent patroni in in ſuos cliẽtes, quibus inducti ſolebãt eos miſerè vexare, vt puta è domo eos expellendo, omniáque infeſtando. Quòd ſi obiicias quæ ſuprà diximus,multũ intereſſe inter hanc miſsionem prætoriam quæ fit iure ciuili, & illam qua hodie vtimur in feudis apertis:vt quia iſta in rem ſuam,illa in rem alienam fit: reſpondebo hac in re eas miſsiones parum vel nihil differre. Nam & dominus feudalis miſſus in feudi poſſeſsionem, intelligitur miſſus in remquoque alienam reſpectu vtilis dominij quod habebat vaſſallus:itẽ & idem patronus in fructuum quoque feudi acquiſitionem intrat,quos nõ ſuos,ſed vaſſalli fore certum eſt.vt ſuprà à nobis pluribus declaratum eſt,in prooem.feudorum. Nec obeſt præterea quòd vtile dominium, quod vaſſallo competit, cum proprietate, quæ penes dominum eſt, vnitum ac cõſolidatum ſit, ideóque ad eum reuerſum: vt erat in caſu d.§.rurſum.c.1.quib mod.feu.amitt. Nam nec ex ea reuerſione ad dominum, minimè vtile dominium cum directa proprietate conſolidatum ex eo intelliges facilẽ, quòd vaſſallus minimè illo ſuo vtili dominio priuatur. Siquidem illud ſemper apud ſe remanet: licet illius effectus impediatur, donec fidem, in qua ceſſauit, offerat, debitáque iura exoluat. Quinetiam nec idem poſſeſsionem ſuam amittit.nam & cum domino poſsidet, licet diuerſo reſpectu: vt eſt gl.in c.cõtingit.extr. de dol. & contum. Vnde concludito vaſſalli poſſeſsionem minimè ex ea miſsione interrumpi. Quare non admodum mihi differre videtur ea qua hodie vtimur, miſsio, à prætoria miſsione quæ iure ciuili fit: niſi in fructuum lucro, quos patronus in feu-

Eos tantum fructus verè dici, qui deducta impenſa ſuperſunt.

dum apertũ miſſus ſuos facit: at non item is qui à prætore olim in poſſeſsionem rerum aduerſarij ob eius cõtumaciam mittebatur.

Porro, quo rem omnẽ certo modo abſolutam habeamus, ex hoc §. iuncto §. 1. ſ. eod. tres in ſumma concluſiones colligere licet. Harum prima eſt. Quòd ſi patronus in caſu permiſſo, authore iudice feudum mancipauerit, ſeu, quod dicitur, ſaiſierit, quod quidem vaſſallus per ſe poſsidebat, ſeu, quod aiunt, expletabat, poſsit dominus eum domo expellere vna cum ſua familia. caſus eſt. j. eod. §. vlt. Secunda, quòd ſi ante feudi aperturam & mãcipationem vaſſallus feudum locaſſet bona fide ac ſine fraude, nõ ius eſſe domino expulſis cõductoribus coloniſve, fructus per ſe colligere, ſed contẽtus eſſe debet penſione ſeu mercede conductionis: vt eſt hoc §. expreſ ſum. Tertia, ſi de mancipatione inter dominum & vaſſallum controuerſum fuerit, vt quia ſaiſinæ ſeſe oppoſuerit vaſſallus, conſtituendus eſt ſequeſter, qui pendente controuerſia iiſdem modis fruetur prædiis feudalibus, atque dominus eſſet fruiturus, ſi nulla interceſsiſſet oppoſitio. nimirum vt ſi illa locata non ſint, ille fructus colligat: quòd ſi locata ſint, pẽſionem ſit accepturus.

Cæterum, id maximè eſt aduertendum, quòd hac cõſtitutione cauetur: colonum, ſeu quem vulgo dicimus, affictatorem, ſeu admodiatorem feudi, ius ſuum amittere non poſſe. Intelligendum quippe iſtud eſt de conductoribus ſecũdum propriam iuris ſignificationem, qui ſunt hi quibus vt priuatis agros noſtros colẽdos tradere ſolemus ad modicum tempus: quod minus decennio interpretamur. [tex. iuncta glo. in l. 1. & 3. ff. ſi ag. vectig. vel emph.] Vnde ſi feudum ad decennium vſque, vel in longius tempus locaretur, iam non eſſet verus locationis cõtractus, ſed quædam alienationis ſpecies, per quã vtile dominium in alium transfertur. [vt in auth. de non alien. §. alienationis. & in cle. 1. de reb. eccle. non alien. & in c. nullo. eod. titul. in antiq. doct. in l. codicillis. §. inſtituti. de leg. 2. & in c. vlt. ne. præl. vic. ſuas. vbi plenè Cano.] Vnde patronus iudice authore feudũ apertum apprehendens, tenebitur huiuſmodi locationi in longius tempus decennio factæ ſtare, deductis interim (vt perpetuo monui) impenſis pro cultura curáque agrorum factis.

Supereſt quarta huius conſtitutionis pars, in qua illud notiſsimi iuris eſt, non licere vaſſallo grandiores arbores nec fructiferas exſcindere. Ea enim res ab officio boni patris fa. aliena eſt. [Et hanc quidem deciſ. tradit Bart. in l. diuortio. §. ſi fundũ. per illum tex. ff. ſol. mat. Quam illic probat Iaſ. & Innoc. in c. cum ad apoſtolicæ. de re iud. quem refert & ſequitur Bal. in c. vl. in pe. col. de re iu. & Gem. in cit. c. cũ ad apoſtolicæ. §. licet. col. 3. & Paul. Caſtr. in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. Facit tex. in c. 1. §. quid ergo. de inueſt. de reb. al. fac.] Nam vaſſallus meliorẽ quidem fendi conditionem facere poteſt, at nõ deteriorem. Licet enim, vt inquit text. poſſeſsio ad eũ ex beneficio domini pertineat, ad alium tamen ſpectat proprietas. Vnde etſi huius generis arbores abſcinderet, gratia ſibi facta iam abuti intelligitur. Ita vt ea de cauſa feudo priuari poſsit. [vt expreſsim ſenſit Bal. in c. 1. §. publici latrones. de pac. tenen. & Paul. Caſtr. in d. auth. quia rem. & Pont. in d. §. ſi fundum.] Ea tamen in re dubitat vterque Immo. in d. §. ſi fundum. atque etiam Iaſ. in contrariam iuit ſententiam: ſed perperam meo iudicio. Et Bart. opinio mihi ſemper æquior viſa eſt, quæ nedũ procedit in feudatario, ſed & in fructuario, cui nec licet grãdes arbores ſuccidere. [tex. in l. ſi grãdes. & l. æquiſsimũ. §. ſi fructuarius. vbi Alb. ff. de vſuf.] Vterque enim æquiparantur. [vt placuit gl. in c. 1. §. quid ergo. in verb. meliorem. de inueſt. de reb. allien. fac.] Quo iure etiam vtitur dominus feudi, dum feudo ſibi aperto fruitur, vt ſuprà oſtendimus. tum & emphyteuta, [vt in d. auth. qui rem. vbi Baldus & Decius. vide Albertum & Iaſonem, in l. 3. in vlti. colum. C. de iur. emphyteut. & Ang. in l. ſi colonus. ff. arb. fur. cæſ.] Idem quoque & marito vetitum in rebus dotalibus. [vt eſt caſus in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr. & in l. ex lapidicinis. vbi Bal. ff. de iu. dot.] Idem denique iuris procedit in omnibus qui re aliena vel reſtitutioni ſubiecta fruuntur, [vt teſtantur Dy. Bart. Bald. Alber. Angel. Paulus, vterque Immo. Pont. Aret. & Iaſ. in cit. §. ſi fundum.] Vnde cum res feudalis quæ ad dominum ob fidem non factam peruenit, ſit aliquãdo vaſſallo reſtituenda, vbicũq; fides præſtita fuerit, nullo obſtãte temporis lapſu, proculdubio concludendum eſt, domino ius non eſſe arbores grandiores & fructiferas ſuccidere, habita potiſsi-

mum correlationis ratione. [de qua in l. 1. vbi Bart. C. de cupref. & Iaſ. in l. vl. de indi. viduit.] Item, quia (vt ſuprà docuimus) pinguius eſt ac fœcundius ius quod habet vaſſallus in feudo, quám quod patronus.

ARTICLE SEPTANTENEVFIESME.

Item quand le vaſſal vend ſon fief, il eſt deu au ſeigneur feodal, pour raiſon de ladicte vente, proffit de fief, qui s'appelle quint denier, qui eſt de cent ſolz, vingt ſolz, & de cent liures, vingt liures: & ainſi à l'equipolent, de plus plus, & de moins moins.

ARTICLE OCTANTIESME.

Item, quand ladicte vente eſt faicte par ledict vaſſal dudict fief, ſans dire ne exprimer que les deniers de ladicte vente ſcient francz audict vendeur, iceluy vendeur eſt tenu de payer iceluy profit de quint audict ſeigneur feodal à la raiſon deſſuſdicte, ſans ce que ledict achapteur ſoit tenu aucune choſe payer du quint.

ARTICLE OCTANTEETVNIESME.

Item, ſi en ladicte vente ſont contenuz ces motz par expres, que les deniers conuenuz entre le vendeur & l'achepteur, ſoient francz audict vendeur: en ce cas il eſt deu audict ſeigneur de fief, proffit de quint & requint: C'eſt à ſçauoir de cent liures, vingt & quatre liures, pour le quint de cent liures: & quatre liures, pour le quint de vingt liures. Leſquelz en ce cas ledict achapteur doibt payer.

§. QVARTVS.

Cum à clientulo feudum venditur, ratione huius venditionis emolumentum aliquod patrono feudi cedit, quod quintus denarius vulgo nũcupatur, ob id ita dictus, q̃ quinta conuenti pretij pars ſit. Quo fit, vt ſi centũ aſsibus res vænierit, viginti illi debeantur: Si centum item libris, pariter & viginti libræ. Idémque penitus obſeruandum erit, ſi feudum pluris minoriſve vænierit.

§. QVINTVS.

Cæterum, ſi in ea venditione expreſsim dictũ non ſit, vt illius pretium liberè ad venditorem perueniat, laudimiarum quinti onus ad venditorem, non ad emptorem pertinet.

§. SEXTVS.

At ſi in vendendo expreſſum fuerit pretium venditionis inter contrahentes conuentum, libere ad venditorem peruenire debere, eo caſu patrono quinta ſubquintaq; pars pretij debetur: hoc eſt, ex centum libris, quatuor & viginti libræ: nimirum, viginti nomine quinti denarij ex centum: & libræ quatuor ex viginti. Cuius quidem obuentionis onus eo caſu ad emptorem pertinet.

QVanuis iure communi feudorum interdicta eſſet venditio, donatio, pignoratio, & quæcũque alia citra domini conſenſum alienatio, ſiue per viam cõtractus, ſiue ex cauſa vltimæ voluntatis: impoſita etiam commiſsionis pœna ei qui contrà feciſſet: necnon etiam amputationis manus, amiſsioniſq; officij, ſi quod haberet: ita etiam vt infamię notam pateretur publicus tabellio, qui ſuper feudi alienatione inſtrumẽtum confeciſſet. [vt cautum extat duabus, Imperatorum Federic. & Loth. conſtitutionibus, de prohib. feud. alien.] Hodie tamen diuerſum omnino Gallorum moribus introductum eſt, quibus cuilibet vaſſallo conceſſa facultas feudum diſtrahendi, pignorandi, donandi, ac denique ex quacunque cauſa alienandi, vt nos pluribus in locis ſuprà oſtendi-

mus, & maximè tit. de feud. §. 17. idq; ita liberè, vt nec domini consensus necessarius sit. Nō impunè tamen lex nostra municipalis eum domini contemptum passa est. Generaliter siquidem introduxit, vt pro feudi alienatione certum ius laudimiarum ei penderetur, nimirum quinta pars pretij quo feudum væniret. Idque ad similitudinem iuris communis quo inductum erat vt pro consensu & inuestitura, quam de re emphyteutica dominus nouo emphyteutæ faciebat quinquagesima pretij deberetur. [l. 3. C. de iu. emphyt.] Licet non me lateat hanc æquiparationem iure comuni satis tutam non esse. Nam licet inter feudum & emphyteusim maxima sit similitudo, ita vt etiam gl. in c. 1. in verbo vtrumque. An agn. vel fil. feudum & emphyteusim comparet, [vt & in specie not. Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. q. 10. Idem & in l. & ideo. ff. de cōdi. furt. & in l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. Bal. in c. 1. sub fi. quib. mod. feu. constit. & Specul. tit. de feud. §. quoniā ver. 40. in fi.] Tamen vbi de laudimiis soluendis agitur cum alienatur feudum, non crederem rectè argumentari licere de vno ad alterum. cum iura mentionem tātum faciant alienationis rei emphyteuticæ & nō feudalis quæ etiam prohibita reperitur. Quare inter vtrumque plurimum interesse constat [not. Bart. in l. vt iusiurādi. §. si liberti ff. de oper. libert. Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccles. in 7. col. & in l. 2. in 3. quæst. sub. fi. C. de rescind. vendit. & in tit. de pac. const. in ver. libellarium. Ang. in l. de quibus. ff. de leg. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. quæs. 87. Cano. in c. potuit. extra. eod. Plane Ias. in l. 1. in 2. 3. & 4. col. in ver. quinto, & vltimo. C. de iu. emph.] Quinetiam & hoc iure communi generaliter pro constanti receptum est vt ex omni contractu, ex quo vtile dominium transferatur, nullæ debeantur laudimiæ, preterquam ex contractu emphyteutico, in quo id onus expressim cōstitutum reperitur. vnde ad alios contractus extendendum non est [vt not. Ias. & vterque Immo. in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. & nominatim id disputat Alex. con. 5. si vera sunt. num. 8. col. 5.] Verum quia id specialiter consuetudine nostra diffinitum reperimus, non alia eget disputatione. Istud enim indubitatum est in feudorum vsibus, vt quotiescunque aliquid pacto seu consuetudine inductum sit, id pro lege veniat obseruandum, etiam si naturę feudi illud prorsus auersetur [vt plenè ostendimus suprà in rub. de feud. est & in eam rem expressa decis. Ioan. And. in addit Specul. super rub. tit. de prescrip. Vide Alex. de Immo. in cit. con. 5. & Præpos. Mediol. in c. 1. col. 3. quo temp. mil. inuest. pe. deb. adducit gl. in c. longinquitatem. 12. quæst. 2. & hoc confirmat quoq; Guid. pa. in decis. delph. quæst. 415.]

Pro inuestitura rei emphyteuticæ quinquagesimam pretij debitam olim fuisse.

Cōsuetudines pactáq; super feudi cōtractu interposita omnino seruari.

¶ Venditur.

EX verbo (venditur) tota huius cōstitutionis pendet difficultas. quare de illius significatione altius est disquirendum: ac id maxime, an in materia consuetudinaria, venditionis appellatio intelligi de eo contractu debeat, quem verè ac propriè contractum emptionis dicimus, in quo res, pretium, & consensus (quæ tria sunt substātialia emptionis) interuenire solent & debent [inst. de empt. & vendit. sub princ. & l. 1. in fi. ff. eo.] an vero extendatur ad similes & æquipollentes contractus? hęc sane quęstio adeo torsit omnium doct. capita, vt iam nobis nō satis in promptu sit, quorum sententiam sequamur. Nam non solum alij aliis repugnantes extitere, sed & aliquando vnus sibi ipsi contrarius fuit. Nos interim nōnulla quæ ad eam rem pertinēt ex tam variis doctorum sententiis excerpemus. Sciēdum itaque imprimis est in his consuetudinibus, quoniā stricti iuris sunt, verba non nisi in proprio ac genuino significatu accipienda esse, vt persæpe docuimus. ac maximè inter cætera verbum istud venditionis proprie accipiendum [vt testatur Specul. & plenius. Ioan. And. in eius addit. §. nūc dicend. vers. sed pone statutum. in verb. quemadmodum. ff. de empt. & vendit.] Secundo, istud est præmittendum hanc consuetudinem, quæ onus quinti denarij in feudi alienationibus imponit, plane esse à regulis iuris communis exorbitātem, quinetiam correctoriam. Corrigit enim quod iure cōmuni statuebatur super non alienādis feudis: cum maximè feuda non nisi gratiose ac nulla interueniēte pecunia concedi solerent [c. 1. de feud. dat. in vim leg. commis.] Et ideo eam magis restringēdam vt odiosam & iuri communi contrariam nemo est qui non existimet. Fatentur enim omnes, vbi in materia odiosa versamur, seu singulari ac à iure commu-

ni exorbitante, verbum venditionis ad proprium ſuum ſignificatū reſtringi debere. multo magis igitur in materia correctoria [vt docet Bart. & Moder. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & ita ſenſit nominatim Bal. poſt gl. in c. 1. ſub fi. de alie. feu. & Alex. con. 56. viſis dubitationibus. col. 293. vol. 2.] Tertio, & iſtud ſciendum eſt, ſtatuta & conſuetudines quæ iuri gētium refragantur, nec tēdunt ad executionem conſenſus, ſed prorſus in contrarium, ſtricte ſunt interpretanda, & ad ſignificationem quam dat legis definitio reſtringenda [vt in l. labeo. §. contractum. ff. de verb. ſignif. Ita egregiè docuit Bal. in l. contractus. C. de fi. init. & l. 2. C. de patr. qui fil. ſuo diſtrax.] At nemo negauerit huius conſuetudinis diſpoſitionem ſuper emptione feudi, penitus alienam à contractu illo venditionis à iure gentium introducto, quod liberum eſt & ab omni onere immune. Vnde quàm odioſum ſit hoc laudimiarum onus vel hinc conſtat quod vēditor iuſto rei pretio defraudatur, cum domino quinta pars exoluenda ſit. Qua ex re docuit Bal. omnia iſta ſtatuta, vt & de gabella ſoluenda, illicita ac prorſus irrationabilia, ideo quantum fieri poterit reſtringēda. [Ita ille in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. quem ſequitur omnino Aret. con. 91. viſa conſultatione.] Quarto, facit quod in eam ſententiam crebrior & ſanior interpretum pars iuit, vt in ſtatutis huiuſmodi & conſuetudinibus ſuper gabellis & laudimiis ſoluendis introductis, nunquam appellatione contractuum veniant quaſi cōtractus, ita vt nec ad caſum fictum extendantur. [arg. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſ. vbi Bart. Bal. & Ang. quod & nominatim confirmant vterque Imm. in l. mutuum. ff. de acq. hæred. contra Bart. in l. more. eod. tit. Quod & idem ſenſit Bart. parum ea in re ſibi conſtās in l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. ea. Quam rem plenius excuſi ſup. de ſta. perſon. §. 2. in verb. contrahere.] Quinto, omnium eſt huius rei fortiſsimum argumentū, quod lex xij. tab. emptionis verbo omnem alienationem cōplecti videatur. [l. ſtatu liber à cęteris. §. quintus. de ſta. lib.] Tamen vbicunque adducitur verbum pretij, iſta diſpoſitio prorſus accipiēda eſt pro vero ac naturali emptionis contractu. [tex. in l. vlt. vbi nominatim Barb. & Pla. de præd. Curial. lib. 10. C. Quod apertius declarat Accurſ. in l. cum dotem. C. de iu. dot. vbi Bal. Eſt & alia gloſ. in l. apud Celſum. §. de auctoris. ff. ſi cert. per. Tractant Moder. in l. vlt. de condic. ob cauſ.] At nemo eſt qui non videat his tribus §§ omnino agi de alienatione feudi, adiecta etiam pretij mentione. Quinetiam perpetuo agitur de pretio. Super enim quota pretij ſtatuitur, vt nimirum quinta pars pretij pro laudimiis exoluatur. Sed quid tantis verbis opus eſt? poſſet enim per infinita locorum argumenta ac iura hæc pars ſuaderi, vt de ſola vera venditione hanc conſtitutionem interpretemur.

Verum, etſi multi hanc ſentētiam probarunt, tot tamen inuenias qui eam prorſus reprobarent, & contrariam ſequerentur, moti non leuibus ſane argumentis hiſque prope infinitis. quorū hæc mihi fortiſsima videntur quæ ſubiiciam. Primo quod emptionis ſiue venditionis verbo lege. xij. tab. omnes contractus continentur, quibus res alienantur. [d. l. ſtatuli bet à cæteris. §. quintus. ff. de ſtat. lib.] Secundo, quod etiam in materia ſtatutaria nomine cōtractuum veniūt & quaſi contractus. [Bart. in cit. l. more. ff. de acq. hęre. quem ſequitur Paul. Caſt. & Pont. in l. mutuum. ff. eo. & eam opinionē apud praticos probatam illic teſtatur Paul. & rectè. Quod & placuit Pont. in con. 394. præſupoſito quòd vna voce. & nouiſsime Iaſ. in l. Barbarius Philippus de off. præt. & in §. omnium. inſt. de act.] Tertio, nemini eſt incognitum iure communi feudorum quancumque feudi alienationem interdictam fuiſſe, etiam pro animæ ſalute, ſiue pro dote, aut alia quacunque ex cauſa quantumuis fauorabili ac preuilegiata. vt ſupra oſtendimus in §. 15. de feud. Cum rigor ille gallorum moribus rectè temperatus ſit, ita vt hodie libera ſit vnicuique de feudo ſuo ac cæteris rebus patrimonialibus diſponendi facultas, hoc interim adhibito moderamine vt domini pro conſenſu ac inueſtitura, quotam partem pretij, ob adprobationem & vt aiunt laudationem contractus, ferant, quod ius ea de cauſa laudimias appellare ſolemus. Sicut in ſimili iure communi obſeruabatur in emphyteuſi quæ ſi quando alienabatur, dominus, pro conſenſu & noui emphyteutæ inueſtitura, quinquageſimam pretij partē percipiebat [l. 3. de iu. emphy.] Quare cum vtrumque ius & pro emphyteuſis & feudi alienatione ab vna & eadē cauſa emanauerit, nimirum ob domini

consensum, licet rectè de vno ad alterum etiam extensiue argumẽtari [iuxta l. milites agrum. in pr. de re mil. & gl. in l. quanuis. vbi clare. Bald. & Paul. Cast. C. de fideiuss.] Quare appellatione venditionis non solùm alij similes contractus in quibus interuenit pretium, continebuntur, sed &(vt inquiunt)alij omnes ęquipolentes venient, sub statuto de laudimiis, cum eadem sit & causa & ratio, nempe domini adprobatio & consensus, qui huic iuri laudimiarum causam dedit. Nec isto casu, vt expressim illic adfirmat Bald. ea interpretatio extẽsiua iudicãda est sed intellectiua. Ita vt ex rationis identitate rectè argumentemur ad casum qui sublata impropria alicuius vocabuli significatione continetur, [vt est glos. sing. in auth. vt hi qui oblig. in princ. in verb. curationem. quod & ibi not. Angel. est & gl. in cl. 1. in verb. eligatur. vbi etiam Paul. de Leaz. & reliqui Cano. de elec.] Quarto, suadet & alia ratio quæ ex proxima infertur. cum inter emptionis & venditionis contractum cęteroſq; in quibus interuenit pretium maxima sit affinitas ac similitudo, id sanè in causa esse debet, vt ea consuetudo nostra super contractu venditionis disponens ad alios rectè trahenda sit, qui venditioni similes erũt. [iuxta l. ideóque. ff. de leg. glo. est. in l. ob æs. C. de præd. min. l. 1. in princ. de leg. 3. vbi glos. in ver. testari.] Nec est ꝙ obiicias plures reperiri locos, in quibus emptio à cæteris contractibus plurimum differat. Nam [vt subtiliter ratiocinatur Bal. in l. curatoris. in 3. concluſ. C. de negot. gest.] simile id non appellabis in quo eadem omnino est idẽtitas. Siquidem, [vt ait Accurs. in l. actionis verbo. ff. de act.] nihil est idem cui id ipsum simile sit. [& hoc in specie ponderat Ioan. Andreas in addit. Specul. titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. vers. sed pone statutum. in addit. mag. & in cap. non potest. col. vlt. de præb. in 6. idque post Boet. in top. qui similitudinem recte diffiniuit esse rerum singularium vel differentium æquiparationem.] Vnde sufficit res esse in eo duntaxat similes, in quo comparãtur. [c. cum dilectæ. de confirm. vtil. vel inut. vbi idem Ioan. And. Abb. in c. constitutus. in 3. not. extra. de constit. Alex. in addit. ad Bart. in l. iura. de leg.] Vnde in eo in quo assimilãtur, par est vis ac dispositionis extensio.

Ex his paucis in vtranque partem deductis (sunt enim & alia infinita quæ adduci possent) nostis opinor quàm perplexa & anxia est hæc difficultas, quam vt nos apertius si posimus quàm fecerint cæteri, explicemus, melius est singulas contractuũ species quę huic vẽditionis cõtractui similes sunt, qua poterimus breuitate referamus, doceamúsque obiter ac singulatim, an illæ hac constitutione rectè comprehẽdi possint: atque ex his quinta pars pretij ratione laudimiarum debeatur. Igitur constat ex §. 9. cum quinque seq. ff. eo. diuersas esse laudimiarum species constitutas. Prima est ex contractu emptionis & venditionis, vbi pretium interuenit, vnde quota illius pretij pars quinta nomine laudimiæ debetur: & id ius quintus & tequintus denarius vulgo vocatur. Altera est ex contractibus qui in specie consistunt, qualis est permutatio, donatio, & similes, quæ secunda laudimiæ species rachatus appellatur. Si qua igitur feudi alienatio interueniat, oriatúrque controuersia, vtra ex his speciebus laudimiarum debeatur species, quintine an rachatus: ante cætera id potissimum spectandum erit, an ex contractu nominato emptionis, an ex innominato qui in specie consistit, illa alienatio feudi, ex qua exiguntur laudimiæ, facta sit. Vt ecce, verbi gratia, vassallus cum ęri alieno soluẽdo non esset, feudum in creditorẽ alienauit: si quidem ex causa pecuniæ debitor fuisset, quintũ deberi dicemus. sin non ex quantitate, sed aliqua specie fuisset contractum debitum, rachatum. Sed quò dilucidius res explicetur, referamus aliquot cõtractuum species, quæ magnam cum contractu venditionis similitudinem atque affinitatem habent.

Duplex laudimiarũ species, quinti & rachatus.

Primo igitur de contractibus innominatis dispiciendum est, tam iis qui correspectiui ac mutui vulgo dicuntur, qui vt plurimum quatuor sunt numero, nimirũ do vt des: do vt facias. [de quibus in l. naturalis. de præsc. verb.] quam illis qui aliquando ex pactis in eis deductis sapiunt venditionem. [vt patet ex l. 1. ff. de rer. permut. l. 1. C. eod. & plenè interpr. in vtroq; loco.] exempli gratia, cessi tibi feudum meũ, vt me ab ære alieno liberares. Quod genus contractus innominatum est. Et si enim interueniat pecunia, ea tamẽ vt species consideratur, secus vbi referretur ad quantitatem. [vt declarant Modern. post gl. in l. dedi. ff. de. condic. ob caus.] Et tanè Bal. rem meo iudicio melius cæteris defi-

niiſſe videtur [in l.1. col.2. ver. quid ſi ſtatutum. C. de rer. permu.] inquiẽs eum vere contractum emptionis non dici, licet pecunia interueniat quæ magis vt ſpecies quàm vt quantitas interuenit [Item Bal. in l. dedi. ff. de condic. ob cau. vbi etiam Alex. & rurſus in c.1. ſub fi. de alienat. feu. Aret. con. 91. viſa cõſultatione. Paul. Caſ. in l. 1. ff. de rer. permut. Specul. & Ioan. And. in cit. §. nunc dicẽdum. 2. ver. ſed pone ſtatutum. de empt. & vendit. Butrig. in c. conſtitutus de integ. reſt. Ab. in c. 1. de his quæ fi. à præl. ſub pr. & in c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. & Ioan. Fab. in §. actionum. col. 9. inſt. de act.] Cæterũ, quicquid conentur & legum & canonum interpretes, iactant tamen perpetuo iſtud, feudi domini, ſe ſemper ex quocunque contractu qui venditioni æquipolleat iure quinti potituros, inquientes illi nihil referre quid ex æquipollentibus fiat [l. fideicommiſſa. §. ſi cui. de leg. 3. l. mulier ſub pr. ff. ad Trebel. l. 3. vbi Bart. & Bald. de inſt. & ſubſtit.] Aequipollẽtium enim eadem ſolet eſſe diſciplina. [l. ſi mater. vbi Bart. Bal. & cæteri de inſ. & ſubſt.] Sed hæc triuialis ratio friuola eſt & leuis & quæ cõfundetur ex reſol Bart. in l. gallus. §. atqui ſi tantum. ff. de lib. & poſt. vt ſcilicet nunquam fiat extenſio de caſu ad caſum in materia odioſa, etiam ſuadẽte omnimoda ſimilitudine: at bene quidem vbi in re fauorabili verſamur. [l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. ad l. Iul. de adult.] At hanc noſtram conſuetudinem plane à iure cõmuni exorbitantem & odioſam pluribus argumentis oſtendimus. Licet plurimum dubitem ego de contractu illo, do vt des, quod magnã habet ſimilitudinem cum contractu emptionis ſi pecunia interueniat. Nam cum eadem omnino ſit ratio ac æquipollentia, idem ius quod de venditione ſtatui debet [per tex. in l. apud Celſum. §. auctoris autem. ff. de excep. dol. vbi iuriſconſ. extendit illius l. diſpoſitionem, ad ſimiles contractus, qui vicem venditionis habent. Idem in l. 1. & l. 3. §. generaliter. de itin. actúque priuat.] Tum & facit communis deciſio, quod contractus innominati iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus magis aſſimilantur. [l. eum qui. §. ſi rem. ff. cõmod. l. 1. §. ſi ſeruum. ff. depo. & vtroque in loco Bart. l. ſi gratuitam. §. ſi margaritas. de præſcrip. ver.] At res difficultatem nullam meo iudicio habet in contractu illo innominato do vt facias. vt puta do tibi feudum vt pro me Romam eas. Conuentio enim iſta nullam habet pecuniæ conſiderationem. vnde eo caſu non huius §. ſed §. 9. ĩ. eo. diſpoſitionem locum habere cenſerem: vt ex eo contractu laudimiæ rachatus, non autem quinti debeantur.

In cõtractu do vt facias rachatũ deberi non quintum.

At quæſitum eſt, quid iuris ſit ſuper alienatione feudi quę pro ſpecie mobili fit, an ex ea debeantur laudimiæ quinti? Et viſum eſt quibuſdam non deberi, ex ea quam ſupra diximus ratione, quod ſcilicet in iſto contractu nulla interueniat pecunia, ſed ſpecies pro ſpecie detur. vnde nihil cum emptione ſimile habet, ſed permutatio tantum eſt, non emptio. [l. 1. C. de rer. permut.] Qua tamen in re ita diſtinguendum arbitrarer, vt ſi inter contrahendum de pretio conuenerit, & poſtea loco pretij aliqua res mobilis in ſolutum vẽditori datur, tunc laudimias quinti deberi putem. Siquidem ea mobilis ſpecies quæ poſtea ad executionem perfecti contractus datur, ipſius naturam minimè immutare intelligitur. [tex. apertus in l. pretij cauſa. C. de reſ. vendit. & pulchrè Cy. Bald. Saly. & alij in cit. l. 1. C. de rer. permut. & in l. 1. C. commod.] aut ſiquidem de precio nil fuit ab initio conuentum, ſed ſimpliciter feudum pro re mobili datum fuit vel ceſſum, ſi modo ea æſtimata non ſit. Nam æſtimatio parum abeſt à pretio, ita vt in contractibus dominij ad trãſlationem ordinatis prędſtitũ, emptionem inducat, ſiue expreſse id actum ſit [l. ſi inter. C. de iu. dot. l. ſi æſtimatis. ff. ſol. matr. & l. quod fundus. ff. de fun. dot.] ſiue ex tacita mẽte contrahẽtium, eo quod in dubio æſtimatio emptionem inducit [l. 3. vbi Bar. ff. loc. l. 1. §. ſed & Anaſtaſiana C. de rei. vxor. act.] Quod vel hinc cõſtat quod lex ait ex huiuſmodi contractibus venire euictionem, & re euicta agi actione exempto. [l. quoties. ff. de iu. dot. l. 1. vbi gl. in ver. ex empto. ff.] & ita dominium & periculum rei æſtimatæ tranſire in accipientem. Secus autem obtinet in cõtractibus ad dominij tranſlationem minime ſua natura ordinatis. veluti ſi commodaretur gratis, aut mercede interueniẽte locaretur equus æſtimatus. ex ea æſtimatione non reſultaret emptio. Iſtud quippe eſſet contra naturam contractus commodati vel locati. ex quibus certum eſt dominium minime trãsferri. [l. 1. C. de æſti-

mat.act.Bal.& Saly.in l.1.C.commod.facit reg.l. cum manſueta.§.vlt. de contrah. empt. & tex. in l. ſeruos. ff. famil. hercif. Bal. Alex.& Moder.in l.ex conuentione C.de pac. & Bart. in l.1.§. æſtimatio.ff. de æſtimat. act.& in l.1.§. nunc videndum.ff. commod.] Porrò Aretinus con.84. diligenter ponderatis.col.2.duo ad hanc rem egregia adiicit: vt ſcilicet æſtimatio tum videatur emptionē inducere,ſi æquè conueniat rei de qua agitur:quod ſi non iuſta ſit(quod eſt ſecundum) magis cōtractum innominatum eſſe. Et idem ſi iſta æſtimatio, ſeu, quod vulgo dicitur appretiatio, ex interuallo poſt perfectum contractum interuenerit: vt docet idem Bald. in cit.l. ex conuentione. Ex quibus ſatis infertur ac colligitur vera huius noſtræ queſtionis diffinitio. Nimirū, vt in cōtractib. in quibus eſtimatio emptionē inducit,laudimię quinti debeātur. [per ea quæ not.in l.1. C. de rer.perm.& nominatim Paul Caſt.in l. 1.de rer.permut. in conſ.160.in cauſa monaſterij.col.1.] Id autem contingit, vt diximus, in contractibus ad dominij tranſlationem ordinatis. item cum æſtimatio iuſta eſt,& facta inter contrahendum non ex intetuallo. Cæterum, quantum ad ſecundam ſpeciem horum contractuum,ex quibus dominium transferri non ſolet, quale eſt locatio, commodatum, & ſimiles,res hæc indubitata eſt.Id enim pro conſtanti eſt habendum in contractu ex quo dominium non transfertur,nullas deberi laudimias. Et hæc de re mobili æſtimata, pro feudo data.

Laudimias quinti debentur contractibus in quibus æſtimatio facit emptionem.

Porro,tota in oppoſita parte cōſiſtit difficultas, quando ſcilicet pro feudo ceſſo, res mobilis quæ æſtimata non ſit, datur. Nemo quippe negauerit eo caſu emptionem conſiderari non poſſe, cum nec pretium nec rei æſtimatio vlla interueniat. Ideo innominatum eſſe contractum certum eſt. [cit.l.1. vbi nominatim Cy. Bart. Bald.Salic.& cæteri. C.de rer. permut. & Bart. in l.libera.C.de ſent. & interl. omn. iud.] Vnde apparet laudimias tāquam ex contractu vēditionis debitas non iri: idq; ea neceſſaria ratione, quod cum pretium nullum interueniat,dici non poteſt vllam illius partem vel quinti vel requinti denarij deberi. Pretium enim non niſi in numerata pecunia conſiſtit. [§.item pretiū. inſt. de empt.] Veruntamen domini feudales ac practici noſtri adduci nō poſſunt, quin & eo caſu vbi res mobilis,etiam inęſtimata datur, debeantur laudimiæ: ea moti ratione ſæpius repetita, quòd nihil vel parū interſit, fundúſne feudalis pro pecunia trāsferatur, an pro re mobili æquipollente. Et in hoc ſequuti illi ſententiam trium celeberrimorum inter Gallos practicorū, nempe Boher. tit.de retr.§.1. in gl.1. ſuper conſuet. Bitur. Pet.Iac. tit. de act. in rem act.pro re emphyt.col.8.verſ.item pretiū. & Chaſſa.tit.de retr.§.1.in verb. le pris.in in conſue.Burg. Sed nec mihi ſanè perſuadere poſſum iſthæc vera eſſe. Sequetur enim, ſi verum ſit eorum quo ſe tuentur aſſumptum,laudimias quoque quinti deberi ex contractu permutationis rei immobilis ad rem immobilem,cum & res immobilis æſtimationē recipiat perinde atq; mobilis. At quis dubitauit vnquam vbi commutatur fundus cum fundo, ſeu alia ſpecies cum ſpecie,emptionem nullo modo intelligi poſſe,ſed ſimplicem permutationem. vt patet ex his quæ not. in l.1. C. de rer.permut. Quin fortius exiſtimarem ego, ſi feudum datum ſit pro vncia, marcha, aut libra auri vel argēti:ex qua etiam materia pecunia ſeu pretium conficitur: eum tamen contractum emptionem non eſſe. Nam lege cautū extat, pretium quo res vænit, in pecunia numerata conſiſtere debere.[d.§.item pretium.inſt.de empt.cū ſimilibus.] Nam ſine quantitae & pretio, cóque certo,emptio cōſiſtere non poteſt. [l.empti.vbi gl.C.de cōtrah.emp.] Vnde illum non niſi innominatum eſſe contractum explorati iuris eſt,ex quo actio in factum,quæ eſt,præſcriptis verbis datur.niſi huiuſmodi auri vel argenti maſſa ad iuſtam æſtimationem eſſet redacta, vt quia forte ab initio de pretio cōueniſſet,& pro pretio illa maſſa data eſſet in ſolutum.Nā & quæcunq; aliæ ſpecies poſſunt pro pretio ſolui venditori conſentienti.[d.l. naturalis. & l.pretij. C. de reſ.vendit. & ſuprà annotaui, & nominatim tradidêre Ioan. Fab.& Ang.Aret.in cit.§. item pretium.] Quid dicas etiam quod nedum conſtaret emptio,etiamſi pecunia interueniſſet, ſed quæ non in quantitate,ſed vt corpus fuiſſet data: vt puta ſi quis domum mihi daret pro pecunia quam in arca repoſitā haberet, vel in ſacculo, nec eſſet numerata. [Et ita rectè ſenſit Aceurſ. in l.venditio.§. huiuſmodi. ff. de contrah. empt. quod & probatur ex l.planè.§.1.&l.ſed etſi certos. de leg.1.] Quoties enim vēdicatur vel promittitur pecunia vt ſpecies vel corpus,idē

Res quæ pro pecunia in arca poſita & non innumerata quantitate data eſt emptionem non facit.

Laudimias quinti vbi nullum interuenit pretium deberi non poſſe.

iudicari ſolet,ac de quacunque alia ſpecie. [l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinq;.de leg. 1.] Vnde ſingulare eſt iſtud quod huius differentiæ ratione diffiniri ſolet. Vt ſi nimirũ teſtator certam pecuniam apud quendam amicum depoſitam alicui legaſſet, & quã ſi hæres non præſtitiſſet, iuſsit prædium quoddã dari: Dubitatum eſt, an cum hæres illam pecuniam redimere non poſſet à depoſitario, tantundem præſtando legatarius liberetur,an præciſe prædium legatum,ſi illa pecunia nõ ſolueretur,dare cõpellatur. Et reſponſum eſt, ſi ea pecunia eſſet in arca recondita, vel in ſacculo poſita,ita vt numerata non eſſet,quoniam nõ vt quantitas ſeu vt corpus legatario deberetur,hæredem planè prædium dare debere, nec abſolui ſi tantam pecuniam offerat.[ita egregiè Bartol. in l.talis ſcriptura. in pr.de leg.1.poſt Dy.eod.in loco,vbi etiã Bal. Raph.& Immo.]

Nec iis obſtat quòd vtrunque & pretij & pecunię vocabulum,ſi non propriè,ſaltem largè, ſpecies inæſtimatas continet. [Accur. in l.ſi quẽquam.C.de epiſ.& cler. in ver.venalitate pretij.tex.in l.2.§. creditum. & in l.& ſeruorũ.in ver. venire.ff. de ſta.homi.vbi Moder. ff. ſi cert. pet.l. talis ſcriptura. in pr. de leg. 1.] quin & generalius nomine pecuniæ omnia veniunt quæ in patrimonio noſtrò conſiſtunt.[l.rei appellatio.ff.de verb.ſignific.l. pecuniæ verbum.& l.pecuniæ nomine.eod.tit.]

Non obſtat & hoc ſubtilius argumentum, Quod facit æſtimatio hominis, facit & legis æſtimatio.[l. æſtimatæ res. vbi id not. Accur.ff.ſolu.matr.] & proinde ſi res quæ functionem in ſuo genere recipiunt, inæſtimatæ in dotem datæ ſunt, habentur acſi æſtimatæ datæ eſſent: quia ad hoc datæ intelliguntur, vt his maritus pro arbitrio fruatur: vtque res alias eiuſdem generis & qualitatis non eaſdem reſtituat. Imo nihil etiam obeſſe poteſt, quòd fraus huic conſuetudini de laudimiis ſoluendis fieret, cum pecuniæ loco & vice darentur mobilia pretio rei æquiualentia. [vt nomi natim inquit Iuriſcon.l.ſi Iulianus.§. mutui.ff.ad Maced.] Quo genere fraudis, vti optimè nouerunt mercatores noſtri, qui merces æſtimatas vendunt, eaſdẽ per ſuppoſitum redẽptorem recepturi. [De qua re agitur in l. ſi pro mutua.C.ſi cert. pet.] Nam primo quod de lata pecuniæ ſignificatione adducitur, reſpõdeo id impropriè eſſe accipiendum. [Bal. & Moder.in cit.l. 2.§. creditum.] Et ideo in ſtatutis & conſuetudinibus à iure communi exorbitantibus,qualis eſt hæc noſtra conſtitutio ſuper ſoluendis laudimiis, verba pecuniæ & pretij ad pecuniam numeratã, iuxta propriam ac germanam illorum ſignificationem reſtringi debent. Mximè cum quintum & requintum denarium iure laudimiarum deberi dicamus, quæ res de pecunia numerata nos loqui manifeſto arguit, & manifeſtius ſi rem ad vulgare idioma Gallicũ referas,iuxta quod vulgaris quoque eſt faciẽda interpretatio.[vt vult Bar. in l.vxorem.§. legauerat.de leg.3.] Hodie enim pecunia, nummus & denarius, promiſcuè accipiũtur apud nos:vt eorum appellatione omne genus monetæ ſeu aureæ ſiue argenteæ,vel æreæ,aut ex alia quacũque metalli ſpecie ſignificetur. Secundæ rationi de æſtimatione legis & hominis hoc aduerſatur, quòd ſi quid mobile inæſtimatum datũm ſit pro alio immobili,cõtractum emptionis non conſtituit, ſed innominatum (vt ſuprà oſtẽdimus) & ideo ex eo laudimiæ quinti minimè debentur: ſed laudimiæ rachatus, qui ex permutatione contractibúſque aliis ab emptione debentur.[vt j.eodem. §.9.]

Ad id verò quod de fraude poſtremo dictum eſt,reſpõdeo, fraudem & dolum nemini patrocinari debere.Ideóq; vbicunq; fraus legi municipali facta reperietur, ad fraudandum dominum,laudimiarum exactio minimè impedietur.

De dationę in ſolutum, quæ venditioni ſimillima eſt.

Sed nobis nunc diſpiciendum eſt quid iuris ſit de datione in ſolutum,quæ cõtractus ſpecies proxime venditioni accedit. Sciendum autem imprimis, dationem in ſolutum duplicem eſſe, nempe voluntariam, quæ ab ipſo debitore ſponte fit creditori & extra iudicium. Alteram neceſſariam, quæ fit à iudice, vt pro rei iudicatæ executione aut alio debito. [probatur ex l. qui erat. paulo poſt princip. ff. famil. hercis.] Rurſus hæc poſterior dationis in ſolutum ſpecies, fit dupliciter: videlicet cum præcedente legitima proſcriptione, & ſubhaſtationibus, res debitoris authore iudice pluris licitãti ſeu magis offerenti adiudicantur, aut non inuento emptore res ſubhaſtata creditori adiicatur ſeu datur in ſolutum.[l.3.ſub fi.iuncta l.ſeq.ff.de public.] Quin & tertio modo per impetrationem dominij à principe, qui ſane modus ſpeciem habet dationis in ſolutum. [l.eleganter. in princip. ff.

de pig. act. & nos suprà pluribus differuimus, in §. 8. in ver. subhastationis. post gl. in l. à diuo Pio. §. si pignora. de re iudic. vbi Alex & Bal. ac Salic. in l. ordo. in 1. not. C. de except. rei iud.

Quod igitur ad voluntariam dationem in solutũ pertinet, id vulgo receptum est, vt ex ea laudimię quintę partis illius quãtitatis, quæ in solutum data sit, debeãtur, perinde atq; ex contractu emptionis. Idq; si demum debitum in pecunia constitisset: vel rachatus, si debitum in specie consistebat: ad exemplum permutationis. [iuxta sing. distinctionem Bart. in l. si quis aliam. ff. de solut.] Vnde eleganter docent Bart. Paul. & alij, in cit. l. eleganter. de pign. act. ex huiusmodi datione in solutũ de re certa, interueniente pecunia, resultare contractũ emptionis, ex quo oritur vtilis ex empto actio: ita vt quicquid de emptione definitũ sit, id & in huiusmodi specie dationis in solutum locũ habeat. [vt fusius tractãt interpr. in l. libera. de sent. & inter. loc. omn. iud. & in l. senatus. in pr. de leg. 1. vbi moder. Med. & probatur in l. apud Celsum. §. authoris. in ver. item in eo qui in solutum acceperit. ff. de except. do. l. sequitur. §. illo. ff. de vsucap. & l. vltim. ff. ex quib. caus. maio. vbi probatur ex ea datione in solutum venire euictionem. & eo loco examinat Barto. & in l. 1. §. cum prædium. ff. de pign.] Itaque si res in solutum data euincatur, creditori aduersus debitorem cõpetit vtilis actio ex empto. [l. si prædium. C. de euict.] Vnde Alb. & Io. Fab. docent, quòd quemadmodum ex consuetudine potest proximior rem venditam iure retractus recuperare, ita & in solutũ datam. Quod & vbique sensit in materia statutorum. Et hęc sententia semper apud me indubitata fuit, quod ad hanc primam speciem. Quod autem ad alteram pertinet speciem, quæ est dationis in solutum necessariæ, magnis longísque altercationibus eam rem practici nostri controuerterũt, & adhuc sub iudice lis est. Quidam enim adfirmarunt ex rerum debitoris adiudicatione, quæ fit per iudicem, præcedẽtibus subhastationibus, laudimias ad instar venditionis deberi. In quam sententiam videntur facere argumenta nuper in prima specie adducta. Quod scilicet omnia substantialia emptionis, qualis est res & pretium, interueniant. Item euictio, nõ secus atque debitor rem vendidisset creditori. eo quòd factum iudicis pro facto partis reputatur. [l. si ob causam. vbi Bart. Bal. Salic. & alij. C. de euict. quem tex. ad hoc citat Accur. in verb. exceptione. in l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. Est & alia gl. in l. id quod nostrum. in 5. oppos. ff. de reg. iur. est & tex. sing. in l. 1. C. si in cau. iud.] Vnde is qui in solutum recipit, si per sententiam euincatur, actione vtili ex empto agit contra debitorem. [not. in cit. l. libera. C. de senten.] non autem contra executorem qui vendidit, vel iudicem, cuius authoritate res væniit. [l. si pignora. & l. si plus vel minus. §. 1. ff. de euict.] Nam quod iudex pro debitore fecit, id naturã rei non immutauit. Vnde etsi dos filiæ de bonis patris captiui à prætore vel præside decreta fuerit, profectitia manet, acsi pater ipse dedisset. [l. profectitia. ff. de iu. dot.] Et proinde nec debitor ipse infringere potest adiudicationem per iudicem factam de feudo suo, cum perinde id habendum sit, acsi ipsemet debitor vendidisset. [Ita nominatim tradit Alex. con. 11. viso processu adiudicationis. vol. 5. & ita sensere Bar. Pau. & alij, in cit. l. eleganter. sub pr. ff. de pign. act.]

In iudiciis litigãtes quasi contrahere videri.

Aiunt præterea illi adiudicationẽ istam contractui similem esse quandoquidem & in iudiciis quasi contrahere intelligimur. [l. licet. §. Idem. vbi Bart. ff. de pecul. De qua re plenè agit Specul. tit. de feud. §. quoniam ver. 1. & in tit. de act. §. quid si curator.] Vnde quæ in contractu sunt statuta locum sibi vendicant & in quasi contractu [per ea quæ tradit Bart. in l. more. ff. de acq. hæred. quem sequuntur Paul. & Pont. in l. mutum. eod. tit. & nouissimè Ias. in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præt. quæ verane esset sententia supra pluribus discussimus, tit. de sta. per. §. 2. in ver. contrahere.] Et licet præsupponatur hanc adiudicationem esse necessariam alienationem, hæc tamen necessitas non liberat à lege contractus, cui nec pars, nec iudex qui hoc casu succedit loco partis, derogare possunt [d. l. id quod nostrũ. vbi gl. fol. in 2. oppos. de reg. iur.] Cum & quicquid à iudice decerni solet id saluo iure tertij factum intelligi debet [l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. & in specie not. Innocen. & Bal. in c. quoniam frequenter. extra. vt li. non contest.] Vnde si in causam iudicati prædium emphyteuticum capiatur & proscribatur, dominus emphyteuticus nominatim requiri debet, an emere velit, iuxta naturam contractus circa prælationem.

Et ſi recipere nolit, deueniẽdum ſit ad ſecundam clauſulam, quę eſt de natura contractus emphyteutici, nimirum vt domino ſoluantur laudimiæ. [ita doctè conſultum eſt à Bal. con. 306. verba inueſtituræ vol. 1.] Et his rationibus inferunt ex huiuſmodi adiudicatione à iudice decreta, laudimias deberi. Cæterum non defuerũt qui pertinacius cõtrariam ſentẽtiam ſint tutati, his maximè rationibus. Primo, quòd ſtatuta omnia ſeu conſuetudines, quibus de laudimiis agitur, loquũtur expreſſim de contractibus, nulla facta mentione quaſi contractuum, aut ad iudicationum. Vnde ſub huiuſmodi diſpoſitionibus quaſi contractus comprehendi negant. [Vt ſenſit etiam Bart. ſibi in hoc parum conſtans in l. apud Iulia. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. ea. plenè Bal. Ang. & Alex. in l. mutum. ff. de acq. hæred.] Idque maximè in ſtatutis ac iure cõmuni exorbitantibus & odioſis, cuiuſmodi ſunt eæ noſtræ conſuetudines ſuper ſoluendis laudimiis introductæ. Prętera inquiunt illi, iura quæ ab his qui contrarias partes ſunt ſequuti allegãtur de datione in ſolutum, agunt illa tantum de ea quæ eſt voluntaria, & quæ ſponte fit à debitore creditori. vnde nihil mirum ſi laudimiæ quinti, inſtar cõtractus emptionis, debeãtur. Quantam enim ſimilitudinem cum emptione referat vel hinc liquido conſtat, quod in ea tria ſubſtãtialia interueniant, quæ emptionem faciunt: nimirum res pretium & conſenſus. [vt inſt. de emp. & vend. & l. 1. ff. eo.] Quod longe aliter ſuccedit in hac adiudicatione. Fit enim iſta alienatio à iudice, domino abſente & inuito. Itaq; cum huic non conueniant reipſa conſuetudinis verba, igitur nec mẽs. [Specul. & Ioan. And. in addit. §. nunc dicendum. 2. ver. ſed pone ſtatutum etiam. de empt. & vend. aſſerens ea ratione in huiuſmodi adiudicatione locum non eſſe retractui.] Adducũt & tertio hãc adiudicationem neceſſariam eſſe alienationem. [l. cum fidei hæredis. ff. de fideicom. liber.] Vnde licet alioqui prohibita ſit regulariter feudi alienatio & emphyteuſis, conſtat tamen eadem propignore, iudicis auctoritate capi poſſe, & præmiſſis ſubhaſtationibus vendi ac in ſolutum dari. [Bart. & alij in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. & §. ſi quæ iura. ff. de dam. infe. Bal. in c. 1. in pr. col. 4. de prohib. feud. alien. per Fed. & idem in l. 1. de cõd. & procur. dom. Aug. li. 11. C. Al. in l. 2. de fi. dot. & in l. peto. §. prædium. vbi etiam Cuma. de legat. 2.] Quod intellige [ſecũdum Iaſ. in l. 3. de iu. emph. ver. quinto quęro. num. 113.] etiam irrequiſito domino, modo fieret ſaluo iure domini. Secus ſi per ipſum emphyteutam fieret huiuſmodi datio in ſolutum. Quandoquidem neceſſitas, res quæ alioquin inalienabiles erant, reddit alienabiles, etiam citra domini cõſenſum. quia quod voluntarie prohibetur, ex neceſſitate permittitur [l. qui non potuerũt. ff. de manumiſ. teſt.] Quare cõcludunt illi ex iſta adiudicatione, tanquam neceſſaria alienatione, non deberi laudimias [per ea quę in eam rem nominatim tradunt Cug. & Bart. ful & Paul. in l. & ideo. ff. de cõd. furt. quos refert & ſequitur Iaſ. in l. 3. quę. 7. num. 47. de in. emph. Vbi hanc adhibendam tradunt diſtinctionem, quod ad gabellę ſolutionem pertinet, réſne voluntariè an ex neceſſitate alienata ſit: quam probant tex. ferè in eam rem expreſſo. in l. quæ erat. ff. famil. hæreſ. Quam & fecit Firmia in tract. ſuo de gabel. 3. par. 8. prin. parte de gabel. cõtract. quęſ. 3. & 4.] Quare & ego cum illis in hoc conſentio vt ea adiudicatio quæ fit inuito debitore creditori à iudice, plane diuerſa ſit ab ea in ſolutum datione, quæ ſponte fit. [vt etiam teſtatur Bal. con. 300. ſtatuto cauetur. vol. 1. Quæ etiam diſtinctio recipi ſolet in materia retractus. qua vſus eſt Ioan. de pla. poſt antiquos. in l. 1. col. 2. ver. Item eſt argum. de fund. patrimon. lib. 12. C. & Iaſ. in l. cætera. §. ſi parauerit. col. 2. ver. Item per iſtum tex. de leg. 1. Et Math. de Afflic. qui materiã retractus omnium meo iudicio optime ac feliciſsimè abſoluit in tract. protom.] Cæterũ quod ad laudimias noſtras pertinet non ſine labore reuoluendo quę à doct. in eam ſcripta eſſent, annotaui nouem interpretes magnæ ac celebris authoritatis viros, expreſsim decidiſſe, ex hac adiudicatione per iudicem facta, nullas deberi laudimias. [ij ſunt An. de Baruto. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. de fund. patri. lib. 11. C. Alb. de Rioxa. in 2. parte ſtatu. quæſt. 2. ſub pr. Lud. Pont. con. 107. Circa id quod quæritur. Alex. de Imm. con. 77. viſo themate & ſtat. vol. 1. Iaſ. in l. ſenatus. Phil. Decy. con. 160. in cauſa monaſterij. Firm. in cit. tract. de gabel. cont. quæſt. 4. Et nouiſsimè Boher. in §. 2. de retrac. in conſuet. Bitur.] Idem quoque cenſuere in materia retractus Specul. in cit. §. nunc dicendum. Aret. con. 124. Eximiè dictum.

Quaſi contractus appellatione contractum non contineri.

Fely.in c. penul.col.penul.verſ.fallit. tertio. extra. de accuſat. Decy. con. 16. viſo puncto Iaſ.con.150.videretur prima conſideratione.col.2.ver.nec obſtat.quod dicitur. Extāt & infiniti prope alij non minus celebres interpretes, qui hanc ſententiam pro vera ac conſtanti adfirmarint, quorum authoritate adducor vt hāc partem ſponte ſequar: & quo eam ab argumentis in cōtrarium adductis defendam, his mihi reſpōdendum duxi. Ac primum non eſt quod operam teramus in eo oſtendendo, quod hæc adiudicatio, vt putarunt nonnulli, non ſit directe vēditio. Id enim vnum eos conuincit, quod à domino non fiat, nec ex illius conſenſu. Immo eo inuito & abſente ex iudicis auctoritate. Vnde quod executor vendit, non cenſetur pars vendere. Quare longe abſunt illi à caſu huius noſtræ conſuetudinis, qua diſponitur eum qui feudū ſuum vendiderit, laudimias domino debere. Nec eſt quod inſtes eundem debitorem, etſi res illius à iudice vēdita ſit, de euictione teneri. Nam præterquam quod ſola euictionis obligatio, emptionem non facit, quæ in ſui deficit ſubſtantia, vt diximus, id fit, quia lex ita iubet faciendum [d. l. ſi ob cauſam.] Quare concludendum exiſtimo vt cum hæc vēditio non ſit vera ac directa ob deficientem debitoris domini conſenſum, huius cōſuetudinis diſpoſitionem ad eam minime trahi, vt expreſsim cēſuit illa interpretū turba quam proxime retulimus. Vnde quod ſtatutis nonnullis cauetur de ſoluenda gabella ex datione in ſolutum, ſicut de venditione, id omnino interpretatur Alex. con. 52. viſo themate. vlt. col. vol. 1. de datione voluntaria, & quæ ſponte fit à debitore creditori, negatque vllo modo id ad dationem neceſſariam trahi poſſe: in eod. con. col. 1. ver. ſed non eſt dubium. Præterea quod dici vulgo ſolet factū iudicis pro facto partis haberi, id commune prouerbium perpetuo verum non eſt, præſertim in iſto caſu. Longe enim aliud eſt factum partis vltro dātis feudum ſuum creditori in ſolutum, & aliud iudicis ſiue executoris pignus vēdentis. Tum & aliud factum principis cum ab eo impetratur dominium rei, vt colligitur ex glo. ſing. in d. l. eleganter. in pr. in ver. vel in quantum. Et eo loco nominatim annotāt Bart. & Paul. Caſt. Siquidem cum iudex vel executor pignus vendit, vel dat in ſolutum plus offerēti, debitor non ita obligatur emptori atque ſi ipſe vendidiſſet. vnde ſi res adiudicata euincatur non tenetur parti ad id quod intereſt, ſed tātum ad reſtitutionē pretij cum vſuris [l. ſi plus. §. 1. ff. de euict.] At aliter receptum eſt vbi ipſemet debitor vendidiſſet, vel princeps, id eſt quādo ab eo impetratum fuiſſet dominiū, rei de quo in l. 3. C. de iu. dom. imp. quia hoc caſu cum ſit beneficium à principe indultū, bene quidem pro facto partis habetur: ſecus autem vbi adiudicatio vel venditio ab inferiore iudice vel executore fit, quia tunc factum iudicis non dicitur factum partis. Quare habita ratione huius diſſimilitudinis, ſuccedit doct. regula, quod argumentum in iure non procedit à vera venditione ad impropriam.

Item nec concludens eſt argumentum quo illi ſuam tuentur opinionem quod in iudiciis quaſi contrahere videamur idque duplici ratione oſtenditur. Primo quod hæc adequatio eſt impropria vt arguit dictio illa (quaſi) quæ eſt improprietatis & diminutionis nota [l. ſi cum dotem. §. vlt. ff. ſol. matr. l. ſi quis cum à fidecommiſſario. ff. de verb. obli. & ibi gl. Et Bal. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſt.] Et proinde quod hic ſtatuitur de laudimiis quinti ex contractu venditionis ſoluendis, locum non habet in adiudicatione ſeu datione in ſolutum iudiciali. Secundo, cōmunis eſt doct. ſententia, quod ſtatuta de cōtractibus locum non habent in quaſi contractibus. [Bal. Ang. & Alex. in l. more. & l. mutuum. ff. de acq. hæred. Bart. in l. apud Iulianum. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. ea.] Et in hoc fere omnes conueniunt vbi ſtatutum eſt odioſum & à iure cōmuni exorbitans. Quod ad tertium arg. pertinet, mirū nihil mihi videtur ſi etiam in ſubhaſtationibus & adiudicatione rei emphyteuticę requiri debeat dominus, cum illud à iure communi procedat, vt primum ſit requirēdus dominus in venditione emponematum cū ipſe ius prælationis habeat: & vbi præferri nolet, ius laudimiarum ex legis diſpoſitione cōſequatur. At non item in feudis obſeruari ſolet, nec in fundis cenſualibus: in quibus nec iure ciuili nec iure communi vllæ debentur laudimiæ. Tum nec iure procedit argumentum, de feudo ad emphyteuſim. [teſte vtroque Immo. & Iaſ. in l. diuortio. §. ſi fundus. ff. ſol. matr.]

Nec ſanè me præterit, prima n ſententiam exiſtimantium laudimias ex hac adiudicatione in ſolutū deberi, hodie apud

practicos magis obſeruatam, quæ ſi magis tibi arrideat, ipſe videris ac iudices. Et ſi eam ſequi placuerit, en tibi via qua eā tuearis ab eo argumento quo impeti ſolet, ꝙ ſcilicet ea venditio iudiciaria, facta non ſit & conſenſu & voluntate domini rei venditæ, & ſic propriè venditio non ſit, quum venditio voluntatis ſit, non neceſsitatis, ſicut nec cæteri contractus. [l. inuitum. C. de contr. emp. cum ſimil.] Nam contrà reſponderi poteſt, eam vēditionem iudicialem, volūtariam eſſe, ea ratione quòd debitum, propter quod res ſua vænit iudicis decreto, voluntariè contractum ſit, ac primam ex voluntate & conſenſu debitoris originem ſumpſerit. Et ideo licet poſtmodum inuito debitore ea venditio ſub haſta celebrata ſit, non tamen dici debet coacta, cum oporteat debitorem conuenta ac naturam contractus, omnino ſeruare. [l. in cōmodato. §. ſicut. ff. commod.] Vnde attenta prima origine, quicquid ſequitur, pro voluntario eſt habendum. [not. in l. 1. C. de nat. lib.] vnde concludit Signorel. conſ. 37. factum ſic proponitur. hanc alienationem voluntariam cenſeri. In cuius reſponſi comprobationem facit elegans Bal. conſil. 20. quid importent. lib. 1. Quo loco egregiè docet triplicem eſſe neceſsitatem: naturalem nimirum, fatalem, & caſualem. Vnde ait, cum quis debitum contraxit, vel delictum commiſit, vnde in eam incidit neceſsitatem, vt res ſua alienetur, non debet ea obligatio ex neceſsitatis cauſa facta cēſeri, cum habuerit principium voluntarium, cum procedat ex eo quod ſponte fit.

Laudimiæ an ex contractu mixto debeātur.

Quarto, proponenda nobis eſt & alia quæſtio magnis contentionibus apud practicos diſputata, quid iuris ſit dè contractu mixto, in quo nimirū partim ſpecies, partim pecunia interuenit. veluti ambo noſtros feudales fūdos inuicē permutauimus. & quia qui tuus ~~erat~~, amplioris erat valoris, quàm meus, quod ex meo deficiebat pretio ſuppleui: quæſitum eſt an debe rentur laudimiæ quinti tanquam ex contractu emptionis & venditionis: An verò rachatus tanquam ex contractu permutationis? Quæſtio tota hinc dependet, an huiuſmodi contractus ſit emptio, an permutatio. Vnde rem altius repetentes, ac in breuius cōtrahētes, quàm fecerit Bart. [in l. Ariſto. ff. de dona.] putarem ego imprimis, cum Immo. & Pont. eodem in loco, ante cætera ſpectandam eſſe mentem ac voluntatē contrahentium, tum & verba quibus conceptus ſit cōtractus. Vt bene enim de contractu iudices, attendenda ſunt imprimis contrahētium verba. [l. qui ſaxum. vbi Bart. ff. de dona.] Verba enim contrahentium contractui nomen imponunt quibus eſt & in dubio ſtandum [l. qui fundū. §. qui fundi. ff. de cōtrah. empt. Bart. in l. cotē. §. qui maximos. ff. de pub. & vectig. quæſt. 5. Bal. in addit. ad Specul. tit. de loc. ſub princ.] Vnde in propoſita quæſtione, id pro regula imprimis habendum eſt, vbi in dubitationem incidimus ſuper qualitate vel iure cōtractus, ſequendum omnino id eſſe de quo inter partes ſpecialiter conuenit. Nec enim vllo modo à mente verbis declarata recedendum eſſe docet Ang. con. 2. Certū. [Vide quæ in eam rem egregiè tradit Bald. in c. mandatum. in pr. extr. de reſ. & illo pene diuino com. ſchiſmatis. ſub rub. ſi quis aliq. teſt. prohib. & ſunt textus in l. vlt. c. quæ res pig. obl. poſ. l. ita ſtipulatus. de verb. oblig. l. triticum. eod. tit. & l. ſi in venditione. vbi gl. in ver. veritas. ff. com. præd.] Hinc Bart. in propoſitæ quæſtionis definitione cenſuit mentem contrahentium, quæ vt plurimū ex verbis percipitur, eſſe inſpiciendam, ad hoc vt cognoſcamus is contractus mixtus de quo agimus ſitne venditio an permutatio cēſendus: ac ſpectādum eſſe quod principaliter inter contrahentes actum ſit, vt ſiquidem is qui pecunia egeret, huius fuerit propoſiti vt feudum diſtrahere, & cum emptori non eſſet in promptu pecunia, partem ei tātum ſoluerit, ac pro altera aliud feudum dederit, venditionem tunc eſſe nihil dubitat. At ſi dum inequales fundos feudales permutare volunt, inæqualitas pretio ſuppleatur, permutationem eſſe credit: & ideo in illo laudimias quinti, in hoc rachatus tantum venire. [Ita ille in l. §. in pen. quæſt. vbi Iaſ. ſub fi. ff. de rer. permut. & in l. ſi in emptione. ff. de contrah. empt.]

Mens cōtrahentium inſpicienda.

Cæterum, hîc notandum eſt quòd licet contractus qualitas de verborum figura & voluntate ac mente contrahentium diiudicanda ſit, quod ad ipſos contrahentes pertinet, non tamen quoad alios, ad quos idem negotium ſpectat, aut quorū intereſt, veluti ad dominos feudales, quibus ex eo contractu debetur gabella, & ius laudimiarum. Et ita appoſitè ſenſit Paul. Caſt. in cit. l. Ariſto. ff. de don. Et proinde quod ad illos pertinet, ſtabitur communi rei vel

actus naturæ, non instrumento notarij, quia non nomen contractus, sed substantia attendi debet, secundum quam actus iudicatur. [l. insulam. ff. de præscr. verb. l. si tam angustè. ff. de seruit. l. si librarius. ff. de reg. iur. Et ita sensit Bal. in l. 1. verb. quid si notarius. C. de rer. perm. & moderni, maximè Alex. in l. 2. sub princ. ff. si cert. pet.] Quare ea in re concludẽdũ arbitror vt diiudicemus contractus qualitatem, inspiciendum omnino esse eius naturam & effectum, magis quàm verborum sonum. Verba siquidem potius naturæ cõtractus deseruiũt, quàm natura verbis. [vt in specie not. Bal. in l. C. commod. & in rubr. ad fin. C. de iur. emphy.] Vnde in huiusmodi mixto contractu, ante omnia dispiciendum opinor, quodnam principalius est in contractũ deductum, & vtrum prẽualeat, pecuniáne an species. Vt siquidem prævaleat pecunia, emptio censeatur: sin species, permutatio. [arg. l. quæritur. de stat. hom. Et ita ferè omnes sensisse testatur Iaſ. in l. 1. sub fi. ff. de rer. permutat. & Bart. ibi. & in cit. l. Aristo. quem eo loco sequuntur Ang. Paul. de Cast. & Pont. Idem rursus in l. si in emptione. in pr. in vlt. not. ff. de cõtrah. empt. & in l. sicut. §. sed et si permiserit. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Bal. in l. 1. C. de rer. permut. & Alexan. in l. Gallus. §. instituens. sub fi. de lib. & posth. & in consil. penult. visis narratis. num. 6. vol. 3. Aret. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de ver. oblig. Ancharan. in c. quanto. extra. de iudic.] & nominatim Guid. pap. in decisionib. Delphinat. quæst. 92. quia de consuetudine sub fin. & Alcia. lib. 3. de verb. signific. pag. 72.] Nec me fugit Angel. [in cit. l. quæritur. ff. de sta. hom. post Cy.] in cõtrariam sentẽtiam iuisse. Licet enim sexus prævalentior alium ad se trahat, non tamen ita de rebus iudicandum est. Vnde existimarunt illi contractum hunc mixtum, quatenus pecunia in eo interuenit, emptionem dici, ac laudimias quinti deberi: quatenus autem species interuenit, permutationem ac laudimias rachatus deberi. Quorum tamen sententia mihi nunquam placuit. Nam licet contractus iste propter speciem & pecuniam in eo permixtas simul, mixtam naturam permutationis & vẽditionis videatur habere, vnus tamen est contractus in substantia, non duo. vulgatum enim est, ex vno & eodem facto diuersas cõtractum species minimè resultare. [tex. in l. 2. in prin. ff. si cert. pet.]

Nec verba nec mentem contrahentium quod ad tertiũ pertinet, inspicienda.

Quod & confirmari potest ex eo quod tradunt Io. Fab. in §. omnium. col. 4. inst. de act. & Bal. in l. 2. ff. de verb. oblig. differentias & qualitates seu diuersas species in vno contractu, diuersas contractuum species nõ constituere, nec diuersas actiones producere. [vt constat ex l. tenetur. §. 1. ff. de act. empt. l. vlt. ff. de fund. inst. Bart. in l. 1. in prin. col. 3. ff. de acq. poss.] Quo fit, vt si quãdo incidamus in contractum, qui propter multiplicitatem pactorum, aut dissensum, aliquando contrahẽtium, vel notariorum imperitiam, ex pluribus differentibus speciebus & differentiis, diuersam naturam habentibus, promiscuè compositus fuerit, nomen tamen ac naturam simplicis potentioris assumere intelligamus. [ita nominatim concludit Paul. Castr. in l. 1. ff. de rer. permut. Bart. Alex. Iaſ. & nouissimè Ripa. in cit. l. 2. in prin. ff. si cer. pet. faciunt tex. in l. 1. §. quod si rem. & §. seq. ff. depos. & l. idémq;. §. si quis Titio. ff. mand.]

Diuersæ qualitates in cõtractu diuersas contractuũ species nõ cõstituũt

Quinto, quid iuris, si in hoc mixto contractu æqualis omnino sit species & pecunia, qualis sit censendus ille contractus, an emptio, an permutatio? Et Bal. quidem in proœm. feud. col. 4. respondit in dubio cõtractum nominatum emptionis magis videri, vt magis fauorabilem. Solet enim ex solo consensu actionem parere. [l. iurisgentium. in pr. ff. de pact. & huius sententiam sequitur Alex. in addit. ad Bartol. in l. si in emptione. ff. de cõ. emp.] Sed Iaſ. in l. 2. sub fi. ff. si cert. pet. omnino reprobauit per l. 1. ff. de æstimat. act. Vbi quoties de nomine cõtractus ambigitur, cõuenit tamen ei actionem aliquam dari, dandam esse æstimatoriam præscriptis verbis actionem definitum est. Vnde apparet eum contractũ magis innominatum esse, cum de eius nomine dubitetur. Quod & sensere ante Iaſ. primum Pont. in d. l. Aristo. ff. de donat. & con. 86. viso. col. 3. vers. si quis autem postulauerit. & Bart. in l. 1. ff. de rer. permu. q. pen. quem eo loco sequitur Fulgos. & Guid. pap. in suis decis. Delph. q. 92. quia de consuetudine. Quorum sententia reiecta, Bald. opin. amplector. Cæterum, quæ hactenus dicta sunt de mixto contractu emptionis cum permutatione, idem omnino iudicato de quibuscunque mixtis contractibus.

Sexto, & istud quæri potest, quid si vasſallus feudum ad certos annuos reditus alij possidendum dederit, vt puta, creditori

ſuo: an ea redituum conſtitutione in modum vēditionis facta, laudimiæ quinti debeantur? Et cauſam huic quæſtioni præbet illa vulgaris dubitatio, qua quæri ſolet, an huiuſmodi redituum cōſtitutiones ſint pignorationes, an vēditiones. [Quam plenè tractant Cano. in c. illo vos. extr. de pigno. & in c. ad audientiā. extra. de emp. & vendit. Et not. Odof. in l. emptione. C. plus vul. quod agi.] Itē & ex eo alia inſurgit dubitatio, An annui illi reditus perſonales ſint, an reales. Quæ quidem dubitationes iam à me expeditas habes ï. de feu. §. vlt. & j. de ſucceſ. §. 22. Tu illuc ſi iuuat, recurrito. Et quod ad præſentem quęſtionem pertinet, concludito ex huiuſmodi redituū cōſtitutionibus laudimias quinti non deberi, cum magis accedant pignorationibus, quàm emptioni & venditioni, vt annotatur in duobus cap. ſuprà citatis.

Feudi pignorationes vſibus feudorū eſſe permiſſas.

Et eæ quidem feudorum pignorationes iure communi permiſſæ ſunt, licet alioqui feudi alienationē prohibitam eſſe certum ſit. Nam & conſtituere ſeruitutem & hypothecam ſuper feudo vaſſallo licet. Quę tamen cōſtitutiones, feudo ad dominum per aperturam reuerſo, euaneſcunt, ac extinguuntur, ex vulgari reg. qua dici ſolet: reſoluto iure dātis, reſolui quoque ius accipientis. [l. vectigali fundo. de pign. & l. is cui. §. vlt. ff. quemad. ſeruit. amitt. Eſt & in eam rē expreſſus tex. in c. vnico. ſub med. ibi. quid ergo ſi pretio. de inueſt. de reb. al. fac. & in c. 1. §. rurſus. vbi Bald. & Præpoſ. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. §. vlt. de cōtrou. inueſt. ita in ſpecie concludunt Pet. Cy. & Bal. in l. vlt. §. ſin autem. C. conn. de leg. Idem in l. & in prouinciali. C. de ſeruitu. & aqu. Vbi ſimile concludit in emphyteuſi. Idem in c. imperialem. in princ. col. 2. de prohib. feud. alienat. per Feder. Barb. in addit. ad Bal. in l. voluntas. C. de fideicom.] Ex quibus cōſtat ex huiuſmodi conſtitutionibus redituum ſeu hypothecarum ſuper feudo laudimias non deberi: vt nominatim ſenſit Petr. Iaſ. vir in Gallica praxi verſatiſsimus. tit. de act. in rem pro re emphyt. col. pen. verſic. item ſi poſtea. In quam rem facit ea indubitata ratio, quòd huiuſmodi conſtituti reditus, feudum non obligēt: nec ius aliquod reale imponunt. [vt eſt gl. communi doct. conſenſu adprobata, in c. 1. in verb. alienationis. de capit. Corr.] Sed perſonam tantum conſtituentis obligant. [l. vlt. §. vlt. ff. de cōtrah. emp. l. ſi. cum mihi. ff. de dol. l. permiſiſti. ff. de præſcrip. verb. & notant glo. Bar. & Nicol. de Neap. in l. mella. de alim. & cib. leg.] Nec eſt q obiicias vaſſallum nō poſſe in domini præiudiciū huiuſmodi annuos reditus, nec vlla onera feudo imponere. nam & id fateor, niſi emptor paratus eſſet domino ſeruire, ac ab eo inueſti ſtituram petere. [ſecundum Bal. & Præp. in d. §. rurſus. per c. 1. §. ſi vero. qual. ol. feu. alien. pot.] Vnde id vſu obſeruari ſolet, vt qui huiuſmodi reditus emunt, hos à dominis feudalibus infeudandos curent, ſolutis laudimiis quinti. Cuius infeudationis virtute, reditus ille ſic infeudatus realis erit, & tanquam pars feudi cenſebitur: diuidet úrq; vt feudum ipſum, vt plenius oſtendi in cit. §. vlt. ï. de feu. vbi multa quę ad hanc rem pertinerent, variè diſcuſsi. At me non præterit diuerſum omnino receptum eſſe in reditibus annuis ſuper fundis cenſualibus conſtitutis. vt j. de cenſ. §. 8. Et ratio quidem differentiæ non eſt adeo in recondito. Nam qui conſtituuntur reditus ſuper feudo cenſuali, ſtatim ſolo contrahentium conſenſu perficiuntur, nec confirmationem à domino cenſuali deſiderant. At quod onus imponitur feudo, id neceſſario voluntatem domini requirit. Nec enim ſtatim aſſumit qualitatem feudi, nec feudalis fit, niſi cōſentiente domino, ac ab eodem infeudatio facta ſit: quod iure feudorum manifeſto conſtat. Vnde apud nos is vſus inualuit, vt pro hiſce reditibus nullæ debeantur laudimię, niſi illi infeudati fuerint.

Septimo quæſitum eſt: quid iuris ſit de tranſactione? Qua in re non ſatis ſibi ipſe conſtitit Bal. Nam ille in l. contractus. C. de fi. inſtr. ſenſit etſi vigeret ſtatutum vt ex quocunque contractu ſoluenda eſſet gabella, non tamen ex tranſactione deberi, cum proprie non ſit contractus. Nam cum huiuſmodi ſtatuta refragentur iuri communi gentium ac naturali libertati, cenſuit illa reſtringenda ad ſtrictam contractus ſignificationem, traditam in l. labeo. §. cōtractum. ff. de verb. ſignif. At ille ſibi contrarius diuerſum ſenſit in l. ſi donationis. C. quod met. cau. Quo loco tradit ſtatutum de gabellis ſoluēdis ex quocunque contractu, etiam tranſactionem comprehēdere. Quam poſteriorem opin. refert Alex. in l. ſiue apud acta. col. pen. C. de tranſ. & vtriuſque op. meminit Firma. in ſuo trac. de gabel. in 3. par. 8. par. princ. quæſt. 11. & demū vltimam confirmat, vt

veriorem. Eodem tamē in loco ille poſtea diſtinguendum ita cenſuit. Aut ſtatutum de gabellis ſoluendis loquitur de alienatione: quo caſu locum habet & in tranſactione, cum alienationis verbo etiā tranſactio contineatur. ſecundum Bal. in l. 1. C. ſi aduer. tranſ. per l. 1. C. ſi quid in fraud. cred. quod intelligit, ſi traditur res ſuper qua trāſigitur, non ſi retineatur. At ſecus obtinet ſi ſtatutum ſimpliciter de contractu loquatur, cum tranſactio propriè contractus non ſit. [vt teſtantur Bal. & Saly. in cit. l. ſi contractus.] Mira eſt tantorum doct. inconſtantia. Nam & Bal. ipſe cum videret neutram ex ſuis ſententiis tutam eſſe, ad tertiam tranſiuit in c. vnic. de contract. int. vaſ. & ali. de benef. adhibita hac diſtinctione. Aut quis tranſigit dimittendo feudum apud poſſeſſorē, aut cum poſſeſſor eſſet in alium transferendo. Primo caſu cēſuit alienationem non videri. Ideo ex ea tranſactione nullas laudimias deberi. Altero autem caſu ratione trāſlationis è manu in manum, alienationem putauit. Et hanc quidem diſtinctionem probari ait in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Inquiens & illud ſpeciale eſſe in tranſactionis contractu: cum alioqui in cæteris contractibus qui ius ſuum dimittit ſeu renuntiat, alienare dicatur. [l. quædam mulier. ff. de rei vendic. l. ſi ſponſalibus. §. 1. ff. de iu. dot.] Quam quidem diſtinctionem intelligendam cenſeo iuxta ea quæ tradit Bart. poſt. gl. in l. nulli. ff. de trāſact. quando nimirum occaſione tranſactionis traditur vel datur res ſuper qua erat controuerſia à poſsidēte. Per hanc enim ſpeciem tranſactionis intelligitur alienatio [d. l. nulli. & l. non ſolum. C. de præd. mino.] & ex ea transferri dominium, ſi tradens fuerit dominus: alioqui vſucapiēdi conditio. At ſecus ſi retineatur poſſeſsio. neq; enim eo caſu dominium neque noua poſſeſsio transferri intelligitur. Ideo nec noua manus mutatio intercedit [l. 3. §. ſubtilius. ff. de condic. ob cauſ. & plenius. in l. 1. C. ſi aduer. tranſ. Quam rem etiam tractant Accur. Bart. & Ang. in l. eius rei. ff. de rei vendic. Ang. & Moder. in l. ſtipulatio iſta. in pr. in ver. ſucceſſores. ff. de verb. oblig. Bart. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. col. 3. ver. pro declaratione. vbi etiam Moder. ff. de acq. poſſeſ. Bald. in l. cum hi. §. ſi ciuilis. in 2. lect. ff. de tranſact. Alex. con. 168. requiſitus. vl. col. vol. 2.] Cæterum, vt traditionem certam ac fixam habeamus, credierim ego in ea quæſtione ante omnia inſpiciendam eſſe tranſactionis figuram, vt nominatim ſenſit Bald. in l. penult. C. pro empt. vt ſiquidem tranſactio cōtineat rem tradi, tūc ſpeciem alienationis ſignificet: vt teſtatur Pont. con. 166. diligenter in princi. dubij deciſione. vnde in conſequens laudimias deberi nemo dubitat. [Quam ſententiam nominatim cōfirmat Petr. Iac. tit. de act. in rem. pro emphyt. col. 12. ver. Item ſi res detur ex cauſa trāſactionis. & Ang. con. 215. Thema tale eſt. col. vlt.] At ſecus ſi contineat rem retineri ſimpliciter [vt ſenſit Saly. in l. ſiue apud acta. col. 6. C. de tranſ. quo loco extat. gl. in eam rem ſang. in ver. pendere. iuncta gl. in ver. pretio.] Quæ res tamē ita accipienda eſt vbi re vera feudum ad petitorē pertineret: iſque ex vi tranſactionis ius quod in eo habet vltro cederet. Non enim dubium eſt, quin ea ceſsio, dominij tranſlationem operaretur, perinde atque ſi iſtud per ſimplicem remiſsionem fieret vt refert Bal. in cit. l. penul. C. pro emp.

Octauo quæſitum eſt: An ex renuntiatione laudimię quinti deberentur? rē propoſito exemplo declarare placet. Patruus quidam nullis à ſe relictis filiis, diem ſuum obiit. Pluribus fratris ſui filijs extantibus ac ad patrui hæreditatem vocatis, quidam ex illis vniuerſam hæreditatem ambiens, ea eſt tādem potitus, certa pecunia numerata cohæredibus, vt ab hæreditate abſtinerent, in qua plura feuda erant. Quæſitum eſt, an ex ea renūtiatione facta à cohæredibus, quibus ipſo iure ſtatim à die mortis teſtatoris quæſita erant feuda, deberentur dominis feudalibus laudimiæ quinti, vltra rachatum quem & deberi certum eſt ex hæreditate collaterali patrui, iuxta §. 9. ĩ. eod. Et ſane hęc quæſtio & facti & iuris eſt: ac in vtroq; ita diſtinguendum arbitror, vtrúmne renūtiantibus aut abſtinentibus ius in hæreditate vel legato alteriue iuri aut rei cui renuntiant quæſitum eſſet nécne. Nam ſi vt ab hæreditate cæteri cohæredes abſtineant, aut ne illam adirent, pecunia accepta ſit: aut ne legatarius, cui certa hæreditatis ſpecies relicta erat, legatum agnoſceret, nec illi ſane pro hæred. nec hic pro legatario, & ſic neuter pro domino ſe geſsiſſe videretur. Vnde à neutro illorum, nec ab eo qui pecuniam numerauit vt ſolus hæreditate potiretur, laudimiæ quinti debentur. vt pote quia ij qui renuntiauerunt nūquam domini ex-

An ex renuntiatione debeantur laudimiæ.

titêre,nec ſe pro dominis rerum hęreditariarum vel legatariarũ geſſêre. At diuerſum omnino obtinere cenſerem,ſi iam illi adita hæreditate vel agnito perceptóque legato, illi iuri ob certã pecuniam numeratam renuntiaſſent.Iam enim pro dominis ſe geſsiſſe intelligerentur. vnde laudimiæ deberentur & eæ quidem duplices. Primæ quidem pro adita hęreditate agnitóque legato, quas laudimias rachatus dicimus.Secũdæ verò quinti, quia interceſſit pecunia numerataob renuntiationem. Et hęc noſtra diſtinctio mihi optime probari videtur in l.ſicut quęſtionis.ff.de acq. hęredit.Idem dicẽdum erit ſi pecunia non quidem numerata, ſed promiſſa fuerit, data in eam rem cautione quam literarum obligationem appellare pòſſumus.[l. vlt.C.ad l.falc.] ſiue intercedente ſtipulatione[l. ſi patronus.§.1.ff. de donat.] ſiue promiſſa ſit ea per ſimplex factum [l.3.§. hoc edicto.ff. de calumniat.] Hanc etiam quæſtionem, ſicut & cætéras quas ſupra diſcuſsimus, intelligito, vt ſi pro iſta renuntiatione data fuerit pecunia numerata, laudimiæ quinti debeantur. Sin data fuerit ſpecies, rachatus tantum. Vt patet clarius ex his quæ ſupra in eam rem tradidimus. Et ratione huius iam quæſiti iuris, memini definitam à me cõtrouerſiam quandam inter duas ortã ſorores.& compoſitionem noſtrã, licet noſtrates Bleſeñ. ſes iniquam & iniurioſam exiſtimarent, ſupremæ tamen curiæ Pariſieñ. ſenatuſconſulto confirmatã. Lis fuit huiuſmodi. Extabant eodem ſanguine natæ ſorores, ad quas cuiuſdã propinqui inſperata delata erat hæreditas. Harum maior natu ſuæ portioni renuntiauit. Idque in fauorem ſecundę,ita vt illa per renũtiationem propriam nihil amplius in hæreditate habuerit. Nunc incidêre duæ quæ reſtabant ſorores, in eam controuerſiam, an ſecunda duas accipere partes deberet.Id cõſtanter negabat tertia, inquiens renuntiationem primæ ſororis non minus ſibi proficere debere quàm ſecundæ. licet in illius fauorem ſimpliciter facta ea renuntiatio appareret.eo quod illa repudians nunquã ſe immiſcuiſſet hæreditati, de qua agebatur: nec ſe pro hærede geſsiſſet. & proinde contendebat hanc renũtiationem vim ſimplicis repudiationis habere: vnde ſuccedere illam regulam communem qua dicitur, renuntiationem ab vno ex cohæredibus factam,nõ includere aditionem ſeu acceptationẽ hæreditatis, ſed pro portionibus hęreditariis cæteris cohæredibus omnibus perẹque proficere,iure accreſcendi.[l.1.C.quando non pet.par.l.2.§.in bonorum.cum tribus ll.ſeq.ff.de bon.poſſeſ. l.vnica.§. his ita.C.de cadu. toll. & l. ſi ex pluribus.ff.de ſuis. & legit. hæred. Quod & in ſpecie firmat Ioan. And. in addit. Specul.tit.de teſtam.§.Imprimis.vbi citat Bald.in l.pactum dotali.C.de collat.q.8.] Verum ea non tãtum apud me potuerũt, quin ego à partibus arbiter delectus pro ſecũda vxore iudicauerim, vt ſcilicet duas integras portiones ferre deberet, ratione renuntiationis in eius fauorem factę. Nec enim ſimpliciter renuntiauerat prima ſoror,ſed demum pecunia accepta,etſi in inſtrumento nulla pecuniæ facta eſſet mentio:ſed id quidem teſtibus prẹſentibus cõſtabat. Vnde ea renuntiatio ſimplex non erat, ſed duo includebat. primum hæreditatis delatæ acceptationẽ.& ſecũdum,ceſſionem eiuſdem nominatim factam in fauorẽ vnius ex ſororibus.ex quo renuntiare nõ eo animo intelligitur,vt tertię ſorori accreſceret, ſed ei tantum proficeret renuntiatio, cuius nomine facta eſſet.[ſecundum ea quæ decidit Bald.in l. ſi actionem. C. de pact. vbi etiam Paul. Caſt. & plenius Alex.& Imm.& Bal.in l. pactum dotali.quæſt.8.vbi etiam Paul. quæſt.vlt. C. de colla. & idem in l. plane. §. duobus. de leg.1.] Vnde eo caſu ſuccedit communis illa iuris regula, quod in portione ſimul acquiſita ius accreſcendi nunquam locum habet,preterquam in vſufructu ſimul legato [l.1.ſub fi.vbi gl.ff.de vſuf.accref.l.aquã. in fi.ff.quemad. ſeruit. amitt. & plenè Bart.in l. re cõiunct.de leg.,.] Et ita ſecunda ſoror contra omnium ſententiã me authore vicit, duas portiones è tribus ferens.Et hæc incidenter dicta ſint.

Nono quæſitum eſt.quid de feudo nomine dotis puellæ dato, cum nuptui traditur. dic vt.j. eod.§.14. vbi proprius eſt huius rei locus.

Decimo, quæſitum eſt, quid iuris ſit de fictitiis illis cõtractibus, qui ſimulatè ſub nomine permutationis, aut alius cuiuſuis nominati vel innominati contractus concipiũtur. cum re vera contractus emptionis celebratur. An ex illis laudimiæ quinti debeantur? In qua quæſtione ita paucis concludendum cenſeo. quod etſi veritas ſit, contractus denominationem & effectum ſumere à volũtate partium contra-

hentium, ita vt qualis reperitur contractus de partium voluntate conceptus, talis sit iudicandus. [secundū Imm. & Pont. in l. Aristo. ff. de dona. & Can. in c. ad quæstiones. extra. de rer. permut.] Istud quidē verum est quoad ipsas partes, quæ in hoc conuenerunt: non quoad alios, qui ex illo contractu lædi possunt: vt in specie proposita. Quare ex contractu isto emptionis, licet alio nomine velato, laudimias quinti deberi existimo, inspecto eo magis quod verè actum sit, quàm quod simulatè conceptum. vt eo in loco testatur Paul Castr.

Vndecimo, quæsitum est, An ex solo contractu venditionis à quo partes rebus integris, id est nulla adhuc secuta traditione recesserunt, debeantur laudimiæ quinti? Quæ quæstio statim à primo limine clarè definita intelligi potest, ex his quæ in terminis Ang. Paul. & Alex. in eam rem tradidere, in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. inquientes, ex contractu iam celebrato ius gabellę omnino soluendum, etsi cōtrahentes postea ab eo discesserint. Siquidem vt primum initus est contractus, ius gabellæ est iam in eo quæsitū, quod à partibus in illius præiudicium resolui non potuit. [arg. l. vlt. eod. tit. & l. insulam. §. vlt. vbi Alex. & l. si mulier diuerterit. ff. sol. mat. In cuius dicti confirmationem adducit eo loco Alex. Cug. & Bal. in l. ab emptione. ff. de pact. Angel. in §. quia vero. in auth. de nup. col. 4. Bal. & Fulg. in l. petēs. C. de pact. Ang. & Immo. in l. acta. ff. de re iudic.] Quam tamen decisionem limitat Alex. in cit. §. adeo. Nisi incontinenti post contractum recederent. [arg. l. plerique. ff. de ri. nup.] Quando autem dicatur incontinenti recessum, not. Alex. in cit. §. adeo. & plenius in l. bonæ fidei. c. Et eam sententiam fere sequuti sunt Vltramontani. At Citramontani, vt Petrus, & eum secutus Cy. in l. 3. §. sed quia nomina. C. comm. de leg. & Ioan. Fab. inst. de empt. & vend. sub princ. sensere verba consuetudinis in hoc attendi debere, & eiusdem effectum. Nimirum vt si laudimiæ, seu (vt aiūt vulgo) vendæ domino debentur, ob vassalli mutationem, seu nouam petitam inuestituram, tunc ex sola verbali venditione eas non deberi constat, à qua postea rebus adhuc integris receditur. Quod si in diuersa verba sonet consuetudo, dictétque illa q̄ si res feudalis vel censualis vendatur, debeantur renouationes seu vendę: tum sufficit res venditas fuisse. quia satis sit conditionem semel extitisse: etiam quamuis temporis momento non amplius, durauerit. [l. si quis. C. de inst. & substit.] Nec sanè absona est aut inepta horum Citramontan. consideratio. Perpende itaque apud te, num consuetudines nostræ Gallicanæ innumeræ, velint laudimias, vendas & rachatus deberi ob hominis mutationem solum, & non propter ipsum contractum. Vt & sanè patere mihi videtur ex his nostris consuetudinibus, maximè in §. 4. & 9. ī. de feud. & j. eod. §. 9. & 17. & ferè omnibus Gallorum scriptis consuetudinibus id ius laudimiarum, in eam formam debitum dominis feudalibus ostenditur: vt alienatione per vassallum facta, teneatur nouus acquisitor, instrumētum acquisitionis domino exhibere, eidémq; homagium ac fidem offerre. tum & inuestituram petere, ac laudimias soluere. Nec in eam formam concepta reperias statuta Italiæ de gabellis, ab Vltramontanis adducta. Ea enim de gabella loquuntur, quæ simplicem contractus actum respiciunt. Vnde rectè sensit Bal. in l. 1. quæst. 4. C. de contr. empt. Ius soluendæ gabellæ ratione cōtractus, onus esse conuētionis seu obligationis, non onus rei. ideo fisco solui debere, in loco vbi celebratus est contractus, & non in quo res in contractum deducta sita est, seu tradenda venit. [Idem in l. vnica. vbi conuen. qui cert. loc. da. promis. & in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. cor.] quāuis ipse sibi contrarius diuersum tradiderit. in l. multum interest. col. pe. ver. prout ergo dicit statutum. quem & eo loco sequitur Salic. sub fin. C. si quis alt. vel. sibi. Et id ea de causa quo fraudibus obuiam eatur. Sed vtra sententia magis tibi placuerit, non valde laboro. constat ius gabellarum de quibus loquuntur statuta Italię onus esse contractus, non rei: at laudimias nostras de quibus agimus, onus esse principaliter rei. Nam & propter rem ordinatæ sunt, quod vel hinc manifestè constat, q̄ si alienigena feudum in comitatu Blesensi situm distraxerit, certo certius est laudimias domino deberi. Nec ad rē facit quod in illius patria id ius minimè debeatur. Nam, vt dixi, omnes introductæ super ea re consuetudines, loquuntur de mutatione manus, seu mutatione hominis: quæ verba significant transitum rei alienatæ de dominio vnius in dominium alterius. [vt docent Bart. & alij quos cumulat Ias. in l. manumissiones. de iust. & iu.] Vnde

non dicitur res alienata cuius non transfertur dominium. [vt est text. in l. alienatum. ff. de verb. signific.] At constat istud velut per manus traditum ex solo titulo sine traditione dominium non transferri, cum traditio non titulus sit proxima ac immediata causa transferendi dominij. [l. traditionibus. vbi id annotat Bald. C. de pact. §. per traditionem. inst. de rer. diuis. & quod ad contractum emptionis pertinet, expressus est tex. in l. si ager. ff. de rei vendic. & L. seruum. C. eo. l. quintus. ff. de act. emp. l. qui tibi. C. de hæred. vel act. vend. l. qui prædium. C. de dist. pigno. Plenè in l. quoties. in 1. resp. C. de rei vend.] Et idem in donatione traditum est. vt est casus ibidem in 2. resp. Idem (quod magis dubium est) in permutatione, quæ non nisi secuto implemento perficitur. [l. ex placito. C. de rer. permut.] Et generaliter receptum est ex quocunque contractu. vel stipulatione res debeatur illinc dominium absque traditione non transire: adeo vt si emptor illius rei possessionem absque domini traditione adeptus fuerit, pro prædone habeatur. [vt est tex. in l. ex stipulatione. ff. de acq. possess.] Et si cubi contrarium reperias, vt ex solo scilicet contractu citra traditionem dominium transferatur, id pro speciali iudicandum est, ac in priuilegium concessum, vt ecclesiæ, & ciuitati. [l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccles.] Donec igitur contractus fuerit vltima sui perfectione completus, non dicitur perfectus. Neque aliquid perfectum accipimus, donec aliquid addendum supereſt. [text. in proœm. fforum. & in l. metum. §. sed quid prætor. ff. quod met. cau.] Quare in proposita quæst. concludendū arbitror quoties partes ab inito contractu re adhuc integra recedunt, nullas laudimias deberi: [quod & testatur Ioan. Fab. in l. 1. C. quādo lic. ab empt. receed.] atque secus esse vbi traditio esset secuta, tunc enim trāslatum intelligeretur dominium. ideo ex ea mutatione quæsitum esse ius domino feudali constat, cui partes postea prēiudicare non possunt à contractu recedentes. Quia (vt inquit Bal. super rub. quid iur. si post alienat. vassal. feud. recupera.) non prodest vassallo alienationis pœnitentia, vbi pœna semel est executa: quasi velit innuere, vt eo loco ait Præpos. quòd sera est pœnitentia, postquam ius alteri iam quæsitum est. Hinc quod ad ius cōmune feudorum pertinet, per eas rationes probatur communis doct. opinio, quòd si emphyteuta rem emphyteuticā, vel vassallus rem feudalem alienauerit incōsulto domino, nec tamen ad rei traditionem processerint, in pœnam commissi nō cadāt. quia verbum vendere est cum effectu accipiendum [l. 1. §. hæc verba. ff. quod cuius. iur. l. si per alium. §. dotem. ff. si quis eum quem in ius voc. & l. aliud est capere. ff. de reg. iur. est gl. fol. in c. vlt. extra. de spōsal.] Vnde perfecta venditio non dicitur, nisi post traditionem [vt inquit Specul. tit. de loc. §. nūc aliqua quęst. 97. per §. venditæ. inst. de rer. diuis. & hanc sentētiam secuti sunt Albe. & Saly. in l. 3. C. de in. emphy. per l. ab emptione. ff. de pact. vbi hanc sententiā confirmant interp. Et Ioan. And. ac Paul. de Laze. & But. in c. potuit. extra. de loca. & idem Butrug. cons. 37. viso puncto & instrumento sub fi. & Alex. in l. si a me. ff. ad l. falcid. & con. 173. viso themate. vol. 2. Allegátq; pro ea decis. l. alienatum. in pr. ff. de verb. signific.] Et idem in vassallo, vt dixi, qui alienando feudum, eo non priuatur, nisi ad traditionē processerit. [tex. in c. imperialem. §. callidis. ibi: & in alios trāsferunt. de prohib. feud. alienat. per Feder. vbi Yser. Bal. & alij. & in c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. vbi idem Yser. & Aluar. Bal. in c. 1. §. deniq;. quæ fuit pri. cau. benef. amit. & nouissimè Zas. in trac. par. 10. & Cur. iunior. 4. par. in vlt. priuat. causa. q. 13. Alex. cons. 14. viso diligenter. & Guid. Pap. decis. Delph. q. 161. sunt etiā sub fi. Ias. in cit. l. 3. col. 45. quæst. 19.]

Verbum vēdere cum effectum esse accipiēdum nimirum secuta traditione.

Sed interim remouendus est scrupulus, quē scio malè habere multos, q existimāt contractum emptionis, sicut & cæteros, solo consensu perfici. Bal. nempe & cæteri interpretes in l. 1. vbi gl. fing. de peric. & comm. rei vend. tradunt, triplicem esse cō tractus perfectionem. Prima est conuentionalis, quæ in verborum prolatione & consensu consistit. Et istud est quod toties in iure decantatur, cōtractus emptionis esse iurisgentium: ideo solo consensu perfici. [inst. de obligat. ex consen. & de emp. & vendit. sub prin. & l. 1. §. vlt. ff. eo.] Secunda perfectio est obligatiua: quæ in producenda obligatione ex ipso consensu, quo contrahentes mutuò in id obligātur, quod ex bono & æquo vtique prēstari oportet secundum naturam contractus consistit: [vt patet ex §. vlt. inst. de oblig. ex cons.] Tertia est executiua: quæ est vltima contractus & obligationis perfectio:

Triplex contractus perfectio.

nimirum rei emptæ acquiſitio, quæ non niſi per traditionē fit, per iura ſuprà à nobis citata. Et has duas vltimas contractus perfectiones, nempe obligatoriam & executoriam, refert gl. in l. perfectam. C. quādo lic. ab emp. diſced. eſt & alia gl. quæ tres modos perficiendæ emptionis annotat. inſt. de empt. ſub princ. in glo. 1. Vnum nimirum ex quo contrahentes ab emptionis contractu ſemel conſenſu inito recedere nō poſſunt. [l. ſicut. C. de act. & obl.] ſecundum quem modum etiam emptio conditionalis perfecta intelligitur. Secundo, quādo eſt pura emptio, perfecta ea intelligitur, & tūc rei periculum ad emptorē pertinere incipit. [l. neceſſario. in pr. ff. de peric. & conu. rei vend.] Tertio, quando res traditur: tunc enim verè perfici atque impleri intelligitur. [l. ſi quis alienam. ff. de cōtrah empt. vbi ait Accurſ. ante realem traditionem, emptionem verè perfectam minime intelligi, iuxta l. quoties. de rei vend. & cætera iura ſuprà adducta. & l. ſuis autem. §. ſi duobus. ff. de public. vbi ſi res vna duobus vendita fuerit, præferetur is cui tradita fuerit, etiam ſi alij prius vænierit. Quam reg. in feudis etiā locum habere teſtatur Bal. in c. 1. ſub princ. quid ſit inueſt. Not. Butrig. in l. manifeſtiſsimi. C. de furt. & in l. is cui. ff. eod.] Nam & ſuprà à nobis obiter annotatum eſt, rem prius non intelligi venditam nec alienatā, quæ tradita non fuerit. [d. l. alienatum.] Iuxta quam veram ac propriam ſignificationem, hanc noſtram conſuetudinem accipi oportet, vt pote ſtricti iuris, ac odioſam necnon à regulis iuris communis exorbitantē, quo nomine inueſtituræ quidpiam peti dariue prohibetur. [c. 1. §. ſed etiā res. per quos fiat inueſt.] Et hæc ſanè vero veriora ſunt, quantūlibet obtrectent practici noſtri, quibus perſuaderi non poteſt laudimias ob hominis mutationem & inueſtituram deberi: ideo negant traditionē ea in re expectandam, ſed ſtatim cōtractu per conſenſum abſoluto, eas deberi contendunt. Verum, ad confundendam eorum obſtinatam hæreſim, nolo mihi aliud argumentum, quàm text. in §. 12. j. eod. At dices illum tex. agere nō de emptione, ſed aliis contractibus. Leuiſsimum iſtud eſt: nam tot tantáque ſymbola habet ille §. cū hoc noſtro, vt non latis videam in quo differāt. Nam præterquam quod ſub eodem titulo collocati ſint, ac ſuper eadem re diſponant, ac in eius alienatione de laudimiis domino debitis, vtrunque à iure communi exorbitare conſtat: tum videtur & illo loco tolli dubitatio, quæ hīc ſuboriri poterat: nimirum, An in emptionis contractu, fidei dimiſsio ac hominis mutatio requiratur, ad hoc vt debeantur laudimię, ſicut & in cæteris contractibus, de quibus in illo §. 12. agitur. qui etiam omnes contractus alienatiuos complectitur. & quod illic de emptione nulla fiat mētio, id ideo quod in ſola emptione pretium intercedit: at cęteri cōtractus non in pecunia numerata, ſed magis in ſpecie conſiſtunt. Quare nō abs re futurum eſt, vt vna pars per aliam declaretur, & dictum in vna parte cenſeatur in alia repetitum. [vt docet Bart. in l. prætor ait. 2. §. erit. ff. de vi bon. rap. & Butr. & Imm. in clem. ſæpe. de ſupl. neglig. prælat. ſuper gl. in verb. curam. & idem Bar. in l. ſanctio legum. ff. de pœn. & in l. omnes populi. in quęſt. 4. 6. ar. pr. ff. de iuſt. & iu. & in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad l. aquil.] & id eo quod in vno caſu deficit, per alterū ſuppletur. [Bart. & alij in l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunt. & l. 1. §. vnde quæritur. per illum tex. ff. de public. vide gl. in l. 1. §. conſequatur. ff. vi bo. rap.] Nec eſt quod rurſus inſtes in illo d. §. 12. expreſſim emptionis contractum excipi. Nam tu tuo iugulaberis gladio. Nec enim exceptus fuiſſet, niſi è genere regulę quoque fuiſſet: quę eſt, vt generaliter ex quocunque contractu alienatiuo per quam fit dimiſsio fidei, & mutatio hominis, domino debeātur laudimiæ rachatus, excepto contractu vēditionis, qui ideo excipitur, quoniam cōſtat ex eo rachatum non deberi, ſed laudimias quinti: eo quòd in pretio cōſiſtit: alij autem in ſpecie. Nec enim emptio excipitur ab illa generali regula, qua cautum eſt ex quocunque contractu alienatiuo, in quo fit dimiſsio fidei, ac mutatio hominis, deberi laudimias. Conſtat enim ea regula etiam emptionem contineri. Sed hæc hactenus.

Quæri duodecimo loco poteſt, iuxta præcedentem quæſtionem: Si in contractu emptionis non interuenerit quidem naturalis traditio, ſed per actus tātum ciuiles, velut per clauſulam conſtituti, vel precarij, ſeu ſimilium, ex quibus poſſeſſio transferri dicitur, an ſi poſtea contrahentes ſponte ab huiuſmodi contractu reſiliant, laudimię quinti debeantur? Et videtur eas deberi. Siquidem per conſtitutum vel precariū tradita poſſeſsio dici poteſt.

Ex traditiõe quæ fit per cõſtitutũ vel precariũ verum acquiri poſſeſſionẽ.

Nam cum venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſsidere, traditio per hoc conſtitutum verè acquiritur, atque etiam vera ac propria poſſeſsio: ita vt etiam in ſtatutum de poſſeſsionibus loquens caderet [Caſus eſt ſing. in l. certe. §. 1. ff. de precar. per quem text. ita decidit Bal. in l. ab emptione. in vlt. quęſt. ff. de pact. & idem ſenſit Bart. per eundem tex. in l. ſi quis pro emptore. ſub pr. in vlt. quæſt. vbi etiam Immo. ff. de vſucap. & Bald. in c. 1. §. item inueſt. de not. feu. facit tex. in l. qui habet. §. eum qui. ff. de precur. & l. quod meo. vbi late Alex. ff. de acq. poſſeſ. & in c. accedẽs. extra. de præb. vide Butr. in c. cum veniſſent. ſub 3. col. de reſt. ſpoliat. Ang. Aret. & Iaſ. in §. actionum. inſt. de act.] Hinc Iaſon d. §. actionũ. in col. prędced. tradit quod ſi in inſtrumẽto venditionis apponantur verba quibus vẽditor conſtituit ſe nomine emptoris poſsidere, quanuis realiter rem venditam non tradiderit, tamen amplius conuenire eum non poſſe actione ex empto, vt rem tradat. quia venditor per prædictum cõſtitutum ſtatim dicitur tradidiſſe. & ideo ſtatim à traditione liberatus intelligitur, ita vt neceſſe ſit emptori agere rei vendicatione vel publiciana, aut interdicto vti poſsideris: aliâs ſuccumberet. [vt not. gl. in cit. l. ab emptione. in glo. vlt. in ver. cõſtituatur. ff. de pact. pro qua facit l. Iulianus. §. ex vendito. ver. poſſeſſionem ante traditam. ff. de act. empt.] Facit quod in ſimili cauetur, ſi emphyteuta vel feudatarius rem domino irrequiſito alienauit, ſi poſtea eam redimat, dubitatum eſt an pœnam cõmiſsi euitet? In qua quæſt. Pau. Caſt. [in l. 1. §. ſi rem. ff. depoſ.] docet quòd ſi venditor rem emphyteuticam re ipſa non tradiderit in nullam incidere pœnam, ſecus ſi tradidit verè vel fictè conſtituendo ſe nomine emptoris poſsidere: cum venditor quantum in ſe fuit, alienauit: quia dominium & poſſeſsionem tranſtulit, & ideo in pœnam incidit quam redimendo non euitat. [Quam ſentẽtiam nominatim confirmat Iacob. de S. Geor. in ſuo tract. feud. in ver. cum pacto. de non alien. & Mart. Laudeñ. in cit. c. 1. §. quid ſi vaſſallus. & Zaſ. in ſua. epitom. par. 10. col. 2. num. 40. & Curt. iunior, parum ea in re ſibi conſtans, in 20. quæſt. 4. part. ex quib. cauſ. feu. amit. eo motus fundamẽto quod ſuprà retuli, quòd licet per conſtitutum inducatur ficta traditio, vera tamen tranſfertur poſſeſsio. d. l. certe. de precar. & l. quod meo. vbi Alex. & alij. ff. de acq. poſſeſſ. & Iaſ. in l. 3. q. 19. de iu. emphy.] Sed vt liberè quid ſuper ea re ſentiam, aperiam, nunquam mihi perſuadere potui huiſmodi fictas traditiones omnino ipſum cõtractum perficere, nec quicquam obſtare quominus liceat partibus ab eo impunè recedere, quaſi rebus integris, ac ideo nullis ex ea re ſoluẽdis laudimiis. Id enim pro conſtanti receptum eſt, in ſtatutis & conſuetudinibus inſpiciendam eſſe rei veritatem ac ius commune. [l. pater inſtituto. §. vltim. ff. de capt. & in l. lex Cornelia. ff. de vulg. vbi egregiè Bal. & poſt eum Alex. in con. videtur fortaſſe. col. 2. vol. 1. & Abb. con. 82. in hac cauſa. & plenè Bart. & alij, in l. ſi quis pro emptore. vbi proprius eſt huius rei locus. ff. de vſucap. Cano. in c. circa. de elect.] At in propoſito caſu, conſtat ex traditione per conſtitutum facta, non eſſe veram, ſed fictam poſſeſsionis tranſlationem. [vt nominatim docet Bald. in l. 1. C. de ſuffrag. quam etiam ille fictam appellat, in l. 1. C. pro dona. Idem Bart. in l. 1. ſub princ. ver. quid ſi do fundum pro arris. ff. de verb. oblig. Cy. poſt Pet. in l. 1. quæſt. 7. C. quando lic. ab emp. diſced. pro quorum ſententia eſt glo. in l. Iulianus. §. ex vendito. ſuper verb. precaria. ff. de act. emp.] Facit & quod vulgo receptum eſt, per actum fictum ius aliquod, neque dominij, neque poſſeſsionis acquiri poſſe. [vt traditur in l. emptor. ff. de aq. pluu. arc. & in l. poſt cõtractum. col. 3. ff. de donat. Bart. & Bal. in l. 1. plus val. quod ag. quàm quod ſimul. cõcip. & in l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet.] Sed conſtitutum cum ſit actus fictus, non poteſt producere effectum qui ſit contra vel præter regulas iuris communis. Nam licet per conſtitutũ transferri poſsit vera poſſeſsio, iſtud eſt impropriè & ſecũdũ quid, vt logicè loquar, vnde conditionem huius conſuetudinis minimè implere intelligitur. Nam regulariter traditum eſt ad implementum conditionis non ſufficere factum ciuiliter. [l. ſi ita quis. §. 1. de leg. 2. l. ſi deicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr. l. ex ea parte. §. inſulam. ff. de ver. oblig. & l. vlt. ff. de his qui ven. ætat. impet.] Quæ res maximè procedit in ſtatutis & conſuetudinibus, in quibus propria verborum accipienda eſt interpretatio. [argu. l. quod conſtitutum. ff. de teſtam. milit. l. conſtitutionibus. ff. ad municip.] Et quod pertinet ad eam opinionẽ doct. qui exiſtimant traditionem per conſtitutum, efficere vt res

Per actum fictũ nullũ ius acquiri poſſe

integra non ſit, quòd ad euitandā pœnam commiſsi ob alienationem feudi vel emphyteuſeos, ſane communis doct. concluſio eſt in contrarium. Ita vt Aluar. [in c.1. quid iur. ſi vaſſal. poſt alienat.] adfirmet eam in iudicando minimè eſſe admittendam, tum quia nimium dura atque rigoroſa videatur. [iuxta ea quæ habentur in §. illud. quæ fuit pr. cau. benef. amit.] tum quia iura iſta municipalia ad id ſolum reſpexiſſe videntur, quando vaſſallus per veram traditionem ſe feudo abdicaſſet. [vt probat text. in cap. 1. quid iur. ſi vaſſal. poſt alien. ibi: Ad quemcunque peruenerit. & in c. 1. §. præterea. de Capit. Corr. & in c. 1. ibi. exutus beneficiis. de prohib. feu. alien. per Feder.] Item & quia, vt ipſe ait, lōge magis deliquiſſe videtur qui à ſe abdicat feudum per viam traditionis realis, quàm qui ficte & imaginarie. [iuxta l. 1. §. ſi rem. ff. depoſ. & in eam ſententiam allegat Speculat. tit. de loc. §. nunc aliqua. q. 87. Facit & quæ idem docet in §. 1. in 1. for. inſtr. vendit. tit. de empt. & quæ not. Bart. in l. prædia. ff. de ac. poſſeſſ. quam etiam partem ſequutus eſt Guid. pap. deciſ. 46. An emphyteuta. & plenius in quæſt. 101. ſi quis rem emphyteuticam, & not. Bald. in tit. quib. mod. feud. amit. ver. aut ſi libellatio. Sali. in l. 3. C. de iu. emph. quo loco adducit Petr. Iacob. in tit. de act. in rem quæ pro re emphyt.] Nam licet vbi authoritate legis, & ſic ipſo iure abſque hominis facto, fit dominij tranſlatio. [ſicut in l. vl. C. de ſacrot. eccle.] vel pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, aut inſtitutione hæredis, vel legato, non ſit neceſſaria apprehenſio realis: ſecus tamen in aliis actibus ſiue contractibus in quibus res cadit in commiſſum, cum ſemper penes venditorem remaneat ſaltem detentio. [vt ait Bart. in l. creditores. de pignor. & d. Petr. Iacob. d. titulo.]

Precarium à cōſtituto nō differre.

Cæterum quoniam de cōſtituto & precario agimus, placet paucis annotare quid inter vtrumque interſit. Nam & ſcio pleroſque ex practicis noſtris non ſatis in promptu habere terminos iuris: quæ ignorantia efficit vt in mille errores quotidie inſignicer collabantur. Et vt familiarius rem paucis explicem: finge quē fundum ſuum vendidiſſe aut pignoraſſe vel hypothecaſſe, nil refert, cuius tamen poſſeſsionem actualē ac re ipſa non tradit, ſed conſtituit ſe illud poſsidere ab emptore vel creditore cum quo contrahit ſimpliciter, vel vt conductorem aut precario, ſicut in ſimilibus inſtrumentis apponi ſolet: vis noſſe quid inter ſe differant? Et quidem qui ſe per conſtitutum vel vt conductorem poſsidere conſtituit, facit vt omnem poſſeſsionem quæ apud ſe erat, in alium, cuius nomine ſe cōſtituit poſsidere, tranſferat. [l. quod meo. & l. qui pignori. ff. de acq. poſſeſ. l. ſi pignus. ff. de pignor. act. & l. quædam mulier. ff. de rei vēd.] vnde conſtituens nihil omnino poſsidere ſed detinere tantum intelligitur. Cæterum vbi non ſimpliciter tantum ſed precario venditor vel debitor rem ſuam pignorans, ſe conſtituit poſsidere nomine emptoris ſeu creditoris, tunc ciuilem tantum poſſeſsionem in emptorem vel creditorem tranſfert: naturalem vero apud ſe retinet [Caſus eſt in cit. l. & habet. §. eum qui precario. vbi not. & in l. vlt. §. vlt. ff. de precar.] Quo caſu prodeſt quidem illa adiectio quā faciunt notarij in inſtrumentis ſuper his rebus cofectis, quod liceat emptori vel creditori rem propria auctoritate cum voluerit ingredi. Quæ clauſula ſuperiore caſu eſſet ſuperflua. [Ita adpoſite tradit Bart. in l. creditores. in 2. pr. quæſt. & ſub finem 4. C. de pigno. & in l. Cellus. in 3. col. ff. de vſucap. Paul. de Caſt. in cit. l. qui pignori. de acq. poſſeſ. Vide & quæ idem Paul. in eam differentiam annotat. con. 10. ſi vera ſunt quæ in themate.]

An ex diſtractu debeantur laudimię

Decimotertio quæſitum eſt, an ex diſtractu deberentur laudimiæ? quæ quæſtio fere eadem eſt cum duabus proxime diſcuſsis. Quibus repetitis ita diſtinguēdum cenſeo cum Guil. & Alber. in cit. l. ab emptione. ff. de pact. Nimirum quod aut reſoluitur venditio ex conuentione ab initio facta in ipſo contractu: & tunc nihil domino feudali deberi certum eſt. Nec enim mera ac pura creditur huiuſmodi alienatio, cum res in emptorem irreuocabiliter non tranſierit [l. in diem. ff. de aq. plu. arc.] Quinimo niſi emptor faciat atque impleat quod in prima conuentione actum eſt, ex ea poteſt conueniri. Vnde ſi ille contractus effectum ſuum non ſortiatur, ac, quod dicitur, in eſſe non producatur, ex eo nihil debet conſequi dominus feudalis. [arg. l. lex vectigali. ff. de pignor. l. cum poſt. §. patrone. ff. de iu. dot. l. qui res ſub pr. ff. de ſolut. ibi harum enim rerum ſolutio non poteſt niſi ex euentu liberare ſed quo caſu certum erit remanere eas.] In quam rem adduco communem deci. doct.

præſertim Paul. Caſt. & Alex. [in l. qui Romæ.§.flauius hermes.ff. de ver. oblig.] inquientes, ſi ius aliquod ex cõtractu debetur tertio, non poteſt illi acquiri antequam fuerit acquiſitum partibus principaliter contrahentibus. Vnde cõcludendum arbitror ſi contrahentibus ex contractu quem gerunt ius non fuerit irreuocabiliter ac perfecte quęſitũ, vt quia forte ea ferat contractus natura, vel quia innominatus eſt, ideo locum habeat pœnitentia, antequam res vtrinque trandantur [l. ſi pecuniam.ff.de condic. ob cau.l. ex placito.C. de rer. permut.] vel quia ab initio fuiſſet pactum reſolutiuũ appoſitum, vt addictionis in diem, vel legis commiſſoriæ, quæ contractum ipſo iure reſoluunt: tunc his caſibus nullum tertio, vt potè dominо feudali, ius quęritur ex ipſo contractu reſoluto, vel ex pœnitentia, vel ex illis pactis reſolutis. Tunc enim contractus perinde habendus eſt, ac ſi nunquam geſtus fuiſſet. [d.l.ab emptione.ver.nec quic quã intereſt.ff.de pact.& l.1.& 2.C.quando lic.ab emp. diſc.] Quinimo ideo Guil. & Alb.rectè cenſuerunt, ſi quę ex eo contractu ita reſoluto ſolutę ſint domino feudali laudimiæ, locum eſſe repetitioni, condictione eius quod indebite ſolutũ eſt, ac velut ex cauſa ceſſante. [l.1. ſub fi.& l.3.§. ſi liber.ff.de condic.ob cauſ. In quam rem citant opt.tex.in l. ex hoc edicto.§. vlt. & penul.cum l.ſeq.de alienat. iud. mut. cau. fac.] Et hæc quod ad primum huius diſtinctionis noſtræ caput pertinet. Cæterum vbi in huiuſmodi contractu nullum tale pactum interuenerit, aut nulla conuentio contractum reſoluens appoſita fuerit, ſed pure ac ſimpliciter venditio facta fuerit, verum ex conuentione partium poſt perfectam venditionem inita, ipſe contractus reſoluitur: tunc ſubdiſtinguendum putarem. Nimirum quod aut illa conuẽtio de reſoluendo contractu facta eſt rebus integris, id eſt ante traditionem realem vel ciuilem, & tunc obſeruandum eſt quod in precedẽtibus duabus quæſt. definitum eſt, vt nullæ debeantur laudimiæ: Sin autem res non amplius integræ fuerint, vt quia ad traditionem proceſſum ſit, tum traditũ eſt dominum duplices laudimias cõſecuturum, videlicet ex primo contractu, cum perfectus ac abſolutus fuerit ſecuta nimirum traditione. [l.2.C.de donat. quæ ſub mo.& l.cum pr.§.rogo. & §.fidei. de leg.2.] Item de diſtractu, ſeu reſolutione, cum fiat ex noua cauſa. & ita cenſenda eſt alienatio noua. [vt probat apertè tex. in l. ab emptione.in fi. Facit l.ſi à me. ff.ad l.falcid.] Per quam ibi Bart. & vterque Immo. decidunt quod ſi vaſſallus feudum, vel emphyteuta emphyteuſim vendiderit, & poſtea redemerit, non dicuntur rem poſsidere, eo iure quo poſsidebãt antiquitus, ita vt nouus omnino contractus videatur. [de quære vide feudi.in c.1. quid iur. ſi vaſſal.feud.alien.recuper.& quę ſupra in præced.duabus quæſt. tradidimus.]

Verum, quoniam incidimus in pactum legis commiſſoriæ & addictionis in diem, videndum eſt quomodo in vim illorum reſoluatur contractus, tum & quomodo concipiantur. Et ſane certum eſt pactum legis commiſſoriæ ita concipi ſolere, vt ſi ad certum diem de quo inter partes conuenerit, pecunia ſoluta non fuerit, res inempta ſit. [l.2.ff.de leg.commiſ.] Pactum autem addictionis in diem ita fieri ſolet, ſi alius intra illum diem meliorem conditionem obtulerit, venditori res ſit inempta. [l. 1. ff. de in diem addict.] Quæ quidem duo pacta hoc habere ſpeciale docet Alex. con. 10. videtur fortaſſe. vol.1. quod ipſo iure contractũ cui adiiciuntur reſoluunt, & cauſam (vt ait) ad non cauſam reducũt. vt ſi ſtata die pretium exolutum non fuerit, vel contigerit ab alio meliorem conditionem afferri, intra dictam diem deſinat emptor dominus eſſe, & ipſo iure dominium ad venditorem reuertatur, adeo vt ipſi venditori competat reiuẽdicatio non ſolum cõtra emptorem ſed & quemcunque alium tertium poſſeſſorem [l. ſi quis hac lege.in pr.ff. de rei vend. l.commiſſoriæ.ff.de pact.int.emp.& vend.] Vnde & id receptum eſt ex huiuſmodi contractibus quibus alterũ ex his pactis adiicitur, non deberi laudimias neque ex ipſo contractu neque diſtractu, vt cenſuere omnes poſt Guil.in cit.l.ab emptione. Etſi tamen verum illud ſit, dominium rei venditę ſub his pactis tranſire in emptorem, niſi expreſſa conditio appoſita fuerit. Ea ſiquidem pacta conditionalem non facere venditionem, quæ conditionaliter contracta non ſit, certum eſt. [iuxta d.l.2. ff.de in di. adiect. vide Paul. Caſtr. & Alex. in eam rem, in l.ſtatuliber.ff.ad l.fal.]

Contractus quomodo reſoluantur pacto legis cõmiſſoriæ & addictionis in diem.

Eſt & præterea quęſitum, an idem eſſet in aliis pactis vim reſolutiuam habẽtibus. Rem paucis ab hinc diebus ita facto euenisſe memini. Quidam prædium ab alio

emerat dimidia pretij parte ſoluta: adiecta ea conuentione, vt quod ſupererat de pretio intra annũ ſolueretur: quod ſi factum non eſſet, res eſſet inempta. Contigit emptorem in exolutione pretij eo anno ceſſaſſe, vnde reſolutam fuiſſe venditionem conſtat. At dubitatio orta eſt ſuper laudimiis: petente domino feudali eas ex illo diſtractu ſibi ſolui. Et ſanè duæ extitêre in eam rem doct. opiniones & eæ diuerſæ magnis rationibus ac legum authoritatibus fulſitæ. Prima eſt, eorum qui exiſtimant huiuſmodi pacta quantumcunque fiant per verba directa & ipſo iure contractum cui adiiciuntur reſolutura, non tamen ipſo iure reſoluunt nec dominium transferunt. Niſi ſint pacta legis commiſſoriæ & adiectionis in diem: in quibus illud ob frequentiam ſpecialiter eſt conſtitutũ. Tum quia ita legiſlatoribus viſum eſt, vt dicunt Bart. & Ang. in l. 1. ff. de donat. Igitur diuerſum in aliis pactis iudicãdum eſt. iuxta l. 1. ad municip. & l. 1. de theſaur. lib. 11. C. Quę ſententia probatur tex. in l. pen. de ædil. edic. vbi venditum erat prædium ea conditione atque lege, vt ſi emptori intra certum tempus negotium diſplicuiſſet, res inempta eſſet. Et ſi locus fuerit cõditioni, vt quia rem emptori diſplicuiſſe contigerit, non tamen ipſo iure reſoluitur contractus, ſed actione redhibitoria agendum ſenſit Iuriſcon. In idem eſt tex. in l. ſi hominem. ff. de vſucap. vbi pactum adpoſitum fuit verbis directis ad contractum ipſo iure reſoluendum tendentibus, & nihilominis ipſo iure dominium non retransfertur eueniente conditione contractus reſolutiua. 3. tex. eſt. in l. ſi cum precibus, de rer. permut. vbi ſi ex contractu permutationis tranſlatum ſit dominium, & res permutata poſtmodum venditur tertio, ſi non ſeruantur pacta in permutatione adpoſita, agi non poteſt contra emptorem & ſic cõtra ſingularem ſucceſſorem. [l. 1. §. ſi hæres. ff. ad trebell. l. vlt. §. vlt. de contrah. empt. l. æris alien. C. de donat. l. vlt. §. hæred. act.] etiam ſi obligatio perſonalis contracta ſit per reſpectum, vt aiunt, ad rem, trãſeuntem ad ſingularis ſucceſſoris perſonam [l. quædam. §. nihil. intereſt. ff. de eden. vbi ea Iaſ. & l. cum hæreditas ex cauſa fideicommiſſi. & l. ſi hæres inſtitutus. §. vlt. ff. ad trebel. Pôt. & alij. in l. quæ neptis. ff. de acq. hæred.] Vnde executio inſtrumenti garentigiæ vel ſententiæ peti non poteſt contra ſingularem ſucceſſorem. [vt eſt gl. in l. ea lege. C. de condic. ob cauſ. refert. Bal. in l. 2. per illum tex. C. ſi aduerſ. cred.] Quarto quod reſolutio cõtractus eius naturę cenſetur, cuius eſt ipſe contractus, [Bart. in l. & ideo in pi. ff. de cõdic. furt.] vnde quando ex ſolo contractu transfertur dominium ſine traditione, ita reſoluto tali contractu retransfertur eius dominium abſq; retraditione. Facit l. vlt. C. de lega. iuncta gl. in ver. remanẽtibus & quę eo loco not. Bart. & alij.] 5. licet cauſa tranſlationis dominij ceſſet, tamẽ ipſo iure dominium non retransfertur l. 1. in fi. & l. pen. ff. de condict. ſine cau. vbi quando aliquid datum eſt ex cauſa legitima ſi poſtea illa cauſa redeat ad non cauſam, locum nõ habet condictio ſine cauſa. vnde perſpicuum eſt dominium ipſo iure non eſſe retrãſlatum. nam condictio ſine cauſa domino non datur præterquam contra furem. Ob quas rationes eam partem ſecutus eſt Accurſ. in plærisque ſuis gloſſematibus. [in l. traditionibus. C. de pac. l. ſi ager. ff. de rei vẽd. l. cõmiſſoriæ. C. de pac. inter empt. & vẽd. l. 1. ff. de donat. l. ab emptione. ff. de pact. & in l. 1. per illum tex. C. de iur. ff. donat. & Bart. in l. 1. de donat. & in d. l. ſi hominem ff. de vſuc. Quod & latius proſequitur Alex. in con. 10. videtur fortaſſe vol. 1.] At in contrariam ſententiam à pleriſque itum eſt, vt id ſpeciale non ſit in pactis legis commiſſoriæ & addictionis in diem, ſed etiam in aliis omnibus vim reſolutiuam habentibus. Nam & in facta ſpecie à nobis propoſita, ea pactio interpoſita erat vt ſi quod ſupererat precij intra annum ſolutum non eſſet, vult atque conſentit emptor vt ea venditio nulla ſit. In qua clauſula qui hanc opinionem ſunt ſequuti duo potiſsimũ verba annotarunt. Primum verbum (ſit) ac verbum (nulla) quæ cõtractus reſolutionem ipſo facto important. [ſecũdum Bal. in l. 1. col. 16. de ſecũd. nup. & in l. ſi quæ. ad tertul.] Tum & verbum, nulla, iũctum verbo, ſit, intelligitur quoque ipſo iure ſine hominis facto: ita vt iudicis ſententia minime requiratur ad reſoluendum contractum. [vt eſt gl. in c. innotuit extra. de elect. Tertio, & ei clauſulę ſubiungebatur vt ſi pretium ſtato die ſolutum non eſſet, venditio nullius valoris ac effectus eſſet, quæ vniuerſalis negatiua omnimodam nullitatem importabat etiam ipſo iure. [l. ſi quis Sempronium. ff. de hæred. inſtit. & l. non dubium. in fi. C.

de leg.l.cum hi.§.fi in annos.ff. de tranſac. vt in ſimili dicimus de dictione illa nullatenus.vt eſt gl.in auth.ſi qua mulier.C.ad velle.] Et interim aduertẽdum eſt ea verba addita fuiſſe cum cõtractus adhuc eſſet in fieri, vt dicitur,nec adhuc abſolutus eſſet à partibus, nec vllũ illis ius adhuc queſitum & ita rebus integris. Vnde aduenientе conditione reſolutiua, nempe non exoluto ſua die pretio, titulus redditur retro nullus,vnde traditio nuda remanet, ac ſine cauſa & dominio.[per ea quæ vult Bald.& poſt eum Saly.in l.traditionibus. C.de pact.] Tum & ſi verba directa ac reſolutiua conſideres, inuenias eadem eſſe cum his quibus concipi ſolent pacta legis commiſſoriæ: nempe, ſi pretium ſolutum non fuerit, res ſit inempta.vide Bal.in l.ea lege.C.de condic.ob cauſ. in 3.col. eſt tex. inneuitabilis meo iudicio, in l.voluntate. §.vlt.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.vbi patet quod ex ſola reſciſsione tituli,retranſfertur dominiũ in antiquum dominum: probatur item ea op.ex l.vlt. C.de leg. vbi rei legatæ dominium quod reuerſioni poſt tempus ſubiectum eſt, ipſo iure ad dominium redit: & ex l.ſi cum venderet. in pr. ff. de pignor.act.vbi ſi creditor cui à debitore res pignori data erat eam alteri vendiderit, pacto adpoſito, vt ſi debitor pretium emptori redderet, ei liceret rem ſuam recuperare:illic cautum extat,quod ex huiuſmodi pacto liceat debitori oblato precio rem ſuam vendicare,eo quod ex tali pacto dominium in eum ipſo iure retransferatur: quãuis iſtud pactum non ſit legis commiſſoriæ,vt not.gl.in d.l.ab emptione.ff.de pact.[De qua re videto plene Fran.Curt.cõ.12.Lucius Titius.& Paul. Caſt.in d.l.ſi cum venderet.& in l.1.in vlt. col.ff.de donat.& cõfirmauit. in l.qui abſenti.§.1.ff. de acq. poſſeſ. & in l. ſi hominem.ff.de vſucap. vbi ait ex pacto reſolutiuo contractus retransferri dominium, ipſo iure ſine traditione,ſi vẽditor erat dominus: eo quod pacto legis cõmiſſoriæ & addictionis in diem aſsimiletur,licet eo loco Bart.de ea re dubitet. Et tandem Paul. Caſt.in l.ſi ita quæ§. ea lege.ff. de verb. oblig. col. 2. vbi docet quod ſi conuenerit vt venditio vel donatio ſeu traditio pro non factis habeantur, ſi quid factum non fuerit: tum ad ſimilitudinem pacti legis commiſſoriæ, dominium ad venditorem reuerti vel donatorem.per d.l.commiſſoriæ.eandem ſententiam cum Paul. ſecuti ſunt Butrig.in d.l. traditionibus. Cy.in l. vlt.in 1.quæſt.C.de reb.ali. nõ alien.Saly. in l.ea lege.in 1.& vlt.oppoſit.& Raph.in d. l. 1. in vlt. col.ff. de donat. motus ea ratione Dy.quod ſicut dominium ſine cauſa transferri non poteſt.l. nunquam nuda ff.de acq. rei dom. ita etiam in annullatione ſeu reſolutione contractus non poteſt idem ſine cauſa retineri. Nam iiſdem iuris regulis continetur reſolutio cõtractus ac eiuſdẽ confectio.l.ab emptione.ff.de pact. Ita Ioan. de Ana. in c. conqueſtus. col.4. ſub fi.de vſur. & Ang.Aret. in §. vlt. inſt. quib.mod.toll.oblig.& Iaſ.con.128.videretur in præſenti.vol.4.vbi latiſsime eum locum diſputat. reſpondétque ad ea quæ in contrarium obiiciuntur,illum tu videto & iudicato. Nec enim mihi ſatis eſt in promptu quas potiſsimũ ſequar partes.]

An ex venditione inutili debeãtur laudimiæ.

Decimoquarto quæri poteſt, quid iuris ſit ſi vaſſallus feudum quidem vendiderit, ſed inutiliter. An ex ea venditione quæ nulla eſt, debeantur laudimiæ? finge tutorem. prælatum ſeu ſyndicum, feudum pupilli,eccleſiæ,ſeu ciuitatis,alienaſſe,non ſeruatis ſolenniis quę in huiuſmodi alienationibus requiruntur,conſtat huiuſmodi vẽditiones penitus eſſe nullas ac pro infectis haberi.[vt toto titu. de præd. mi.ſine decr.non alien. & tit.de reb.eccle. non alien.& in cle.1.eod.tit.in cle.vbi latè Card. & in c. ſine exceptione. & ferè per totam cauſam. 12. q. 2. & in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccleſ.Et quod ad res ciuitatis per Syndicum alienatas pertinet,tractat Alex. de Immo. con.1. ponderatis his,vol.4.] Ita vt ex his prohibitis alienationibus nedum dominium,ſed ne poſſeſsio quidem transferatur ex illo contractu.[l.ſi quis ante. ver. ſiquidem. ff. de acq.poſſeſſ.& not. Bal. in l. non dubium. in ver. vlterius oppono 10. C. de leg. Cy. in l.ad probationẽ.ver. tertio caſu. C.loc. quem ſequitur Salic. in l.qui rem.eod. tit. & Imm.in l.ſi rem aliquam.ff.de acq.poſſeſſ.& Alex.con.69.circa primum dubiũ. num.14.vol.5.]Vnde nec fructus quidem ſuos faciunt, qui res huiuſmodi emunt. [vt not. Dy. & alij in reg.qui contra iura. & Ioan. Fab. in l. certum. C. de rei vend. & Pont.conſil.424.in re præſenti. vbi in materia reſtitutionis fructuum, dat ille elegantem doctrinam, vt cum ſcilicet titulus ad non titulum reducitur, vel contractus ortum habet à cauſa irrita,fructus,vnà cum re ipſa veniunt reſtituendi, vt eſt

tex.in l.filio.§. contra tabulas. ff.de inoff. testa. Ac non solum qui percepti sunt,sed &qui percipi potuerunt,[vt est gl.sing.in l. patri, pro filio. ff. de minor. in ver. cum fructibus.ver.itē ex diuerso.]Fingere potes & exemplum in filio, qui viuente adhuc patre, illius feudum vendidit: nedum enim huiusmodi venditio nulla est, sed & filius à paterna successione tanquam indignus repellitur.[iuxta l.quidam. §. donationem.cum l.seq.ff.de donat. & l.2.ff. de his quib.vt indig.] Similiter & in contractu emptionis, in quo dolus dans causam cōtractui eum reddit ipso iure nullum.[l. elegāter.ff. de dol.]Item in alienatione ab vxore sine consentu mariti constante matrimonio facta quæ non subsistit. [vt sup. de sta.per.§.2.]Quęstionis est igitur,an ex huiusmodi inutilibus contractibus debeantur laudimiæ. Quæ sane dubitatio pendere videtur ex alia quęstione, An qui feudum inutili ac nullo contractu vendidit,pœnam priuationis incurrit? Et videtur incurrere ex theoria Bart. communi Doct.schola approbata.[in l.continuus.§. cum quis.ff. de verb. obligat.] Quæ est ꝙ quando interest illius, cuius fauore est actus prohibitus, ne actus ille de facto fiat, quia ex huiusmodi contrauentione facti læditur:tunc ob huiusmodi actū licet inutiliter gestū, imponitur pœna. [Quod & rursus docuit idem Barto.in l.vbi tale pactum.in vlt.col.C.de transact.] Per quam theoriam Franc.Curt.iunior in tract.feudorum.4.par. quæst.17.concludit ꝙ si feudum sit in alium translatum etiam per cōtractum nullum ac inutilem, locum habeat pœna priuationis feudi: vnde & Are. con 18.visa & discussa.tradit quòd si quis prohibitus sit ex dispositione testatoris rem alienare: si vtiq; alienauerit,licet inutiliter, incidit in pœnā priuationis. Quibus argumentis idem concludendum videtur in proposita quæstione, vt ex quocunque venditionis feudi contractu licet nullo laudimiæ dominis debeātur, quæ in locum pœnæ priuationis subrogatæ sunt.

Faciunt tamen pro contraria sententia duo fortissima argumenta. Primū, quòd verbum venditionis absolute prolatum, venditionem quæ ex defectu solennitatis nulla est, non comprehendit, [l.4.§. condemnatum.ff.de re.iud. & d.l. continuus. §.cum quis. ff. de verb.oblig.] qua etiam ratione motus Aluar.in c.1.iub fin. princ. quid iur.si post alien.vass.feu.recuper. credidit vassallum inutiliter feudum alienātem,pœnam priuationis minimè incidere. & Bal.in simili casu. in l.2. col.1.in ver. ex prædictis. C. de epis. audien. Secundū, id vulgo receptum est, vt quis incidat in pœnam non sufficere rem de facto fieri.[l. ea quidem.C.si mancip.ita fuer. alien.& d.l. continuus.§.cum quis.de verb.obligat. & ibi Aret. in 3.col. rationem eam reddit, ꝙ venditio nomen sit iuris: vnde venditio quæ nulla est, non intelligitur esse venditio. Quo etiam arg. Ang.præmissam quęstionem diffiniuit, cons. 16. super puncto superscripto.antepenul.col.inquiens pœnam alienationis quæ alienanti contra testatoris prohibitionem imponitur,locum non habere si alienatio sit nulla ac inutiliter facta.[vt est sing.decis.Bar.in l.non putauit. §. non quauis.ff. de contrah. empt.] Vnde si statuto cautum extet, vt qui cedit actionem nobili mulctetur centum libris, intelligi debet de cessione rite facta, ac non inutili. Quam singularem traditionem trahit Alex.de Immo. consi.104. statutum loquens.col.2.vol.1.ad propositam nostram quæstionem, vt nimirum ex venditione inutiliter contracta,nullæ debeantur laudimiæ. Nam & statutum disponens gabellas deberi ex contractibus, intelligēdum est omnino de contractibus validis, non de inutilibus. [Et ita videtur tex. in l.2.C. de eunuch. quem in hoc expendunt ibi Bal.& Salic.& istud idem decidit Io.Fab.in l.1.C.quando hic.ab empt. disced.& Bart. Alber.Bald.Paul.Corn.& Ias in l.vl.§.pen. C.com.de leg. Idem Bal. & Ias.l.3.§.Nerua.ff.de acq.poss. Pontan. con.78.licet cōmuni iure Aluar.& Præp. in c.1.vers.si quis fecerit. quo tempo.mili. Guid.pap.decis. Delph.290.quidam vendidit.& nouissimè Fely.& Dec.in c.ex tenore.extr.de reiect.& idem Fely.in c.cęterum.de iudic.col.pen.& idem rursus Dec. in l.1.nu.34.C.de eden.& Alua.in l. Paulus.ff.de verb.signif.] Qui omnes hanc vltimam sequuntur opinionem, & meo iudicio veriorē: licet magis placeat, eam hac adhibita distinctione temperare, vt siquidem alienatio prohibita sit fauore personæ,quales sunt minores qui ob ætatis imbecillitatem res immobiles sine decreto alienare nō possunt.[vt in rub.de reb.min. sine decr.non alien. l. lex quæ tutores. C. de admi.tut.& l.si curatorem.C.de integ. restit.] & in vxore, quæ prohibetur res alienare sine mariti cōsentu, & in similibus

Ex cōtractu nullo, ob prohibitionē fauore personę factam, laudimias non deberi.

perſonis:tunc concludendum arbitror ex alienationibus ab his inutiliter factis,nullas laudimias deberi.& ita poſteriorem opinionem indubitatam arbitror: ita vt ſi quæ etiam ſolutæ ſint,tanquam indebitæ repeti poſsint à domino feudali tanquam à cauſa ceſſante.[vt docent Cugn.& Alb. in l.ab emptione.ff.de pact.]Sed magis eſt vt repetantur ex condictione indebiti.[vt docet Barto.in l. vlt.in prin.ff.de condict. indeb. Qui in hoc caſum ſing. adducit in l.Imperator.ff.de in diem adiect. & l.is cui hereditas.ff.de condict. indeb.ibi,cauſam dandæ pecuniæ non habet.] Cæterum, ſi alienatio prohibita eſt non quidem fauore perſonæ, ſed fauore ſpeciali alius quàm alienantis:vt ſi,verbi gratia,prælatus feudum eccleſiæ,non obſeruatis à iure introductis in eam ſolenniis alienauerit: vel odio perſonę alienantis,vt in filio qui viuo adhuc patre illius feudum alienat, vel in emptore qui ex dolo ac mala fide rē emit, ita vt illius dolus dederit cauſam contractui: his & ſimilibus caſibus conſtāter adfirmarim ego,ex huiuſmodi contractibus licet nullis & inualidis, deberi laudimias: mōtus his quas ſuprà retulimus rationibus: tum duabus præterea deciſ. Ioann. And.prima in c. Ioannes. de cler. coniug. vbi clericus,matrimonium licet inutiliter contrahens, vt quia finge cum conſangui nea contraxerit,ſacerdotiis tamen que habebat, priuatur, non ſecus atque ſi legitimè contraxiſſet: Secunda, eiuſdem deciſ. eſt,in c.1.eo.tit.vbi poſt gl. tradit,eum qui in ſacris conſtitutus matrimonium contrahit,& ideo inutiliter, non aliter puniri ſuorum ſacerdotiorum priuatione, quàm ſi legitime contraxiſſet. Et vtriuſque deciſ.ratio eſt,quòd melioris conditionis eſſe non debeat qui illicitè contrahit,quàm qui legitimè. In quam rem allegat in arg. c.cum qui.& c.nuper.extra.de bigam.vbi clarè oſtēditur, ꝙ in caſibus in quibus per matrimonium legitimè contractum quis efficitur bigamus, ita & per matrimoniū nullum ac illicitum. Vnde iſtis caſibus tribus proximè à nobis enarratis, prælatus, & futurus hæres ante delatam ſibi hæreditatem,emptórque doloſus,res illicitè alienantes,cū ſint in culpa,à laudimiis propter nullitatem contractus non liberantur:quia quantum in illis fuit,de facto(vt aiunt)ad alienationem proceſſerūt. Quæ res ſufficere videtur ad hoc vt ad laudimias teneantur.[per cit.l. continuus.§. cū quis.ff.de verb.obligat.] Et quæ hactenus in ea quæſtione tractata ſunt de contractu,qui ipſo iure nullus eſt,accipito.Nunc autem non inconcinum erit videre quid de contractu, non quidem nullo, ſed inutili.

Decimoquinto igitur quæſitum eſt, an ex cōtractu inutili deberentur laudimiæ, ex ea nimirum venditione ex qua nullum ius in re empta emptori quæritur. Et(vt paucis me aperiam)nullas quidem deberi exiſtimo.[idque cum Bart. in l. vnum ex familia.in pr. per illum tex. de leg. 2. Cuius ſententiæ etiam fuere Bal. & Salic. in l.2.ſub fi.C.de eunuch.Alex.con.36.viſo themate.volu.14.Facit & quod in proxima quæſtione adduximus ex Bart.in l.filium.§.ſi quis bonorum.ff.de leg.præſtād. & l.non putauit.§.non quæuis.ff.de cont. tab.& l.continuus.§.cum quis.ff. de verb. oblig. Quod & ſequitur Bald.in l.quid ergo.§.cum autem.ff. de infa. Iaſ.in l.3. ver. 19.quæro. de iu.emphyt.]Vnde etiam cēſeo,ſi venditio facta ſit à non domino, nullas deberi laudimias. Quod intellige ſi vēditor non eſſet dominus, neque poſſeſſor feudi venditi. Nam ſi poſsideret vt dominus,& illud vēderet &traderet,tunc proculdubio laudimias deberi crederem. Siquidem etſi ex huiuſmodi contractu dominium in emptorem minimè tranſiret: vſucapiendi tamen titulū transferret venditor.[ex regula generali.l.clauibus. ff. de contrah.empt.&vend.& §.ex his.inſt.per quas perſo.no.acq.] Nam vbi is qui tradit dominus eſt, titulum indubitatum tranſfert:at vbi dominus non eſt,ſed poſſeſſor, tum vſucapiendi tantum cauſam prēſtat. Vnde cum poſſeſsio & titulus cauſam vſucapiendi ex illo contractu præſtans trāſferuntur, dici non poteſt illum planè inutilem. Nam nec contractus emptionis & venditionis natura eſt,vt venditor teneatur ad dandum,& ſic emptorem facere dominum rei venditæ.[per l.rem alienam.ff. de contrah. empt.] ſed ad rem tradendam tantum obligatur. [d. l. clauibus. & l. ex empto.in prin.ff.de act.empt.]Vnde ſi dominus fuerit,dominium tranſfert:alioqui vſucapiendi conditionem.

An ex cōtractu inutili debeantur laudimiæ.

Venditorem non ad dandum, ſed ad tradendum tātū obligari

Decimoſexto, iuxta duas proximè diſcuſſas quæſtiones ſuper contractu nullo ac inutili,iſtud etiam quæri poteſt,quid iuris, ſi cōtractus ab initio valuerit quidem, ſed poſtmodum ex neceſſaria &veteri ſeu præexiſtente cauſa,quæ ipſi cōtractui ine-

An ex reſciſſo contractu debeātur laudimiæ.

rat, reſcindatur: an ratione huius reſciſſionis debeãtur laudimiæ? Et quo paucis iſtã dubitationem tollamus, perpendendam ante omnia exiſtimo cauſam reſciſsionis contractus. Siquidem ex noua ac ſuperueniente necnon voluntaria cauſa reſcindatur venditio, tum firmam ſtare opinor cõcluſionẽ ſuprà à nobis traditam, vt eo caſu tam ex contractu, quàm diſtractu debeantur laudimiæ: & eæ idcirco duplices, vt nuper oſtẽdimus in materia diſtractus. quæſt. 13. At vbi ex cauſa antiqua ipſi contractui inhærente, ac neceſſaria fit reſciſſio, hic opus hic labor eſt, in eo enim capite tota propoſitæ quęſtionis conſiſtit difficultas: quæ pro caſuum dubiorum multiplicitate in diuerſas ſcinditur partes. Igitur videmus vt plurimum vẽditiones reſcindi: primo, ex pacto legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem, aut alio æquipollente, vt proximè diximus: & plenius infrà, de retractu. Secundo, ex pacto de retrouendendo, de quo inferius videbimus, in duobus §§. ſeq. Tertio, ex cauſa inhærẽte ipſi cõtractui, de qua mox dicemus hìc. Quarto, ex beneficio. l. 2. C. de reſc. vend. quando ſcilicet res vænit minus dimidia iuſti pretij. Quinto, ex beneficio reſtitutionis in integrũ. Sexto, ex iure retractus. De ſingulis itaq; ſpeciebus reſciſsionis cõtractus nobis diſpiciendum eſſet, niſi iam de pluribus ex illis ſuprà vidiſſemus. Nã à nobis proximè tractatum eſt de diſtractu, qui fit ex pacto legis commiſſoriæ ac addictionis in diem. item de pacto de retrouendendo. hic de tertia ſpecie agimus, quæ nimirum fit ex cauſa inhærente ipſi contractui, quam duplicem fecimus, voluntariam vnam, alterã neceſſariam. quod ad voluntariam pertinet, iam eſt expeditum. Quod ad neceſſariam, Doct. in l. ab emptione. ff. de pact. conſentiunt, vt cum contractus ſemel perfectus ex cauſa neceſſaria ipſi contractui à principio inhærente reſoluitur, vna tantum gabella debeatur: ſcilicet pro contractu tantum, nulla autem pro diſtractu, ſeu contractus reſolutione. Quæ res à me latius declarata eſt in prꝫced. quæſt. huius rei caſus extat, quẽ refert Bal. in l. ſi prædium. ver. ſed nũquid de redhibitione col. 2. C. de ędil. edi. vbi ait fiſcum gabellam pro contractu acceptam pro redhibitione reſtituere nõ teneri. At quidem venditor eam emptori qui ſoluit, reſtituere debet. cum & ille rem emptam reſtituere compellatur. Quæ deciſ. duplici fundamento comprobatur. Primum, quia cauſa ex qua reſoluitur vẽditio, prę-ſupponitur extitiſſe & nata eſſe vnà cum ipſo contractu. Non mirum itaque ſi ex illa reſolutione ex cauſa præexiſtente non debeantur laudimiæ. vt eſt ſimilis deciſ. Bal. in l. vlt. §. ſed quia noſtra. C. comm. de leg. vbi refert quòd ſi extet ſtatutum, quo teneatur vaſſallus ius aliquod ſoluere domino loci, pro quolibet cõtractu, ſi poſtea illum contractum à vaſſallo geſtum reſolui contigerit, tunc ita diſtinguendum putat: aut contractus ille reſoluitur vt inualidus, & tunc nihil debetur: quia poteſtas euictionis tollit effectum acquiſitionis. [l. ſi poſtulante. ff. ad Trebell.] Aut reſoluitur ex cauſa retranſlationis, quæ ipſi contractui inhærebat, puta in caſu conſuetudinis, qua introductum eſt, vt qui proximior ſit e genere venditoris, poſsit rem alienatam oblato pretio retrahere. De quo in c. conſtitutus. extr. de integr. reſt. & tũc laudimiæ, ex eo diſtractu nullæ debentur.

Pluribus modis venditiones reſcindi.

Alterum fundamẽtum eſt, quòd reſciſſiones quæ ex hac cauſa fiunt, procedunt ex cauſa neceſſaria, & veluti ab inuitis extorquentur: & proinde nullę ex his debentur laudimiæ. [& ita decidunt Doct. poſt Guill. in cit. l. ab emptione. & Barto. in l. & ideo. ff. de condict. furt. arg. l. vlt. ff. de litig. & in auth. eo. tit. §. 1. col. 8. & l. per diuerſas. C. mand. Facit in eã deciſionem l. quidam. ff. famil. herciſ. ibi: Et mihi videtur non debuiſſe. hi enim ad duplæ prę-ſtationem non compelluntur, qui ſponte ſua diſtrahunt. Quibus adde quæ mox in ſeq. quæſt. dicemus: quæ pertinet ad quartum modũ reſciſsionis contractus, de quo nuper dicebamus.]

An reſciſſione cõtractus ex l. 2. C. de reſc. vend. debeantur laudimiæ.

Decimoſeptimo quæſitum eſt, quid iuris ſit de ea contractus reſciſsione quæ fit ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. vt puta quando reſoluitur venditio ob deceptionem vltra dimidiam iuſti precij? Et huius quidem quæſt. deffinitio tota pendet ex reſolutione proximæ quæſt. qua concluſimus reſciſsionem vẽditionę quæ fit ex cauſa voluntaria ius laudimiarum importare. At ſecus quæ ex cauſa neceſſaria fit. Videndum eſt igitur an remedium l. 2. C. de reſ. vend. contineat cauſam voluntariam an neceſſariam. Qua in re maxima eſt interpre. altercatio, aliis aliud exiſtimantibus. Nam Bart. tribus in locis eam cauſam voluntariam omnino credidit. [in l. ſi res. ff. quib. mod. pig. vel hypot.

ſol. & l. ſi ex duobus. §. idem Marcellus. ff. de in diem addic. & in l. in diem. ff. de aq. pl. arc.] motus ille ea, opinor, ratione quod contractus non intelligatur reſcindi, niſi ex voluntate emptoris: cum in eius facultate ſit poſitum, quod deeſt è iuſto pretio ſupplere, & ita fiet vt rata maneat venditio. Cum itaq; ea reſciſsio poteſtatiua ſit, ac ex voluntate emptoris pendeat, nemo eam neceſſariam iudicabit. Vnde ille infert quod ſi interea, id eſt, priuſquam agat venditor ad contractus reſciſsionem, emptor rem emptam det hypothecæ vel pignori obliget, aut aliquod ſeruitutis onus imponat, omnia huiuſmodi pignorũ hypothecarum ac ſeruitutum iura, medio tempore ab emptore conſtituta, non reſolui cum venditione, ſed ad primum venditorem tranſire. [& ita ſenſit Ioan. And. poſt antiquos doct. quos citat in rub. tit. de oblig. fol. in addit. ad Spec. & Anchar. in repetit. c. acceſſoriũ. col. 9. de reg. iur. in 6. & Alex. con. 45. in cauſa vol. 5.] In contrarium tamen itum eſt à Bal. & Saly. in cit. l. 2. C. de reſcind. vendit. & ibi Alex. in addit. ſed ſibi contrarius: qui exiſtimauerunt eam reſolutionis cauſam non voluntariam ſed prorſus neceſſariã eſſe inquientes, quod licet in emptoris poteſtate poſitum ſit, vel rem reſtituere vel quod deeſt ex legitimo pretio ſupplere: tamen ex neceſsitate ad alterum horum obligatur ex natura contractus, qui cum ſit bonę fidei, propter enormem deceptionem quæ in eo interuenit reipſa vltra dimidiam iuſti pretij, de neceſsitate reſciſsioni ſubiacet. Vnde potius vt volunt conſideratur id quod eſt in natura actionis reuocatoriæ, quæ ad rem ipſam competit, quàm illud quod eſt in nuda facultate ſupplẽdi pretium. Quã rem confirmat Bal. adpoſita ſimilitudine de emphyteuta, qui primum pignorauit emphyteuſim & poſtmodum ceſſauit in ſolutione canonis, vnde res in cõmiſſum cecidit. Nam non præterea quod voluntarie ceſſauit in ſolutione, & quod in emphyteutæ poteſtate erat ſoluẽdi canonem emphyteuſis dicitur ex actu voluntario reſolui, ſed immo magis ex neceſsitate à lege impoſita. Et ideo eo caſu ſicut & in reſciſsione venditionis ex d. l. 2. magis eſt vt hypothecę ſeruitutes & huiuſmodi im poſitiua onera interim in re cõſtituta, reſoluãtur, ex vulgari reg. l. ex vectigali. ff. de pignor. vbi reſoluto iure dantis reſoluitur quoque ius accipientis. Et hæc ſane vltima Bal. opinio mihi magis placet: vbi emptor ex neceſsitate iudicij vt puta in ius vocatus rem reſtituere iubetur: ſecus ſi nulla vrgente iudicij neceſsitate rem ſponte reſtituiſſet. Vnde vt eam quæſtionem ſemel diffiniam, priore caſu, quando ſcilicet emptor coactus rem reſtituit ex neceſſaria contractus reſolutione, nullas deberi laudimias crediderim: poſteriore autem caſu ſecus.

Pro modo ſupplementi pretij laudimias deberi.

Sed iuxta hanc quæſt. dubitari etiam poteſt, cũ in hoc beneficio reſciſsionis obligatio alternatiue veniat, vel ad rei reſtitutionem, vel iuſti pretij ſuppletionem ſecundum opin. Bart. ſeu quod vult Bald. poſt gl. in cit. l. 2. reſtitutio tantum ſit in obligatione, ſuppletio verò pretij, in ſolutione ſeu ſoluendi poteſtate, & emptor elegerit pretij ſuppletionem, an pro modo iſtius ſuppletionis debeãtur laudimiæ? Et reſpondi deberi quoniam huiuſmodi augmẽtum pars pretij principalis cui additur cenſeri debet [l. ſi conſtante. ibi, pactis de redhibitione vel retentione auctæ dotis iungendis veteribus pactis quæ ante nuptias inita ſunt. C. de donat. ante nup. in l. etiam. C. de in dot. ibi, Conſequẽs eſt etiam id quod additamenti tantum cauſa datum eſt, eadem actione repetatur. & in auth. æqualitas. C. de pact. conuent. Idem in l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. & dot.]

Decimonono quærendum eſt, quid iuris ſit de contractu deficiẽte vt qui ob non ſolutum pretium euanuit: finge, Sempronium Titio feudum vẽdidiſſe pretio quidem non ſoluto, ſed habita fide de illo. tũ poſtea Titius eo forte inopiæ eſſet redactus, vt non haberet vnde promiſſo pretio ſatisfaceret, ab ea vẽditione vltro citróq; eſt ſponte receſſum: quęſitum eſt an ex eo cõtractu qui effectum non habuit, aliquæ domino debeantur laudimiæ? Item, an ex reſolutione volũtaria? Qua in re animaduertendum eſt ante omnia, ꝙ cum fides de pretio habita ſit, id in cauſa eſt vt ad emptorem omnino tranſlatum ſit dominium ex eo contractu: ſecus ſi nulla ſuper pretio conuento habita eſſet fides. [§. venditæ. inſt. de rer. diuiſ. l. quod vendidi. ff. de contrah. empt.] Et quod ad rem pertinet videbatur nullas deberi laudimias, quaſi contractus ex cauſa neceſſaria reſoluatur, videlicet quia certo die vti cõuenerat pretium ſolutum non eſt. vnde venditori licet rem ſuo iure vendicare ſecũdum opin.

Ioan.ab Accurſ.relatam in cit.§.venditæ. Quam tamen falſam omnino exiſtimo, præterquam in caſu vbi adiectum eſt pactum legis commiſſorię vel addictionis in diem, vt ſupra oſtendimus. hoc enim eſſet contra tex. expreſſum in l. qui ea lege. C. de pact. int. emp. & vendit. Emptionis & venditionis ſiquidem cõtractus non ideo reſoluitur quòd promiſſa non ſeruentur, ſed ad ea implẽda agendum eſt actione ex eo cõtractu. [l. ea cõditione. C. de reſcind. vendit.] Item & quod ex eo cõtractu qui effectum ſuum ſortitus non eſt, nullę debeantur laudimiæ oſtenditur ex l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. vbi conſtat quod res vendita & tradita ſaltem manet hypothecata pro pretio non ſoluto. Ita vt per hypothecariam auocari poſsit dominium ab emptore. quod & in ſpecie firmat Bal. in l. ſi pro debito. ff. de bon. auth. iud. poſsid. Quo loco preſcribendo diſtributionis ordinem, qui obſeruari debet inter plures creditores, refert quod ſi merces vẽditæ & creditæ (ad credentiam vulgo dicimus) adhuc extant, reddi debent venditori, tãquam ei ſingulariter obligatæ pro pretio. [Et pro ea parte faciũt quæ not. Dy. Bart. Bal. & alij. in l. ſi cũ dotem. §. ſi mulier. ff. ſol. matrim. facit l. imperator. §. vlt. de leg. 2. & l. ſi ventiri. §. in bonis. de priuileg. credit.] Et ita huiuſmodi contractus cenſeri debet ex cauſa neceſſaria reſolui: & idcirco nullas deberi laudimias, per ea quæ pluribus ſupra in eam rem tradidimus. Verum contraria ſententia mihi ſemper magis placuit. Quam etiam ſunt ſequuti ex interpretibus eruditiſsimi quique [Dy. Bart. Bal. Ang. Raph. Paul. & omnium latiſsimè eſt proſecutus Alex. in cit. §. ſi mulier.] Cum nec qui merces vendidit, nec qui in emptionem mercis mutuam pecuniam dedit, habeant rei vendicationem. quia pretium in creditũ abiit, ideo pecuniæ perſecutionem tantum habent. vnde prælationis priuilegio minime gaudent [per l. procuratoris. §. plane. & §. ſi dedi. & in ver. & ſi quidem. ff. de tribut. vbi etiam Paul. Caſt. In quam partẽ duo ſunt alij ſing. tex. ſcilicet in l. quidam fundum. ff. de rei vend. quem ad hoc allegat Bart. in l. ſi pro patre. §. verſum. cod. tit. Et ita cenſent Ioan. Fab. in cit. §. venditæ. & Bald. ſibi contrarius in l. vlt. C. commod. & in l. eum cui. ff. de act. & obligat. & in l. in rebus. col. 2. C. de iu. dot.] Quæ tamen communis opin. limitatur ſecũdum Ang. & Alex. in caſu quo emptor eſſet in dolo: vt quia emptor cum fieret emptio, promiſiſſet ſtatim ſe ſoluturum, vel iam ſe ad fugam compoſuiſſet, eueſtigio receſſurus vt primum rem nactus fuiſſet. His nimirum caſibus nunquam crederem ex huiuſmodi traditione dominium transferri, eo quod dolus cauſam contractui dediſſe videatur. [per l. ſi quaſi. ff. de pig. act.] Vnde in quæſtione propoſita ita concludendum arbitror: vt qui vendidit & tradidit feudum habita fide de pretio, nulla reſeruatione facta quod res vendita ſibi remaneret hypothecata, ſi pretium certo tẽpore exolutum non fuiſſet, & tunc ſi illud recuperet ab emptore propter defectum ſolutionis, eo caſu vnę tantum debeantur laudimiæ, videlicet pro contractu venditionis. cum ſemel fuerit perfectus per conſenſum, traditionem, & fidem de pretio habitam. Ex reſolutione autem ſeu diſtractu, ex æquitate quidem non deberi puto, cum defectus implementi cõtractus ſit iuſtiſsima cauſa reſoluendæ venditionis, videlicet aut vt emptor pretium ſoluat, aut rem emptam reſtituat. Vnde Bal. poſt. Odoff. in l. vẽditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel act. vend. cenſet, quod vbi emptor eſt in mora pretium ſoluẽdi, poſſe venditorem impunè ac citra crimen falſi rem prius venditam rurſus alij vendere, quamuis regulariter is qui rem vẽdit duobus, incidat in crimen falſi. [l. qui duobus ff. de falſ. Quàm ſententiam refert Bal. ac ſequitur Saly. in l. quoties. C. de rei vend. Idem Bal. in c. 1. §. ſi facta. ſi de feu. fu. controu. inter dom. & agn. & eſt tex. in l. à diuo. pio. §. ſi emptor. vbi vterque Immo. & Iaſ. ff. de reiud.] Qui tamen tex. loquitur in venditione facta ex cauſa iudicati, vbi pignus non niſi præſenti pecunia vendi debet. Quod & locum habere crediderim & in venditione conuentionali, ex identitate rationis, quæ eſt, vt poſtquam emptor venditori fidem non ſeruat, ei pretium non ſoluẽdo, liceat etiam eidem impune fidem non ſeruare. & ſic eam rem alij reuendere. [l. cũ proponas. 2. C. de pact. quod firmare videtur. Alex. in cit. §. ſed ſi emptor. col. 3.] Quod ſi rem tradendo & fidem habẽdo de pretio, actum eſſet quòd res remaneret hypothecata pro ſecuritate ſolutionis pretij, vt cõſulunt doct. faciendum in locis nuper citatis, tum hoc caſu ſi non ſoluatur pretium, quia per hypothecariam poteſt ab emptore rei venditæ do-

minium per vēditorem auocari, nullæ debentur laudimiæ, cum ſolutio pretij fuerit cauſa ſubſtantialis venditionis, de qua nominatim ſibi prouidit venditor, rem ſuam tradendo, & de ea in ipſo actu traditionis ſibi cauendo per retētionem hypothecæ: per quam idcirco poteſt auocare dominium ab emptore ex cauſa cohærēte ipſi cōtractui, & ſic cauſam ad nō cauſam reducere: per ea quæ ſ. deduximus. Quod ſi vēditor rem tradiderit vt ſtatim pretiū recepturus, & emptor fidem fefellerit, vel ſi dolus dedit cauſam cōtractui, vt proxime retulimus, hîc nullas omnino deberi laudimias exiſtimo. arg. cit. l. ſi quaſi.

An ex ceſſione quam facit procurator domino rei, illius nomine queſitę debeantur laudimiæ.

Vigeſimo quæritur, quid ſi quis procuratorio nomine feudū emit: & deinde feudū illud eidē cuius noīe emerat, ceſſit: an ex hac ceſsiōe debeātur laudimię? Huius quæſt. caſus ſæpe vſu euenit: Cōſtat enim nihil nobis per procuratores quæri poſſe, niſi per ceſsionē. Nā nulla actio quæritur dñis ex cōtractibus per procuratorem geſtis, neque directa neque vtilis, niſi procurator ſoluendo non fuerit. [l. Iulianus. §. ſi procurator. ff. de act. emp. l. 1. & 2. de inſt.] eo quòd generaliter receptum ſit per liberam perſonam nihil nos acquiri poſſe. [l. 1. C. per quas perſ. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obl. §. ſi quis alij. inſt. de inutil. ſtipul.] Et ideo vt quid per procuratorem domino quæratur, ceſsione opus eſt. l. [ſi procuratorem. in fin. ff. mand. & l. poſſeſſio. §. vlt. ff. de acq. poſſ. glof. ſing. in l. quod procurator. ff. de procurat. plenè tractant interp. in l. ſi procurator. ff. de ver. oblig.] vnde videbatur, quòd cum primum res quæ venit procuratori acquiratur, & deinde per ceſsionem acquiratur eadem res domino, duas deberi laudimias. Sed tamē communis ac vera interpretum ſententia diuerſum obtinuit, vt vnæ tantum laudimiæ deberētur. Nam ceſsio quæ poſtmodum fit à procuratore domino, eſt præcedentis contractus executio & velut neceſſaria ſequela. Ad ceſsionem enim neceſſario domino faciendam compellitur procurator. [d. l. poſſeſsio. §. vlt. de acquir. poſſeſ.] & ideo nouus contractus non dicitur, ſed vt dixi prioris tantum executio. Quæ ſententia mihi omnino ſatisfacit.

Vigeſimoprimo, quærēdum eſt de emptionibus quæ fiunt à tertia perſona nomine alieno, id eſt ad vtilitatem alterius, citra aliquod mandatum. vt ſæpius faciūt coniunctę perſonæ, negotiorum geſtores, & quos vulgo receptores dicimus, & ſimiles perſonæ: an ex his duplices debeantur laudimiæ? Dubiam hanc quæſtionem faciebat quod per huiuſmodi acquiſitionē directo non quæratur dominium iis quorum nomine cōtracta eſt emptio, ſed tum demum ratihabitione ſecuta [l. communis ſeruus. §. 1. ff. de acq. poſſeſ. l. ſi ego & ibi Bart. ff. de negot. geſt. & nominatim. Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Quibus iuribus agitur de negotiorum geſtore.] Et idem cēſendum quoque de coniuncta perſona pro illo acquirente [vt ille eodē in loco refert per l. die ſponſaliorum. in pr. ff. depoſ. & gl. in l. ſi fideiuſſor. in fi. ff. de neg. geſt. Pro quo etiam facit l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat. & not. Innoc. in c. accedens. extra. de procurat.] At ne hic diutius inſiſtamus, eſt in ſumma cōcludendum, vnas tantū laudimias deberi. quoniam ex huiuſmodi contractu non quæratur dominium ei cuius nomine acquiritur, ſed ex ratihabitione. vnde Accurſ. tradit præſertim in cit. l. ſi ego. & in l. cum quis. §. ſi debitorem. ff. de ſolut. ante ratihabitionem dominium nō eſſe penes aliquem, ſed in pendenti eſſe, cum ei quidem qui contraxit nullum ius quæſitum fuerit, quia ſibi quærere noluit, nec in animo habuit. nam ſine actu ac animo acquirendi, alicui quæri nihil poteſt. [tex. ſing. in l. nō hoc. vnde agna.] nec item ei cuius nomine facta fuit acquiſitio ante ratihabitionem. Quinetiam exiſtimauit Bart. in l. qui mihi donatum. dominium penes venditorem remanere quo vſque is cuius nomine facta fuit acquiſitio, eam ratam habuerit. Et ideo cū ratihabitio aliquam ſuper eo actu diſpoſitionem habere videatur, eam habet vim vt negotiū faciat eſſe noſtrum. [vt eſt in ſimili tex. in l. ſi pupilli. §. itē quæritur. ff. de neg. geſt.] Quo fit, vt contractus iſte ac eiuſdem ratihabitio idem actus cenſeantur. vnde concludendum exiſtimo vnas tātum laudimias deberi: Præſertim cum recta via dominium tranſeat à venditore in ratumhabentem ſecundum communem opin. quam tradit Bart. in cit. l. ſi ita mihi donatum.

Vigeſimoſecundo, dubitatum eſt, quid iuris eſſet in contrario caſu; Nimirum ſi quis alieno nomine feudū quod ad alium pertinebat, vendiderit, ac deinde dominus ratam habuerit iſtam vēditionem: an vnæ duplicéſve debeātur laudimiæ? Alię quippe ex venditione, aliæ ex eius venditionis

ratihabitione. Et vnas tantum deberi nũquam dubitaui, per rationes in proxima quęſt. deductas. Tum quia ratihabitio negotium noſtrum facit, quod alioqui noſtrum non erat. [l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. geſt.] Item & quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur. [reg. ratihabitionem. de reg. iu. in 6. & in l. ſemper qui. in 2. reſp. ff. eod. & in l. vl. C. ad Maced. vbi de ea re latiſsimè Bal. & in l. licet. ff. de iudic. in l. ſi pecuniam. C. de neg. geſt. & in c. 1. de iureiur. in 6.]

Ex rei ſuæ emptione an debeãtur laudimiæ.

Vigeſimotertio, quæſitum eſt, quid ſi dominus feudum quod iam ſuum eſſet, emerit, quia forte illud ſuum eſſe ignorabat, vel quia illud non poſsidebat, ſed ab alio detinebatur: vel quia inquietari verebatur à venditore? An ex illa emptione debeantur laudimiæ? Et ſane ſuper ea quęſtione aliquando interrogatus reſpondi nullas prorſus laudimias deberi. ex eo enim quòd præſupponebatur emptorem dominum fuiſſe rei venditæ: idcirco emptionem rei ſuæ nullam eſſe certum eſt. [l. cum res. & l. ſi ancillam. & l. ſi mater. C. de contrah. empt. l. ſuæ rei. ff. eodem. & l. debitor. ff. de pignor. act.] Sicut nec ſtipulatio rei ſuæ vlla eſt. [l. ſi rem meam. & l. nemo rem ſuam. ff. de ver. oblig. & §. item nemo rem ſuam. inſt. de inutil. itip.] Neq; enim rei ſuæ ſemel dominus, eiuſdem amplius dominus fieri non poteſt. nec enim multiplicari poteſt titulus, cum dominium ex pluribus cauſis quęri non poſsit. [l. non vt pluribus. ff. de reg. iur. & l. 3. §. ex pluribus. ſub ſi. ff. de acquir. poſſeſſ. §. ſic itaque diſcretis. inſt. de act. & l. ſequitur. §. Iana. ff. de vſucap.] Quod tamen nonnullis caſibus fallere exiſtimant Doct. Primo, ratione poſſeſsionis quæ penes alium eſſet. per l. ſi in emptione. §. res ſuæ. ff. de contrah. emp. Secundo, rtione iuris quod venditor in re vendita habebat. iuxta l. qui tabernas. eo. tit. §. ſi cui. inſt. de leg.. Tertio, vbi emptor perfectè dominus nõ fuiſſet, ſed quaſi tãtum dominus. Cuius rei cauſa illi tantum competebat publiciana. vt docet Io. Fab. & alij, in cit. §. ſic itaque. inſt. de act. Quibus adiicio quartum, ſi nimirum res mea proſtaret vænalis ſub haſta, ſeu (quod dicitur) in cridis expoſita, vrgente videlicet ære alieno, ac inſtantibus creditoribus ob hypothecas quas in ea habebant. quo caſu ſicut & cæteris ſuprà relatis, valet rei etiã ſuæ emptio. [vt eſt caſus in l. ſi mãdauero. §. ſi hi quorum. ff. mand.] Quæſtionis eſt igitur, an in his quatuor caſibus, & ſi qui ſunt ſimiles laudimiæ debeantur? quibus ſigillatim reſpondeo. Et quod ad primum pertinet, exiſtimo quòd etſi ratione illius acquiſitæ poſſeſsionis valeat rei ſuæ emptio, nullas propterea laudimias deberi. cum ex eiuſmodi contractu nulla exiſtat dominij mutatio, nec veniat euictio. [l. 2. §. vlt. & l. ſeq. vbi gl. fing. ff. de contr. emp.] Quod ad ſecundum, vbi ſcilicet quis rem ſuam emit ab eo qui in illa ius aliquod habebat, ita diſtinguendum exiſtimo, quale ſit ius quod emitur. Siquidem cẽſus eſſet, vel penſio debita ratione directi dominij quod habet vẽditor ſuper re emptoris, cuius alius erat vtilis dominus, tum crediderim ego, cum proculdubio huiuſmodi valeat emptio, & ex illa transferatur dominium ab vno in aliud, laudimias ex eo contractu deberi. Quandoquidem vbi ſimpliciter loquimur de dominio, de directo vt digniori intelligendum eſt, vt ſuprà oſtendimus. Cæterum, ſi ex contrario emptor qui directus dominus erat, vtile acquireret dominium, quod penes venditorem eſſet, verbi gratia, ſi dominus feudalis acquireret feudum à ſuo vaſſallo, vel rem cenſualem à ſuo homine cenſuario, nullas laudimias domino ſuo ſuperiori deberi puto, quoniam iſta non eſt propriè noua acquiſitio, ſed quędam cõſolidatio, ſeu reunio atq; reuocatio vtilis dominij ad ſuũ directum quod eſt ſuperius. quod quidem ſemper eſt in actu permanens ex vi attractiua. ita vt in hac reconſolidatione non requiratur noua retraditio, vt doctè ac eleganter latius proſequitur Bal. con. 9. factum tale eſt. vol. 1. Quod probatur ex l. ſi hæres inſtitutus. in princ. ff. ad Treb. vbi ſi fideicommiſſarius primo hæredi fideicommiſſum reſtituat, ex illa reſtitutione hæredi apud quem directa actio remanſerat, non acquiritur vtilis. Ex quo patet eũ qui directum dominium habet, & ſic ſuperius vtile dominium, quod eſt inferius, acquirere non poſsit. quanuis econuerſo qui vtile dominium habet, poſsit & directum acquirere. [tex. fing. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandaui. vbi Bart. Angel. & alij. ff. de acq. hæredit. not. moder. Med. in d. l. 3. §. ex pluribus. in vlt. col. ff. de acq. poſſeſſ.] Quæ conſideratio noue ex officina noſtra prodit. Nec enim quemquã legi qui ea ante nos vſus fuerit. Vnde concludendum arbitror dominos feudales ſeu cenſuales ex acquiſitione rerum

Quatuor caſus quibus valet emptio rei ſuæ.

quę abs ſe mouētur in cēſum vel feudū laudimias non debere dñis ſuis ſuperioribus.

Quod autem ad tertium pertinet, vbi quis rei ſuæ, in qua perfectum non habebat dominium, emit, ita paucis concludēdum exiſtimo: vt cū is cui publiciana tantum competit, verè dominus non intelligatur, ſed quaſi dominus tantum, [vt plenè traditur in §. ſic itaq; inſt. de act.] ſi à vero domino acquirat ille dominium, proculdubio laudimias deberi. quandoquidem eo caſu nō dubitatur, quin valida ſit venditio: & ex ea verum dominium ſit emptori acquiſitum. Certum quippe eſt, eum qui quaſi dominus habetur, poſſe verum dominium acquirere: at non ecōuerſo. [vt latius deducit Fab. in d. §. ſic itaque. nu. 8. & Scrib. in cit. §. ex pluribus. & mihi videtur caſus in l. 2. §. vlt. ff. pro empto. vbi cautum cxtat ſi is qui à non domino emerat, vſucapere cœpiſſet, & interim dū poſsidet verus dominus illi litē moueat, ac ille longos litium circuitus euitans, domino æſtimationem perſoluat, hoc caſu ex veteri titulo vſucapere deſinit, & ex nouo dominus verus eſſe incipit.] Qua in re tamen admonēdi ſumus, quòd ſi à non domino rem emens, laudimiarum ius exoluiſſet, eum poſtea à vero domino ementem, laudimias ſoluere non debere. Vnas enim non duplices deberi conſtat. cum ex vno tātum titulo fuerit dominus. Et ideo quòd ex priore inutili emptione laudimiarum nomine ſolutum eſt, id ad ſecundam emptionem quæ valida fuit, eſt reducendum. Siquidem receptū eſt, vt id quod indebitè ex falſa ſeu inutili cauſa ſolutū eſt, retineri ac compēſari poſsit in verum debitum. [l. eleganter. §. ſi quis poſt rem iudicatam. in ver. retineri tamen. ff. de condict. indeb.] Et ſic ſolutio ex cauſa indebiti facta, locum tenet ſolutionis quæ ex vera cauſa ſuperuenienti fieri debet.

Quod verò ad quartum & vltimum caſum pertinet, quādo ſcilicet quis rē ſuam iuſſu iudicis ſub haſta publicæ venditioni expoſitam emeret, concludito quòd licet regulariter nulla ſit rei ſuæ emptio, quum in contractibus ſit quædam de perſona in perſonam digreſsio, vt quia alius eſt emptor, & alius venditor: hoc tamen caſu, ſi poſtquam res debitoris eſt ad inſtantiam creditoris propoſita vænalis, factis proclamatibus & ſubhaſtationibus iuxta l. ſi eo tempore. & l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pig. & j. in tit. de crid. & ſubhaſtat.] nihil impedit quominus debitor rem ſuā vēnalem emere poſſit. Nā cum creditor eā vænalem proponit, videtur à debitore illius ſuſtuliſſe dominiū, ac velut in ſe quodam iuris artificio tranſtuliſſe ex iudicis authoritate. [vt in l. quæ habebat. de leg. 3.] Quare proculdubio iſta ſuæ rei emptio, facta à domino vel alio eius mandatu, valida eſt. [l. ſi mandauero. §. ſed hi quorum. cum duobus §§. ſeq. ff. mād. & nominatim tradunt Cy. Bal. Salic. & alij in cit. l. vnica. C. ſi ſer. ext.] Et ideo eo caſu conſtanter concludēdum exiſtimo, ex ea emptione laudimias deberi.

Poſtremo, vt ſemel finiamus, quærendum eſt an ex ceſsione actionis quam quis habet ad auocandum ſeu recuperandum aliquod feudum pro certa pecunia, deberentur laudimiæ perinde atq; ſi fieret venditio? Finge, verbi gratia, aliquem iniuſte feudum meum occupaſſe: ego dum non eſſem ferēdis ſumptibus quos ad litis perſecutionem fieri oportebat, ceſsi cuidam potētiori ius meum & actiones quæ mihi ad illud competebant, pro centum: quęſitum eſt, an ex huiuſmodi ceſsione debeatur nomine laudimiarum quintus denarius? Et quidem deberi videbatur, ex reg. iuris communis, qua cauetur eum qui actionē habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videri. [l. qui actionem. ff. de reg. iur. l. id apud ſe. ff. de verb. ſignif.] Sicut ex cōtrario dicimus eum rem amiſiſſe videri, qui nullum eius perſequendæ aduerſus detentorem habet. [l. labeo. 1. §. vlt. ff. de ver. ſign.] Verū alia iuris regula eſt in cōtrariū qua dici ſolet, lōge minus eſſe habere actionem ad rem, quam rem ipſam. [l. minus. ff. de reg. iur.] per quam concludunt fere omnes, quod ea quam ſupra diximus reg. l. qui actionem. procedat fictè ac largo modo, non verè ac propriè: quam fictionem ſatis arguit verbum illud, videtur, illic adiectum. [iuxta ea quæ eo loco declarat Decy. & Alex. in l. gallus. §. vidēdum. de lib. & poſthum. & Iaſ. in l. ſcien dum. §. ſi fundus. ff. qui ſatiſ. cog.] vbi concludere videntur huiuſmodi actionū ceſſionē minime includi ſub ſtatuto vel conſuetudine de alienatione ipſius rei immobilis diſponentis quod clarè probatur in cit. §. ſi fundus. vbi patet quod qui habet actionem ſiue perſonalem ſiue realem, vt ibi vult gl. non dicitur rei immobilis poſſeſſor, & propterea ab onere ſatiſdādi non liberatur. Quo fit vt cum verè rem non

habeat, non teneatur ad contribuendum in collectis aut gabellis quæ pro rerum alienatione imponūtur. Pro qua parte facit alia vrgens ratio quod licet per cessionem transeat vtilis in rem actio ad ipsum feudum, non tamen dominium: quia secundum communem ac veram sentētiam per cessionem nullum transire intelligitur dominium neque directū neque vtile [vt not. Bart. Bal. Fab. & alij, in l. vlt. C. de hæred. vel act. vend. post Dy. in reg. pro possessione. sub fi. de reg. iur. in 6. Et Specul. & Ioan. And. tit. de ces. act. ver. item quid si mihi cedis.] Cęterum constat consuetudinem nostram requirere manus ac domini mutationem adhoc vt debeantur laudimiæ, & sic dominij translationem, quæ non nisi per traditionem fit. [vt confirmant prefati doct. in cit. l. vlt.] Proinde in casu propositæ quæstionis concludendum puto quod ex huiusmodi iurium ac actionum ad feudum competentium cessione, neque cedētem neque cessionarium cogi posse quicquā nomine laudimiarum soluere: quanuis verum fatear vt si huius cessione vigore, possessio à possessore auocetur, ita vt manus mutatio contingat, eo casu laudimias deberi ex cōsuetudinis dispositione. Et eum verum ac indubitatum puto esse huius nostræ consuetudinis intellectum.

Cæterum perpetuo memineris quæ hactenus de laudimiis quinti ac requinti diximus, locum habere in cōtractu emptionis & venditionis tantū, aut saltem æquipolenti: quæ autem de rachatu, in cæteris contractibus, vt permutatione, donatione, & similibus. de qua re extat expressū caput. j. eo. 12. Nos autem causas diuersitatis vbi locus occurrerit absolute explicabimus.

¶Dictum.

SIquidem de iure communi laudimiæ erant incognitæ. Nec nisi iure nouo edicis in materia emphyteusis debebantur [iuxta l. 3. eo. de iu. emphyt.] Ideo expresso iure cautum non reperias à quo laudimiæ soluendæ veniant. Extat tamen breuis glosella in cit. l. 3. in ver. accipere. quæ innuere videtur quīquagesimā pretij partem à nouo emphyteuta soluēdam, & sic ab emptore, vt eo loco docet Ias. rationem Alber. adducit in l. & ideo. ff. de condict. fur. quod à domino feudali eo nomine in possessionem intromittatur. [Idem concludit Bal. in rub. C. de reb. cred. quæst. 3. & in l. si prædium. col. 2. C. de ædil. edic. quem sequitur Socy. con. 145. Circa primum. vol. 2. adducunt l. debet. in fi. ff. de ædil. edic. qui tex. mihi parum facere semper visus est.] Alia ratione magis in hanc sententiam ducor, quam etiam refert Bal. in cit. rub. de reb. cred. quod onus soluēdi gabellam est in rem scriptum: vnde illud ab eo sustineri debet ad quem rei effectus pertinet. Ratio quippe finalis debendi illum concernit [arg. l. rescripto. §. vlt. ff. de muner. & hono.] Hinc est quod si dominus prędium locauerit, ex cuius reditibus veniat soluenda gabella, totum solutioni onus incumbat colono seu cōductori, ac non locatori. Præsumitur quippe dominū propter onus gabellæ pro minori pensione locasse [vt voluit Bart. in l. interdū. §. quotiens. ff. de publica.] Ad idem facit quòd si dominus locauerit prędium colono, pro certis mēsuris ac certa pecunia, ita vt omnes fructus ad conductorem pertineant, non tenetur dominus ex sua pensione decimam soluere. [Innoc. in c. cum non sit. extra. de decim. & Abb. in c. tua nobis. eod. tit. & Bar. in cit. §. quoties] Admonēdi tamen sumus, supra scriptam resolutionem apud nos non seruari in materia censuali, vt. j. de cens. §. 8. Quod autem ad feudalia pertinet non est ab eo recedendum, quod hic statuitur.

ARTICLE OCTANTEDEVXIESME.

¶Item, que par ladicte coustume toutes fois & quantes qu'vn heritage tenu en fief est vendu, & l'achapteur a donné remeré au vendeur, & que ledict remeré est inseré dedans les lettres de la vente, pourueu qu'il n'excede le temps de neuf ans: en ce cas n'est deu aucun proffit de quint & requint denier audict seigneur de fief, tant que le remeré dure. Et si ledict remeré n'est inseré dedās lesdictes lettres, combien qu'il ait esté donné, le proffit de quint & requint est deu audict seigneur de fief, selon la distinction des prochains precedens articles.

ARTICLE OCTANTETROISIESME.

Item, ſi ledict remerê eſt par ledict cõtract accordé à moindre temps que de neuf ans, & durant iceluy temps il eſt prolongé à vne fois ou pluſieurs, n'eſt deu aucun proffit, pourueu que toutes leſdictes graces & prorogations n'excedent enſemble neuf ans, à compter du iour dudict contract de vente. Et fault quæ ladicte prolongation ſoit paſſée par perſonne publique, pour euiter les fraudes.

§. SEPTIMVS.

Eadem conſuetudine introductum eſt, vt quoties prędium feudale venditur, conuentione facta, & in emptionis inſtrumentis inſerta, vt rem venditam redimere venditori liceat, nulla ex eo contractu obuentio quinti vel ſubquinti domino feudi debetur, quandiu durat facultas: modo illa nouennium non excedat. At ſi ea facultas rei redimendæ ſeorſum à contractu data erit, neque inſerta in ipſo emptionali inſtrumento fuerit, laudimiis feudalibus iuxta præſcripta harum cõſuetudinum capita locus erit.

§. OCTAVVS.

Cæterum, ſi facultas in ipſo contractu ad tempus minus nouennio conceſſa fuerit, eáque manente ſemel pluriéſve prorogetur, nullæ debentur laudimiæ, modo cunctæ prorogationes nouennij tempus à die contractus connumerandum non excedant. Atqui quo fraudibus obuiam eatur, neceſſum erit eas prorogationes de ſcripto ac coram publicis perſonis fieri.

NVper in enarratione triũ præcedentium capitum ſatis à nobis eſt commonſtratum ex emptionis & venditionis contracta ſub pactum legis commiſſoriæ vel in diem addictionis concepto, nullas deberi laudimias: ſed nec ex diſtractu. Cui rei rei ſimilis eſt hæc noſtra conſtitutio, qua etiam diſpoſitum eſt ex venditione cui appoſitum eſt pactũ de retrovendendo, nullæ quoque debeãtur laudimiæ. quod duobus tamen concurrentibus accipiendum eſt. Primo, quòd pactum ilud in ipſo contractu ac inſtrumento emptionali apponatur. Secundo, quòd ad modicũ tempus, quod nouennio præſcriptum eſt. Cæterũ, ſciendum eſt hanc comparationem pacti huius de retrovendendo, ad duo priora legis commiſſoriæ & addictionis in diem de iure non procedere. Multum enim inter huiuſmodi pacta intereſt. Primo enim differunt ſubſtantia. [glo. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vẽd. & plenius Alex. de Imm. con. 10. videtur fuiſſe. vol. 1.] Secundo, & virtute ac efficacia. Siquidem priora duo pacta contractum cui adiiciuntur in euentum conditionis ipſo iure reſoluunt: ipſóque iure ac ſine nouo contractu vllaue retraditione in vẽditorem dominium retranſferunt: ita quod fingitur ipſum dominium nunquam in emptorem tranſlatum fuiſſe, nec poſſeſſionem vnquam traditam, adeo vt eadem poſsit à venditore per emptorem ex condictione ſine cauſa auocari. Quod longe diuerſum eſt ab iſto pacto de retrouendendo, quod nec cõtractum ipſo iure reſoluit, nec dominium nec poſſeſſionem retrãsfert: ideo actu retroſimili opus omnino eſt, ac noua prorſus venditione, nouáque pręterea retraditione. [vt patet in l. 1. C. de pac. inter emp. & vend. & quæ illic diffuſius tradit Paul. Caſtr. necnon ex l. 2. 3. & 4. eiuſdem tit. plenius glo. Bart. & cæteri interpr. in l. ab emptione. de pact.]

Pacta legis commiſſ. & addictionis in diem, differunt à pacto de retrouendendo.

Tertia differẽtia inter hęc pacta ex prędicti infertur, quod ſtante ſtatuto aut conſuetudine ex quolibet contractu gabellam ſolui deberi, ex prioribus duabus contractuum ſpeciebus in quibus adiecta fuêre pacta vel leg. commiſſ. vel addict. in diem gabella nulla debetur, ſed nec ex diſtractu: at ex contractu cui adiectum eſt pactum de retrovendendo debebitur. Et ratio differentię non eſt alia quàm diximus nuper, quod ſiquidem priora duo pacta contractum ipſo iure reſoluant, & cauſam ad non cauſam reducant: at hoc diuerſam vim habet. Nam actionẽ perſonalem dun taxat ad reſoluendum contractum producit. quin quod debilius eſt perſonam paciſcentis tantum non rem aut rei poſſeſſorem afficit. [glo. in hoc ſing. in l. 2. vbi Bar. in vlt. col. ff. de donat. Cug. Bald. Salic. &

Paul. Caſt. in cit. l. ab emptione. Bal. in l. 1. C. quando lic. ab empt. diſced. idem in l. 2. in 2. not. C. comm. de leg. & in l. traditionibus. C. de pact.] Itaq; cum pactum iſtud de retrouendendo contractum cui adiicitur non ſuſpendat, nec ipſo iure reſoluat, & ideo nouo omnino contractu opus ſit, ac noua retraditione, colligere licet dupli ces laudimias deberi, quas ex ſingulis con tractibus ſoluendis diſpoſuit iſta noſtra conſuetudo. Et in eam ſententiam itum eſt à plæriſque, maximè Paul. Caſtr. in l. 1. C. de pact. int. empt. & vendit. Et hanc ſanè differētiam ſubtiliter perſtrinxit Alc. in l. cœpiſſe. ff. de verb. ſignif. videlicet vt vbi contractus per modum extinctionis iuris reſoluitur, vt fit per illa duo priora pacta, tunc nullæ debeātur laudimiæ. Sin autem per modum retranſlationis iuris, vt fit per pactum de retrouendendo, tunc debeantur. quod latius declarauimus ſ. §. proximo. in ver. venditio. quæſt. 13. Qua in re lapſus eſt Boherius, qui cum inter iſta pacta nullam perpendere potuerit differentiam, exiſtimarit in §. 18. de conſuetud. feu. in cōment. conſuetud. Bitur. ex reſolutione contractus facta virtute pacti de retrouendendo ab initio appoſiti, nullas deberi laudimias. Sicut nec ex pacto legis commiſſoriæ ſeu addictionis in diem. nititúrque authoritate Io. Fab. in l. vlt. col. C. comm. de leg. & in l. 1. C. quando lic. ab empt. diſced. Verum longè diuerſos caſus illis locis decidit. ait enim in d. l. vlt. laudimias non deberi ſi res quę reſtitutioni ſub conditione aut incerta die ſubiacebat, alienata fuiſſet: & deinde alienatio per conditionis aut diei euentum reſoluta. Eo q̄ euentus ille alienationem ipſo iure reſoluat, eámque retro nullam fingat. & in l. 1. loquitur quando receditur à venditione rebus integris. quo etiam caſu ſimpliciter cenſet laudimias non deberi. Et quidem rectè.

Quarta differentia inter hæc pacta eſt. Nimirum quando contractus vi duorum illorum præced. pactorum reſoluitur, res vendita vna cum fructibus perceptis & acceſsionibus, etiam ante morā reſtituenda venit. [l. cum tr. C. de pact. int. empt. & vēd. l. item quod. ff. de in diem addict.] At quando fit reuenditio, non reſtituuntur fructus ante moram percepti, ſed apud primum emptorem remanent [d. l. 2. in fi. C. de pact. inter emp. & vend.] Cuius differentiæ rationem eam aſſignat Paul. Caſt. in l. 1. eod. tit. quod reſolutio retrotrahitur vt habeatur perinde atque facta non eſſet: at qui nouus fit contractus minime trahitur retro. Hæ autem differentiæ etſi in iure communi ad vnguem obſeruari ſoleant, tamen apud nos hodie in diſſuetudinem abierūt. Cum his temporibus non minus ſit frequens ille diſtrahendi modus cum pacto de retrouendendo, quam olim cum pactis legis commiſſoriæ ac addictionis in diem. quorum frequentiam exiſtimo cauſam dediſſe huiuſmodi ſpecialitatibus, vt ita loquar, quas mox retulimus vt teſtantur Bart. & Ang. in cit. l. 1. ſub fi. ff. de donat. Quin & has differentias hodie euertit vulgaris notariorū ſtylus, qui pactum iſtud de retrouēdendo concipere ſolent verbis directis, ita vt ipſo iure contractum cui adiicitur reſoluant, vt ſupra declaratū eſt, in 13. quæſt. ſ. prox. §. Quem notariorum noſtrorū errorem ſecuta eſt circa laudimias conſuetudo noſtra, & pene vniuerſa Gallia: ita vt vbi pactū iſtud adiicitur, neque ex venditione, neque ex reſolutione, debeātur. Quam tamen conſuetudinem ratione non carere ſuſtineri poteſt. Nimirum quod qui ſub hoc pacto rem ſuam alienat, non omnino videtur rei alienatæ dominus à ſe prorſus abdicare. Nam & vulgo dicimus eum qui actionem habet ad rem recuperādam, rem ipſam habere videri. [l. qui actionem. ff. de reg. iur. quod ſupra latius explicauimus.] Vnde & in donatione vniuerſorum ſuorum bonorum ab aliquo facta quæ ad ſe pertinēt, vel quæ habet, includūtur res ſub hoc pacto de retrouendendo alienatæ, ſeu actio pro his cōpetens. [Bal. in l. 1. ff. de ſta. hom. Are. in con. 6. viſo inſtrumēto diuiſionis. col. 3.] Et in huius noſtræ conſuetudinis cōfirmationē adduco ſing. eiuſdem Aret. deciſ. in l. gallus. §. videndum. ff. de lib. & poſth. vbi ait legem quando de aliquo iure acquiſito vel extincto mentionem facit, intelligendam eſſe de iure quod eſt irreuocabiliter acquiſitum vel extinctum: ſecus ſi reuocabiliter quia hoc poſteriore caſu propter ſpem futuræ reuocationis, potius dicitur in pendenti eſſe, quam acquiſitum, vel extinctum. [tex. egregius iuncta gl. in l. ſed & ſi quis. §. interdum. ff. de vſuf. & in l. patre filio. ff. de hæred. inſt.]

Quod ad ſecundam verò in qua agitur de tempore, quòd ſcilicet pactum de retrouendendo tum demum à laudimiis venditionem liberat, ſi nouennium non exce

Decennium longum tempus dici: & quod infra est, modicū.

dat: nusquam in Gallia obseruatum est vt in prolixius tempus soleat differri huiusmodi laudimiarum prestatio. Quinetiam apud nonnullas prouincias id tempus ad septennium & ad quinquennium restrictum est. quę autem ad decennium extendat nulla est opinor cōsuetudo cuius meminerim. Nam decennium longum tempus dicitur. Quod autem infra est, vt nouennium, & septenniū & quinquennium modicum tempus in iure appellatur. [vt toto tit. C. de præs. lon. temp. & l. si fideicommissaria libertas. §. Aristo. ff. qui & à quib. & ita docet Bal. in l. iubemus. mag. in pr. col. 2. ver. 3. est vidēdum. C. de sacros. eccles. & similiter Ang. in l. si filiosa. §. si vir in quinquennium. ff. sol. matr.]

Quod autem ad tertiam huius constitutionis partem pertinet qua dispositum est istud pactum de retrouēdendo nouennio limitatum, in instrumento emptionis inseri debere, adhoc vt à laudimiis soluendis excuset, huius rei introducendæ ratio optima sane mihi videtur, quā duplicem fuisse coniicio. Prima, quòd quando pactum separatur à suo principali contractu cui adiicitur, insurgit maxime suspicionis occasio ad fraudandos dominos feudales suis laudimiis & gabella: sicut & de iure præsumitur quando ita pactum illud non est in contractu appositum, sed postea interuenit aut in alio ac separato instrumēto adiectum, adiuuentum esse in fraudem vsurarum, [not. Ioā. And. in c. ad nostram. extra. de empt. quem sequitur Alex. in con. 46. circa præsentes. vol. 3. col. 1.] Secunda & quidem subtilior est ratio, quod de iure multum interfit si pactum hoc in ipso contractu aut certe instrumento interpositum fuerit, vel ex interuallo: quoniam si in ipso contractu apponatur, ita quod contrahēdo facta fuerit per emptorem promissio de rem iterum venditori vendendo, certum est istam conuentionem in ipso contractu factam, vt partem ipsius contractus obseruādam esse. [l. fundi partem. ff. de contrah. empt.] Et idem si statim atque incontinenti post factā venditionē accessisset, cum velut per manus traditum sit pacta incontinenti post contractum appositā veterem actionē informare, & nouam parere. secus autem si ex interuallo, quia tunc rem ipsam non afficiunt, sed personalem tantū actionem aduersus promittentem pariunt, quæ etiam ad singularem successorem non se extendūt. [& istud est in summa quod post tantorum verborum circuitum concludunt scrib. in l. iurisgentiū. §. quinimo. ff. de pac. & in l. in bonæ fidei. C. eo. & in l. lecta. ver. dicebam. ff. si cer. pet. quod & expressum videtur in cit. l. 2. C. de pact. inter empt. & ita declarant Cy. Bart. Bal. Ang. Saly. & alij. in l. 1. C. quando decre. opus non est. est gl. in eam rem fing. in l. ab emptione. ff. de pact.]

Ex hac autem parte duæ insurgunt dubitationes. Prima est, si contractus in quo interuenit dictum pactum in scriptis non fieret, nec aliquod de eo confectum fuisset instrumentum, an nihilominus liberet à laudimiis? Secūda, an siquidem super contractu confectum fuerit instrumentum, sed in eo insertum non fuerit pactum hoc de retrouendendo, vt hæc exigit consuetudo, an omissio illius, perdere faciat hoc liberationis priuilegium? Qua in re ante cætera animaduertendum est diligentius emptionis & venditionis cōtractum esse de iure gentium, qui ideo solo consensu perficitur: & propterea ad eius essentiam scriptutam minime requiri, sed ad probationem tātum. quia scriptura instrumenti solum probationem operatur. [l. pactum quod bona fide. C. de pact. l. contrahunt. ff. de pignor. act.] Secundo sciendum est quod instrumentum & contractus differunt. Nempe quod instrumentum appellatur nota ipsa seu scriptura id quod à partibus gestum est continens. Et huiusmodi instrumenta à notariis & publicis personis cōfici solēt. Contractus verò intelligitur id quod partes ipsę gerunt. vt emptio, vēditio, & similes. [Ita in effectu vult Bar. in l. si quis legatū. sub pen. col. ff. ad l. cornel. de fal. & in specie Alex. con. 122. viso processu. vol. 2.] In illis igitur propositis quæstionibus duo esse attēdenda opinor. Primum an in ipso tractatu emptionis & dum partes ipsæ conueniunt ipsúmque contractum cōcludunt, factum sit huiusmodi pactum de retrouendendo: aut certe statim incontinenti, quod idem est, vt dixi. Deinde si de ipso cōtractu confectum sit instrumētum nec ne. Primo igitur casu concludito quod si in ipso contractu, id est dum fit conclusio, quæ sola cōtractum facit, [vt est tex. sing. secundum Bal. in l. si voluntate. C. de rescind. vend.] ac de eo nulla interuenerit scriptura nec cōfectum sit instrumentum, hoc casu, quia non minus validus est contractus iste sine scriptis

Instrumentum.

Contractus.

quàm in ſcriptis, modo ille probetur geſtus, & pactum iſtud cõtemporanee, id eſt, vt vulgo dicitur, ſimul & ſemel cum contractu factũ fuiſſe, locũ habebit huius noſtræ conſuetudinis diſpoſitio. Illa quippe dum ſtatuit pactũ inſeri debere in inſtrumẽto emptionis, præſupponit neceſſario de contractu factum fuiſſe inſtrumẽtum: & ideo ſi factum nõ fuit de principali nec de acceſſorio ſeu conſecutiuo neceſſe fuit. Quandoquidem vtrumque ſimultanee quoad effectũ liberatorium laudimiarum neceſſariũ fuit. Nam & id iure receptum eſt vt quoties aliquid acceſſorie ſeu conſecutiue ad aliud diſponitur, idem iudicandum ſit de acceſſorio atque de principali. [But. in c. 1. in 4. not. extr. de pact. & idem poſt gl. in c. poſtulaſti. extra. de reſcrip. & Fely. in c. nonne. extra. de præſump.] Secundo caſu quando de contractu factum fuit inſtrumentum, at in eo minime inſertum eſt hoc pactum de non retrouendendo, ea quidem in re diſtinguendum arbitror: aut inſertio illius fuit errore tantum notarij omiſſa, & iſtud non obeſt. [l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Quod plenius in ſpecie diſputat Alex. in cit. con. 122. vol. 2.] Aut fuit ex induſtria quidem omiſſa, cæterum per cautionem ſeu inſtrumentum ſeparatum (vt moris eſt apud ipſos fœneratores, qui quia ſuſpectum iſtud pactum de retrouendendo apprime norũt, ſolent iſtud ſeorſum ac ſeparatim ab ipſo principali contractu facere) & hoc caſu locum habet huius conſuetudinis diſpoſitio.

Cæterum iuxta ea non abs re dubitatur, quid iuris ſit, ſi ea redimẽdi facultas à venditore alicui ceſſa fuerit (nam quin cedi poſsit non dubitatur, vt infra oſtẽdemus de retrac. §. 14. quæſt. 7.) An ex illa ceſſione debeantur laudimiæ? Et exiſtimo ego quod quanuis pactum iſtud perſonale ſit vere, quia tamẽ ad rem competit, idem iudicandum eſſe ac de iure reali ſeu de re ipſa. [l. ad reſoluendam. C. de præd. min.] Pro qua ſentẽtia facere mihi videtur theorica illa Abb. quam tribus in locis tradidit ſcilicet in c. cum Ioan. heremita. in 4. not. extra. de fi. inſtrum. c. ad noſtram. in 2. caſu. vlt. col. de empt. & vendit. & in c. in aliquibus. in 2. not. ext. de decim. Quibus in locis docet ille huiuſmodi pacti de retrouendendo onus in contractu venditionis appoſitum, partem pretij videri. Ita vt ratione illius oneris adiecti, res vendita minus valere cenſeatur. [per l. fundi partem. ff. de contrah. empt.] Vnde adpoſite infert ille, quod ſi quis prædium vendiderit cum onere retrouendendi, ſi poſtmodum ad detegendum fœnus ac vſuram allegetur exiguitas pretij, non habendam eſſe tam exactam rationem iuſti valoris ſed deducendum eſſe id quanto minus res valeat, ob illud retrouendendi impoſitum onus. Cæterum quod ad propoſitam quæſtionem pertinet conſidero ego ceſſionarium iſtum cui ceſſa eſt illa redimendi facultas ob pecuniam vel aliam ſpeciem, illam pecuniam ſeu ſpeciem dediſſe videri tanquam iuſti valoris rei quæ væniit, ſupplemẽtum. Neque enim tam hebes ac ſupinus negotiator exiſtimandus eſt is ceſſionarius, qui ratione ceſsionis illi à venditore factę pecuniam illam det: niſi quod rem venditam minoris putaret ob iniunctum illius pacti onus. nec enim quiſquam præſumitur iactare ſuum. [l. cum de indebito. ff. de probat.] Quam ſententiam qui admittere recuſet, facit vt mille nocendi ac decipiendi inueniantur artes. vt ecce feudum quod mille valebat, quingenta vẽdidi, appoſito eo pacto vt intra nouennium redimere liceret. quid quæſo æquius ſi is cui id ius redimendi ceſſi, mihi muneratis quingenta rem habeat? vnde & res ſuo iuſto vẽdetur pretio & dominus feudalis ſuis non fraudabitur laudimiis.

Poſtremo, iuxta ea quæri ſolet, an ex venditione ſub conditione facta, vel in diem aut certum aliquod tempus collata, debeantur laudimiæ? Cuius quidem quæſtionis facilis eſt ſolutio, vt cum ante conditionis diei vel temporis euentum neque dominium neque poſſeſsio tranſeant in emptorem [l. ſi dies. ff. quan. dies. leg. ced. l. cum patre. §. hęreditatem filius cum morertur. ff. de leg. 2. l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. poſſeſ.] Ita nec deberi laudimias explorati moris eſt. Et iſtud eſt quod in effectu ſibi voluit Ioan. Fab. in d. l. vlt. §. vlt. C. comm. de legat. Cætera quæ ad hoc de retrouendendo pactum pertinent, infrà plenius abſoluemus. de retrac. §. 14.

¶Inſerta.

HInc colligere licet literas ſeu inſtrumenta ſuper huiuſmodi pactis ac tẽporis prorogationibus eſſe hodie ex conſuetudine noſtra ex ſubſtantia probationis, licet de ſubſtãtia contractus non ſint. [vt in ſimili referunt Archid. & Io. Andr.

in nouel.in proœm.& eos referens Bal. in l.ſi qua per calumniam.ver,deinde vos videtis.C.de epiſc.& cler.& in l.humanum. C.de leg.in fin.& in l.vlt. col.2.C.ſenten. reſ.non poſſ.] Non me tamen fugit plures eſſe in iure caſus, in quibus non admittitur probatio,niſi per ſcripturã.quos enumerat glo.ſing.in c.Romana.de cenſ.in 6. vbi & Philip. Franc. multa ſuperaddidit. Quod porro hîc expreſsim cauetur iſtud pactum de retrouendendo planè inutile eſſe,niſi fuerit vnà cum contractu ipſo factum,& in inſtrumento contractus inſertum: iſtud fit ad euitandas (vt dixi) fraudes: aut certè ad producendam actionem. Nam niſi ſimul vel confeſtim pòſt interuenerit, nullã producit actionem. Quod qualiter fiat,nobis nunc eſt explicandum, ac videndum quando hoc pactũ vel aliud quod ipſi contractui adiicitur, fieri dicatur in ipſo contractu. Et in ſumma, ſciendum eſt iſtud in contractu factum intelligi,quod fit antequam cõtractus ſit à partibus abſolutus.[l. contractus.C.de fi. inſtrum.Cy.Bart.Bal.Salic.& alij,in l.in bonæ fidei.C.de pact.Cy.in l.cum antiquioribus.C.de teſtam.Barto.in l.1.ff. de pact. Idẽ in l.lecta. vbi latè moder. ff.ſi cer.pet.] Vnde ſi contractus in ſcriptis per notarium redigatur,&coram partibus ac teſtibus ſcriptura exinde confecta (quæ eſt, vt dixi, quod inſtrumentum appellare ſolemus) ac contrahentes ea demum lecta atque publicata cõtractui conſenſerint, negotium pro perfecto atque abſoluto habetur.[Accurſ.in cit. l. contractus. & expreſsius Salic.in cita.l. in bonæ fidei. circa vlt.col.vbi ait iſtud idem procedere, etiãſi nondum notarius nomina teſtium in inſtrumento conſcripſiſſet, ſed poſtmodum illa appoſuerit.] Quod autem poſtea fit, fieri non dicitur in ipſo contractu, nec iuxta contractum,cum tunc dicitur à partibus abſolutus.[& ita in ſpecie ſenſit Alex. conſil.10.videtur fortaſſe.volu.1.quod & nos latius declarabimus,ĵ.de retr.§.14.vbi ampliſsimè ac luculenter omnia quæ ad hoc pactum de retrouendendo mihi pertinere videntur,explicamus.]

Quando cõtractus abſolutus ac perfectus intelligatur.

Adiicit & §. ſequens, Si pactum de retrouendendo minus nouennio ſit appoſitum, poſſe quidem illud ad nouennium prorogari: ſed hãc prorogationem etiam in ſcriptis coram publico notario redigi oportet: aliâs huiuſmodi prorogationes non valerent ad effectum illum liberatorium laudimiarum. Quod eadem ratione introductum eſt ad euitandas fraudes. Patet etiam & ex hoc caſu non admitti rei probationem, niſi per inſtrumenta, ſicut & diximus plures alios in iure actus non probari, niſi per ſcripturam. Quæ res tamen ſane eſt intelligenda. Nam ſi de tali pacto & prorogatione illius, probaretur factum inſtrumentum, quod modo non extaret,vt quia vel vetuſtate deletum,vel alio caſu conſumptum aut deperditum, iis caſibus non dubitarem tenorem ac veritatem dicti inſtrumẽti per teſtes probari poſſe.[l.teſtium. C. de teſt.l. ſicut iniquũ. C.de fi.inſtrum..& expreſsior tex.in c.cũ olim. 1. vbi plenè Canon. extr.de priuil.] Quam tamen probationem fieri debere ait Bar.[in l.2.§.diuus. ſub fi.de iu.fiſ.] per perſonas inſtructas, vt per notarium, iudicem, vel alios iuris vel praxis peritos, qui inſtrumentum noſſe valeant, ac eiuſdem qualitates diſcernere. [ita tradi ſolet in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.& Bal.in l.iſti quidẽ.ff.quod met.cau.] Idem quoq; iuris receptum eſt in inſtrumento dotali, tum & in teſtamentis,in quibus ſcriptura pro eorum ſubſtantia habetur.[text.in l. hac conſultiſsima.C.de teſtam.]Si tamen tabulæ teſtamentariæ non extent,vt quia deperditæ vel igni conſumptæ,earum tenor per teſtes idoneos, vtpote & pingendi,& legẽdi peritos,probari poterit.[Bar. in l.hæredes.in p.ff.de teſtam. & Ponta.in l.bonorum.C. de cont.tab. Idem Bart. in l.teſtium.in vlt.not.C.de teſt. vbi & plærosque alios locos citat.] Idem &iudicandum arbitror, ſi proponatur errorem vel omiſsionem interueniſſe in inſtrumento vel teſtamẽto. Res quippe per teſtes probari poterit,etiam in his caſibus,& aliis in quibus ſcriptura eſt pro ſubſtantia contractus, licet hæc conſtitutio noſtra omnem probationis ſpeciem reſpuat aliam à ſcriptura. Quod & in ſpecie firmant Cy. Pe.& Alex.in l.errore.C.de teſtam. Ang. Immo.& Paul.Caſt.in l.quoties.in pr.de hæred.inſt.] vnde dicebat Alex.eo in loco notarij errorem minime actũ vitiare, qui per teſtes probari poſsit. De qua re plenè agitur in l.ſi librarius.ff.de reg.iur. Cuius rationem optimã reddit Ang. in d.l. quoties. Nam cũ proponatur actum, qui aliâs ſcripturam requirit, fuiſſe in ſcriptis factum, & in ea ſcriptura errorem vel omiſsionem ſolum factam, merito hæc ſcriptura viuæ vocis adminiculo adiuuanda eſt.

Error notarij per teſtes probari poteſt nec partibus nocet.

Secus vbi cõſtaret nullam ſuper hoc actu interueniſſe ſcripturam. Nempe cum hoc caſu actus in forma factus ſit, & idcirco nulla ſit diſpoſitio, fruſtrà quis admittitur ad probationem voluntatis, quæ ratione deficientis ſolennitatis ſubſtãtiæue nulla eſt. Quare vbi non agitur de probãda ſubſtantia actus, nempe ſcriptura, ſed de probãdo ſcripturæ vitio, ac notarij errore, probatio quidem per teſtes recte admittitur. Idem dicendum de errore interueniente in ſententia diffinitiua, quæ in ſcriptis ferenda quidem eſt. [de qua plenè Alex. in d.l. errore. & conſil. 214. viſis probationibus. vol. 2. & Ang. in d.l. quoties. quo in loco diſtingui ſolet inter errorem qui à iudice, teſtatore vel parte procedit: & eum qui à notario committitur.] Vnde quod ad rem pertinet, Alex. conſil. 122. viſo proceſſu. ſub princip. vol. 2. ait, ſi in tractatu emptionis & venditionis inter partes conuenerit de pacto de retrouendendo intra certum aliquod tempus, & dum ille tractatus in ſcriptis redigeretur, omiſſum fuerit id pactum, non tamen idcirco illud euanuiſſe intelligendum eſt, etiamſi ex interuallo poſt contractum ſuper eo factum fuerit inſtrumentum. [per l. ſi tibi liberum. ſecundum vnum intellectum. ff. de act. empt. & l. ſi binarum. ff. de ſeruit. vrb. præd.] Quam tamen Alex. ſententiam in hoc noſtro caſu ſimpliciter recipiendam non exiſtimo. Nam præſupponit ille omiſsionem à partibus proceſsiſſe, non à notario: vnde eo caſu omnimodo partibus eſt imputandus ſuus error ac omiſsio, cum ſciuerint vel ſcire debuerint, [teſte Bart. in l. de quibus. ff. de leg.] id pactum de retrouendendo non valere, niſi in ſcriptis redactum ſit. At omnino faterer eam omiſsionem à notario factam, à ſolutione laudimiarum excuſare. Neq; enim, vt mox diximus, error tabellionis partibus nocere debet. Et hæc vera ac indubitata eſt diſtinctio inter errorem partium & notarij.

Sed eſt ab aliquibus dubitatum, ſatiſne eſſet ſi in præfationibus contractus emptionis de eo pacto de retrouẽdendo actũ eſſet? Et ſane non ſufficit de eo partes loquutas eſſe aut tractaſſe, niſi in eo conuenerint. Nec refert an à primo limine id actum ſit, vel poſt. Nam & rei venditio & promiſsio de retrouẽdendo ratione cõnexitatis pro vnico actu habẽtur. [arg. l. cum antiquitus. C. de teſt. l. hæredes palam. §. vno cõtextu. ff. eod.] Et ex breuitate temporis præſumimus vnum contẽplatione alterius dictum vel factum. [l. ſi veteri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. & in c. officij. in ver. incontinenti. extra. de elect. Bart. l. 2. C. de ædil. edict.] Hinc ſenſit Bal. in l. 1. ſub fi. ver. ad ſecundam partem. & ver. 7. not. C. de oper. lib. id omne quod eadẽ die, eodémque loco factum eſt, eodem contextu factum præſumi.

¶ Prorogetur.

HAnc noſtræ cõſuetudinis partem affatim videtur commentatus Bald. in repetitione l. Aemilius. ff. de minor. in 5. not. vbi inter cætera ait, prorogationem eſſe termini labentis nondum lapſi extenſionem: ac prorogatum tempus vnum ac idem cenſeri, nec quid diuerſum eſſe exiſtimandum. [l. ſed ſi manẽte. ff. de precar.] Poſt terminum verò lapſum, ſecundum prorogationem locum non habere, eóque tempus abſorptum prorogari non poſſe. Quod plurimum facit ad propoſitam materiam de ſtatuto gabellæ ſoluendæ. Locaui verbi gratia prædium meum ad annum, quo elapſo prorogaui locationem in alterum annum: quæſtionis eſt an ex hac locationis prorogatione gabella debeatur. Et reſpondit eo in loco Bal. deberi, quæ tamẽ deciſio videtur omnino cum hac noſtra cõſuetudine pugnare. Verum non dubito quin vera illa ſit in caſu ſtatuti quod illic Bal. proponit, quo cautum erat vt ex omni contractu gabella ſoluenda ſit. At ſecus obtinet in hac conſuetudine. Nam vt hoc §. 7. conſtat, ſolum pactum de retrouendendo laudimias impedit. Vnde etſi iſto §. 8. nihilde prorogatione termini quo conceptum erat pactum nominatim cautum fuiſſet, res tamen iure communi decidi poterat, etiam ad effectum impediendarum laudimiarum. Hoc nempe caſu dilatio prorogata pendente adhuc prima, eadem cenſetur non noua. Item nec facta intelligitur in prẽiudicium domini feudalis, cum ei nõdum ſit ius irreuocabiliter quæſitum. Secus vbi ſemel fuiſſet finitus primus dilationis terminus. Quam quidem differentiam tangit Paul. Caſt. in l. 1. C. de dilat.

¶ Non excedant.

ISTud pro expedito habendum eſt, tam ex huius §. conſtitutione quàm iuris cõ-

munis diſpoſitione plures dilationes conceſſas, ſeu pluries repetitas, & durante prima prorogatas, pro vnica dilatione cenſeri: vt ſuprà oſtendimus. Dinumeratio quippe rerum vel temporum circa eundem actum, illum non diuidit in plures. vt tradit Bald. in l. illud. q. 6. C. de ſacroſ. eccleſ. ſecus ſi dilationes illæ coniunctæ ſimul tempus dilationis à lege vel iudice taxatum excederent: veluti ſi facultas redimendi rem venditam primum in triennium concederetur, deinde in aliud triennium prorogaretur, & demum in quadriennium. Tunc eo caſu cum hæ duę vltimę prorogationes cum prima dilatione coniunctæ notiſsimos temporis à lege municipali prę ſcripti terminos excedant, vt pote anni ſpatio: hæc vltima prorogatio in longius tempus conceſſa, non impediret quo minus iura laudimiarum debeantur, quinimo viam petẽdi eas domino feudali aperiret. [arg. l. Modeſtinus. ff. de dona.]

ARTICLE OCTANTE QVATRIESME.

§ Il y a autre proffict de fief, lequel s'appelle rachapt: qui eſt deu au ſeigneur feodal, en pluſieurs manieres. Car ſi vn heritage eſchet à aucun par ſucceſsion en ligne collaterale, comme de freres ou autres collateraulx, il eſt deu profit de rachapt au ſeigneur feodal: qui eſt le reuenu d'vne année.

§. NONVS.

§ Eſt & alia feudi obuentio (qui vulgo rachatus appellatur) pluribus modis patrono debita: nempe ſi hæreditarius fundus cuique obuenit à latere ſeu per lineam collateralem, vt à fratre fratri, aliiſue tranſuerſalibus, patrono debetur rachatus: qui vnius anni reditus dicitur.

De rachatu.

IAm in Scyllam incidere occipimus, Caribdis periculum euaſi. Nam explicitis laudimiarum obuẽtionibus quæ ex contractu emptionis vt plurimum debentur (eas vẽtas vulgo appellari diximus) nunc rachatum alteram obuentionum feudalium ſpeciem euoluere operę pretium eſt. Hoc itaque §. duo in ſumma continentur. Prima enim parte admonemur rachatum pluribus modis deberi, nimirũ morte vel alienatione: & eadem parte ſubiicitur exemplum primæ ſpeciei, ſcilicet quãdo feudum per ſucceſsionem collateralem agnatis obuenit. Secũda parte, ſub fi. huius cõſtitutionis vocabuli ſignificatio continetur, vtpote quid ſit rachatus. Qui contextus hyſteron proteron habet. Nam rachatum de quo futura erat omnis diſputatio, prius definiri oportuerat. Sed neque eam rachatus deſcriptionem, veram diffinitionem appelles: cum non conſtet his partibus quas à Logicis vtcunq; mutuatas declarant Bart. & alij, in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iudic. Ita verò rachatum vberius ac magis abſolutè diffiniri poſſe arbitror: vt ſit ius vtile feudi, patrono competens, ad percipiendos per annum vnum rei feudalis fructus, quoties feudum vaſſalli manum mutat, vel morte ſi in hæredem collateralem tranſeat, vel matrimonio cum vaſſallæ nubunt, vel alienatione alia à ſpecie cõtractus emptionis. Hæc definitio ita mihi clara videtur, vt non alia indigeat interpretatione. Ideo in explicandis ſingulis illius partibus, non eſt q̃ diutius inſiſtamus. Quos autem fructus & quo tempore percepturus ſit patronus, habes ſupr. eod. §. & latius ſupr. de gardia. §. 2. in verb. fructus, vbi plene materiam fructuum mihi attigiſſe videor.

Ad quem ſpectet rachatus onus pertineat.

Cæterum, quoniam nulla iuris noſtri parte deciſum reperitur cui incumbat ſoluendi rachatus neceſsitas, id videretur iuris communis diſpoſitioni relictum, ſi qua ſuper ea re extaret. Sed quoniam iure ciuili incognita fuere huiuſmodi feudorum onera, vt ſuprà declarauimus, de feud. res eſt multum in ambiguo relicta. Bald. autem rem diffinire viſus eſt. [in l. ſi prædiũ. C. de ædil. edic.] inquiens quòd ſi ſtatuto ſuper gabella ſoluenda diſponente, nulla fiat mentio vter è contrahẽtibus eam ſoluere debeat, emptorem ſoluere oportere. per tex. quem ad hoc ſing. dicit, in l. debet. ff. eod. quo tamen reſponſo ea res minime concluditur. Etſi communis ferè interpretum ſchola eam Baldi ſententiam probet, vt ſcilicet ad cuius commodum & vtilitatem fiat acquiſitio, eidem incumbat onus

ſoluendæ gabellæ. Et ratio eſt ſecundum Bal.in rub.C.de rebus cred.(quam & nos ſuprà attigimus) quòd iſta onera laudimiarum ſint velut in rem ſcripta. vnde ab eo agnoſci ſuſtinerique debent, ad quem pertinet effectus rei: quia ratio finalis debendi ipſum concernit.[arg.l.reſcripto.ff. de muner. & honor. confirmat Salic.in d. rubr.de rebus cred.l.hactenus. & l. ſi quid cloacarij.§.1.ff.de vſufr. & d.l.reſcripto.§. vlt.de muner.& honor.§.ſed cum.in ſecũda.C.de furt.& l. ſecũdum naturam. ff.de reg.iur.] In contractu autem fœneratitio id receptum eſt, vt creditor gabellæ ius debeat.[Alb.in l.& ideo. de condict. furt. & Iaſ.in l.3.de iur.emphyt.in 1.quæſt.Socy.conſil. 247. ſub princ.lib. 2.] Quæ ratio eſt & apud practicos obſeruata,quæ etiam liquido ſub ſenſum cadit. Nam rachatum dicimus eſſe vnius anni reditum ex ipſo fundo prouenientẽ.ergo ad quem fundus pertinet, pertinẽt & fructus ac reditus: ergo & rachatus: quare & onus ad dominum ac poſſeſſorem qui acquiſierit, pertinet. [per ea quæ not.in l.1.C.ſine cẽſ. vel rel.fund.compar.non poſ. & in l.1.vbi glo.Bart.& Plat.de annon.& trib.lib.10. C.& in l.obſiſtere.eod.tit.] Sed non leuis fieri ſolet in eam rem obiectio de §. vlt. ĩ. de doar. vbi vidua vſufructuaria non tenetur ad iſtas laudimias, licet emolumenta ac fructus ad eam perueniant. Sed nos illic ea de re agemus.

Quare in cæteris contractibus ſicut in emptione non pendantur laudimię per quotam.

Cauſa autem differentiæ in conſtituendis laudimiis ex emptione & aliis contractibus hæc eſt.Ex cõtractu emptionis certum eſt quintam atque ſubquintam pretij partem deberi nomine laudimiarum. qui modus ea indubitata ratione eſt introductus quod in emptione certum perpetuo interueniat pretium.neque enim non deſignato certo pretio,emptio non conſiſtit.[§.1.inſt. de empt.] vnde factum eſt vt per quotam illius pretij laudimiæ imponerentur:ſicut & iure communi quinquageſima pretij rei emphyteutic.At non itẽ ex cæteris contractibus,qui non ſolent ex certi pretij deſignatione celebrari, immo & ſæpius nulla in his pecunia interuenit, vt in permutatione. Quare cum ex ea incertitudine nihil certi in pecunia numerata nomine laudimiarum pendendum deſignari poſſet, factũ eſt vt totius anni reditus ſoleat eo nomine domino feudali ſolui, quem rachatum dicimus, alij releuamentum,nonnulli annãtam. [vide gloſ.in d.l.3.in verb.æſtimationis.C.de iu.emph.] Et hæc obiter dicta ſint.

Nunc autem huius conſtitutionis materiam aggrediuntes, admonendi ſumus imprimis, quòd quãuis alias iure communi feudorum collaterales non ſuccederent collateralibus, niſi feudum paternum eſſet,[vt in titul. de feud.ſucceſ.§.1.] Paternum autem feudum quid ſit, & quid nouum,hoc exẽplo docet Bald.Alter è duobus fratribus feudum emit, cui defuncto filij in hoc feudũ ſnccedunt tanquam paternum.Si contingat poſtea hos filios nullis à ſe relictis liberis decedere, tũ illud feudum ad fratrem illius vel eius hæredes perueniet. quod etiam nouum ideo appellatur, quod iure communi, vt dixi,neq; ille frater, nec qui ab eo originẽ ducebãt, ſuccedere in illo ſolerẽt. [vt eſt expreſſe cautum in c.1.§.his verò deficiẽtibus. de grad. ſucceſſ.& in tit.ſeq.de duob.frat.de no.beneſ.inueſt. Quod optimé etiam declarant Bart.& Alexan. in l.ſi mihi & Titio. & l. quod dicitur.ff.de ver.oblig.] Quinetiam magis exiſtimo etiam in feudo paterno de iure feudorum eos qui ex tranſuerſo latere veniunt, ſibi inuicem minimè ſuccedere. Nam quanuis fratre abſque liberis decedente, feudum alteri fratri ſuperſtiti aperiatur, per viam ſuccedendi in illo feudo paterno quod defunctus frater tenebat,non tamen illud feudum ex ſucceſſione fratris mortui habere dicitur, ſed reuera à patre cõmuni ſeu primo ſtipite à quo feudum deſcendit, ex vi primæ inueſtituræ ſeu primæ acquiſitionis feudi,vt probatur ex citatis duobus cap. & quæ illic tradunt Feudiſtæ, qui huiuſmodi ſucceſsionem ideo retrogradam appellant, & nonnunquam mixtam.Attamen quia in Gallia noſtra feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, ſpecialia illa quæ iure feudorum cõtra regulas iuris communis introducta erant, apud nos hodie fere ſunt ſublata.Et ideo indiſtinctè in feudis ſuccedit, perinde atque in cæteris bonis hæreditariis &patrimonialibus,excepta perpetuo in his primogenituræ prærogatiua. Succedunt etiam & in his fœminæ, clerici, & qui mentis vel corporis vitio laborãt, nullo habito perſonarum diſcrimine, atque etiam collaterales. præterea poſſunt vendi,pignorari,donari,& ex quacunque denique alienationis ſpecie in alium trãſferri. tum pecunia & alia commoda emolumẽtáque pro illorum inueſtitura licitè

recipiuntur,quinimo & iure debentur,& exiguntur,vt vel hinc conſtat. Quare huius te perpetuo admonitũ velim, vt quoties occurrerit locus in his noſtris conſuetudinibus qui cum iure communi feudorum pugnet,ne te hoc conturbet, nec animum tuum remoretur, præſertim in huiuſmodi inueſtituris & renouationibus, quæ penitus diuerſæ ſunt ab his quæ iure communi fiebãt antiquitus. Ac illud perpetuo memoriæ mandato quod ait Bald. in rubr.extr.de conſuetud.col.4. conſuetudinem patrię in qua ſita eſt res feudalis, omnino ſeruandam. Ideo quia hodie noſtræ prouinciæ moribus admiſſa eſt contra iuris communis diſpoſitionem horum collateralium in feudo ſucceſsio, factum eſt, vt laudimiæ debeantur pro inueſtitura, perinde atque ex aliqua cõtractus ſpecie. Vnde non paucis abhinc diebus interrogatus quid iuris cenſerem, ſi fratris filius,quem nepotem dicimus,patruo decedenti ſine liberis, ſuccedat in feudo, vnà cum patruis defuncti fratribus per repræſentationem, ſibi à defuncto, vt vulgo dicitur,accordatam.ſicut poteſt. [§.3.4.& 5.ĭ. de ſucceſſ.] An vnus tãtum eo caſu rachatus debeatur, an domino? & duos deberi videtur,cum ex propria perſona non ſuccedat,ſed per repręſentationem ex perſona patris pręmortui,& ex ea,vt dicitur, reappellatione facta à defuncto, cui aliâs non ſucceſsiſſet.& ita ſit vt ex perſona patris prædefuncti debitæ videantur laudimiæ,cuius locum ingreditur,& perſonam omnino repræſentare habet, cui ſuccedit cum patruis, fratribus defuncti, quanuis ſecus eſſet quãdo nulli ſupereſſent defuncto fratres, ſed filij fratrum tantum: cum eo caſu quilibet patruelium aut conſobri norũ, quos couſinos vulgari noſtro idiomate dicimus, ex perſona ſua ſuccederet. Deinde & alias laudimias ex ſua perſona deberi conſtat. Attamen contrariam ſententiam magis placere reſpondi, & vnum tantum rachatum deberi. Quãdoquidem huius nepotis pater,quando ante fratrem ſuum deceſsit, nullũ ius in ſucceſsione fratris vnquam habuerit. Et ſic quod non habet,tranſmittere non potuit.[l.ſi filius.C. de donat. ante nupt. l. nemo plus iuris. de reg.iur.]

¶Multis modis

HOs modos quibus rachatus debeatur,vide infr.eod.§.12.

¶Anni vnius.

VErum, nõ abs re dubitatum eſt,à qua die computabitur iſte annus? An ex die colligendorum fructuum, vel ex die mortis defuncti, per quem delata eſt ſucceſsio primo collaterali,& ex conſequenti ius rachatus formatum & quæſitum domino. An ex die inueſtituræ petitæ & rachatus oblati? Quod ad primum pertinet illud conſtat expreſsim definitum fuiſſe iure feudorum,quòd ſi vaſſallus poſt mensem Auguſti,& ante Calend.Martias deceſsiſſet, fructus ad dominum pertinerẽt. [vt in titulo hic finitur lex domini Con. Reg.§.ſi vaſſallus.] Sed iſtud receptũ non eſt,vt teſtatur gl. in c. ſi propter tua debita.in verb.primi anni.de reſcrip.in 6. Nec item ex die mortis. Sed hoc ideo quia aut dominus poſt mortem vaſſalli, & ius rachatus ex ea ſibi acquiſitum, feudum ſaiſiuit:qua mediante ſaiſina fructus ſuos fecit, donec hęres comparuerit renouationem inueſtituræ petiturus, ac rachatum obtulerit domino, [§.16.ĭ. eod.] fructibus hoc interſtitio temporis perceptis in rachatu minime computandis, cum alio iure eos dominus fecerit ſuos,videlicet propter ſuam ſaiſinam quę lucrum fructuum importat. [§.1.ŭ. eod.] Nec hoc caſu prius incipit currere annus rachatus, quàm nouus hæres in loco fundi dominantis comparuerit, fidémque ac rachatum domino obtulerit. [d.§.16.ĭ. eod.] Sin autem nulla præceſsit ſaiſina ſeu feudi apprehẽſio, nec vlla à vaſſallo facta fuerit oblatio, nunquam currere incipit annus ille rachatus: quandoquidem interea vaſſallus ſuos faciat feudi ſui fructus, vt vetuſto prouerbio iactari ſolet, Quandiu dormit dominus, vtique vigilat vaſſallus, & è contrario. Quod ſi rectè intepreteris, ſignificat vaſſallum quanuis debitorem nec iuratũ, nec inueſtitum, poſſe tamen impune feudo ſuo vti frui, vt fructus perceptos ſuos faciat. Quin & rachatum quanuis debitum præſcribere,niſi ſaiſina domini interrumpat. Nempe ex ea die deſinet vaſſallus: & incipiet dominus feudi prẽhẽſi fructus ſuos facere, donec vaſſallus fidem & iuſta domino obtulerit. Qua oblatione rite facta ex die illius incipiet curſus anni rachatus. [vt patet ex §.1. & §.15. & §.16.ĭ. eod.] Quod ſi moroſus fuerit in petenda inueſtitura,& offerenda fidelitate cum rachatu,dominus interim fructus ſuos faceret,quandiu in mora perſiſtet vaſſallus, ac

illius moræ occaſione durabit ſaiſina. Nec in his fructibus ita perceptis imputabitur vtilitas rachatus domino debita. Sed tum demum currere incipiet, cum vaſſallus fidem ac debita iura præſtiterit. [vt probatur ſ. de iur. domin. §. 3. cum duobus ſeq. & j. cod. §. 16.]

ARTICLE OCTANTECINQVIESME.

Item, combien qu'vne fille par ſucceſsion directe en ligne aſcendant, ne doibt aucun proffict pour heritage feodal à elle eſcheu: Toutesfois ſi lors de la ſucceſsion à elle aduenue elle eſtoit mariee ou depuis ſe marie, le mary d'elle doibt au ſeigneur feodal vn proffict de rachapt: ſinon qu'elle euſt frere ou autre, qui la garentiſt en paraige.

§. DECIMVS.

Et ſi filia ob prædium feudale ſibi ex ſucceſsione aſcendente delatum, ad nullius iuris vtilis præſtationem teneatur: Attamen ſi delatę hęreditatis tempore marito copulata eſſet, aut poſtea nubat, maritus rachatum vnum domino pendet. *niſi illi eſſet frater qui paragio eam ab huius obligationis nexu eximeret.*

HVius §. conſtitutio præſupponit reg. à qua nullum vnquam diſcrepaſſe opinor. Nimirum quòd ſtatutum vel cõſuetudo, quæ pro hæreditate vel inueſtituræ renouatione imponit gabellam, locum non habet in perſona filiorum. Ita vt huiuſmodi ſtatuti vel cõſuetudinis vigore laudimias ſoluere non teneantur. Nępe quòd in perſona eorum non eſt noua acquiſitio, ſed dominij continuatio, ſicut & ſanguinis. Quicquid enim naturali ſemine continuatur, vnum atque idem cenſetur. [vt inquit Bal. in l. 1. ver. quęro quid. C. de cõdit. inſer.] Vnde pater & filius vna & eadẽ cenſentur perſona. [vt in auth. de iureiur. à mort. præſt.] Vnde ex illa cõtinuatione lineæ aſcendentis in deſcendentes, non dicitur noua fieri mutatio manus: quo fit vt nec vllæ idcirco debeantur laudimiæ. Pro qua decif. facit. l. 1. de impo. lucr. deſcr. lib. 10. C. & l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. l. cum miles. in prin. ff. ex quib. cauſ. maio. §. ſui quoque. inſt. de hęred. quæ ab inteſt. defer. & l. nihil. C. pro hæred. facit deciſ. illa quã tradunt Ang. & Cuma. in d. l. in ſuis. inquientes, quòd ſtatutum diſponens, ꝙ ex hæreditate debeantur gabellæ, in filio locum non habeat: quia de nouo hæreditatem acquirere non intelligitur. ſed illam velut iam ſibi acquiſitã continuare [Quã ſententiam vterque Decy. approbauit, in auth. præterea. col. pen. C. vnde vir & vx. & in con. 331. pro reſolutione caſus poſiti. & in con. 443. in caſu ad me tranſmiſſo. & Alex. con. 5. ſi vera ſunt. col. 1. vol. 5.] Vnde mortuo patre, ſuccedere filij non intelliguntur titulo pro hærede. [d. l. 2. §. vlt. ff. de hære. & l. nihil. C. eo.] Quinetiam tex. eſt infrà. eodem. §. 14. ex titulo particulari donationis, patris in filium non deberi laudimias, nec rachatum. vbi plenius dicemus. Et licet hoc tex. expreſsim non caueatur à filio nullum rachatum deberi, ſatis tamen colligere id licet. Nam quod de filiabus tantum fit mentio, hoc fit ideo ꝙ exceptiones quas præſcribit ad regulam, filias contingunt, non quod filios excludere voluerit a regula, quia etiam oratio ſingularis & lex ſcripta ad ſingularẽ perſonam directa, vniuerſaliter venit intelligenda. [vt in prima conſtitut. C. & l. iura non in ſingulas. ff. de leg.] & hoc modo intelligitur vniuerſaliter, vt omnis ille in cuius perſona emergit illud ſuper quo lex noſtra municipalis diſponit, illa lege etiã comprehẽdatur. [vt docet Bart. in l. ſi pluribus. in pr. de leg. 2.] Quinetiam & hinc manifeſte colligere hoc argumento licet: ſi filia quæ alioquin iure communi feudi erat incapax, pro ſucceſsione feudi directi nullum debeat commodum, quantominus filius qui omni iure in feudo ſuccedere poteſt.

Cæterum, duę hæ exceptiones hic poſitæ ad huius §. reg. eam habere rationem videntur. quod per matrimonium rei dotalis dominium in maritum tranſit. [vt inſt. quib. mod. alien. lic. ſub prin. & l. doce ancillam. C. de rei vend. l. in rebus. C. de iur. dot. vbi gl. ſing.] Item quod fructus ſuos faciat. [l. de diuiſione. vbi plene doc. ff. ſol. matr.] Quod & hodie locum habet in paraphernalibus & reliquis bonis vxoris ex

extenſione conſuetudinis noſtræ. vt j. de matr.§.1. & 2.] Et ideo feudum fœmineũ, quãdo per matrimonium peruenit ad maritum,perſonam ac manum mutare intelligitur. vnde & ille pro vxore fidelitatem iurare ſolet.[teſte Ioan. Fabr. in §. fuerat. inſt. de act.] Nec enim mulieres fidelitatẽ iurant.[vt inquit Bal.in c.1.in ver.niſi iuſta cauſa.in vlt.col.quo temp.mil.] & hæc videtur fuiſſe cauſa introducendæ huius conſuetudinis,quæ tamen mihi ſatis friuola videtur. Nec enim propriæ manus mutatio intelligitur cum ſoluto matrimonio bona ad vxorem reuertantur, niſi ex iuris artificio ac ſubtilitate dicas,dominium rerum dotalium in maritum tranſiire. Id quod nos vberius declaraturi ſumus j.de ſucceſ.§.1.in 1.quæſt.

Huic autem diſpoſitioni, qua ſtatuitur maritum pro re vxoris rachatum debere, & c. ſtatuẽda eſt iſta limitatio: nimirum ſi vxor fratrem primogenitum habeat, aut eius filium, qui immunem eam reddat, ac eam à rachatu liberet,ſeu(quod vulgo dicitur)garantiſet. Sed ea res nullam aliam habet dubitationẽ,præterquam quod mirum videtur quomodo priuilegium iſtud quod habet vxor ex perſona fratris ſui, poſsit in maritũ tranſire: qui quod ad hũc fratrẽ pertinet, pro omnino extraneo habetur. Et ſanè duplici ex cauſa fieri arbitror.Primo, reſpectu perſonæ,quia maritus & vxor pro vna atque eadem perſona cenſentur, ſuntq; ſocij diuinæ atque humanæ domus.[l. 1. de crim. expil. hæred.] Secundo,reſpectu bonorum,quia ex conſuetudine generali patriæ vir & vxor communes ſunt in bonis.[vt ſupr. de ſta. perſ. §.3.] Quibus & tertia addi poteſt ratio,q priuilegiũ quod habet vxor propter rem ſuam quæ eſt penes maritum,eſſet alioqui inutile niſi eo gauderet maritus, & ideo ad eum tranſit cum re ipſa.In cuius rationis confirmationem facit quod in ſimili tradunt Gemy.& Franc. in c.licet.de priuileg.in 6. inquientes priuilegium conceſſum dominis,in eorum familiares trãſire,ſi alias dominis inutile foret.

Cæterum, prætermittenda non eſt ea quæſtio:quid in hoc caſu iuris ſit,ſi in ipſo matrimonij tractatu hoc ſpecialiter actũ ſit, vt nulla exiſteret inter futuros coniuges bonorum ſocietas, ſeu communitas: ſed quilibet poſt contractum matrimonium in ſuis (quod dicitur) remaneret bonis, ita vt quæ mobilia ad vxorem pertinerent, mariti propria non fierent: nec fructus immobilium ille ſuos faceret, ſed eadem omnino propria vxoris remanerẽt,ac in plena eiuſdem diſpoſitione, ſicut erat ante matrimonium: idque non obſtantibus cuiuſlibet prouinciæ conſuetudinibus,quorũ diſpoſitioni ex certa ſcientia & mediante ſacramẽto renuntiarent: vt quotidie fieri ſolet cum theſaurariis,& his qui ſuſpecti ſunt vel de obæratione ſeu dilapidatione bonorum:quæſitum eſt an caſu iſto rachatus deberetur pro feudo vxoris?Et vt vno verbo rem abſoluã,non deberi quidem exiſtimo, cum huius feudi vxoris neque dominium neque poſſeſsio, neque adminiſtratio in maritum trãſeat: vnde nulla manus mutatio facta intelligitur, quæ cauſam debendi rachatus præbuerit.[vt j.eod.§.12.] quò fit vt ſuccedat reg.vulgatiſsima,ceſſante cauſa,ceſſare & effectum.[l.2.§. vlt. vbi plenè doct. ff. de donat.c.cum ceſſante. extra. de appellat.] Non quod concludere velim huius conſuetudinis auctoritatem ceſſare, propter ceſſationem cauſæ finalis à qua dependet vinculum iſtius conſuetudinis: Sed quia ad hunc caſum non ſe extendit cauſa legis ſeu conſuetudinis, igitur nec illius diſpoſitio,argumento ſumpto à cauſa ceſſante. vt eſt vera reſol. interpret. in locis nuper citatis.& in c. ad tranſlationem. extra. de reſtit. ſpoliat. Et eadem ratione idem puto dicendum in ſimili caſu, vt ſcilicet non debeatur rachatus domino, ſi feudum aliquod ex aliqua hæreditate vxori obueniat, poſt ſeparationem bonorum rite factam ac publicatã, iuxta formã ac ſolẽnia quæ fuſè præſcripſimus ſ.de ſta.perſ.§.3.

Cauetur & hic præterea ſi ex hęreditate directa feudum obueniat vxori,à marito vnum rachatũ deberi.ſed quid ſi ex ſucceſſione collaterali? & videtur quidẽ tum duos deberi. Primum, ratione ſucceſsionis collateralis.[vt ſ.§.prox.]Item & alterum,quia feudum nuptæ feminę obuenit. Pro conſtanti tamen firmandũ eſt vnum tantum rachatum deberi: ex reg vulgari, quod duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt in vna atque eadem re concurrere. [vt inſt. de leg.§. ſi res.l. omnes.ff. de act. & oblig. & l. quoties.ff. de ſolut. quam reg. luculenter examinat. Bart.in l.mæuius.§.duobus de leg. 2.& nos nonnulla ſubiũximus j.eod.§.17.]

Item, que ſi aucun a acquis conſtant ſon mariage aucun fief, & il va de vie à treſpas delaiſſe ſa veufue ſurviuant, ladite veufue doit ſeulemẽt audit ſeigneur dudit fief, la foy & hommage de la moitié dudict fief, qui lui apartient par le treſpas de ſon mary.

§. VNDECIMVS.

Si quis conſtante matrimonio feudum acquiſierit, & poſtea ſuperſtite vxore deceſſerit: illa pro dimidia tantum parte, quæ ad eam iure ſocietatis matrimonialis pertinet, fidelitatem & homagium præſtare debet.

VIgatiſsima eſt in ea parte regni quæ iure non ſcripto regitur conſuetudo iſta, præſertim in prouincia noſtra [vt j. de matrimo. §. 5.] inter coniuges communionem eſſe omnium bonorum mobilium, & eorum immobilium quæ conſtante matrimonio quęſita ſunt. Quorum quidem diuiſio, ſoluto matrimonio morte alterius aut legitima bonorum ſeparatione fieri ſolet in æquales partes inter ſuperſtitem coniugem ac defuncti hæredes. Super qua re hęc introducta eſt conſtitutio qua cautum eſt viduam pro ſua dimidia parte teneri domino feudali, ad fidelitatis ac homagij præſtationem, nõ autem rachatum nec vlla alia cõmoda feudalia. Cuius quidem cõſtitutionis ratio petenda eſt ex eo quod neceſſario præſuponẽdum eſt, quod maritus poſt feudum a ſe quæſitum fuiſſet inueſtitus à domino, ac illi laudimias & omnia alia debita iura exoluiſſet. quia cum eo caſu fidelitatis iuramentum à defuncto preſtitum vna cum illo extinctum ſit, cum perſonale ſit, & iurãtis perſonam minime tranſgrediatur, [c. veritatis. extra. de iureiu. Bal. in c. quæ in eccleſiarum. ex. de conſuet. col. 9.] ęquum fuit viduam pro ſua dimidia quam iure ſocietatis coniugalis poſt maritum mortuum nacta eſt, vt renouationem petere teneatur: & ſic fidelitatem offerre ac iurare. Quicquid in contrarium tentarit Boher. nulla lege nec ratione fretus aſtruere, in conſuetud. Bitur. §. 8. de feud. Sed quia noua manus mutatio pro ea dimidia fieri non cẽſetur, cum non ex noua cauſa ſed ex antiqua & præexiſtẽti, dimidia illa ad viduam pertineat, videlicet ex ſocietate bonorum iam ante inita conſtante matrimonio ex conſuetudinis diſpoſitione inter ipſos coniuges. Vnde licet per mortem mariti fiat diuiſio & aſsignatio dictæ dimidię illi vxori relictæ, huiuſmodi tamen diuiſio nouum titulum non præbet, nec nouam acquiſitionem [l. cum ſolus. vbi notatur Bart. ff. de vſucap.] nec in conſequentiam ex tali diuiſione debetur rachatus. vt in §. 13. j. eod. Sin autem defunctus maritus, non fuiſſet, dum viueret, de re feudali à ſe quæſita inueſtitus nec laudimias ſoluiſſet, eo caſu res plane indubitata eſſet, quin illius vxor vidua relicta ad dimidiam partem laudimiarum teneretur: non quidem vt rem debitam ex morte mariti, ſed tanquam æs alienum à defuncto ob rem à ſe quæſitam domino feudali debitum. per d. §. 5. ſ. eod.

Sed quęri poteſt, quid iuris, ſi ex diuiſione ſeu partitione facta inter viduam & hęredes de bonis mobilibus ac conqueſtibus quõdam inter ipſum ac vxorem communibus, feudum acquiſitum per illos coniuges in partem viduæ totum obuenit, an pro parte hæredum ſibi obuenta, debeatur rachatus: Et ne te fallat ea noſtra quęſtio intelligas oportet ea non quęri, an huiuſmodi diuiſione quæ fit inter ſuperſtitem viduam & hæredes defuncti, debeatur rachatus: cum certiſsimum ſit ex ea diuiſione nullas deberi laudimias, cum ſit alienatio neceſſaria, tam iure communi. [vt docet Bar. in l. & ideo. ff. de condict. furt.] quàm de conſuetudine, vt j. eo. §. 13. At quæſtionis noſtræ eſt, an rachatus qui alioqui domino debetur, è portione hęredum collateralium, ex eo deberi impediatur quod feudum per huiuſmodi diuiſionem totum obueniat in partem viduæ. Et videtur quòd non: quia res quæ pluribus obuenit, propria dici non poteſt, propterea quod diuidendo poſſunt ſingulorum partes à ſingulis etiam inuitis tolli, & vni adiudicari. [vt §. ſi familæ herciſcũdæ. inſt. de off. iud. & l. ſi idem cum eo. ff. de iuriſd. omn. iud.] Quapropter cum defuncti hæredes irreuocabiliter domini adhuc effecti non fuerint, videtur ab his laudimias eo nomine minimè deberi, per ea quę in ſimi-

li decidimus ſupr.eod.§.4. At cõtraria ſententia mihi ſempẽr æquior viſa eſt. quam & duabus poſſe probari rationibus arbitror. Prima, quòd iſtud feudum à coniugibus quæſitum,aut ab altero ipſorum,cõſtante matrimonio,factum fuit proprium pro dimidia hæredum mariti prędefuncti. [d.§.ſ.ĩ.de matrim.] Ita vt quãtum ad diſpoſitionem illius dimidiæ portionis eos contingentis,facti fuerint veri illius feudi communis,domini,[vt declarat Bar.& cæteri interpr.in l.ſeru. electione.§. labeo. de leg.1.] Ita vt ſi illa durante communione &ante diuiſionem,illi hęredes partem ſuã pro indiuiſo alicui obligaſſent,& ius reale vel hypothecam,ſeu,quod vulgo dicitur, rentam annuam ſuper illa conſtituiſſent, & poſtmodum feudum illud cum vidua partiti eſſent,per quam diuiſionẽ feudum illud integrum in in partem viduæ obueniſſet: nihilominus facta diuiſione duraret hypotheca ſeu renta,in eo ſtatu & conditione qua ante diuiſionem fuiſſet: & ſic dimidia pars vtriuſq; conſortis, nimirum viduæ & hæredum, qui defunctum alterum coniugem repręſentant,pro indiuiſo integre obligata remanſiſſet.[Caſus ſunt in eam rem expreſsi,in l.ſi quis patruos.§. ſi fundus communis.ff. comm. diuid.l.3.§. poſt diuiſionem.qui pot.in pign. hab. vbi Bart.& Ang.l.ſi conſenſerit.§.vl. ff.quib. mod.pig. vel hyp. ſol.] Secus autem ſi ius tantum perſonale cõſtitutum fuiſſet, [ſecundum Bar.& Ang.in cit.§.poſt diuiſionẽ.per l.Iulianus.§. Celſus.ff.de act. emp.] Secunda ratio ex præcedenti infertur.Nã cum ius quod in hoc feudo habuit defunctus tempore mortis, ſemel fuerit in ſuos hęredes tranſmiſſum,iiq; de eo ſaiſiti ſint, ac facti domini & poſſeſſores ex conſuetudine generali nobis præſcripta, certum eſt ex illa trãſmiſsione ſeu mutatione manus defuncti in ſuos hæredes collaterales, debitum fuiſſe rachatum ex conſuetudine noſtra,quę habetur ĩ.eod.§.9. At indubitatum eſt iſtud, quòd vbicunque alicui tertio ius acquiritur ex prouiſione legis, illud à partibus tolli non poſſe abſque illius tertij conſenſu, etiam ſi illud ius ortum habuiſſet ex ipſarum partium facto ſeu contractu,vel illius occaſione.[text.in eam rem ſing.in l. ſi poſt mortem.§. vlt.ff. de cont.tab.per quem tex. ita decidit Bal. in l.ſi conſtante.in ver. exceptis. C.de donat.ante nupt.& extat vulg.iuris reg.in l. quod noſtrũ.ff.de reg.iur.& vlt.ff.de pact. vide Bart.& cæteros doct.in l.qui Romæ. §.Flauius hermes.ff.de verb. obliga.]Vnde infertur quòd quando ex contractu geſto ius gabellario (ſic enim eum appellamus qui huiuſmodi gabellę iuribus colligendis præficitur)quęſitum eſt,licet partes huic renuntient contractui, non nocet ea renuntiatio ipſis gabellariis. At ſi obiicias,vera iſthæc tum demum eſſe, cum ius eſſet ipſis gabellariis irreuocabiliter acquiſitum, at non item ſi reuocabiliter. [per l. ſed ſi quis.§.1.iuncta glo. ff.de vſufr.] tum & iſtud intelligi debere, quando res eſſet omnino illius qui venderet, vel alienaret: ſecus, ſi communis & pro parte tantum, vt eam reg.intelligere videtur glo.in cit.l. id quod noſtrum: Ad vtrunque reſpondetur vno verbo, Quod nimirum quilibet ſociorum in parte ſua verus cenſetur dominus, licet improprie totius rei dominus appelletur, ôb partẽ quam ſinguli habẽt,[vt eſt ibidem gl.quam ſequitur Bart. in d.l.ſerui electione.per text. in l.illud.de rit.nupt.] Quod vel ex eo patet,quod nuper diximus de iure reali, per alterum ex ſociis ſuper fundo communi conſtituto, quod conſtat totum fundum pro indiuiſo afficere. Quæ cõſtitutio alias non procederet ſi is qui conſtituit, vere dominus non fuiſſet. Alioqui iure dantis reſoluto ſequeretur & reſolutio accipientis. [l. lex vectigali fundo.ff.de pignor. Quod ſi contrariam ſententiam admitteremus,ſequeretur eum qui rem communem cum fiſco habet, non eſſe ſuæ partis dominus, eo q̃ ratione commnnionis liceat fiſco rem cõmunem vendere.[l.vnica.de vendit.rẽi fiſ. comm. cum priu.lib. 10. C.& l.2.de commu.rer.alienat.vbi Bal.] Quæ res tamen à vero longe eſt aliena:cum ſit abſurdum vt quis dominio ſuo priuetur ſine cauſa. [l. prohibitum.ff.de iu.fiſ.lib.10. C.l. vlt. de bon.vacant.eod.lib.l. deuotum. de metal. lib.12.l.ſi quis à principio.ff.ne quid in lo. pub.]Et proinde hoc caſu ius prouidet priuatæ partis domino, per reſeruationem iuris ſui de recuperãda ſua parte à fiſco. [per ea quæ in ſpecie not.Bald.in l.1. col.2. C. de hæred. vel act. vend.] Ita quod ad propoſitum pertinet, adiudicatio quæ fit vni ex conſortibus, de tota re communi, fieri non poteſt niſi compẽſatione facta per iudicem alteri conſorti, in pecunia aut alia ſpecie æquialẽti. [ſ.ſi quis familiæ herciſcundæ.inſt.de offic.iud.]

ARTICLE OCTANTESEPTIESME.

¶ Item, & toutes & quantes fois qu'vn heritage feodal eſt aliené par autre contract que de vente, ſoit par eſchange, donation, bail à rente, ou il y a deſſaiſine de foy, tellement qu'il y a mutation d'homme, il eſt deu proffict de rachapt audit ſeigneur de fief: qui eſt de la leuee d'vne année.

§. DVODECIMVS.

¶ Quoties prædium feudale alio contractu à venditione alienatur, veluti permutatione, donatione, aut conceſsione ſub certâ penſionem, in quo facta erit fidei dimiſsio, & hominis mutatio, domino feudi debetur rachatus, qui fructus eſt anni vnius.

HAec cõſtitutio pro ſumma atque (quod dicitur) claue totius materiæ rachatuum merito habetur. quę iam cœpta eſt à duobus præcedẽtibus §§. in quibus tractatum eſt, qualiter rachatus debeatur. tũ & quãdo morte mutatur. Nunc quando ex contractu. Item & in ſeq. §. quando ex quaſi contractu, videlicet per diuiſionem inter cohæredes. Tum & 14. §. ſeq. ponitur exceptio ad hunc §. Ita his ſex §§. continetur tota rachatus materia.

Quod verò ad huius §. interpretationẽ pertinet id ante cætera annotandum eſt, quod licet ius laudimiarum de quibus actum eſt à §. 4. ſupr. eod. vſque ad §. 9. & rachatus, in genere conueniant: quoniam vtrunque iura vtilia ſunt, ſeu obuentiones feudi propter manus mutationem debitę, id eſt quotieſcunque feudum ab vna perſona in aliam tranſit, ídque propter inueſtituræ in perſonam noui vaſſalli renouationem: tamen in ſpecie quàm plurimum inuicem differũt. Siquidem ius laudimiarum, quas vendas vulgo dicimus, non debetur niſi ex ſolo emptionis & venditionis contractu, aut ſcilicet æquipollente, in quo ſcilicet pecunia intercedit. quæ quidem vendæ pars ſunt pretij conuenti, vt pote quinta & ſubquinta. iuxta d. §. 4. & ſeq. At rachatus in vniuerſum locum habet in omnibus aliis contractibus in quibus pecunia non interuenit. & quia pretiũ in illis non exiſtit cum quo commenſurentur laudimiæ, ſubrogata eſt ea quam vulgo dicimus annata fructuũ feudi pro rachatu. Verum nobis viſum eſt ſingulas contractuum ſpecies hac conſtitutione enarratas, ex quibus rachatus debetur, per ſequi. Primum itaq; de permutatione videndum eſt.

Differentia inter laudimias ſeu vendas & rachatum.

¶ Permutatione.

ID quidem accipiendum exiſtimo de permutatione pura & ſimplici, & ex qua ſequuta eſt traditio. Nempe quòd hic contractus non niſi ex implemento perficiatur. [l. ex placito. C. de rerum permutation.] Ita vt ante implementum locus ſit pœnitentiæ, liberúmque ſit partibus ab eo impune recedere. [l. ſi pecuniam. vbi plene de ea tractatur materia. ff. de condict. ob cau.] Quod & iure canonico locum habet [vt not. in c. cum inter R. ſeniorem. extr. de elect. ſecundum Pont. & Moder. Med. in cit. l. ſi pecuniam. quicquid cõtra ſenſerit Alex. poſt Bal. in rub. C. de permu.] Quæ res hodie parum apud nos intpici ſolet. Is enim optimus ſane mos apud Gallos inualuit, vt omnes noſtros contractus in publicum inſtrumentum redigendos curemus, ídque per notarios ac publicas perſonas, qui ſub finem inſtrumenti fere ſolent ſtipulationem apponere, per quam actus non iam in nudis ſimplicis permutationis (ſi qua fiat permutatio) finibus conſiſtit, ſed res amplius integra non dicitur, ita vt iam pœnitentię amplius locus non ſit; [ſecundum Paul. Caſt. & Iaſ. in cit. l. ſi pecuniam. vbi etiam Alex. & Iaſ. in rub. ff. de verb. oblig. Idem Alex. in l. 1. de pact.] Item etiam ſolet interuenire iuramentũ quod neceſſario partes aſtringit ad contractus implemẽtum, tollitque locum pœnitẽtię, [ſecundũ Bal. in c. quæ in eccleſiarum. in 12. col. extra. de conſtit. & gloſ. ſol. in cit. l. ſi pecuniam. in verb. neceſſe habeas. vbi vult Accurſ. iuramentum præciſum eſſe, & præciſe obligare ad factum. Quam ſententiam eo loco pluribus commendat Iaſ.] Quam rem tamen cum effectu accipiẽdam cenſeo, vt in ſimili dixi in §. 4. ſ. eod. in ea quęſtione, An ex contractu mutui deberentur laudimiæ? Quia quantumcunque permutatio fuerit ſtipulationis vinculo ac iuriſiurandi religione vallata, ſi tamen res compermutatę traditę non fuerint, ita vt permutatio ſuum ſortita effectum minimè

fuerit, non debentur laudimię.

Sed hîc prætermittenda mihi non videtur illa ſing. dubitatio, quæ me iudice aliquando eſt diffinita: & quæ ad hanc permutationis ſpeciem maxime pertinere videtur. Quidam ſocer cum genero ſuo (nec enim nomina referri neceſſe eſt) ita conuenerat vt ex bis mille coronatis datis filiæ ſuæ in cauſam dotis, mille in emptionem prædiorũ, quæ filiæ ſuæ propriæ eſſent, collocaret. Ea lege atque conditione cõtractum cõſummatúmque eſt matrimonium. Cui conuentioni quia non ſteteriſſet maritus, bonam agnoſcens fidem ſuæ vxori, ei certos ſuos fundos & eos quidem feudales illius rei nomine conceſſit. Cõtigit dominum feudalem huius rei certiorem factum, laudimias ex eo contractu petiiſſe. Allegabátque eam ceſsionem vim manifeſtam emptionis habere. Ego vero viduæ cauſam lubens tutatus, negabam omnino conuentionem iſtam qua maritus fundos ſuos feudales vxori in vim præcedentis conuentionis ceſsiſſet nec emptionem eſſe, nec emptioni æquipollere. Allegabam imprimis maritũ non pecuniæ ſed ſpeciei debitorem eſſe. Nec enim ſpoponderat ille reſtituere mille, quæ in dotem receperat: ſed ex ea ſumma fundum emptum vxori tradere. Itaque ſi fundum ex proprio patrimonio ceſsiſſet vxori, in vicem & locum illius quem & emere & tradere tenebatur, iam non magis emptio ſed vera permutatio potius, ea ceſsio iudicanda eſt. per ea quæ referũt Bart. Bal. & alij. in l. 1. C. de re. permutat. & huc adducebam duos tex. fere in eam rem expreſſos in l. ita conſtante. cum l. ſeq. ff. de iu. dot. vbi iuriſ. hanc contractus ſpeciem permutationem appellat: & fundum dotalem, eum qui loco dotalis pecunię datus eſſet. Quem etiam contractum, etſi inter coniuges factum, his locis ad probat, modo in rem atque vtilitatem vxoris geſtus eſſet [vt ſunt tex. in l. ſi mulier dotis. & l. cum maritus. 1. reſpo. ff. de pac. dotal.] Faciebat & quod plærique adfirmãt, omnia ſtatuta ſeu conſuetudines cauſam dotis includere minime videri, niſi de ea ſpecialiter cautum ſit. [arg. l. vlt. in pr. C. de iu. dot. & quæ eo loco refert Saly. in 4. not. & l. promittendo. in pr. ff. eo.] Plura alia in eius cauſæ defenſionẽ adducebam quæ prudens prætermitto quoniam ſatis mihi tuta videtur ea noſtra ſententia ſuper ea relata, quæ ſupremæ curiæ pariſien. areſto comprobata eſt.

¶ Donatione.

HAc cõſtitutione inter cętera cautum extat ex donatione rei feudalis rachatum deberi domino feudali, nulla interim adhibita diſtinctione an pure ac ſimpliciter ſeu ob cauſam ea facta fuerit. Quã tamen diſtinctionem in laudimiis cenſualibus obſeruari ſolitam conſtat ex §. 14. j. de cenſi. Vnde quod in vtroque ſtatuitur obſeruato, & in vtraque ſpecie intelligito quando vere fieret donatio. Nã ſi in fraudem eſſet facta donatio, vt quia ſimularẽt contrahentes donare, cum reuera interueniſſet pecunia quæ rei donatæ æquiualeret: tum quoniam fraus fieret de contractu ad contractum, dubium non eſt quin debeãtur laudimiæ quinti, vt eſt ab Alex. conſultum con. 119. viſis narratis. vol. 3.

Porrò quæſitum eſt, ſtãte ſtatuto quod de quolibet cõtractu debeatur gabella, an etiam ex donatione de iure debeatur? Cuius quæſtionis difficultas tota pendet ex ea dubitatione ſuperius à nobis diſcuſſa in c. 3. in ver. contrahere. de ſta. perſ. & repetita in §. 4. ſ. eodem. An ſcilicet ſtatutis ſuper contractibus diſponentibus quaſi contractus comprehendantur: vt ſtipulatio, donatio, & ſimiles. In cuius deciſione in eam tandem iuimus ſententiam, vt exiſtimaremus his ſtatutis etiam quaſi contractus venire. tu illic videto. Ex ea autẽ, quod ad propoſitam quæſtionem pertinet, inferre licet etiam ex donationis contractu gabellam deberi ex vi ſtatuti ita diſponentis in contractibus. [Quod ego cõfirmo magnorum virorum authoritate ac imprimis Cy. & Saly. in l. 3. C. de iu. emphyt. vbi & Iaſ. quæſt. 10. Bal. in c. literæ. ext. de dilat. col. vlt. (vbi ait legem xij. tab. verbum venditionis pro omni contractus ſpecie in vniuerſum vſurpare. l. ſtatuliber à cæteris. ff. de ſtatulib. not. in l. 2. C. de vſucap. pro emp.) Immol. in c. potuit. extr. de loc. num. 12. Guid. pap. deciſ. delph. quæſt. 46.] Specul. tamen contrà ſenſit in tit. de loc. §. nũc aliqua. quęſt. 107. Pet. Iac. tit. de act. in rem, hoc ſolo moti argumento quod in donatione non interuenit pretium. Quorum tamen opinio confunditur ex d. l. 3. ſuper quo fixam iecerunt anchoram. Illo enim tex. cautum extat ſolui debere domino emphyteutæ quinquageſimam partem pretij vel æſtimationis. Cui opinioni etiã hæſit Firmia-

in tract. gabell. quæſt. 12.3. par.8. par. alia motus ratione, quòd donatio contractus non ſit proprie. Quę tamen ſententia hodie à practicis noſtris & ab vſu forẽſi recte eſt iamdudum exploſa. vt etiam teſtatur Paul. Caſt. in l. mutum. ff. de acq.hæred.

Secundo, quæſitum eſt, quid iuris de donatione ob cauſam? quę quidem maiorem habet dubitationẽ. Nec enim ea proprie cẽſeri debet donatio, ſed peculiarẽ ac ſpecialem illa habet naturam, & in multis diuerſam atque diſcrepantem cum ea quam proprie donationem dicimus, vt nos copioſe docebimus in rub. ĩ. de donat. In cõtrarium tamen eſt generalitas ipſius §. qui generaliter ac in vniuerſum diſponit de omnibus contractibus alienatiuis, præter venditionem, rachatum pro noua inueſtitura deberi. In quibus & ſpecialiter donatio connumeratur. Tum & ex eo capienda eſt huius rei coniectura, quod ſi ab huius §. reg. voluiſſent maiores hanc donationis ſpeciem, quæ fit ob cauſam, excipere, vtiq; id expreſsiſſent: Sicut factum eſt ĩ. de cẽſ. §. 14. Vnde huic diſpoſitioni vniuerſali, vti ſcripta eſt, ſtandum eſſe exiſtimo. Prẽterea etſi velimus trahere diſpoſitionem illius §. 14. in donatione rerum cẽſualium ob cauſam facta, ad donationem rerum feudalium pariter ob cauſam factã, res iam in aperto erit. Illo enim §. expreſſe eſt ſancitum laudimias ex huiuſmodi donatione ob cauſam facta deberi domino cenſuali, ergo & in donatione rei feudalis idem iudicandũ. Nec enim dubitauit quiſquam argumentum à ſimilibus, etiam in ſtatutis & conſuetudinibus locum habere. [Iuxta ea quæ declarat Bart. & clarius Iaſ. in l. de quibus. ff. de leg.] Facit quòd iuris rigor, quo prohibebatur rerum feudalium alienatio, hodie ex vſu generali Galliæ temperatus eſt, quo licet vnicuiq; feudum ſuum etiã ex cauſa donationis alienare: ea tamen lege vt pro huiuſmodi alienationibus, ſoluantur domino laudimiæ pro inueſtitura rerũ nouè acquiſitarum: ſicut & iure comuni introductum fuerat in rebus emphyteuticis, quorum permiſſa quidem eſt alienatio interpellato ac conſentiente domino, ac eidem quinquageſima pretij parte exoluta. [d. l. 3. C. de iur. emph.] Quæ omnino ratio eadẽ dictat, vt pro donatione ob cauſam ſoluãtur laudimię, perinde atq; pro donatione pura atq; ſimplici. quãdoquidem ex vtraq; manus mutationẽ contingere certum eſt, tum & demiſsionem fidei quæ in cauſa ſunt vtrachatus debeatur. [Et hanc extenſionem omnino confirmat Pont. in l. filiusfa. ff. de donat. & vterque Immo. in l. 1. eod. tit. & plenius tractabimus ĩ. in rubr. de donat.] Quinetiam ego lõge maiorem ſubeſſe rationem puto, quare ex ea donatione ob cauſam debeantur laudimię, quàm ex donatione ſimplici: quandoquidem magis ea accedat ad cõtractũ permutationis, quàm donationis. [tex. in l. ſed ſi lege commiſſoria. §. conſuluit ſenatus. ff. de peti. hæredit. l. Aquilius Regulus. & l. ſi pater. ff. de donat.]

Ex donatione ob cauſam rachatum deberi.

Tertio loco, examinãdum veniebat, an ex donatione cauſa mortis deberẽtur laudimiæ, ſicut ex cæteris donationis ſpeciebus. Sed cum plane nullum ſit ac inutile quod ex cauſa mortis eſt donatum, vt infrà de donat. §. 11. nullo modo deberi poſſunt laudimiæ. vt docuimus in §. 4. ĩ. eod. Cæterum ſi qui ſint loci quibus adhuc ea donationis obſeruetur ſpecies, non eſt dubitandum quin & ex ea debeantur laudimię ſicut ex donatione ob cauſam. Quam tamen ſententiam ita ſane intelligito, ſi eam cauſa mortis donationẽ viuo adhuc donatore ſequeretur traditio. Quæ cum primum interuenerit ſtatim debetur rachatus, non expectata donatoris morte, licet ea cõfirmetur donatio, vt nos plenius oſtendemus in d. §. 11. Quod ſi eodem donatore viuo nulla ſequeretur traditio, ſed in tempus mortis eſſet dilata, idem omnino iudicandum exiſtimo ac de legato de quo mox dicemus, q. ſ.

An ex donatione cauſa mortis deberatur rachatus.

Quarto quæſitum eſt, quid de mortis cauſa capione, an ex ea debeantur laudimiæ? Et Bal. quidem in l. 1. col. 4. ver. ſed pone ſtatutum. C. de iu. dot. docuit mortis cauſa capionem eſſe quid per ſe diſtinctum à legato, & donatione cauſa mortis: & idcirco ſub ſtatuto de donatione vel mortis cauſa capione minime includi. Eſt enim mortis cauſa capio, vt luculentius tracto ĩ. de donat. §. 11. quoties à defuncto aliquid capitur per eius mortem, aliunde tamen cauſatum quàm per mortem illius. Exemplum tradit Bart. in l. ſi mihi & titio. ff. de verb. obligat. in acquiſitione paterna & feudo vel emphyteuſi. quæ quidem quoad patrem dicitur facta inter viuos: at quoad filios, mortis cauſa capio. Cum demũ moriente patre capiant [idem Bart. in l. quod dicitur de verb. oblig. & in l. mortis cauſa capimus. ff. de donat. cau.

An ex mortis cauſa capione rachatus debeatur.

mort.] Inter quos filios locus eſt iuri accreſcendi ita vt altero è fratribus ſine liberis decedente, illius portio alteri fratri ſuperſtiti accreſcat: nō quidem ex ſucceſſione fraterna, cum ab eo non habeat, ſed à patre tanquam communi ſtipite, à quo deſcendit ex vi primæ inueſtituræ ſeu acquiſitione feudi vel emphyteuſis. quod latius declaro, in rub. j. de ſucceſſ. Ex quibus concludendum videtur in puncto iuris, ex illa portione fraterna fratri ſuperſtiti accreſcente, nullum deberi rachatum. Nec obſtat quod feudum mutet manum in perſona cuiuſque deſcēdentis à primo, qui de feudo fuit inueſtitus: quia illa manus mutatio non cauſatur ex ſucceſſione deſcendentis in deſcēdentem, ſed ex facto & prouidentia concedentis, qui per ſuam conceſſionem in perſonam primi beneficiarij & ab eo deſcendentium factam, ſingulos eorum velut per gradus de illo feudo inueſtiit. Quod ideo nec nouum nec diuerſum feudum ex diuerſitate ſucceſſorum cēſetur, ſed ſemper durat antiquū, & eiuſdam naturæ & qualitatis quam tenor inueſtituræ illi primū impreſsit. [c.1. & ibi not. de grad. ſucceſſ. quod & à nobis explicatum eſt ſ. in rub. de feud.] Et iſtud intelligas oportet ſecūdum Feud. & legiſ. vbi conceſſum eſſet feudum pro recipiente ac ſuis liberis. quia tunc non diceretur hæreditarium nec hæreditario iure deſcendentibus obuenire, ſed à primo concedente. Secus ſi ita receptum fuiſſet pro ſe ac hæredibus. Tunc enim hæreditarium diceretur. [Yſer. in c.1. §. hoc quoque. col.2. de ſucceſſ. feu. & in c.1. in pr. An agn. vel fil. defunct. Bellou. in c.1. de eo qui ſibi & hære. ſuis. Vide omnino Alex. in con.10. ponderatis. vol.3. & con.55. perſpectis. vol.5. Curt. iunior. in con.1.8. par. in ſuo tract. feud.] Vnde eo caſu quo feudū ſimpliciter conceſſum eſſet alicui pro ſe & liberis ſuis, tunc filij poſſent acceptare feudum repudiata hæreditate paterna. Secus in poſteriore caſu, quo nullus poteſt in feudo ſuccedere, niſi ſit hæres. [vt declarant interp. in locis ſupra citatis. & refert Alex. in l. quædam col.2. C. de eden. & d.l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. & vtroq; in loco Moder. Bart. & latius Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cōdict. indeb.] At quia in hoc regno feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, ſintque hæreditaria, ſicut cætera bona allodialia, ita vt in his ſuccedant filij & filiæ æqualiter, ſalua primogenituræ prærogatiua, vt explicatum habes ſ. in rub. de feud. & j. de ſucceſſ. §.4. hæc argumenta neque quoad ius ſuccedendi, nec quoad laudimias, hodie procedunt in patria conſuetudinaria.

Quinto loco quæſitum eſt, quid de legato: quod ſpecies eſt donationis, vt ex illius diffinitione patet, cum legatum ſit donatio quędam à defuncto relicta ab hærede præſtanda. [§.1. inſt. de lega. & in l. legatum. de leg.2.] Et quidem ex legato rachatum ſicut ex donatione deberi creditum eſt, cum proculdubio interueniat hominis mutatio. quia [vt ait tex. in l. à Titio ff. de furt.] ea quæ legantur, recta ab eo qui legauit ad eum cui legata ſunt tranſeunt, & idem dicit tex. in l. legatū ita. ff. de leg.2 quod legatum ita dominium rei legatarij facit, vt hæreditas hæredis res ſingulas: quāuis verum ſit rei legatæ poſſeſsionem in legatarium non trāſire, niſi appræhendatur. [l. cum duobus. §. idem reſpōdit, ſocius. ff. pro ſoc. vbi gl. ſing. & in l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ.] quæ nec apprehendi poteſt ſine hæredis licentia, ita vt ſi facto ipſo ſine illius permiſſu apprehendatur, illi proditum ſit ſpeciale interdictum, quorum legatorum. Et dubitarē ego an qui etiam hodie propria auctoritate legatum occupaſſet, illud amitteret. [per l. non dubium. C. de leg.] quia licet ante aditam hæreditatem cum bona hæreditaria iaceant tanquam vacantia, in nullius cenſentur eſſe bonis, vnde in illud diui Marci edictū minime incideret, [vt volūt Accurſ. & Bart. in l. 1. in pr. ff. quor. leg.] tamen quia ex generali regni conſuetudine receptum eſt vt mortuus ſaiſiat viuū iuxta §.1. j. de ſucceſſ. dari non poteſt vllum temporis momentum, quo hæreditas iacere intelligatur, cum hæres, vt primum is in cuius hæreditate ſuccedit, mortem obiit, ſaiſitus confeſtim dicatur de vniuerſis bonis defuncti, ita vt vulgo dici ſoleat, mortuum viuentis hæredis oculos aperire.

Verum iuxta ea quęri poteſt, cum legatarius per manum hæredis rem ſibi legatam percipiat, An duo debeantur ex ea re rachatus, vtpote vnus ex perſona hæredis ſi collateralis ſit: alter ex perſona legatarij: vel an vnicus tātum debeatur. Qua in re id imprimis animaduertendum eſt, in materia legatorum tria potiſsimum tempora colligi ex his quæ in eam rem ab interpretibus tractantur. in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg.1. Primum eſt dies mor

Tria in legatis inſpici tempora.

tis teſtatoris, quo tempore dicitur teſtamentum confirmari, & rei legatæ dominium in legatarium tranſire, licet ficte tãtum. [l.à Titio. ff. de furt.] Secundum eſt tempus aditæ hæreditatis quo dicitur dominium rei legatę vere in legatariũ tranſire. [tex. in d.§.cum ſeruus. vbi eſt gl.ſing. & alia glo.in l.ſi hæredis ſeruus.eo.tit.] A quo etiã tẽpore legatario debẽtur fructus rei legatę, & non ante. [vt in d.§.cũ ſeruus. & not.in l.1.C.de vſu. & fruct. leg.] quod intellige ſecundum Bald.& Doct.in l.vlt. eod.tit.niſi teſtator dum viueret, rem tradidiſſet legatario, vel ei facultatem apprę hendendi rei legatæ poſſeſsionem dederit. Tertium tempus eſt dies acceptationis legati, quo tempore dicitur rei legatę dominium irreuocabiliter quæri legatario. [vt eſt glo.ſol.in l.eum qui ita hęreditatem.ff. de condit.inſt.] Quare præſuppoſita exiſtimo, quia duobus inſolidum quæri non poſsit eiuſdẽ rei dominium. [l.ſi vt certo. §.ſi duobus vehic. ff. cõmod.] vnũ tãtum rachatum deberi, nimirũ ex perſona legatarij, ſi legatum acceptauerit: aut ex perſo na hęredis, ſi legatarius repudiauerit. Ante agnitionem enim, vel repudiationem legatarij, rei legatæ dominium in ſuſpenſo eſſe dicitur.d.§.cũ ſeruus. Quippe ante agnitionem, vt dixi, repudiari poteſt acquiſitio commutariue. At poſt agnitionẽ, eam dicunt irrepudiabilem & incommutabilem. [gl.in d.l.eum qui ita hæreditatẽ. & text.ſing. in l.ſeruum filij.§.1. de leg.1.] Nam ſi legatarius legatum agnouerit, res nunquam hęredis fuiſſe intelligitur. [tex. in l.legatum ita.de legat.2.l.ſi damnum.§. ſed & etſi creditor.ff.de pecul. vbi expreſsim canetur in legato puro hæredem nullo momento dominium habuiſſe.] Vnde fit quòd vbi agnoſcitur legatum per legatarium, non poteſt dominus feudi ex capite hæredis aliquẽ prætendere rachatum, cum is nũquam rei legatę dominus fuerit, quãuis iuris intellectu cẽſeatur illa res eſſe è corpore ac vniuerſitate hęreditatis, trãſmiſſa ad hęredem, ſed vna cum reſtitutionis onere. Ideo cum non vt ſua, ſed reſtitutioni ſubiecta, ad eum perueniſſe non intelligitur. [l.qui concubinam.§.2.de leg.3. & l.aliud eſt capere.ff.de reg. iur.] ſed tantum ex perſona legatarij, qui per agnitionem legati retro dominus fingitur fuiſſe, ex die mortis teſtatoris: A quo diſponente non ab hęrede tradente cauſam & titulum in re legata habere intelligitur. [l. co-

Rem legatã à legatario agnitam nũquam ad hęredem pertinuiſſe.

hæredi.§.1.ff.de vulg.] E contrario ſi legatum ſit repudiatum, nemo dicet ex legato rachatum deberi: quum ius fingat rem retro fuiſſe hæredis, nec legatum extitiſſe. [d.l.ſeruum filij.] Quare hoc repudiationis caſu rachatum ex perſona tantum hęredis deberi conſtat, ſi hæres collateralis fuerit, aut fœmina nupta, aut quæ poſtmodum virum acciperet. Quòd ſi hæres quidẽ filius maſculus eſſet, nullus deberetur rachatus, iuxta diſtinctionẽ §.9.& 10.

Præterea quæro: Si legatarius forte ignorãs legatum ſibi relictum eſſe, aut dubius de viribus teſtamenti, vel forte pertimeſcens hæredis porẽtiam, aliáue ex cauſa legatum non agnouit, atque is non apprehenſa legati poſſeſsione deceſſerit, cuius hæres à latere & ex tranſuerſo venięs, illud legatum defuncto relictum agnouerit, petieritque ab hærede teſtatoris qui illud reliquerat ac petitũ obtinuerit: Quęſtionis eſt, an duo pro huius rei inueſtitura debeantur rachatus, vnus nimirum ratione legati, alter ratione ſucceſsionis collateralis: An vnus duntaxat? Et quidem quòd vnus tantum debeatur, his oſtendi poteſt rationibus. Quoniam legatarius nunquam id agnouit legatum, nec traditio vnquam illi facta eſt, vnde apparet nũquam eum verum dominum extitiſſe: immo hęredem primum legatum agnouiſſe, ac per eam agnitionem factum dominum: per ea quæ ſuprà annotauimus in præced. quęſt. Et ita qui nunc legatum iſtud accepit, non tam accepiſſe cenſetur à legatario auctore ſuo tranſmittente, quàm a teſtatore primo tranſmiſſore. [vt in ſimili inquit Bald.in l.cum antiquioribus.in 4.q. C.de iur.delibe.] Secundo, in eam partem facit, quòd ex parte legatarij nulla interuenit mutatio, quia nunquam verus extitit dominus, nec poſſeſſor rei legatæ, vt diximus: & quanuis ex teſtamento morte confirmato dicatur recta via dominium in eum tranſiiſſe. [l.à Titio.ff.de furt.] hoc quidem ficte fit, ac per actus ciuiles: non per actus naturales à iuregentium introductos: eo quòd nec legatum agnouit, nec poſſeſsionem eius apprehendit: Ita vt idcirco non dicatur plenum dominium aſſecutus, ſed fictum tãtum. Quod vel hinc conſtat, quòd pro acquiſitione pleni dominij legati ex iuregentium, lex prouidet legatario per actionem perſonalem, vt pote condictionem certi, quam perſonalem eſſe conſtat. [l.certi condictio.in princ. vbi

nominatim Iaſ.in ver.nota.ex gloſ.col.11. ff.ſi cert. pet.] quod alias non facetet,ſi legatarius plenum dominium ex ſolo teſtamento haberet:quia nemo rem ſuam condicere poteſt, per aliquam condictionum ſpeciem,niſi contra furē,idque furis odio. [§. ſic itaque. inſt. de act.] eo quòd condictiones perſonales ſint.[l.actionum genera.ff.de act.] Verū contraria ſententia mihi ſemper magis placuit: nimirum vt ex perſona legatarij rachatus debeatur, licet nunquam agnouerit nec apprehēderit legatum:quia illius hæres qui poſt eius mortem legatum petiit,velit nolit,neceſſe habet ex perſona illius ad legati petitionem venire, & non ex perſona teſtatoris. Certum quippe eſt à teſtatore nec ſubſtitutū, nec coniunctum in eo legato fuiſſe, ſed ne quidem vlla ratione de eo cogitaſſe. Vnde ſi ante mortem teſtatoris legatarius deceſsiſſet, legatum vtique vt caducum remanſiſſet, & ad ſubſtitutum, coniūctum, vel hæredem teſtatoris deuolutū fuiſſet, non ad defuncti legatarij hæredem.[l.vnica.§.& cum ſimplici. & §. pro ſecundo. C. de cad.tol.l.Celſus. & l.ſi Auguſtæ.ſub fi. de leg.2.]Cum igitur neceſſe habuerit hęres iſte legatarij,venire ad legatū ex perſona legatarij, conſtat ex perſona illius rachatū deberi: Præterea & alterum ex perſona iſtius hæredis legatum agnoſcentis ſi collateralis fuerit ac per lineam tranſuerſalem ſuccedat. Rationes autem in cōtrariam ſententiā adductas hoc facili reſponſo eludi poſſe arbitror. Nā licet actio perſonalis detur legatario ad pleni iuris in re legata adeptionem,negari tamen non poteſt quin ſit dominus,cū,vt ſupra præſupponimus,tribus temporibus dicitur dominium ei acquiri: & ideo etiam ei competit rei vēdicatio.[vt eſt text.in l.1. C.cōm.de leg.]vbi conſtat plura remedia & actiones tam in rem quàm in perſonam legatario cōpetere. vnde ſuccedit vulgata illa iuris reg. vt qui actionem habet ad rem, videatur rem ipſam habere.ff.de reg.iur.Et hæc de legato puro dicta ſint, nunc de conditionali.

Sexto itaque loco quæſitum eſt, quid de legato conditionali, nimirum an ex eo debeatur rachatus? quæ quæſtio etiam ad legatum in diem incertum collatum pertinet,qui pro conditione accipitur[vt inquit Iuriſ.in l.dies incertus. ff.de condi.& demonſt.& l.talis ſcriptura. de leg.1.] Ad huius quæſtionis explicationem præmittendum eſt tria potiſsimum eſſe tempora, quibus dies legati cedit, de quibus nuper diximus. Primum tempus mortis teſtatoris,ſecundum tempus aditionis hæreditatis, tertium tempus euētus conditionis aut diei incertæ. Item & ſciēdum eſt quatuor eſſe effectus prędictarum ceſsionum. Primus,quantum ad tranſmiſsionem. ſecundus, quantum ad obligationem. tertius,quantum ad dominij tranſlationem. quartus, quantum ad petitionem. Quæ, quoniam perſequi non me ſinit breuitatis ſtudium,remitto ad Cy. in l.1. in pr.col.3. C.de cad.toll.Porro quod ad propoſitam quæſt. pertinet, rem ſub conditione legatam ante conditionis euentum, magis in hæredis bonis quàm legatarij intelligi, & eam aduenientе cōditione ad legatarium tranſire explorati iuris eſt. [tex.in l.ſi fur decerpſerit.ff.de vſufr.] Et ideo ante conditionis vel diei incertæ euentum, certum eſt diem legati non cedere. [l.cedere diem ff.de verb.ſignif.l.1.§.ſin autem.C. de cad. toll.] Quā rem tamen intellige de ea conditione quæ verè eſt conditio.[iuxta ea quæ declarat Cy.in cit.l.1.§. ſin autem C. de caduc. toll. & quæ in fauorem hæredis adiicitur.de iure pręſumi ſolet.[per regul. l.cum in tempus.ff. de regul. iur.] At non ea quę in fauorem legatarij cum longe diuerſum in ea conſtitui ſoleat [tex.expreſſus in l.ſi ita relictum.§.pegaſus. de leg. 2.] In legato igitur relicto ſub cōditione quæ propriè eſt conditio & quę in fauorem hæredis adiicitur,ea procedit regula,quòd interim dum pendet dubius illius euentus, non debetur legatum: ita vt ne quidem ea aduenientе debeantur fructus legatario, ſed hæres illos ſuos facit. [d.§. Pegaſus.] Quæ etiam locum ſibi vendicat in quatuor nuper relatis modis: ita vt ante conditionis vel diei euentum,huiuſmodi legatum neque tranſmiſsionem,neque obligationem,neq; dominij tranſlationem,neq; petitionē operetur, quia interim legatum non ſolum eſt inutile, ſed etiam nullum. [Dy.in reg.non firmatur. ſub fi.de reg.iu. in 6.] Aut quod verius eſt, ſecundū Bart. in l.1.ff.de reg.Cato.in vlt.colum.cum ita quidpiam ſub conditione reliquit teſtator,non ſic dediſſe videtur, vt ſtatim cum moreretur valeret,ſed tum demum quum eueniret conditio. At ſecus obtinet in legatis puris. Ex quibus colligendum videtur ex legato conditionali duplicem deberi rachatum. primū ex tranſlatione do-

minij, quæ directo ſit à defuncto in hæredem. [tex. ſing. in l. 1. ſerui appellatione. ff. ad Sylla. l. qualiter. §. 1. ff. qui & à quib. facit l. & poſt litem. §. res. ff. famil. her. l. non ideo. ff. de rei vendic.] Secũdum, ex tranſlatione ipſius dominij, quæ rurſum fit ab ipſo hærede in legatariũ. [l. ſi fur. de vſur. ibi, Exemplo rei ſub conditione legatæ quæ interim hæredis eſt, exiſtente autem conditione ad legatarium trãſit.] Verum quicquid ſit, cõtrariam tamen ſententiam & veriorem & æquiorem putauerim: vt ſcilicet vnus ex legato conditionali debeatur rachatus. Et quæ me potiſsimum in eam ſententiam impellit ratio, ea eſt, q̃ licet pendente conditione dominium rei legatæ penes hæredem eſſe dicatur, iſtud tamen obtinet ſuſpenſiue tantum, & donec eueniat conditio vnde verè ac irreuocabiliter non eſt cẽſendus dominus. Rem enim in euentum conditionis neceſſe habet alij reſtituere, vt pote legatario ex teſtatoris diſpoſitione. [l. qui concubinam. §. 2. de leg. 3. l. nõ videtur. de reg. iur. l. aliud eſt capere. ff. de verb. ſignif.] Facit deciſ. Bart. quæ omnino huic noſtræ quæſtioni conuenire videtur in l. ſancimus. penult. C. de conſul. & non ſparg. lib. 12. C. eo loco inquientis, quod ſi ex forma ſtatuti de quolibet contractu per quem ius acquiritur, tantum ſolui debet pro gabella, & aliquis titulo venditionis vel donationis aliquid in alium transferat eo pacto vt ius in eum non trãsferatur niſi mortuo venditore vel donatore, quod ſi tempus illius geſti actus ſoluta fuerit gabella illius contractus, licet aduenięte morte ius tranſeat in emptorem ſeu donatorem, iterato tamen ſolui non debet gabella. Et quod adducebamus, dominium rei legatæ ſub conditione primum transferri à teſtatore in hæredem, & demum ab hærede in legatarium aduenięte cõditione, id ſimpliciter verum non eſt. quia immo ipſe legatarius nec titulum nec cauſam habet ab hærede tradente, ſed à teſtatore diſponente. [l. cohæredi. §. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.] Vnde eueniente cõditione res legata eiuſque dominium recta via in legatarium abſque alia retrotraditione tranſit. [l. non quodcunq;. de leg. 1.] etiã quod fortius eſt ſi hęres pendente conditione alienaſſet, ac per mille velut manus ambulaſſet: quinetiam ſi hæres non tradat nec tradere poſsit legatum, eius tamen dominium ipſo iure in legatarium tranſit. [l. ſeruo legato. §. 1. vbi in ſpecie Iaſ. in 2. not. de leg. 1.] Vnde abſurdum foret, vt dominus feudalis duo lucra ratione eiuſdem rei conſequeretur, vt pote ex ſucceſsione, & ex legato. quod aduerſatur omnino reg. qua dici ſolet, duas lucratiuas cauſas in eodem concurrere non poſſe. [l. Meuius. §. duobus. vbi plenè Bart. de leg. 2.] Dominium enim ante euentũ conditionis ſuſpenſiue tantum eſt penes hæredem, donec eueniat cõditio, qua eueniente euaneſcit dominium illud. ita vt etiam fingatur illud nunquã fuiſſe. [l. qui balneum. §. ſed etſi hæres. ff. qui pot. in pig. ha. fa. l. Neratius. ff. de manum. teſt. vbi quoad dominium ſeu libertatem legatam, cõditio retrotrahitur, & eueniente cõditione fingitur legatarius retro fuiſſe liber.] Quare concludendum cenſeo, quod cum ab initio fuerit legatũ ſub conditione, cum purificatur conditio, & hæres rem legatam tradit legatario, nouum non deberi rachatum. Quinimo ſi mortuo teſtatore hæres ſoluerit domino rachatũ vt ſane ad id cogi poſſe negare non audeo, cum in perſonam illius fiat manus mutatio & quoad dominium & quoad poſſeſsionem: quia tamẽ illud dominium irreuocabiliter in eo minime perſiſtit, ſed purificata conditione in legatariũ tranſit, ideo ab eo ius repetendi habet exolutum rachatum, ſicuti & impenſas. nec compenſabit cum fructibus quos interim ſuos fecit, id eſt antequam caſus reſtitutionis eueniret. [Immol. poſt Bal. in l. in inſulam §. fructus. ff. ſol. matr. idem in l. domos. de leg. 1. per gl. ſingul. in l. emptor. ſub fi. gl. mag. ff. de rei vendic. quod ſequitur eo loco Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. fundo. eod. tit.]

Et quidem memini mihi aliquãdo propoſitam fuiſſe non abſimilem dubitationem. Quidam enim canonicus prædiues nepti ſuæ (ſic filiam vulgo appellamus) prædia quædam teſtamento legauerat, ad eam maritãdam. Quod quidem legatum conditionale & non modale, ſecundũ veram ac frequentiorem ſententiam, tradidit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtrat. Licet ante Bar. omnes antiqui contra ſentirent, vt eo in loco teſtantur Paul. Caſt. & Immo. Et quidem cum illa rem ſibi legato relictam immature peteret ab hærede, cuius cauſæ patrociniũ ſuſceperam, eam his expellendam rationibus cenſui. Primo, oſtẽdebam eam vix decem ſuæ ætatis annos

Vnum tantum rachatum ex legato conditionali deberi.

attigiſſe, ideo nondum nubilem, nec viripotentem. Idcirco conditioni locum eſſe non poſſe. Nec enim dies legati cedebat, niſi tempore cõtrahendarum nuptiarum: qui cum nondum eueniſſet, merito illam repelli à petitione oportere. Secundo, hæredem pendente ea cõditione, cum neptis nuberet, prædiorum legatorum fructus ex iuris diſpoſitione ſuos facere, ideo immature illo ſuo iure eum defraudari non debere. Adducebam præterea ſi fato contigiſſet eam neptem ante contractas nuptias, in quem euentum conditionis prædia vtique legata erãt, mortem oppetere, fore vt legatũ iſtud in cauſam caduci reduceretur, nec illud ad legatarię hęredes trãſmiſſum iri, ſed proprium hæredi manſurum. Quarto, faciebat quod interim hæres reſpondere teneretur domino feudali iura ſua feudalia petenti, vt pote rachatũ: quem tamen poſſet ille aduenięte nuptiarum conditione à nepte repoſcere, vt proxime oſtendimus. Sed quia hic caſus magis videretur dubius, an duo ex huiuſmodi legato rachatus deberentur: dicebam ego vnum duntaxat deberi: motus alia ratione quæ ex alia quæſtione ex eodem teſtamento de quo agimus, reſultat. Idem enim teſtator eodem teſtamẽto legauerat certum feudum cuidam ſuo nepoti fratri eiuſdẽ neptis, de qua nunc agebamus: idq; quamprimum viceſimumquintum ętatis ſuæ annum attigiſſet. Ante cætera cõſtat id legatũ à primo nepti facto differre: quia hoc conditionale eſt: illud de quo agimus in diem certam collatum: idcirco minimè conditionale, & in conſequentiam ad hæredes tranſmiſſibile eſſe: etiamſi interim ante diem deceſsiſſet hic nepos legatarius. [l. Sempronius Attalus. ff. de vſufr. leg. & l. vnica. §. cum igitur. C. de cad. toll.] Secũdo, quia iſtud legatum in diem in hoc conueniebat cũ ſuperiore legato facto nepti, quòd ex vtroque dominium in legatariũ non tranſmittebatur adueniẽte die. [tex. apertus in d. l. Sẽpronius Attalus. & not. in l. ſi ita ſcriptum. §. 1. de leg. 2. Alex. in l. in quantitate. §. magica. verb. in diẽ. ff. ad l. falc.] Et ideo nec in reſtitutiõe huiuſmodi legati veniũt fructus interim percepti, ſed cedunt lucro hæredis. Tertio, quòd ſi interim hæres ius rachatus ſolueret, legatarius cui res in diem relicta eſt, teneretur illi reſtituere, nec imputaretur in fructibus: quum, vt dixi, hæres eos fecerit ſuos. Atqui ſi contrariam ſequeremur ſententiam, cum his qui exiſtimant ex legato cõditionali duos deberi rachatus, idem per omnia dicendum eſſet in legato in diem, quia ſicut pendente conditione in legatarium non tranſit dominium, ita nec ante diem, ſed vtroq; caſu dominium eſt apud hæredem. [d. l. Sempronius Attalus.] Vnde res rigidior videretur, vt pro eo tempore quo dominium, & ſuſpenſiue quidem remanet apud hæredem, & reuocabiliter, ei ſoluendus eſſet rachatus. Quare noſtra ſemper mihi potior & humanior viſa eſt ſententia, quanuis non negem cõtrariam poſſe ſubtilioribus rationibus ſuſtineri. Hæc de legatis dicta ſint.

An ex donatione facta retento vſuf. debeatur rachatus.

Septimo, quæſitum eſt quid iuris de donatione facta retento vſufructu, an ſtatim debeatur rachatus, exigíque poſsit viuo adhuc donante, non expectato fine vſufructus: vel an ſit huius rachatus ſolutio eo temporis differẽda, quouſque donatarius naturalem feudi poſſeſsionem nactus fuerit. Et quidem differenda nonnullis videtur in diem finiti vſusfructus. Nam effectus huiuſmodi donationis poſt mortẽ donatoris confertur. ergo donatio cauſa mortis habetur. [l. 2. ff. de donat. cauſ. mort.] Et ita de iure præſumi ſolet, [glo. in l. quæ mortis. ff. ſol. mat. & in hoc conſentiũt Moder. præſertim Iaſ. in 6. col. ſi mortis facta fuerit mẽtio. per l. Seia. ff. ſol. ma.] Cum ergo dominium interim ſit in pendenti, ideóque multis modis reuocabile. [per l. non omnis. vbi ſcrib. ff. ſi cert. pet. vt & nos vberius declarauimus infr. de donat. §. 11.] differri debere exiſtimo rachatus exactionem in tempus quo confirmabitur donatio per mortem donatoris. Secundo, in eam ſententiam facit, quòd rachatus ex huiuſmodi donatione debitus fructus eſt vnius anni, qui ex re donata percipitur. §. 9. ſ. eod. Quem quidem à donatario, & non ab eo qui donat, deberi manifeſtum eſt. Tum quia & id regulare eſt in omnibus laudimiis & gabellis, vt ab eo ſolui debeant, ad cuius commodum & vtilitatem contractum eſt. vt concluſimus ſ. eod. §. 9. q. 2. At cum is qui donat ratione retẽti vſusfructus faciat fructus feudi donati ſuos, & non donatarius, non minus iniquum quàm inciuile videretur, dominum feudalem iure ſui rachatus vtentem, ſpoliare ac immaturè fraudare donantem re ſua, contra legem contractus, quæ erat vt donãs, perpetuo donec viueret, fructus ex re donata ſibi colligeret. Manifeſta

enim eſt iuris reg. quòd quoties ex aliquo contractu inter duos geſto, ius quæritur tertio, illud ei acquiri non poteſt, niſi eadē lege, forma, atque conditione, qua celebratus eſt ille contractus, vnde & eius vtilitas vna cum onere ad tertiū trāſit. [not. Paul. & Alex. in l. qui Romę. §. Flauius hermes. ff. de verb. oblig.] Tertio, vrget quod noua feudi apertura minimè videatur, nec hominis mutatatio, cum & antiquus vaſſallus remanet vſufructuarius ac feudi poſſeſſor. Dominium enim quod prius habebat, non videtur ſibi vſumfructū retinendo à ſe omnino abdicaſſe. Cū & certū ſit vſumfructū partē eſſe dominij. [l. 4. ff. de vſuf.] Nec ſimiliter poſſeſsionē, quia naturalis penes eum remanſit. [l. naturaliter. in pr. vbi late per ſcrib. ff. de acq. poſſeſ. gl. not. in l. quiſquis. C. de donat.] Ob quam naturalem poſſeſsionem nomine ſuo ac per manus ſuas omnes fructus ſiue naturales ſiue ciuiles in re fructuaria percipit, ac ſuos facit. [Bart. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſuf. leg.] Ex qua re eum adhuc pro vaſſallo habendū eſſe videtur. Cæterum, quanuis iſta non ſine magno rationis colore procedere quis autumet, contrariam tamen ſententiam veriorem crediderim. nimirum, vt quamprimū facta fuerit donatio, debeatur rachatus, non expectata morte donatoris. Siquidem vt primum is qui donauit, ſe fructuariū eſſe voluit conſtituítque, ac donatarium ciuiliter poſsidere, eum vtique poſſeſſorem feciſſe intelligendus eſt cum ſuo miniſterio. [l. quod meo. ff. de acq. poſſeſ. & l. quidam. ff. de rei vend.] & in conſequentiam in eum tranſmiſiſſe dominium, [gl. ſing. in l. quiſquis. C. de donat.] Et perinde ſimulátque donatio cum vſusfructus retentione facta eſt, illa intelligitur pure atque irreuocabiliter perfecta, & conſequenter in eodem inſtanti ac momento ius rachatus feudi domino acquiſitū. Nec huic deciſ. obſtant argumenta in cōtrariam partem adducta. Ac imprimis negandum eſt quod huiuſmodi donatio cenſeatur cauſa mortis facta, licet effectus illius poſt tempus mortis donantis conferatur. Imo verè donatio inter viuos cenſenda eſt. [teſte Bald. in addit. ad Specul. tit. de inſtrum. edit. vlt. col.] Nam in huiuſmodi donatione tēpus mortis non adiicitur verbis diſpoſitiuis, ſed executiuis, & ideo non tanquam cauſa finalis ſed cauſa demonſtrandæ executionis, tempus cēſetur appoſitum. [arg. l. quidam teſtamento. in pr. de leg. 1. Quam deciſ. Bald. & Alex. valde commendant in l. quę dotis. ff. ſol. mat.] Fruſtrà itaque expectatur donatoris mors, cum nihil virium aut perfectionis adiiciat huiuſmodi donationi factæ retento vſufructu. Nec obſtat quod ſecūdo loco dictum eſt donatarium viuo donatore nullos fructus percipere, ex quibus ſolui debeat ius rachatus. Nam [vt inquit Bal. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. poſt Petr. & Cy. in l. ſi quis argentum. C. de donat.] ſi res certa eſt in obligatione, vel principaliter obligationi adiicitur, non diſtinguitur nec differtur obligationis executio, ſi hæres fructus nō percipit, vt quia nulli nati ſūt: vel ſi qui nati cōſumpti fuere. Secus ſi res executioni adiicitur, vt in exemplo ab illis propoſito de herede, grauato præſtare legatario tot modios frumenti, vel certas vini amphoras ex aliquo fundo ſpeciáliter deſignato. In quo quidem caſu ratio non habetur ſi hęres fructus percepit necne. Nam ſiue nati non ſint, ſiue nati perierint, hæres nō liberatur. quia ex hoc obligatio ab initio pura non extinguitur, nec executio differtur. Quod & in materia feudorum decidit Bal. in cap. 1. in princ. de nat. feud. per d. l. qui teſtamento. de leg. 1. in ver. quod in initio purè datum. Sic in ſimili rachatus patrono debitus ex hac donatione ab initio perfecta, ex hac ſola cauſa differendus non eſt, quòd donatarius nullos ex hac donatione fructus percipiat. Quod autem dicebatur iniuſtum fore vt dominus ſuo vſufructu immerenter per annum integrum defraudetur, hoc nō eſt alij quàm ſibi imputandū. Id enim voluiſſe cenſendus, qui ſciuit vel ſcire debuerit rachatum ex ſuo facto deberi domino per conſuetudinem. Ad rationem verò quam adducebam de iure quæſito tertio ex contractu alterius, reſpondendum eſt, rationem quidem illam procedere, vbi ſtatus contractus eſſet implicitus, vt dicitur, ad eſſe vel non eſſe, vt quia conceptus eſſet ſub aliqua conditione vel pacto reſolutiuo. Nam quia hoc caſu acquiſitio iuris patroni capit originem & fundamentum ex contractu vaſſalli, recipit etiam omnes conditiones & qualitates illius cōtractus. At in caſu propoſito nihil eſt quod implicet vel ſuſpendat hanc donationem, cum ab initio pura fuerit & perfecta. Nec aliquid noui adiici videtur ex functione vſufructus, niſi quod illud quod erat in po-

tentia deducitur ad actum quæ res noua non dicitur.[teſte Bal.Paul.Alex.& Moder.in l.vlt.ſi ex nox.cau.ag.]

Poſtremo,quod adducebam quòd ex quo donator in poſſeſsione remanebat, non videretur manus mutatio fieri,cum poſſeſſor feudi pro vaſſallo habeatur,hoc facile tolli poteſt.Is enim qui donat,deſiit ciuiliter poſsidere.Nam donando retento vſufructu, proprietatem ſimul & ciuilem poſſeſsionem à ſe abdicando, alium nempe donatarium ſuo miniſterio feciſſe proprietarium & poſſeſſorē intelligitur. vnde indubitatum eſt contigiſſe hominis mutationem:quæ vt primum facta eſt,acquiſitum conſtat domino feudali ius rachatus.Sed de his ſatis.

¶Ad Penſionem.

CONtra hanc partem videtur facere diſpoſitio §.17.de feud.qua conſtitutum erat liberum eſſe vaſſalo feudum totum ſiue illius partem, ad annuum redditū vel penſionem licitè concedere, nec ex ea cōceſsione vllum ius laudimiarum deberi domino feudali.At hic cōtra.Verum vterque §.ſuam cōtinet ſolutionem.Nam in illo §.17.conſtitutum eſt vaſſallum ita quidem poſſe, modo feudi in eum modum conceſsi fidem ac homagium retineat.Quod ſi ita factū ſit,certum eſt nullum domino commodum deberi.At cum vaſſallus à ſe dimittit fidelitatē, & fidem ac homagium transfert in eum qui ita accipit,non dubium eſt quin debeatur ius laudimiarum.

¶In quo.

ET quidē conſtat relatiuum iſtud non ſolum determinare contractus in tex. expreſſos ſed & alios quoſcunque in quibus non interuenit pecunia & in quibus fit fidei atque manus mutatio.In cuius interpretationis probationem optime facit tex.l.hæres meus.§.vxori.de leg.1.Nam ibi Iuriſcon.de muliebri veſte in genere cauerat ac omnibus ornamentis, deinde quaſdam ſubiecerat ſpecies, vt mundum, aurum, argentum: poſtea ſequebatur relatiuum ptæcedentia determinans, quod eius cauſa factum paratúmque eſſet.decidit ibi tex.hoc relatiuum, ad ſpecies expreſſas non reſtringi, ſed generaliter omnia pręcedentia determinare.[ita perdocte declarat Bart.in l.filio.§.Titia.ff.de al.& cib.leg.] Cæterum quinā ſint illi alij contractus quos intelligi volumus præter eos qui expreſſi ſunt,id potius ex emergentibus caſibus cognoſci quàm per certas regulas cōprehendi poterit.Porro & iſthæc intelligas vt rachatus nec vendæ debeantur, niſi vbi realiter ac de facto contigit manus mutatio, id eſt dominij & poſſeſſionis tranſlatio.vt conſtat ex his quę hoc §.& §.4.ſ. eod.explicata ſunt. Et ideo ex contractibus depoſiti, locati, & pignorationis,nullum feudale commodum deberi conſtat.quia in iis non transfertur dominium.Fateor quidem in contractibus illis quatuor innominatis correſpectiuis, de quibus in l.naturalis.de præſcr.verb.ius rachatus locum ſibi vēdicare, quod intellige vbi ſpecies non pecunia interueniret: vt in ea facti ſpecie nuper mihi propoſita. Quidam duo iugera terræ ſuo viticolæ plantanda dedit,illius ſumptibus, ea lege, vt alterum ex his ſibi haberet,alterum viticola pro expenſis ab illo factis. Quæſitū eſt num laudimiæ quinti ad inſtar emptionis domino deberentur. Et ſuper ea re interrogatus reſpōdi rachatum tantum deberi. Nec enim vllam video rationem qua emptionem hic colligas, ſed contractum innominatum eſſe conſtat. Nempe do vt facias. In quam rem videtur tex.in l.ſi tibi arrę.ff.de preſ.verb.& in l.tenetur. §.1.ff.de act.emp.& ideo eo caſu ſolum debetur rachatus: nec in eo venit retractus. vt dicemus.ĵ. de retr.

ARTICLE OCTANTEHVICTIESME.

Item par partage & diuiſion faite entre coheritiers, n'eſt deu aucun proffit au ſeigneur feodal, poſé ores qu'en faiſant ledict partage y ait retour de bourſe. Pourueu que le retour de bourſe n'excede la moitié de la valeur du fief.

§. DECIMVSTERTIVS.

Ex partitione & diuiſione inter cohæredes facta, nullum ius vtile feudi domino debetur. Etiam ſi in compenſationem inæqualitatis portionum interueniret pecunia:modo compenſatio illa dimidium feudi valorem non excedat.

ET ſi conſtitutio iſta ſatis per ſe clara videatur, quia tamẽ iſtius occaſione multæ ſuboriuntur in dies dubitationes, puto non inutilem fore noſtram interpretationem. Hic igitur animaduertẽdum eſt, quòd vt olim, ita & hodie feuda diuidi poſſunt. quoniã [vt ſcitè inquit Bal. in c. ſane. ext. de renuntiat. col. 2.] licet feudi & emphyteuſis prohibita ſit alienatio de iure, tamẽ quia hic eſt ſtatus implicitus communioni, ex cõmunione ſurgit diuiſio etiam neceſſaria. [vt in c. omnes filij. ſi de feud. fue. contro. & in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Feder.] & hæc eſt communis ac vera Doct. concluſio, [quam copioſe perſequitur Alexan. in con. 18. viſis capitulis. vol. 2. & con. 7. in conſultatione. vol. 5. & eod. vol. conſil. 25. narratis. rurſus conſ. 30. viſis dubitationibus. col. 1. vol. 6.] vt ſcilicet feudum omne diuidi poſsit, excepto feudo Ducatus, Marchiæ, & comitatus, non ſecus atque cæteræ res, quæ iure ſunt diuiduæ. [c. 1. §. item ſi duo. quib. mod. feud. amitt.]

Feudũ omne diuidi poſſe, excepto feudo Ducatus, Marchiæ.

Porrò, diuiſio tripliciter contingere poteſt. Prima, extra iudicium inter cohæredes: & ea eſt vera atque proprie ſumpta diuiſio, de qua hæc agit conſtitutio. Secunda fit per iudicem, petita à partibus diuiſione. Tertia fit inter ſocios, & inter quos inita eſt communitas ex cauſa ſocietatis, vel alia à cauſa hæreditaria. Quas ſingulas ſpecies breuiter explicare operępretium fuerit. Et quod ad primam pertinet, clara eſt huius §. diſpoſitio, qua conſtitutum eſt ex diuiſione facta inter cohęredes laudimias non deberi. Quę quidem ſanctio cõformis eſt communi interpretum ſententiæ, præſertim Guil. Alb. & Bart. in l. & ideo. ff. de condict. furt. Cuius ratio ea mihi videtur, quia huiuſmodi diuiſio proprie alienatio intelligi non poteſt, quum neceſſariam cauſam habeat. Vnde laudimiæ nullæ deberi ſolent. arg. l. vlt. in ver. Aut diuiſionis rerum hæreditariarum factæ. C. de litig. & in §. 1. in auth. de litig. vbi conſtat rem litigioſam alioqui inalienabilem diuidi iure poſſe. Quod tamen intelligo, niſi fraudulenta argueretur iſta diuiſio. cuius probatio alleganti incumberet. [l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.] Quod & nominatim ſentit Alb. quęſt. 110. ſtatuto. 1. par. ſtat. Quem ſequuntur Moder. vt refert Iaſon in l. 3. quæſt. 7. C. de iur. emphy. In quam partem duæ mihi occurrêre deciſiones: videlicet Delph. quæſ. 48. Eſt etiam aduertendum. & Capel. tol. q. 75. Item fuit quæſitum. licet eodem loco diuerſum decidatur in diuiſione quæ fit voluntarie inter ſocios. quod nos examinabimus ĵ. in tertia diuiſione.

Triplex diuiſionis ſpecies.

Verum aduerſum eam communem ſententiam inſurrexit Pontanus, conſil. 182. in caſu propoſito. in ſecundo membr. per l. ſi pupillorum. in prin. ff. de reb. eo. quem ſequitur Barb. con. 14. clementiſsimi opt. col. 2. volu. 4. Cuius opinioni videtur & conformis illa quam refert Bartol. in cit. l. & ideo. de cond. furt. vt ſcilicet hoc diuiſionis caſu debeantur laudimiæ, ab eo qui vocat, & nõ à prouocato. per d. l. & ideo. quæ ſatis pro ea parte vrgere videtur. Eſt & tertia opinio practic. Papien. in forma libel. pro her. vel re. ſing. diuidenda. in ver. dominiũ. & in ver. & aduerte. quòd ſi cohæredes rem emphyteuticam vel vectigalem inter ſe diuidendo, eam in totum vni eorum attribuant, quod iſte tenetur domino denuntiare, & laudimias ſoluere pro parte aliorum, quorum reſpectu hęc diuiſio continet alienationem pro eorum partibus: ſicut venditio cui hæc diuiſio æquiparatur. [vt habetur in l. 1. C. cõm. vtr. iud. & hãc ſentẽtiam poſtea ſecuti ſunt Aufr. in addit. capel. Tholoſ. q. 75. in fi. & Guid. Pap. q. 46.] Cui etiã applaudere videtur dictum Iaſ. in l. Romæ. §. duo fratres. in pe. col. in ver. hinc infertur. de verb. oblig. vbi concludit opinionem cõmunem, qua creditum eſt emphyteutas poſſe inter ſe diuidere rem emphyteuticam, ſine conſenſu domini, intelligi debere quando diuiſio fit inter ipſos emphyteutas pro rata portionis quam quiſque habet in re diuiſa. Secus ſi per ipſam diuiſionem res tota aut maior pars quã pro rata, illi ſoli aſsignetur. quia tunc domini conſenſus requireretur. Ex quo idem videtur voluiſſe de laudimiis, licet ipſe de his nihil exprimat. Præcipuam autem huius tertiæ opinionis rationẽ deſumptã coniicio ex theoria Bart. ab Ang. & aliis adprobata, in l. cũ ſolus. ff. de vſuc. videlicet quando res communis tota mihi per diuiſionem aſsignatur, ego illam duplici iure habere dicor. nimirum partem quam prius habebam iure meo, vnde talis diuiſio mihi titulum non parat ad præſcribendum. partem vero cohæredis vel ſocij pro diuiſo vel pro ſoluto, ex quo partem illam vſucapere poſſum. [l. cum putarem. ff. famil. herciſc. l. exiſtimans. ff. pro ſolut.

& l. hominem. ff. pro ſuo. Vnde apparet eam tertiam opinionem non omnino ratione carere: ac in iure ſuſtineri poſſe, vt pro portionibus eorum vni ſoli aſsignatis, debeatur rachatus: cum illarum reſpectu dicatur vera alienatio, præſtans vſucapiendi titulum. Et hac opinione defenſa, limitãdam exiſtimo primam opinionem, quã cæteris omnibus præferto. Eam enim vt vides adprobauit noſtra conſuetudo.

. Secunda diuiſionis ſpecies eſt iudicialis, cum nimirum cohæres cohæredem coram iudice ad diuiſionẽ prouocat familiæ herciſ. vel communi diuidundo. & ea quidem maioris eſt authoritatis quàm præcedens. Nam iudicis authoritas id efficit vt ſi res erat tradentis, incontinenti transferatur dominium. ſi non erat tradentis ſed tertij, transfertur vſucapiendi conditio [l. ſi per errorem. ff. de vſucap. & l. Pomponius. §. ſi iuſſa. de acquir. poſſ. & ita decidũt Bart. Ang. & Immo. in d. l. cum ſolus. Bal. in l. 1. C. com. vtr iud.] Vnde videre licet quod quanuis regulariter factum iudicis reputetur factũ partis, & ſic in eius locum ſuccedat, [l. ſi ob cauſam. C. de euict.] tamen hoc caſu plus operatur factũ iudicis quàm partis [ſecundum Ang. in d. l. cum ſolus.] Sciendum eſt autem hanc iudicialem diuiſionem tribus modis fieri poſſe. Primo cum à iudice vel ab arbitro diuiſioni dato, quem nos commiſſarium vulgo appellare ſolemus, ſingulis hæredibus ſingulæ portiones aſsignantur. Secundo, cum diuiſio commoda fieri non poteſt, ad publicam proceditur licitationem. [iuxta l. ad officium. C. comm. diuid.] Tertio, cum iudex etiam perſpicit incõmodam diuiſionem, in eius arbitrio eſt rem totã vni ex ſociis cui volet adiudicare, ſoluendo cęteris ſuas ſingulas portiones ſeu earum æſtimationem. [caſus eſt in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iud. & ibi per Scrib. & §. pen. & vlt. inſt. de offic. iud. & in l. 2. cum l. ſeq. ff. ſi. reg.] Sed his ita præmiſsis quærendum eſt: an in his ſingulis diuiſionis iudicialis ſpeciebus, debeatur rachatus. Et quidem deberi videtur, cum ſuper his nihil conſuetudine noſtra cautum reperiamus: ſed ſimpliciter de diuiſione quæ fit inter cohæredes, & ſic de ea quę vere ac proprie eſt diuiſio intelligenda eſt, vt in ſimili dicebam ff. eod. §. 4. de adiudicatione in ſolutum facta à iudice creditoribus de bonis debitoris. Contraria tamen ſententia & æquior & verior eſt, vt ex nulla diuiſionis iudicialis ſpecie debeatur rachatus. Siquidem iſta adiudicatio quę fit à iudice vnicuique cohæredum, ſiue de ſingulis portionibus, ſiue vni tantum propter incommodam diuiſionem, ſiue per viam publicæ licitationis, loco diuiſionis habetur. [l. Labeo. §. 1. ff. famil. herciſ.] éſtque neceſſaria. [tex. in l. ſi pignore. ff. eodem tit.] vbi iuriſconſultus adiudicationem ſecernit ab emptione, cum ait adiudicationem quidem neceſſariam, emptionem autem voluntariam. & ideirco coniicere licet ex adiudicatione tã quam neceſſaria, laudimias minime deberi. quemadmodum cõtrà, ex emptione debentur, quæ cauſam voluntariam habet. Item, quia hæc adiudicatio in conſequentiam neceſſariæ petitæ diuiſionis venit, idem iudicandũ eſt quod de diuiſione quę per ipſos cohæredes fieret. [arg. ff. de eden. l. ſi quis ex argẽtariis. §. rationem. in fi. ibi. Nam etiam hoc ex argentaria venit. Facit etiam in arg. l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Et ita concludit Paulus de Caſt. in con. 144. dubiũ videtur.] Eſſet enim periniquum, ſi mihi res eſſet cum cohęrede rixoſo, qui nolet mecum diuidere quod cõmune eſſet, dum propterea in iudicio eum prouocarem, ex ſua cõtumacia laudimias ſoluere cogerer. Et idem in aliis perſonis, quæ non niſi prouocatę in iudicio diuidere non poſſunt. quæ ſunt tres. [ſecundum gl. & Bal. in l. vlt. C. comm. diuid.] videlicet minor: maritus, quod ad dotem pertinet: & eccleſia: certis cauſis exceptis, [quas enumerat Bal. d. l. vlt. & Cy. in l. iubemus. mag. ſub prin. C. de ſacroſ. eccleſ. & Bart. in l. ſi pupillorum. C. de reb. eo.]

Cæterum, vbi ad ad licitationem proceederetur. & quia recuſarent ſocij iuſtum pretium offerre, ideo admitteretur extraneus licitator, vtpote qui cæteris plus obtuliſſet, eique facta eſſet adiudicatio: tunc nõ dubium eſt eo caſu, quin laudimiæ debeantur. Et ratio in promptu eſt, quia hæc noſtra conſtitutio loquitur quando diuiſio facta eſt inter cohæredes. At hic cui res eſt adiudicata non cohæres, ſed extraneus eſt. Vnde quod ad illum pertinet ea adiudicatio pro emptione habetur. tex. in l. cũ in fundo. §. ſi fundus communis. ff. de iu. dot. vbi iuriſconſ. qui non niſi proprie ac terſe loqui cõſueuit, eam vocat adiudicationem, cum res communis tota adiicitur alteri ex dominis: cum vero admiſſa licitatione extraneo adiudicatur, diſtractionem appellat, & ſic venditionem. Quam

differentiam colligere etiam licet ex alio reſponſo in l. in re communi. §. ſi debitor. ff. comm. diuid. vbi creditor qui licitando ſuperauerit, per adiudicationem emiſſe dicitur. Secundo, quia ex tali adiudicatione transfertur dominium (tradentes enim erant domini) vel vſucapiendi conditio, & ſic eſt vera alienatio, vt ſupr. dixi, ideo laudimiæ quinti debentur de pretio pro quo fit adiudicatio.

Porro quod ad ipſos hæredes pertinet, hæc conſtitutio noſtra ſub finem limitat concluſionem noſtram, etiam inter cohæredes: ſi compenſatio fieret in pecunia excedente dimidiam partem valoris rei addictæ. Quæ res ſuperaddita eſt ab his qui noſtras has in ſcriptis redegere conſuetudines, ne qua fraus dominis fieret. Sed antiqua vti primum ſcripta erat, magis erat iuri communi conformis.

An ex rei cõmunis inter ſocios diuiſione debeãtur laudimiæ

Circa tertiam diuiſionis ſpeciem, quæritur, An ſocij cum ex alia cauſa quàm hæreditaria diuidunt rem communem, debeant laudimias? Videtur primum deberi: quòd conſuetudo noſtra ſpecialiter loquatur de diuiſione quæ fit inter cohæredes. Vnde inferri poteſt ex quacũque alia rei cõmunis diuiſione deberi. [per c. nõne. de præſumpt.] Item hæc voluntaria diuiſio cenſeri poteſt alienatio, vicem emptionis habens. [l. 1. C. comm. vtr. iud.] Vnde non gaudet illa priuilegio quod habet diuiſio inter cohæredes facta, quæ dicitur neceſſaria. Qua diſtinctione inter voluntariam & neceſſariam diuiſionem vſa eſt deciſio capel. tholoſ. quæſt. 75. nuper à nobis allegata vt nimirum ex neceſſaria diuiſione quæ fit inter cohæredes nullæ debeantur laudimiæ. Res enim iſta neceſſariam cauſam habet. At ſecus ex voluntaria, quæ fit inter ſocios. Verum iſta non ſunt apud me tantum pondus habitura, vt nec à recto deflectant. Contraria enim ſententia mihi ſemper æquior viſa eſt, vt nullæ omnino ex ea diuiſionis ſpecie debeãtur laudimiæ. Nam illud certiſsimum eſt quod ex quacũque cauſa rem habeam cum aliquo communem, me illum etiam inuitum compellere poſſe ad diuiſionem. Nemo quippe poteſt in ſocietate ſeu communione inuitus detineri [l. vlt. C. comm. diuid.] Quinimo nec per pactum effici poteſt vt interdicatur diuiſio. [l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. com. diuid.] Abſurda quippe res eſſet ſi quod peti poteſt, diuidi non poſſet. [inquit tex. in l. ſed ſi legis commiſſoriæ. §. penul. ff. de petit. hæred.] Quare cum ſocij vel quicunque alij rem communem diuidunt, non cenſentur id ſpõte facere, cum iure proditæ ſint actiones, quibus ad id etiam inuiti cõpelli potuiſſent. Quo fit vt idem iuris eſſe debeat ac ſi prouocatio ad diuiſionem re ipſa facta eſſet, ac ſecuta adiudicatio. [probatur in l. nouiſsime. ibi, Quid enim ſi compulſus, vel timore ne compelleretur. ff. quod fal. tut. auth. & l. habitatores. §. vlt. ibi, & iuſta cauſa fuiſſet cur periculum timeret. ff. loca. & per ea quæ refert gl. fing. in l. æſtimationis. ff. de petit. hæredit. ſub fi. gl. mag. & in gl. vlt. vbi neceſsitatis ſuſpicionem cum neceſsitate ipſa cõparat. Idémque facit Bart. in l. 2. ante fi. in ver. & per. hoc dico. ff. quod met. cauſ.] Quare cum in omnibus iſtis diuiſionũ ſpeciebus cauſa cenſeatur neceſſaria concludendum omnino cenſeo rachatum ex his nullum deberi: non quidem in hac poſtrema diuiſionis ſpecie, ex vi conſuetudinis noſtræ, quæ tantum de ea diſponit diuiſione quæ fit inter cohæredes, ſed ex iuris communis diſpoſitione. in quam rem extat ſpecialis Bart. deciſ. in cit. l. & ideo. ff. de condict. fur.

ARTICLE OCTANTENEVFIESME.

Item par donation faite par pere ou mere ou autres parens en aduancemẽt de ſucceſsion, n'eſt deu proffit. Mais ſi apres le treſpas du donateur le donataire ſe tient à ſon don, ledict donataire ſera tenu payer au ſeigneur feodal tel proffit qu'il euſt deu, ſi ledict heritage luy fuſt aduenu par ſucceſsion.

§. DECIMVS QVARTVS.

Ex donatione à patre matréve aut aliis conſanguineis hæredi præſumpto in ſucceſsionis anticipationem facta, nullus debetur rachatus. At ſi poſt donatoris mortem, donatarius donatione contentus ab illius hæreditate abſtinet, talem domino rachatum exoluet, qualem, ſi res donata illi hæreditario iure obueniſſet, fuiſſet ſoluturus.



Ac cõſtitutione in ſumma agitur de donatione facta à patre in filium, quam quidem in iure duplicem eſſe conſtat. Prima fit per modum purę atque perfectæ donationis à patre in filium inter viuos: cuius virtute pater rei donatæ dominiũ à ſe abdicat, ac in filiũ transfert. Et hanc quidem duobus modis fieri conſtat, ſecundũ Moder. Med. & Papieñ. in auth. ex teſtamento. & l. ſi donatione. C. de collat. Primo, quando fit ob benemerita. Secundo, quãdo pater nomine filij rem emit, & eam filio tradit. Nam hoc modo rem emptam & traditam filio pater donare cenſetur [l. filius cuius. ff. famil. herciſ.] Et hæc donationis ſpecies vtroque accepta modo, non profectitia ſed aduentitia eſſe creditur. [& ita poſt gl. not. doct. in cit. l. ſi donatione.] Altera autem eſt in peculium conceſsio, quando ſcilicet pater filio rem aut ſummam aliquam in peculium concedit. vt ſic filius nudum habeat vſum, ac non dominium: illud quippe penes patrẽ remanet. Quæ tamen ſpecies improprie dicitur donatio: eo quod vſus tantũ non dominium tranſeat. [tex in l. quod fructuarius. ff. de acquir. rer. dom. & in l. vlt. ff. de pecul. leg. & in l. cum pater. §. pluribus. gl. & Bart. de leg. 2. Idem Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in penult. col. ſub fi. de caſtr. pecul.] In dubio autem quantumcumque maxima ſit patris erga liberos affectio, & vero ſimiliter præſumatur (vt aiunt) paternam erga filium beneuolẽtiam plenariam eſſe, ac plena iura in filium transferre velle. [l. cum filium. de hæred. inſtit. ff. & l. iſti quidem. in fi. quod met. cauſa. Bal. in l. mater. C. de oper. lib.] non tamen eſt tanti ponderis, vt effectualem donationem præſumi faciat, ſed ſimplicem tantum atque peculiarem adminiſtrationẽ. etiãſi pater verbo donãdi vſus fuiſſet. niſi ob benemerita filij, quæ reuera preceſiſſent, fieret: aut res donata nomine filij à patre illi tradita fuerit, & donata. nam extra hos caſus nõ donatum, ſed in peulium conceſſum intelligitur. [tex. ſecundum intell. glo. & doct. in d. l. ſi donatione.]

Tertiam autem donationis ſpeciem addidit totius pene Galliæ conſuetudo, videlicet donationẽ in anticipationem ſucceſsionis: id eſt, quãdo pater, matérue, aut alius è parentibus, quos aſcendentes vocare ſolemus, aliquid è ſuo largiũtur filio, nepotíue, qui ſui ſunt hæredes ex naturali ac ciuili præſumptione, tanquam futuris hæredibus, & velut prima quædam futuræ ſucceſsionis libamina præcepturis: ita vt viuo adhuc patre, illius bonorum quaſi domini intelligantur: & ea iure ſucceſsionis accipientes, non nouam hæreditatem adire, ſed liberam patrimonij ſui adminiſtrationem ſuſcipere intelligãtur. [§. ſui autem. inſt. de hæred. qual. & differ. & l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.] Vnde adpoſitè rem huic cõſuetudini maxime cõuenientem adducebat Aret. con. 2. intellecta diligenter. col. 1. & expreſsius conſ. 17. conſideratis diligenter. col. 3. in hac ſpecie patrẽ proprie donare non intelligi, ſed magis, vt dicitur, anticipare tempus in debito reſtituendo: nimirum vt id quod filio poſt mortem tenetur, videatur in vita repræſentaſſe. Cuius rei caſum eſſe putat, in l. ſed ſi vir. de donat. int. vir. & vx. Facit & quod refert Bart. in l. 1. de impo. lucr. deſc. lib. 10. C. ſi ſtatuto feratur de lucro ſoluẽdam eſſe gabellam, haud quidem ſolui debere ex donatione facta à patre filio aut alij è deſcendentibus, cum proprie ea donatio lucrum non cẽſeatur. In quam rem memini illam d. legem. 1. allegari ſolitam. Verum non video vnde iſtud ex illo tex. colligant, nec iſtud vnquam voluit Bart. Nam generalia verba per quæ talis gabella fingitur impoſita, aſcendentes & deſcẽdentes comprehendunt. ſed Imperator illam legem ferẽdo eos liberauit. Et ideo dicit quòd niſi ſtatutum eos exciperet, tenerentur. Vnde patet neceſſe fuiſſe per conſuetudinem noſtrã de ea re ſpecialiter prouiſum fuiſſe, attẽta illius generalitate quę ex omni contractu alienatiuo ſtatuit laudimias deberi. vt ſ. eod. §. 12. Secus ſi ſimpliciter conſuetudo noſtra gabellam impoſuiſſet, de eo quod titulo tantum lucratiuo trãsfertur: quia hoc caſu verum quidem eſſet per rationem illius l. 1. laudimias non deberi. cum filius vel alius deſcendẽs quod à parentibus donatum eſt, non vt lucrum, ſed quaſi debitum capiat. Melius autem mihi videtur locutus de ea re Bart. in l. ſi emancipati. C. de iur. & fact. ignor. poſt gl. eod. in loco. vt ſcilicet patris hæreditas verè nõ dicatur filio debita, ſed quaſi debita: vnde idem de ea iudicandum cenſet ac de lucro. Nam qui rem ſibi non verè debitam, ſed quaſi debitam acquirit, illam ex lucro capere intelligendus eſt. [per d. l. ſi emancipata.] Verum quicquid ſit, hoc pro conſtanti adfirmant Doct. ſtante

huiuſmodi ſtatuto de gabellis, neque ex hæreditate aſcendentium alicui ex deſcendentibus delata, & ſic titulo vniuerſali: neque ex titulo particulari, vt, verbi gratia, ex donatione facta filio à patre, laudimias deberi. [Ang. Comen. & Immo. & Iaſ. poſt alios. in d. l. in ſuis. gl. ſing. in c. paſtoralis. extra. de decim.]

Quare & ſi pater adhuc viuēs, feudi ſui adminiſtrationem filio concedat, titulo donationis, ea non intelligetur noua acquiſitio, ſed ſola proprij patrimonij adminiſtratio [Ioan. Fab. in proem. inſt. in ver. Alemanicus. quod & eo loco ſentit Paul. Caſt. in quam rem allegat Fab. c. 1. de vaſſall. decrep. æta. vbi ſi feudum in fauorem filiorum remittatur, nihilominus cenſetur durare paternum. Idem ſentit gl. prag. ſanct. tit. de concubina. §. quia vero. in ver. quæſtus. & Guil. bened. in repetit. c. Raynutius. extra. de teſt. Boher. in conſue. Bitur. tit. de cōſuetud. matrim. §. 2. Chaſſan. in conſuetud. Burg. tit. des droictz apartenans à gens mariez. §. 2. in ver. acqueſtz. & tit. de ſucceſſ. in ver. ſont iſſuz.] Quibus in locis illi concludunt in tali donatione, filij donatarij vxorem, (etſi communis cū marito omnes conqueſtus conſtante matrimonio factos habeat) partem nullam prętēdere poſſe: ſed propriam mariti, cui facta eſt, remanere, ac ſui patrimonij naturam ſortiri. Quam tamen ſententiam ita temperandam autumo, vt ſcilicet id tātum ex illa donatione, patrimonium filij donatarij, legatariíve cēſeatur, in quo ipſe ſucceſſurus fuiſſet donatori. cum (vt vulgo dici ſolet) limitata cauſa limitatum pariat effectum. [l. in agris. ff. de acq. rer. dom.] id quod ſine dubio procedit in caſu noſtro. Nempe quod id quod filio ab inteſtato ſucceſſuro donatur, partem quam ab inteſtato percepturus erat, repræſentat [l. 1. §. aduerſus. ff. ſi quid in fra. patro. & l. ſi patronum. §. ſi ex bonis. in ver. debitam partem. ff. de bon. liber.] In parte enim nō debita, id eſt in qua non fuiſſet ſucceſſurus, alia perſona cenſetur, ac velut pro extraneo habetur. [gl. à Bart. valde cōmendata in l. 2. §. vlt. circa med. gl. mag. ff. de prætor. ſtipul. & probatur ex l. cum à matre. C. de rei vend. & l. ſi adulta. C. de hæred. act.] Huc facit quæſtio à Luc. de pen. diſcuſſa [in l. 1. de fund. patrimo. lib. 11. C.] An ſcilicet emphyteuta, eccleſiæ vel priuati rem emphyteuticam donare poſsit irrequiſito domino? & decidit quod ſi donatio confertur in extraneum, tum non poteſt: per iura ſupra citata. hæc eſt enim alienatio. [l. ea lege. ff. de verb. oblig. l. peto. §. fratre. de leg. 2. & c. quæ in eccleſiarū. extra. de conſtitut. cum his quæ eo loco not.] Quod ſi in filium, qui alioqui ſucceſſurus eſt, tunc poteſt etiam ſine domini conſenſu: quia eadem perſona eſt filius cum patre: vt ſupra probatū extitit. Nec enim alienationem huius rei dicas quæ in eum transfertur qui alioqui in ea ſucceſſurus erat. [l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & notatur in l. voluntas. C. de fideicōm.] vnde cōſequenter ex huiuſmodi donatione nullæ debētur laudimiæ. Et ea eſt communis interpretum ſententia à conſuetudine noſtra adprobata: quæ hanc diſpoſitionem in donationibus quæ fiunt inter patrem & filium extendit ad quoſcūque hæredes præſumptiuos, ſi ſuccedant: ſiue à matre aut aliis aſcendentibus, vt auo auiaue: ſiue aliis collateralibus: qui ſolent vt plurimum cum ſpes omnis ſuſcipiendorum liberorum ſublata eſt, in aliquem ex preſumptiuis heredibus, aliquid donationis titulo erogare, quem prędilexerint.

Cæterum quod ad vltimam huius conſtitutionis partem pertinet, qua diſpoſitum eſt, vt ſi poſt donatoris mortem donatarius ſe hæreditate abſtinuerit, cōtentus rebus donatis, eum debere rachatum ſoluere, quem eſſet ſoluturus, ſi res donatas iure ſucceſsionis accipiſſet, res hæc vtique ſatis per ſe clara eſt, nec longiori indiget interpretatione. Eſt enim indubitatum quod ſi hęres ille velit eſſe, neceſſe eſſe ei res donatas cōferre. vt eſt expreſſum ff. de ſucceſ. §. 23. quo loco materiam collationum vberrimè explico. & in §. 8. ff. de donat. Quod ſi abſtinere vult ab hæreditate ſibi delata, donatione contentus, minime conferre cogitur. [tex. ſecūdum verum intellect. in l. à patre. & l. filium fratribus. C. de collat. & l. ex cauſa. vbi ſcrib. C. fam. hercif. & auth. vnde ſi parens. in 2. reſ. C. de iur. ff. & teſt. tex. eſt clarus in l. vlt. ff. de collat. dot.] Vnde ſi abſtineat hæreditate vel eam repudiet donatarius, tenebitur ad prēſtationem huius obuentionis feudalis, ad quam aliās teneretur, ſi ſe pro hærede geſsiſſet. vt eſt eo §. cautum. Acceptando autem donationem in anticipationem ſucceſsionis, nondum eſt hæres, cum nondum aperta ſit hæreditas. vt pote viuo adhuc donatore, & ſic adhuc durat facultas donatarij, optādi an hære-

ditatem acceptare velit, an ea repudiata quod donatum eſt accipere. Vnde maiores noſtri huius rachatus ſolutionem qui ex rebus donatis deberi poterat, in tempus mortis, quo hæreditas incipit, diſtulerunt, & commodum donationis ad normam commodi quod ex hæreditate debetur, velut trutinarunt. In quo ſane viſi ſunt hanc ſpeciem donationis iuri ſuccedendi adæquaſſe: Adeo vt ſi filius (qui vel hæres aut donatarius pro animi arbitrio eſſe poteſt) donatione contentus, ab hæreditate patris abſtineat, nullum ob hanc donationem debebit commodum. Licet aliâs ex quacunque donatione debeatur rachatus. vt ſ. eod. §. 12. Et ratio eſt, quia illud quod eſt in vita patris donatum filio à patre, non dicitur conqueſtus filij, cum alius in hoc fuiſſet patri ſucceſſurus, vt nuper dictum eſt. Sin autem is qui ex titulo particulari donationis vel legati, capit rem cui alias erat ſucceſſurus, defunctum à latere contingeret, vel mulier nupta eſſet, vtique deberetur rachatus iuxta §. 9. & 10. ſ. eod. Verum iſtam partem aliquot quæſtiunculis non iniucundis illuſtrandam duxi.

Quæro itaque primum, ſi in donatione nihil expreſſum ſit, an huius §. diſpoſitio locum habeat? Et vt paucis me explicem, exiſtimo quod ſi vni ex liberis vel nepotibus per lineam directam venientibus donatio fiat, tum ſi nulla exiſtat cauſa quæ repugnet, & donatio legitimam portionem eius quod habiturus eſſet donatarius ab inteſtato non excedat, præſumitur vtique facta in ſucceſsionis futuræ anticipationem, & de portione bonorum quę ſibi obuentura erat iure hæreditario à donatore, ſiue facta ſit donatio inter viuos, ſiue cauſa mortis, ſiue per viam legati, aut ex cauſa dotis quando fit filiæ. Et ideo in partem donatarij quam percepturus erat ex hæreditate donatoris, imputantur res donatæ eo quòd ex illius ſubſtantia profectæ ſunt [l. quoniã nõnulla. C. de inoff. teſtam.] [ſi quum dotem. §. ſi cum pater. ff. ſol. matr.] Et licet viuo patre aut auo donatore res ab eo donatæ ex illius bonis prouenerint, hoc tamen ſubintelligitur cum tacito onere collationis, aut certe imputationis in legitimam. [auth. ex teſtamento. vbi Bal. C. de collat.] Hinc videmus quod ſi quid à patre datum fuerit filio, & reipſa traditum dum viueret pater quod ad filij legitimam aſcenderet, perinde habetur ac ſi pater moriens filio in locum legitimæ teſtamẽto reliquiſſet [l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ff. de inoff. teſt.] quod ſi minime ad legitimam ſufficeret, legitimum fieri ſupplementum oporteret ex reliqua patris ſubſtantia. [l. ſcimus. §. repletionem. C. eod.] Et è contrario ſi immenſa foret, pateretur falcidiam ad ſupplementum legitimæ aliorum liberorum. [auth. vnde ſi parẽs. eod. tit.] Vnde præſumẽdum eſt ipſo iure huiuſmodi donationes vni ex liberis collatas in anticipationem ſucceſsionis factas eſſe. non item de donationibus in alios collaterales factis, ſiquidem non ita illis debentur hæreditates vt deſcendentibus. Et ideo hi extranei appellantur, illi autem ſui [inſt. de hæred. qual. & differ. §. ſui.] Et ad hãc amplexandam diſtinctionem maxime moueor ex l. 1. §. aduerſus. ff. ſi quid in fraud. patro. iuncta vtraq; gl. in ver. omiſit. & in ver. cum patrono. vbi traditur quod ſi patronus partem bonorum ſibi debitam in bonis liberti, quæ eſt tertia, [inſt. de ſucce. liber. §. ſed noſtra.] titulo particulari donationis viuo liberto acceperit, illud quod eſt donatum in partem ſibi debitam imputatur, quaſi ſit præſumptio quod libertus viuens patrono dare voluit id quod poſt mortem ſuam ille de ſuis bonis percepturus fuiſſet.

Poſtremo quærendum eſt, an de datione in dotem facta à patre, alióue aſcendente, aut ab extraneo, debeantur laudimiæ quinti ſiue rachatus? Quã quidem quæſt. fore vanam atque ſuperfluam non dubito ſi iuris feudorum rigorem ſpectemus, quo cõſtat quamlibet feudi alienationem prohibitam eſſe, etiam pro dote data filiæ [vt eſt expreſſum in c. 1. §. donare. qual. ol. feu. poter. alien. & habetur in c. imperialem. §. habito. de prohib. feud. alien. per feder. & in c. nuper. vbi Cano. præſertim Ioan. And. extra. de donat. inter vir. & vxor.] Quanuis aliud iure ciuili obſeruatum ſit, vt quæ nimirum alioqui prohibita eſſent alienari, nihilominus in cauſam dotis alienare liceret, ita tamen vt eodem iure apud filiam eſſent, quo erãt apud patrem, qualis eſt res emphyteutica & ſimiles. [auth. de non alien. §. emphyteuſim. idque fauore dotis. auth. res quę C. cõmu. de leg. & in l. vl. C. de leg.] Sed is iuris feudorum rigor nuſquam eſt apud gallos receptus. vt nos retulimus ſ. in rub. de feud. C. in §. 15. eod. tit. Vbi oſtendi feuda apud

nos alienari poſſe etiam extra caſum dotis, ita tamen vt ex quacunque alienatione, exceptis caſibus expreſsis, laudimiæ ſolui debeant dominis feudalibus pro inueſtitura. Quod igitur ad propoſitã quæſtionem pertinet, Specul. in §. nunc aliqua quæſt. 10. de loca. refert tres opiniones in eam rem emanaſſe. Hoſtienſis quoque in ſua ſumma, eod. tit. duas quoq; refert ſententias, quas apud eos videbis. Ex quibus variis opinionibus eruenda eſt huius diſputationis veritas.

Præſuppoſita igitur conſuetudine noſtra, quòd ex donatione in anticipationem ſucceſſionis futuro hęredi facta, nullæ debeantur laudimiæ: idem hodie iudicãdum eſt de donatione in dotem mulieri facta, per eum ad cuius ſucceſsionem vocatur. quia datio in dotem nihil parum à donatione differt. [inſt. loc. §. adeo.] Itẽ quo ad patrem & aſcendentes, datio in dotem cauſa eſt neceſſaria: cum pater & auus filiam neptémque dotare teneantur. [l. vlt. vbi doct. C. de dot. promiſ.] Ad quam dotem conſtituendam etiam eos cogi poſſe ſi non iure actionis ſaltem officio iudicis conſtat. [l. qui liberos. vbi Bart. ff. de rit. nupt. l. obligans. §. lege. vbi idem Bart. ff. de act.] Quinetiã datio in dotem inter alias cauſas neceſſarias alienationis enumeratur. [Bart. & Alb. in l. & ideo. ff. de cõdict. furt.] Vnde ex cauſa dotis res etiam quæ reſtitutioni ſubiacent, alienari poſſunt. [d. auth. res quę.] & ideo ex dotis cõſtitutione gabellas non deberi concludũt doct. omnes, [in cit. l. & ideo. & nominatim confirmat Iaſ. in l. 3. quæſt. 9. C. de iu. emphy.] Nec hodie iure noſtro diſtinguẽdum eſt, an filia neptiſve ſit in patris vel aui poteſtate cõſtituta emancipatáve, cũ conſtet apud nos ius patriæ poteſtatis vix bene receptum. [iuxta gl. ſol. inſt. de patr. poteſt. in verb. Romanorum. De cuius rei veritate plura ſctipſimus ſ. de ſta. perſ. §. 1. ſub princ.] Et hoc quidem ceſſante, habemus hîc caſum, q̃ ex donatione quę in anticipationem ſucceſsionis fit hæredi præſumptiuo nullas deberi laudimias. quæ cũ generaliter diſponat omnes caſus comprehendit. [l. in fraudem. ff. de teſt. milit. vbi Bal. & idem in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu.] At mihi id vero propius videtur id quod ſenſit & ipſe Spec. in prima opinione ab eo citata, & cui pene omnes àdhærere videntur, vt ſiquidem res quæ in dotem datur, detur ineſtimata vel ſub ea æſtimatione quæ venditionẽ non conſtituat, vtpote ſi æſtimetur gratia tantum dignoſcendi veri rei valoris, vel vt ſi deterioretur, ratio habeatur æſtimationis. [iuxta l. ſeruos. ff. famil. herciſ. vbi id declarat Alb. & in l. ſi inter virũ. C. de iur. dot.] eo caſu exiſtimo nullasomnino deberi laudimias: cum huiuſmodi in dotem datio alienationem irreuocabilem non contineat. [l. dos. C. ſol. mat. l. 2. C. de bon. mater. l. vlt. C. de impub. & al. ſubſtit.] Nam naturali iure in dominio mulieris manet, licet quandiu cõſtat matrimoniũ, in dominio viri eſſe intelligatur. [l. doce ancillam. C. de rei vend. & inſt. quib. alien. non lic. ſub princip.] ſed non perpetuo & irreuocabiliter. [vt plenè not. in l. in rebus. C. de iu. dot.] Sin autem data fuerit dos æſtimata, laudimias quinti deberi puto, tanquam ex venditione: cũ res perinde ſe habeat, acſi pretium in dotem numeratum fuiſſet. [l. quoties. C. de iur. dot. quod nominatim refert Alex. cõ. 79. Eo quippe caſu dos vendita intelligitur. l. plærunque. §. ſi ante matrimonium. in vlt. ver. ff. eo. vbi tex. ait ſecutis nuptiis eorum æſtimationem perfici. & vere venditionem fieri.] Siquidem talis æſtimatio facit tranſire dationem ſpeciei in emptionem. [l. cum dotem. & l. ſi inter. & vtroq; in loco. Bal. C. eod. tit. l. vnica. §. licet enim Anaſtaſiana. C. de re. vx. act. Quibus adde ea quæ oſtẽdimus ſ. eod. §. 4. q. qua quę rebamus an æſtimatio eam habeat vim, vt damnum ac periculum in accipientem transferat.]

ARTICLE NONANTIESME.

Item, & quand le vaſſal va deuers ſon ſeigneur feodal pour luy faire la foy & hommage de l'heritage qu'il tient de luy en fief, il eſt tenu de monſtrer & exhiber à ſondit ſeigneur de fief les lettres de ſes acqueſtz, & comment il a eu ledict heritage, ſoit par vente, permutation ou eſchange, bail à rente, donnaiſon, ou autrement: & doibt offrir à ſondict ſeigneur de fief, de luy payer leſdictz profficts feodaulx, ſoit de quint, requint, ou rachapt.

ARTICLE NON ANTEETVNIESME.

Item, & pource que le proffict du rachapt eſt le proffit de l'annee, ledict vaſſal doibt offrir à ſondict ſeigneur feodal, qu'il luy plaiſe le receuoir en foy & hommage, & prẽdre l'année pour ledict rachapt. Et en ce faiſant ledict ſeigneur feodal eſt tenu de prẽdre & accepter ladicte année, à commencer du iour de ladicte offre. Et ladicte année expirée, ledict ſeigneur de fief eſt tenu de receuoir en foy & hommage ſondict vaſſal, ſoit qu'il ait prins les fruictz de ladicte année ou nõ. Car par ledit vaſſal n'a tenu qu'il ne l'ait prinſe, attẽdu ſadicte offre. Lequel proffict de rachapt eſt tel, que le vaſſal euſt peu & deu prendre, & non autrement.

§. DECIMVS QVINTVS.

Quum vaſſallus dominum adit fidelitatis ſacramentum præſtiturus, ratione fundi quem ab eo in feudum habet, illi edere exhiberéque ſuæ acquiſitionis inſtrumẽta tenetur, quo ſciat quali contractu, emptionis ſcilicet, an permutationis, conceſsioníſve ad cenſum annuum, aut alio acquiſitionis genere, feudum ſibi parauerit: eidémq; offerre iura vtilia, quæ ex iis debentur, ſiue quinti & ſubquinti, aut rachatus.

§. DECIMVS SEXTVS.

Cæterũ, quum ius vtile rachatus, redditus ſit qui anno vno ex feudo percipitur, vaſſallus offerre debet domino fidelitatẽ & homagium, cum redditu anni vnius pro rachatu debito. Cuius quidem oblationis medio, feudi dominus reditũ hunc annuum ſibi à vaſſallo oblatum, à die oblationis connumerandum acceptare tenetur. Sed & anno impleto dominus vaſſallum in fidem admittere aſtringitur, ſiue fructus perceperit, ſiue non perceperit. Quandoquidem per vaſſallum non ſteterit, quominus eos oblatos perciperet. Quod quidem ius vtile rachatus tale cenſetur, quale vaſſallus toto illo anno ex feudo ſuo capere potuiſſet & debuiſſet. Nec id quidem aliter.

HI duo §§. prima quidem fronte videri poſſunt ſuperflua quadam digreſsione hîc appoſiti. Nam cum ſuprà commonſtratum ſit tria vtilia feudi iura eſſe, duobus nimirum deſcriptis, tertióque omiſſo ad oblationis materiam ſatis ab ipſo titulo alienam, ac ſuprà etiam diſcuſſam in §. 9. ſ. de feud. fit tranſitus. Sed neminem futurum exiſtimo, qui re probe intellecta ac percepta quicquam ſuperfluum autumet. Nempe in illo §. 9. ſolum egimus de modo formáque ac ordine fidelitatis offerendæ, & qualiter neceſſe habeat vaſſallus, vnà cum iuribus honorificis feudi commoda domino offerre. vnde poſt declarationem iſtorum iurium vtilium, quę forma, quíve modus in his offerendis ſeruari debeat, nunc docendi ſumus.

Quæ autem impulerit ratio harum noſtrarum conſuetudinum compilatores ad prætermittendam ſilentio tertiam iuris vtilis ſpeciem, nempe eam quam vulgo appellant Roncinũ ſeruitij, hanc fuiſſe exiſtimo: quòd duo prima iuris vtilis genera, neceſſariò offerri debeant domino. At non item ius Roncini, qui quidem petendus à domino non à vaſſallo offerendus venit. & tex. eſt j. eod. 20. Roncinum niſi petatur, minimè deberi.

Cæterum, quia in d. §. 9. ſ. de feud. formam & veteri iure feudorum, & hoc noſtro municipali, huius fidelitatis offerendæ præſcripſimus, minime hic repetemus: ſed breui velut enchiridio per duodecim gradus ea quæ ad fidelitatis & homagij oblationem pertinent, paucis complectemur.

Obſeruanda in oblatione fidelitatis.

Primò itaque vaſſallus domino fidelitatẽ oblaturus, accerſere debet notarium vnum, cum duobus teſtibus, aut duos tantum notarios ſine teſtibus, in quorum preſentia iura debita domino offerre debet.

Secũdò, vaſſallus in ſua ac propria, quod aiunt, perſona: eam fidelitatem ac homagium offerat. Quod tamen fallit in vaſſallo decrepitæ ac effœtæ ætatis, valetudinario, vel qui reipub. cauſa abeſt: quæ quidẽ perſonæ, vtpote neceſſario vel legitimo impedimento detentæ, iſthæc per ſe facere nõ poſſunt. §. 11. eo. tit. Fallit & in pupillo, qui huic rei per ætatis imbecillitatẽ adeſſe cũ non poſſunt, ſolent per tutores ac gardianos ſuos offerre, vel dilationem, quam

ſufferentiam appellant, in tempus pubertatis petere. Fallit etiam in omnibus communitatibus, ac collegiis tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, qui per ſuos actores, procuratores, ſyndicos, & vicarios, quos vulgo homines morientes & viuentes appellamus, offerunt fidelitatis ſacramentũ. §.12.ſ.de iur.dominic.

Tertiò, iſtam ſuam oblationem facere tenetur vaſſallus intra quadraginta dies, ſi illi feudum iure hæreditario obuenerit: quòd ſi ex propria acquiſitione factũ ſit, intra viginti dies. d.§.9. de feud.

Quarto, illa item oblatio fieri debet in loco feudi dominantis, id eſt à quo dependet, ſeu, quod vulgo dicitur, mouet feudum. d.§.9.

Quinto, debet vaſſallus oblationẽ ſuã facere ipſimet domino, quod vulgo dicitur ad perſonam domini, ſi illic locorum agat, ſuíque copiam ac poteſtatem faciat. Quòd ſi loco abſit, ſuíque deneget poteſtatem, pro foribus ædium, ſi quæ ibi extent: ſin verò nullę extabunt ædes, in ipſo agri dominantis loco offerat vaſſallus. d. §.9. & quæ ibi docui.

Sexto, cum honoris ac reuerentiæ exhibitione, verborúmque prolatione iſta fieri debet oblatio, in eum ferè modum. Peto rogóque, domine mi, vt me in fidem homagiumq; admittas. In cuius quidem reuerẽtiæ ſignum ac teſtimonium, os manúmque offerre debet. §.9. & in hoc §.16. in pr. An autem hæc oris manuúmq; oblatio ſit de ſolennitate formali oblationis, quid ſuper ea re ſentirem, ſuprà dixi. in d. §.9. Poſtquam tamen illic ſcriptam noſtrã ſententiam, intellexi aduocatos quoſdam Pariſienſes, & eos non obſcuri ſane nominis, contrà ſentire, exiſtimantes omnino neceſſariam eſſe hanc oris & manuũ oblationem, vtpote pro forma à conſuetudine inductam. Quorum ſententia mihi conſtitit ex breuiculo eorum chirographis ſubſcripto, cõſultationem vulgo appellamus. Quorum quidem opinio, etſi abſque negotio vllo refelli poſſet, tamen ne in vllum impingat lapidem vaſſallus, conſultius me iudice fecerit, ſi eis authoribus oris quoq; & manuum oblationem non prætermiſerit. Quanuis ſemper exiſtimauerim hæc vocabula aliud quid ſignificare, quàm quod ſonẽt. Qui enim totum offert corpus, is ſane omnes corporis partes, nedum os & manus offerre intelligitur. [l. vulgaris. ff. de furt.]

Septimo, exprimere debet vaſſallus in ea ſua oblatione, rem & cauſam: nimirum quæ res ſit illa feudalis ſuper qua fidem offert. Item quo iure quoue titulo illa ſibi obuenerit: an ſcilicet iure hæreditario, an iure acquiſitionis, vt probatur in hoc §.15. & ex d.§.9. Quod ea fieri puto ratione, vt ſciat dominus, an offerenti ius competat in feudo, de quo ſe petit inueſtiri: & quod ius quiſue fructus pro inueſtitura petita ſibi debeatur.

Octauo, ſi vaſſallus qui fidem offert, feudum habeat ex acquiſitione, tenetur domino edere ac exhibere inſtrumenta ſuæ acquiſitionis, & petenti legenda permittere, aut certe exemplum ſeu copiam expenſis ipſius offerentis tradere, vt ſtatim dicam in ver. exhibere: vt ex iis intellĩgat dominus quale ius quodque cõmodũ ſibi ex ea acquiſitione debeatur. nec enim ſatis tutũ ei foret vaſſalli aſſertioni credere.

Nono, ſimul quoque oblationem iurium vtilium ac commodorum fieri oportet: vt ſiquidem illi ex hæreditate collaterali feudum obuenerit, aut ſi vaſſallam in vxorem duxerit, rachatum offerat. vt in d.§.9. & ſeq. Si ex contractu emptionis illud acquiſierit, quintum & ſubquintum offerat, iuxta diſtinctionem d. §. 4. cum duobus ſequẽtib. ſ. eo. Et ſi ex alio acquiſierit contractu, rachatum id eſt vnius anni redditum à die oblationis cõnumerandum, vt habetur hoc §.16.

Decimo, vt ſi feudum ſaiſitum apprehenſúmque fuerit, vaſſallus legitimas offerat expenſas ſaiſinæ. Pro quibus præſentem aliquam ſummam nummis apertis domino exponet, offerens ſe ſuppleturum ſi maior debeatur, taxatione à iudice facta. Sin minor de ea repetenda proteſtabitur. quæ res probatur in eod. §. 25. & in de retrac. §.2.3.4. & 5. in ver. deponere.

Vndecimo, ſi poſt ſaiſinam ſeu manus domini in feudum iniectionem debitè factam & ſignificatam, ipſe vaſſallus regiam, ac domini manum quod dicitur infringendo, fructus collegerit, & abſtulerit, eos offerre & domino reſtituere tenetur. Alioqui dominus ſpoliatus non tenetur vaſſallum ſuum inueſtire. Nec enim per rerum naturam fieri poteſt vt qui veſtitus nõ eſt alium inueſtiat. Quæ res etſi fatear nullo expreſſo cõſuetudinis textu probari, eam tamẽ veriſimam aperto argumento oſtendo. Nam cum ipſe feudi dominus in illius poſſeſſionem, authore

prætore, missus est ob vassalli contumaciam, ac non præstitam ab eo fidelitatem, debitáque iura non exoluta, dicitur vere possessor feudi: quia ex causa reali missus est in possessionē [ita not. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. Innoc. & alij Cano. in c. contingit. extra. de dol. & contum. Specul tit. de pr. & secun. decre. §. iam de effectu. ver. missus.] Et licet iure communi missus in possessionem fructus suos non faciat, tamen hoc iure missus quod aiūt in tenutam feudi ob fidelitatem non iuratam & obsequia realia non præstita, fructus suos facit. [c. 1. s. eod.] habétque remedia & in petitorio & possessorio: maxime interdictum ne vis fiat ei qui in possess. miss. est. [vt patet ex l. 1. eod. titul. ff. & l. is cui. §. missus. ff. vt in poss. leg. & l. dies. §. 1. ff. de dam. infect. latissimè per Specul. in d. ver. missus. cum seq.] Vnde à fortiori ratione, ex quo dominus missus in possessionem feudi fructus facit suos, vassallus feudum inuadendo, & fructus qui sunt domini percipiendo, rapinam committit, quæ feudum illius reddit apertum domino. [Bal. in c. 1. §. si duo. ver. & sic nota quòd rapina. de pac. ten. & eius violat.] Vnde si vassallus rem à domino saisitam occupauerit pro prædone habetur. [idem Bal. eodem in loco, per l. inuasor. C. vnde vi.] etiamsi constaret de concessione feudi. [l. si ex stipulatione. & l. fundi venditor. ff. de acqui. poss.] Et propterea erga dominum tenetur in duplum, & ad possessionis restitutionem. d. §. si duo. Et præterea in id omne condemnatur, quod domini interest possessionem inuasam non fuisse. [l. 3. & l. inuasor. & l. vl. C. vnde vi.] Quod interesse est omnis causa accessionis & fructuum, vt inquit ipse Bald. in d. l. 3. Quo in loco sub finem concludit quòd in fructibus perceptis non distinguitur an spoliatus honestè vel inhonestè eos percipere potuisset, quia semper inuasor eos restituere tenetur: quanuis in fructibus quos aliàs spoliatus percipere potuisset, admitteretur illa distinctio. Ex quibus concludendum censeo, quòd si vassallus pendente dicta saisina domini fructus abstulerit, vel ad eum, quoquo modo id fiat, peruenerunt, illum ipsos domino offerre teneri: vt potere ipsa si sine sumptu & labore vehi possint, vt quia res esset ad certam pecuniam locata: vel verbo, si ad speciē vt frumentum vel vinum, quæ non sine magno sumptu ac labore vehi possūt. [iuxta doc. Paul. Cast. in l. item illa. in fi. pr. ff. de constit. pecu.] aliàs oblationem nullam esse censerem.

Duodecimo, & id necesse est, eam ita ritè factam oblationem, in actum à notario publico redigi in scriptis, ac eiusdem copiam domino id petenti exhiberi. aut si à fundo feudali absens fuerit, illam pro ædibus proponere, seu vicinis significare. iuxta ea quæ notatur in cl. causam de elect. Caueant itaque vassalli ne in vllo ex his duodecim articulis, fidem domino oblaturi, deficiāt. Eorum quippe defectus totum oblationis actum vitiat, cum sit pro forma à lege data. Is enim ex singulis istis solennibus constat, estque vniformis, ac vnum factum indiuisibile, propter datam præscriptámque formam, quæ est indiuisibilis. [Bal. in l. certi condictio. §. quoniam in ver. opponitur quod vtile per inutile non vitietur. ff. si cert. pet. vt est decis. expressa. in c. statutum. §. vlt. de res. in 6. plene tractat Alex. in l. 1. in vlt. col. ff. de lib. & post. Butr. & Abb. in c. Pisanis. extr. de rest. spol. Fely. in c. dilecta. in ver. forma. extra. de res. Decy. in c. prudentiam. in 4. not. extra. de offic. deleg.] Et hæc sanè notatu quàm dignissima sunt.

¶ Exhibere.

EA dictionis vulgari nos vtimur, pro eo quod in iure edere dicitur. Nam edi proprie dicuntur instrumēta vel acta cum producuntur parti vel ad aliquid notificandum vel ad eum instruendum. [not. l. 1. ff. de ed.] Quæ quidem editio instrumentorum importat etiam facultatem eorum inspiciendorum & legendorum. [l. 2. §. si dubitetur. ibi, Inspectio tabularum etiam lectionem earum indicat. ff. quemad. test. aperi.] Necnon etiam copiam eadem trāsscribendi [d. l. 1. §. edere. ff. de eden. l. pen. §. vlt. ff. ad l. falc.] Vulgarem autem vtendi modum quo exhibere pro edere vsurpamus probat etiam Iurisco. in l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. inquiēs exhibere nihil aliud esse quàm materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere. & in l. 3. §. ait prætor. de lib. hom. exhib. Quod autem vassallus domino suo edere teneatur titulum seu instrumenta suæ acquisitionis, est decis. Bal. in l. instrumenta. C. de fideicon. vbi ait feudatarium teneri ostendere instrumenta feudi. [Allegat. gl. sing. l. 2. C. quādo & quib. qua. pars quær. Idem

plenius in l.ceſſante.col.2.ver.ſed nũquid dominus feudi. C.quom.& quando iud.] Quinetiam exiſtimo ego vaſſallũ nedum principale ſuæ acquiſitionis inſtrumentum edere oportere, ſed & quæcũque alia in eam rem ſeorſum facta, vt ſolent iſti noſtri miſeri fœneratores, qui ſecretas quaſdam pactiones facere ſolent, ne detegatur inhoneſta ſui fœnoris labes. Illas itaq; tenetur vaſſallus domino exhibere, ſi ad contractum pertineant, & ad actus notificationem ſeu inſtructionem. Alioqui non cenſebitur vaſſallus conſuetudini ſatisfeciſſe. Nec enim ſufficit facti ſciẽtia niſi illius modus & effectus cum ſuis qualitatibus ſciatur. [glo.ſol.in c.concertationi.in ver.ſciuerit.de appella.in 6. vbi omnes ferè ſcrib. Quam quidem in hoc valde commendat Pont.con.343. ex propoſito themate.ſub ſi.& Alex.con.114. ponderatis his.] Verum quia diximus vaſſallũ teneri domino inſtrumentum exhibere ſuæ acquiſitionis ſi modo aliquod confectum fuerit, quæſitum eſt an de eo teneatur exemplum facere, ſeu quod vulgo dicitur copiam ſuis expenſis, an domini qui eam petit? Et quamplurimis ſanè viſum eſt id exemplar dari non deberi vaſſalli expenſis. Nam ille non ad aliud hac conſuetudine adſtringitur quàm ad ſui inſtrumenti editionem. vnde non eſt aggrauandus vltra id in quo eum grauat conſuetudo. Vnde ſi ita domino videatur editum ſibi inſtrumentum tranſſcribendum curet. [vt d.l.1. §.edere.ff.de eden.l.3. de tab. exhib. & l.3. §.ait prætor.de lib.hom.exhib.] Quæ ſententia probatur & ſecundo loco quod actorum copia expenſis petentis dari ſolet. [c.quoniam contra falſam. extra. de probat.] vnde idem hic dicemus in conficiendo exemplari inſtrumenti, quod ad domini vtilitatem editur. Tertio teſtes expenſis producentis certum eſt produci. [c. venturis.4.quęſt.3.c.ſtatutum.§.penul.& ibi gl. not. de reſcrip. in 6. & ita cenſuere antiquiores vt teſtãtur Card. & Anchar. in cl. cauſam. de elect.] In contrarium tamen extat deciſ.gl.in cit.cl.cauſam.in ver. porrecto. nimirum copiam inſtrumẽti edi debere expenſis exhibentis. quam eo loco adprobat Card.in 21. quæſt. Verum mihi probatior & æquior ſemper viſa eſt prior opinio. quod ſatis liquet ex eo vocabulo, demonſtrare, quo vtitur conſuetudo noſtra & verbo, exhibere. Nec enim vſa eſt verbo porrigere. Nam ſine dubio edit qui demõſtrat: at non porrigit aduerſario, niſi is qui actualiter ac re ipſa inſtrumentum tradit. Et ita in ſpecie diſtinguit Immo.in d.cl. cauſam. in 8. col. ſuper cit. gl. in ver. porrecto. Qua quidem diſtinctione confutantur argumẽta omnia in contrariam partem addicta & ita mos apud prouinciales noſtros inualuit. Porrò circa hanc materiam notificationis, ſeu quam vulgò vocamus, intimationis, quę etiam denunciationes rectè appellantur, annotandum eſt perpetuò, quod tradit Card.in d.cl.cauſam.ſub ſi.illius clemẽtinæ diſpoſitionem ſeruãdam eſſe in omnibus huiuſmodi denunciationibus ſeu intimationibus: ſiue fiant de actibus celebratis in ſcriptis, ſiue ſcriptis, in quibus tamen eadem militet ratio quæ ſubeſt in d.cl.cauſam. Nimirum quod ex actus reductione ad notitiam alicuius, ille obligetur ad aliquid iudiciale. Nam intimatio ſeu denũciatio facta verbotenus tãtum, minus perfecta intelligatur. quia ex ea verbali denunciatione parum eſſet informata pars ſuper eo quod ei denuntiatur. Cæterum ſi huiuſmodi ſit actus cuius notitia parti non præiudicaret, ſecus eſſet cum eo caſu ceſſet identitatis ratio. [vide Bart.& poſt eum Iaſ. in 4. concl.17.col.in l.non ſolum.§. morte.ff.de no.oper.nuntiat. & idem Bart. in l. quod te.ver.venio ad vltimum.in penult.col.& Aret.in l.ſi ex legati cauſa.ſub ſi. de verb. oblig.]

Cuius expẽſis debeat exemplum inſtrumenti exhiberi.

¶ Comparauerit.

HInc igitur cõſtat vaſſallum teneri dicere & edere cauſam & titulum quo feudum acquiſiuit pro recipienda inueſtitura, quia dominus aliter eum inueſtire non tenetur de feudo. Vnde ſi ab inteſtato illi obuenerit, ſiue ex legato, aut donatione, vel alia ex cauſa acquiſierit, de ſua acquiſitione fidem facere tenetur per inſtrumentum publicum, ſi quod ſuper ea confectum ſit. Sic etiam de teſtamẽto vel codicillis quibus legatũ eſt feudũ. Quod ſi contingat dominum denegare alicui inueſtiturã, vt pote prętendẽtem illum gradu remotiſsimo defunctum attingere, illud ſane probandi onus ad eum pertinet, non ad vaſſallum, qui ſe proximum aſſerit. Sufficit quippe ſe allegare conſanguineum defuncti. [Et ita concludunt Alex. & Iaſ. in l. poteſt. ff. de acq. hæred. per ea quæ in ſpecie not. Cuma.in l.16. poteſt.& l.ſed ſi de ſua.ff.de acquir.hæred. & Pont.

in l.hęres inſtitutus.eod.tit.Soci.in l.ſi inter.in fi.ff.de reb.dub. Licet Aret. omnino contrà ſentiat,in d.l.ſed ſi de ſua. Quā quęſt.obiter tangit Alc.in l.proximi.ff.de verb.ſignific. probátque eam ſententiam cum Corneo,con.197.licet in hac conſultatione,4.vol.] Pro qua re inducitur ſatis vrgens præſumptio,ex d.l.proximi.vbi dicitur eum etiam proximum eſſe qui ſolus eſt. vnde eum ſolum agnatum præſumimus nullis aliis extantibus nec apparentibus agnatis,cum vero ſimile ſit omnes adfuturos ac conuolaturos,vbi de hæreditate agitur, ſi qui extarent iuxta illud Terentij,in Phorm. At ſi talentūm rem reliquiſſet decē,primus eſſes memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferēs. Vnde res in prouerbiū abiit: Omnes virorum diuitum ſunt proximi.

¶ Offerre.

NImirū iura quæ debet, vt pote quintam partem pretij emptionis: & ex alio quocunque contractu, in quo ſpecies non pretium interuenit, rachatum, ſeu, quod vocāt, annatam feudi. Atq; ea omnia in ſpecie. Neq; enim ſufficeret vaſſallo in genere offerre vel declarare ſe paratum ſoluere ea ad quæ de iure ac conſuetudine obligatur. vt faciunt quotidie imperiti practici. Ea enim ſufficiens ac legitima non dicetur oblatio. [vt nominatim refert Alex. in con. 102. viſis & ponderatis.col.3.verb.non obſtant.vol.1.] Contra quam generalem ac incertam oblationem non illepidum dant remedium Bart. in l. creditor.ſub fi.ff.de diſtr. pig.& Immo. in l.ſi mora.col.1. nimirum vt vaſſallo generaliter offerēti ſe iura ad quæ tenetur ſoluere,reſpondeat dominus & ego recipere. Ita fit vt vaſſallus verba pro verbis reportet, nec proficiet hilum illa ſua generalis oblatio. vt in ſimili dicit text. in c. hoc ita.13.quæſt.1.

Verum, circa ea quæri poteſt: an cū vaſſallus recte in oblatione facienda ſe geſſerit, inſtrumentúmque exhibuerit domino, An ille dilationem petere poſsit ad reſpondendum oblationi factę,conſiliúmq; ſuper ea re petendum. Et puto recte peti dilationem ad modicum ſaltem tempus, veluti craſtinum. [arg.l. ratum. & l.quod dicimus.ff. de ſolu. & nominatim videtur firmare Alex.in d. conſil.102.vol.1.col.3.] Qua iuris ratione inducta eſt in comitatu Dunenſi cōſuetudoiſta, vt dominus poſt oblationem à vaſſallo ritè factam, quadraginta dierum inducias haberet ad deliberandum ſuper oblatione facta, recipiendóſque vaſſallos. Quo tempore finito, rurſum teneretur vaſſallus dominum adire, reſponſum accepturus ſuper oblatione à ſe facta. Verum,quia nihil ſuper ea re expreſſum eſt à conſuetudine noſtra,id videtur arbitrio boni viri inductum. Nam & vaſſalli nimia præcipitatio damnanda eſt, ac nimia domini mora ac dilatio reprobanda.

¶ Anno.

ANnus hic intelligitur de primo proxime ſequenti ex ipſa die oblationis incipiente:quia vbi tempus anni vel menſis ſimpliciter, & ſine aliqua determinatione apponitur, de proxime futuro intelligitur.[l.eum qui calendis.ff.de verb.obl. tex.in c.non poteſt.de præb.in 6.] Ita vt ſi eo anno dominus nihil de fructibus percepiſſet,vt quia fundus feudalis minime cultus fuiſſet,vel cœli iniuria, aliáque fortunæ calamitate quod ſatum cultúmque eſſet periiſſet, vel bello hoſtiúmq; incurſu, earum rerum periculum ad dominum feudalem pertineret. Quādoquidem tex.hic loquitur in fructibus vnius anni, & ſic primi, nulla facta mentione periculi ac aduerſi caſus, qui eo anno contingere potuit. [text.in eam rem ſing. in l.fideicommiſſa. §. ſi quis decem.de lega.3.] Cætera quæ ad hanc rem pertinent,ſuprà diximus,in §.9. in ver.anni.

ARTICLE NONANTEDEVXIESME.

Item, & ſi en vne meſme eſchoitte & temps, aduenoit qu'il eſcheuſt deux proffictz: comme ſi vn heritage feodal aduenoit à vne femme mariée par ſucceſsion collaterale,il n'en ſera deu qu'vn proffict de rachapt. Mais s'il aduenoit que durant l'année que le ſeigneur leueroit pour rachapt, aduinſt vn autre proffict de rachapt,le ſecond commencera à l'heure qu'il aduiendra, & que le vaſſal fera ſes offres, & le premier ceſſera.

§. DECIMVSSEPTIMVS.

Si casu temporéque eodem duo iura vtilia domino obuenire contigerit, veluti si mulieri nuptæ ex successione collaterali obueniret prędium feudale, vnus tantum debebitur rachatus. Atqui si dum ille feudo suo fruitur ob rachatum vnum sibi debitum, alter obueniret, secundus tunc temporis incipiet quo obuenerit oblatúsque à vassallo fuerit, & desinet primus.

HIus §. constitutio, quod ad primam partem attinet, iuris communis regulæ cõformis est, quę vult duas lucratiuas causas circa vnam & eandem rem concurrere non posse. [vt inst. de leg. §. si res. l. omnes ff. de act. & oblig. & l. quoties. ff. de solut. plenè per Bart. in l. Meuius. §. duobus. de leg. 2. vbi refert casum qui maxime cum hoc §. conuenit.] Idem decidit gl. prag. sanct. in tit. de annatis. in ver. soluatur. nempe in materia eius iuris quod sacerdotiorum vacantium deportum vulgari idiomate appellamus, quod in nonnullis galliæ partibus ab episcopo dioceſano exigi solet, maximè in partibus Normandię & in dioceſi Carnutensi. Vnde si contingat idem sacerdotium bis eodem anno vacare, vnius tamen anni fructus tantum pro deportu percipiantur. Idem si decima vel alia quota fructuum primi anni esset ex rescripto apostolico ab his qui sacerdotia tenent exigenda. vt fere & sæpius quàm æquum forte foret, fit non sine magno ecclesiasticorum detrimento. Altera verò casum penitus dissimilẽ habet primæ. Prima quippe parte loquitur tex. quãdo simul & eodem instanti & medio euenit duplex rachatus, vt patet in exemplo hic propoſito, de muliere nupta succedẽte collaterali. Nam ex eo quod nupsit, vnum deberi rachatum certum est. §. 10. ẽ. eodem. tum & alterum ex eo quod collaterali succedit. §. 9. eod. tit. Et quia in primo velut ortu concurrunt simúlque eueniunt, pro vno tantum reputantur. Posterior verò pars loquitur quãdo non simul sed successiuè rachatus duo obueniunt, vt quia filia nupta succedit patri, quæ mox absque liberis decedit, relicto collaterali hærede: ex quibus singulis mutationibus singulos deberi rachatus certum est. Quo casu consuetudo hæc noſtra aliter quàm in primo, pro casus diuersitate statuit. videlicet rachatum ex prima mutatione debitũ, adueniente secundo cessare: & primum incipere: duobus concurrentibus, id est si intra annum primi rachatus secunda mutatio acciderit, & per vassallum secundus rachatus oblatus fuerit. Nec sufficeret quod intra annum secunda mutatio contigisset, nisi rachatus ex illa debitus oblatus esset. Quia certa est iuris reg. quod quando plura copulantur, siue affirmatiue, siue negatiue, exigitur omnium implemẽtum. [l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig.] Et ratio est ista quia coniunctio copulatiua suarum extremitatũ veritatem requirit, videlicet affirmatiua, vtrunque esse: & negatiua vtrunque non esse. [l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.] Cæterum quantum ad vltimam partem pertinet, quod adueniente secundo rachatu, cessset primus, illud videtur iuri communi conforme. Nam vt egregie refert Bart. in l. in senatusco. §. vl. ff. ad turpil. species non recipit duplicationem. [l. Iulius. §. impuberem. de leg. 2. & l. pleni. §. 1. de leg. 1.] Vnde ad propoſitum iste secũdus rachatus hic ponitur vt species, quo fit vt incipiat currere à die oblationis factæ, & desinit primus. Secus si indeterminate adiceretur tempus. Sed Ioan. And. in c. cum in cunctis. col. 4. extr. de elect. refert longam antiquorum doct. super ea re disputationem in casu illius cap. quo statuitur pena suspensionis in triennium, contra eos qui scienter indignum elegerunt. Vnde quærit, si pendente illo triennio, qui suspẽsus est rursus alium indignũ eligat. quoniam nouam ille penam nempe suspensionis in alterum triẽnium meretur, an hoc secundum triennium incipiet currere à tempore cõmissæ istius secundæ culpæ, an à tempore finiti primi triennij. Bald. etiam in d. c. cum in cunctis casum hinc non dissimilem ponit. & Bart. in d. l. senatusco. §. vlt. ff. ad Turpil. Et vt eorum responsum super ea dubitatione datã paucis explicem, ea est veritas: vt si pœna ipso facto per legem imponitur, tunc secunda dilatio primam elidat, ac in se absorptam transferat: & ita noua superuẽiente culpa, certum est tempora pœnę suspensionis præfixa confundi, ita vt quod superest e primo, imputetur in secundum. Quæ res confirmari potest ex eo quod Alex. in apost. ad Bart. in d. l. senatusco. refert, super casu nota-

to.per gl.in cl.2.de magiſt.vbi qui aliquem in gradum doctoratus recipit, non prius exacto ab eo iureiurando. iuxta d. cl. ſtatuto. eſſe per ſemeſtre ſuſpenſum à collatione magiſterij. Quod ſi pẽdente primo ſemeſtri ille conſtitutionem iſtam violet, non fit temporis duplicatio, ita quod ſtatim poſt ſecundam tranſgreſsionem,incipit ſecundum ſemeſtre[per l. ita vulneratus.ff.ad l.aquil.& cit.l.in ſenatuſcõſulto. ad Turpill. & l. Carbonianum.§.vlt.ff.ad Carbon.] At ſecus vbi indeterminatum eſt tempus. Nam tum ſi duæ illæ offenſæ miniſterio iudicis plecterentur,in arbitrio iudicis poſitum eſſet declarare an tempora confunderentur necne[arg.l.2.vt intra cert.temp.]

ARTICLE NONANTETROISIESME.

Les ſeigneurs feodaulx ont vn autre droit & proffict & droit de fief, lequel eſt appellé roncin de ſeruice: qui eſt eſtimé par ladicte conſtume ſoixante ſolz tournois, quand il eſt deu entier: & que ledict heritage tenu en fief, vault par an dix liures de rente,& au deſſus. Et s'il ne le vault,il eſt eſtimé à l'equipollent,ſelon la valeur dudict heritage. Et peult le vaſſal laiſſer à ſon ſeigneur feodal le reuenu de l'année de l'heritage qu'il tiẽt de luy en fief,pour ledict roncin,ſuppoſé qu'il ne vaille pas ladicte ſomme de ſoixante ſolz tournois.

§. DECIMVSOCTAVVS.

Habent & aliud ius vtile feudi ipſi patroni,quod roncinum ſeruitij vulgo appellant, ſexaginta turonenſibus ſolidis æſtimatum, cum ſolidum debetur, prædiúmque feudale libris decẽ vel amplius annui redditus valet. Quòd ſi minoris valeat pro rata valoris prædij ius illud æſtimabitur:optionis iure vaſſallo conceſſo, annuum prædij feudalis redditum patrono pro iure debito relaxandi, quanquam minoris æſtimationis ſit,quàm ſexaginta ſolidorum.

ARTICLE NONANTEQVATRIESME.

Item, que ledit droit & proffict de roncin de ſeruice n'eſt deu qu'vne fois durant la vie du vaſſal, en telle maniere que ſi le vaſſal a vne fois payé ledict roncin de ſeruice, ſoit à ſon ſeigneur feodal viuant,ou à ſes predeceſſeurs,iamais ne peult eſtre cõtraint tant qu'il viura de payer autre roncin de ſeruice.

§. DECIMVSNONVS.

Quod quidem ius & vtilitas roncini ſeruitij ſemel tantum durante vaſſalli vita debetur. Ita vt ſi ſemel ab eo ſolutum ſit, ſiue patrono, ſiue his à quibus feudum dominans habet,aliud ab eo quandiu vixerit exigi non poſsit.

ARTICLE NONANTECINQIESME.

Item, que ledit roncin de ſeruice eſt de telle nature, qu'il eſt requerable. Et fault que ledit ſeigneur feodal requiere ſon vaſſal de le luy payer. Et s'il n'eſt requis il n'eſt poĩt deu, tellement que ſi le vaſſal va de vie à treſpas ſans eſtre requis de le payer, ſes hoirs ne le vaſſal ſubſequent ne ſont tenuz d'en payer aucune choſe.

§. VIGESIMVS.

Huius porro ſeruitutis feudalis ea eſt natura, vt à patrono requiri debeat. Nec enim ſi non petatur, minimè debetur. Perſonæque vaſſalli eo vſque cohæret, vt ſi interpellatus de ſolutione dum viueret ille non fuerit, cum perſona eius moriente extinguitur. Nec in hæredem aut ſucceſſorem in feudo vlla tranſmittitur obligatio vel ſoluendi neceſsitas.

ARTICLE NONANTESIXIESME.

Item que ledit seigneur feodal pour ledit roncin de seruice ne peult saisir ne faire empescher par vertu de la commission du iuge superieur l'heritage de son vassal. Iaçoit que ledit rõcin de seruice luy soit deu. Ains est requis que ledit seigneur de fief poursuiue ledit roncin de seruice par voye d'action & non autrement.

§. VIGESIMVSPRIMVS.

Patrono pro huiusmodi iure consequendo etsi debito, feudum ex iudicis decreto prehendere fas non est. Siquidem illud actione tantum consequi potest.

HIs quatuor §§. declaratur tertia obuentionum feudalium species, de qua diuisione sub prooemium huius tituli suprà sumus locuti. Ad cuius speciei perfectiorem cognitionem ante omnia sciendum est, eum apud Gallos morem inoleuisse, vassallos suis dominis, cum forte ad bellum pergerent (hinc enim puto eam emanasse consuetudinem) equum, vt vocant, seruitij præstare solitos fuisse: quem militarem illi apellant. Occurrit & apud iurisconsultos factam in respõso quodam istius equi militaris mẽtionem, nempe in l. officium. §. 1. ff. de re milit. Qui & alio in loco equus agminalis dicitur. l. vlt. §. patrimoniorum. ff. de muner. & honor. vbi inter munera patrimonialia connumeratur onus alendi equos agminales & mulas onera publica vehentes, cæteráq; iumenta. Et idem sancitum est in l. non videtur. de muner. patrimonial. lib. 10. C. vbi & huiusmodi equi curiales appellantur. Verum non me latet roncinos istos quibus hodie vtimur, longe maioris æstimationis esse, ac in maiori vulgo haberi pretio quàm hac nostra consuetudine taxentur. Non longe duriora solent hodie domini extorquere illicitè onera à vassallis, quàm iubeat ferátue consuetudo. Quibus autem dolis quibúsve fraudibus, melius erit si tacuerimus, ne illæ à nobis detectæ passim discantur, illisq; via nostra arte aperiatur.

ARTICLE NONANTESEPTIESME.

Item, que si le seigneur de fief reçoit son vassal en foy & hommage, sans auoir esté payé de ses proffitz feodaulx, ledit seigneur ne pourra faire saisir les fruictz. Mais doibt proceder ledit seigneur de fief par action.

§. VIGESIMVSSECVNDVS.

Si patronus clientem in fidem admiserit, citra iurium vtilium feudi solutionem, prehensio feudi eam ob causam illi denegatur. Sed quod ei debetur actionis iure persequendi facultas esto.

HAec constitutio nedum superfluitatis, sed & contrarietatis ac repugnantiæ cum §. 11. ſ. de feud. argui potest. Illo enim §. iam constitutum erat, vt liceret domino ob non soluta iura obuentionésque debitas non præstitas post petitam datámque inuestituram, feudum via saisinæ à iudice impetratæ occupare. At hìc prohibetur omnino saisinæ ius. Verum vt eam repugnantiam tollamus, sciendum est vtrunq; §. diuersa constituentem, diuersos habuisse casus. Nam in §. illo 11. loquitur in casu oblationis. Nimirum quãdo vassallus sese tantum domino obtulisset ad fidem homagiúmque illi præstandum, & sic vbi factum vnius tãtum interuenit, nempe vassalli offerentis. At hic §. vbi vassallus re ipsa, ac quod dicitur de facto, fidelitatem domino præstitisset, & ad eam à domino esset admissus ac inuestitus: & ita vtrumque factum interuenit, & vassalli offerentis, & domini recipientis. Non mirum itaque si hoc posteriore casu cesset saisiẽdi ius ex veteri causa inuestituram præcedente. Quinimo & illic licet non sit admissus & inuestitus, tamen propter effectum oblationis huiusmodi saisina velut sterilis ac inefficax remanet, quum non pariat lucrum fructuum contra naturam saisinæ feudalis.

ARTICLE NONANTEHVICTIESME.

Item, & auſsi quand ledit vaſſal vient offrir la foy & hommage à ſon ſeigneur de fief, quand il luy doibt ſeulemẽt la foy: & s'il doibt les proffitz, qu'il les offre à ſon dit ſeigneur, ledit ſeigneur eſt tenu de receuoir ſon vaſſal à luy faire ladite foy, & s'il eſt refuſant, telle offre vault & equipolle à foy faite.

§. VIGESIMVS TERTIVS.

Similiter cum vaſſallus fidelitatem tantum debitam offert domino, iuráque vtilia ſi qua debentur: dominus eum in fidem omnino admittere tenetur. Quod ſi nolit iſthæc oblatio vim fidelitatis præſtitæ habet.

NOn ſatis in prõptu habeo quanam ratione iſtam conſtitutionem à ſuperfluitate vendicare poſsim. Nam idem omnino ſancitum fuiſſe conſtat pluribus in locis. vt s. de feud. §. 9. & s. eod. §. 15. & 16. Nimirum vt oblatio rite à vaſſallo domino facta, vim fidelitatis præſtitæ omnino habeat, recuſante domino oblationem acceptare.

ARTICLE NONANTENEVFIESME.

Item, vn vaſſal ne ſe peult complaindre en matiere de ſaiſine de nouuelleté contre ſon ſeigneur feodal exploictant l'heritage dudit vaſſal tenu dudit ſeigneur en foy & hommage, quand ledit ſeigneur exploicte ledit heritage par faulte d'homme, & par faute de luy payer ſeſditz droitz & proffitz feodaux, leſquelz luy ſont deuz.

Vaſſallus contra dominum qui feudum, vt vacans homine, aut quia iura ſibi exoluta non ſunt, prẽhenderit, non habet quod conqueri poſsit per interdictum retinendæ poſſeſsionis.

HVius §. materia caſum continet triplici iure implicitũ, iure nimirum ciuili, feudorum, & hoc noſtro municipali. Quæ quidem iura etſi inuicem pugnare videantur, ad vnam tamen redigi poſſe cõſonantiam puto hoc diſtinctionis fœdere. Quandoquidem ſi vaſſallus fidelitatem domino non iurauerit, nec eandem obtulerit, neq; iura vtilia eidem debita exoluerit, quamobrem dominus iudicis decreto in feudi poſſeſsionem miſſus ſit, eo caſu concludendum arbitror vaſſallum contra dominum in feudum ſuum manus iniicientem & illud (quod dicitur) explettentem, agere non poſſe, nec de eo conqueri quaſi de vi turbatiua in materia ſaiſinæ & nouitatis. quæ hodie ſubrogata eſt in locum interdicti vti poſsidetis. [Ioan. Fab. in §. retinendæ. inſt. de interd.] Et id quidem tripli ci ratione confirmari poſſe puto. Primò, quòd vaſſalli poſsideri intelliguntur feudum ex gratia & precario à dominis. Quo fit vt hoc interdictum illis competere nõ poſsit. [d. l. 1. in pr. ff. vti poſsid.] Cum etenim dominus in feudum manus iniicit, nõ intelligitur rem alienam apprehẽdere, ſed ſuam, cuius dominus directus eſt, & apud quem ciuilis eſt poſſeſsio. [Accur. Bart. & cæteri. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſ. gl. fing. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. & declarant Mod. Med. in l. naturaliter. in princ. col. 6. ff. de acqui. poſſeſſ.] Et ſic iſthæc feudi præhenſio quę ab ipſo ſit, nouæ poſſeſsionis occupatio dici non poteſt, ſed veteris conſeruatio. [vt doctè Accurſ. & poſt eum Bal. & alij. in l. pignoris. C. de pig. act. Eſt & text. in l. vtique. ff. de dam. infect. ibi. licet propria authoritate poſsidere. & l. quod ſeruus. C. quod cum eo, & latius s. declarauimus. de iur. dom. §. 6. facit quod de emphyteuta Bart. tradit in l. 2. C. de iure emph.] Imo ſi dominus vaſſallum violenter feudo eieciſſet, ac eum vi ſpoliaſſet, non tamen ſpoliato vaſſallo competere poteſt aduerſus dominum interdictum vnde vi. & ſi econuerſo ſecus eſſet, vtpote ſi vi feudi poſſeſſione dominum deieciſſet vaſſallus: poſſet enim dominus aduerſus vaſſallum ſpoliatorem experiri interdicto vnde vi, coram paribus curiæ, vt nominatim ſentit Imm.

in c.cæterum.extra.de iudic. Cuius ſentẽtiæ omnes eo loco adſtipulantur, qui mouẽtur ex eo quod habetur in l.1.§. interdictum.ff.de vi & vi arm. vbi libertus cui æquiparatur vaſſallus, non agit interdicto vnde vi. contra patronum: At patronus contra libertum, à quo vi eſt ſpoliatus agere poteſt.

Prẽterea & alia ratione confirmari poteſt noſtra conſuetudo, quòd nedum iure cõmuni feudorum, ſed & municipali debẽt vaſſalli in feudi ſui poſſeſsionem ſubintrare conſentiente ac volente domino, teſte Ioan. Fab. in d.§. retinendæ. in verb. præterea, ſuppoſita conſuetudine regni Franciæ. Igitur priuſquam à domino ſint in poſſeſsionem inducti, non poſsident: quia ſine inductione in poſſeſsionem, & corporali inueſtitura nulla realitas in feudo acquiritur. [Bal. in l.3. vt in poſſeſ. lega. per c.1. quid ſit inueſt.] Vnde & idem exiſtimauit, in c.1.§. ſi facta. ſi de feu. fue. cõtr. int. dom. & agnat. ſi vaſſallus feudum diſtraxerit, ad eum non ſpectare poſſeſsionis traditionem, ſed ad dominum feudalẽ. Quo fit vt vaſſallus feudum vẽdens non teneatur præciſe emptori feudi vẽditi poſſeſsionem tradere, cum alioquin id facere iure non poſsit, ſed tantum ad id quod intereſt emptoris, rem traditam non fuiſſe, ſiquidem illud ob ſuam culpam contigerit. Etſi non ignorem aliter obſeruari ſolitum, ſi cum domini conſenſu res feudalis alienata eſſet. Tum enim eam præciſe tradere teneretur venditor. Idq; ea ratione, quòd hoc caſu emptor ex conſenſu domini in feudo ſuccedit. Sed hæc hodie apud nos locum non habent, cum feuda, vt ſæpius monuimus, inſtar patrimoniorum redacta ſint. Quod ad alteram verò ſpectat, nimirum ſi vaſſallus fidelitatem præſtiterit domino, ac ab eodem fuerit de feudo inueſtitus: Aut quidem recte ea fidelitas eſt oblata, iuxta formam à nobis præſcriptam proximè ſ. eod.§. 23. & hoc caſu puto vaſſallo aduerſus dominum competere omnia interdicta quæ de iure aliis in poſſeſsione ſua diſturbatis dantur. quale eſt interditum vnde vi, ſi vis illata fuerit. [vt præclare ſenſit Bal. conſ.323. proponitur. vol.2.] item, vti poſsidetis: quod vſufructuario dari ſolet, ad tuendam ſuã poſſeſsionem quam habet [ſecundum cõmunem opinionem, de qua in l. naturaliter. in prin. ff. de acq. poſſeſſ.] ſiquidem in illa turbetur per proprietarium, qui poſsidere ciuiliter intelligitur. vt eſt glo. ſing. in l.1. in princ. ff. vti poſsid. & in l. vlt. eod. tit. vbi vult Accur. & ciuiliter tantum poſsidẽti, & naturaliter tãtum poſsidenti dari illud interdictum. Quod extendũt interpretes ad feudatarium, vt illi competant hæc interdicta, vnde vi & vti poſsidetis. in l.3. ex contrario. ff. de acq. poſſeſſ. & Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. in col. pen. In quam rem nouè expendo caſum iuxta terminos huius noſtræ conſuetudinis, in l.1. §. quæſitum. ff. quo. legat. iuncta glo. vbi is qui miſſus eſt in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa, etſi per prætorem in poſſeſsionem miſſus ſit, tamen cõtra eum competit illud interdictum, ſi hæres ſoluerit, vel paratus eſt & offert ſatis dare, & iſte miſſus non exeat à poſſeſsione.

Verum econtrario quæri poteſt, vtrum hoc interdictum detur domino cõtra vaſſallum denegantem iura debita feudalia domino. Qua in quęſtione in diuerſas abiere ſententias Bart. & Io. Fab. Nam Bart. [in l.1.§. huius interdicti. ff. vti poſſ. ver. ſed pone.] ſenſit iſto caſu hoc non competere interdictum, ſed recurrendum putat ad confeſſoriam vtilem, ſeu ad actionem vtilem in rem. [l.1.§. per hãc. ff. de rei vendic.] vel ad officium iudicis. Nam interdictum nunquam locum habere creditur quando ſubiectus ſuperiori contradicit, ſed tunc cum alius contenderet ſe iuriſdictionem habere in ſubditum, tum ei aduerſus denegantem daretur quidem interdictum. [l.3.§. hoc autem interdictum. & l. ſeq. ff. de lib. hom. exhib.] Et idem de aſcriptitio & vaſſallo ſi ipſi contradicunt domino ſuo, ad illa quæ diximus remedia recurrẽdum eſt. Nec enim aduerſus eos vllum competit dominis interdictũ. Secus ſi alius quidam tertius eos ſuos eſſe aſcriptitios vel vaſſallos contenderet. Faber autem noſter omnino in contrariam iuit ſententiã, inquiens durum ſibi videri, ac nimis domino damnoſum, ſi neceſſe haberet vendicare, vel de proprietate agere, cum ſubditus habens rei poſſeſsionem debita iura ſoluere recuſat. Quare concludit dominum quoq; poſſe hoc interdicto agere contra turbantem. Et in hac ratione credit omnino fundatam. c. piſanis. & c. olim. extra. de reſtit. ſpol. quæ licet loquãtur in interdicto vnde vi, ad interdictum tamen vti poſsidetis accommodari poſſe putat, cum vtrobique vis atque iniuria fiat domino. in quã rem facit l. ſi de fundo. ff. vnde vi.

Id quod minus dubium exiſteret, ſi dominus rē quæ ab eo tenebatur, re ipſa ad manum ſuam, vt dicitur, poſuiſſet. Quam tamen opinionum diuerſitatem hîc examinandam non duxi, quod ad huius §. caſum parum pertineret. Quicquid ſit Fab. opinionem vſu noſtro forenſi receptam ſcio, vt poſsit nimirum dominus interdictum vti poſsidetis intentare aduerſus vaſſallum iura denegantem. Idem ſi negaret ille ſe quicquam in feudum à domino teneri. Qui enim homagium domino denegat, eū videtur in ſua turbare poſſeſsione: ideo locum habebit interdictum. niſi quod in eo pœna ob turbationem introducta ceſſabit, in c. 1. j. eod. nimirum feudi amiſsio ob vaſſalli contumaciam prodita. Nam cū illa reſpiciat proprietatem, locum non habebit niſi in petitorio. Nam qui negat ſe poſsidere cum poſsideat, hoc tantum priuatur commodo quod poſſeſsio in aduerſarium petitorem transfertur, non autem ius proprietatis. [l. vlt. ff. de rei vendic.]

ARTICLE CENTIESME.

Si ledict ſeigneur, qui a faict ſaiſir le fief de ſon vaſſal par default d'homme, a cõmencé à faire coupper les fruictz dudict fief, & ledict vaſſal luy offre deuement de luy faire la foy hommage, & payer les proffictz ſi aucuns en ſont deuz, auec les frais & miſes de la ſaiſie: les fruictz ia couppez demoureront audict ſeigneur feodal: & cequi reſte à coupper, appartiendra audit vaſſal. Et ſi oudict fief, y a eſtang qui fuſt en peſche, & la bonde euſt eſté leuée auant ladicte offre, les fruicts de peſche dudict eſtang appartiendront pareillement audict ſeigneur feodal.

§. VIGESIMVS QVINTVS.

Siquidem ipſe dominus, qui manum ſuam in vacans feudum vaſſalli iniecit fructus legere cœperit, & inter legendum vaſſallum debita offerre iura contigerit, fidem nimirum, iuráque vtilia, vnà cum ſumptibus cauſa præhenſionis factis, fructus tum lecti ad dominum pertinebunt: Qui autem legendi ſupererunt, ad vaſſallum. Quod ſi in eo feudo ſtagnum fuerit, cuius aquæ ductus ante oblationem hanc apertus fuerit, fructus ſtagníque piſcatura ſimiliter ad dominum pertinebunt.

HAec cõſtitutio duas in ſumma partes habet. Et prima quidem agitur cum vaſſallus fidelitatem & iura quæ debet, offert domino feudum ſuum, quod dicitur, explectanti, poſt manus ſuæ iniectionem ſeu ſaiſinam, adhibita interim ſuper ea re diſtinctione inter fructus iam collectos, & qui adhuc colligendi reſtant. vt hi ſcilicet qui iam tempore oblationis ſunt collecti ad dominum qui eos collegerit pertineāt: ij autem qui colligendi ſunt, id eſt qui adhuc pendentes ſunt, ſint vaſſalli, debita iura offerentis. Quæ diſtinctio probatur exl. qui ſaxũ. ff. de donat. ibi, Si antequam eximat, me pœnituerit, meus lapis durat: ſi poſtea, ipſius factum auocare non poſſum: quaſi traditio enim facta videtur. Ratio eſt. quia dominus in feudi vacantis poſſeſsionem miſſus, ſiue cum proprietario ſiue cum fructuario illum comparauerimus, fructus collectos & à ſolo ſeparatos ſuos facit. V terlibet enim ex iſtis ſuos facit fructus, licet diuerſis modis id contingat. Proprietarius quippe iure ſoli, ſi tempus quo extiterit proprietas, eos collegerit. l. qui ſcit. in pr. ff. de vſuf. quod ſi pendentes erant tempore quo deſiit eſſe dominus fundi, deſierunt & ſui eſſe, vt quia fundum vēdidit pendentibus adhuc fructibus. Nam cum primum facta eſt vēditio, fructus emptori cedūt, ſicut & ipſe fundus venditus [l. Iulianus. §. ſi fructibus ff. de act. emp. Idem ſi aliter alienauerit. [l. vlt. §. fructus. ff. quę in frau. credit.] Itidem & fructuarius ſuos facit fructus quandiu conſtat vſusfructus, ſed ita demum poſtquam eos collegerit, ac à ſolo ſeparauerit, per ſe vel per alium & ſuo quidem nomine. Quod notatu dignum eſt. Nam ſi fructus illi per furem aut alium & non quidem ſuo nomine percepti eſſent, eos quidem ſuos nō faceret, niſi demum eos cum effectu recuperaſſet. [tex. in l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quib. mod. vſufr. amit. d. l. ſi fur. & l. non vtitur. ff. de vſufr. & l. qui ſcit. §. in alieno. ff. de vſufr.] Quod ſi pendentibus adhuc fructibus & nondum

ab eo collectis & perceptis finitus sit vsufructus, vsufructuarij fore non cōstat sed proprietarij, etiam si iam maturi essent, & de proximo colligendi. [gl. in l. defuncta vsufructuaria. eod. tit. quo loco Accurs. eandem in materia feudali distinctionem adhibet.] Est & eadem distinctio recepta in eo qui bona fide rem alienam possidet, vt quod perceperit fructus ex illa re suos faciat, qui autem pendentes adhuc sunt, & nondum à solo separati, ad dominum verum pertineant. [d. l. si vsufructuarius messem. & §. q in alieno. inst. de rer. diuis.]

Cæterum quod ad stagni piscaturā pertinet de qua hac agitur constitutione, ista distinctio admitti non potest. Nā piscatio nō fit nisi tota fere stagni aqua euacuata. Vnde postquam bonda (sic enim vulgo appellant pilam illam ligneam qua continetur & qua fluit aqua stagni) est in erectum sublata, vniuersi pisces qui in stagno erant pro captis ac velut collectis habentur, & inter res mobiles referuntur, ex communi interpretum opinione, & vulgari vsu regni, maxime prouinciæ nostræ. In qua bona pars Sigalonie sita est quæ patria maximis stagnis istis abundat. De stagnis autē & piscibus & quæ ad horum explicationē pertinēt, vide j. tit. de matri.

ARTICLE CENTETVNIESME.

¶ Quand aucun seigneur feodal vient exploicter son fief ayāt plusieurs apartenances, par saisie & main mise de iuge, comme dessus est dit, il suffist de mettre & apposer ladite saisie sur le principal lieu dudit fief. Et s'il n'y a manoir, sur l'vne des pieces d'iceluy pour toutes autres. Pourueu que ledit exploict soit signifié au vassal ou detēteur dudit fief. Et apres ladite saisie & signification, ledit seigneur peult prendre & leuer soubz sa main les fruictz dudit fief, s'il n'y a opposition. Mais s'il y a opposition, lesditz fruitz sont leuez soubz la main de iustice, par le cōmissaire commis par le sergent executeur de ladite saisie. Sinon que le seigneur de l'heritage desaduouast en iustice purement & simplement estre vassal dudit seigneur. Ouquel cas il iouyroit pendant les proces. Et si ledit seigneur preuue ledit heritage estre tenu en foy, ledit vassal perdra ledit heritage, & sera adiugé audit seigneur feodal par ledit deladueu: car qui fief denye fief pert.

§. VIGESIMVSSEXTVS.

¶ Cum dominus ad possidendum feudum quod pluribus ex appendicibus constat, competentis iudicis decreto accedit, sufficit in insigniorem feudi locum, manum iniecisse. At si nullæ in feudo extarēt ædes, satis quoque erit in aliquam feudi portionem manus iniectio, quæ ipsi vassallo aut feudi detentori rite significari debet. Qua manus iniectione facta & significata, potest suo iure fructus feudi saisiti percipere: si modo contra eam manus iniectionem à parte reclamatum non fuerit. At vbi intercesserit partis oppositio, fructus quidem sub manu regia, aut quod vulgo dicitur, sub manu iustitiæ per sequestros ab apparitore huic negotio præpositos, colligentur: Nisi pure & simpliciter qui feudum possidet, se vassallum domini qui feudum prætendit negaret: cum hoc casu qui negat, feudi possessor quandiu lis pendebit, remanet. Atqui si dominus feudum prætensum à se in feudum teneri probauerit, vassallus quidem feudo priuabitur. Illúdque in pœnam ac odium denegātis domino feudali adiudicabitur. Quippe qui feudum denegat feudū perdit.

HIc vltimus huius tituli. §. subobscurus est ac valde implicitus, maiori luce indigens quàm cæteri quos hactenus legerimus. Ne quid igitur confusè agamus, in quatuor partes eum diuidendum duxi.

¶ Cum dominus.

ISTius primæ partis materia tractatur ab interpret. in l. 3. sub pr. ff. de acq. possess. & à moder. Mediol. in l. 1. §. veteres. ff. eod. tit. quam ita paucis resoluendam existimaui. Feudum aut in vno cōsistit fundo, & tum sufficit illius apprehēdisse partem: Nam vulgatum est illud per ingressum partis fundi, nos totius fundi possessionem adipisci. Ita vt in casu proposito non necesse sit executorem seu apparitorem omnes fundi partes glebasque circumam-

bulare[caſus eſt in d.l.3.ſub pr.de ac.poſ.] Aut in vniuerſitate rei, puta caſtro, quod continet ædificia, iuriſdictionem, agros, vineas, prata, ſtagna, ſyluas, lucos, paſcua & cætera huiuſmodi: tum ſufficit domini manus iniecta caſtro, tanquã capiti, à quo cæterę feudi, vt dicimus, pertinentiæ dependent[arg.l.cum in diuerſis.ff.de relig. & ſump. fun. vbi patet illum locum religioſum factum in quo humanum caput ſepultum eſt, & non item cætera corporis membra.] Sed vt ad propoſitum redeam hac noſtra conſuetudine plane definitũ eſt ſatis eſſe domino, quoad ius ſaiſinæ, manus ſuas iniecciſſe in caſtrum tanquam caput ſi feudũ ſit huiuſmodi quòd multas habeat partes, & pertinentias. Siquidem appræhẽdendo poſſeſsionem caſtri cenſetur totius feudi poſſeſsionem ap præhendiſſe quod ab eo depẽdet.[l.Caius. §.Titius.de leg.2. & l. prædiis.§. Titio. & ſeq.de leg.3.] Quod intellige vbi illæ plures res ſub vniuerſitate caſtri vnius continerentur.[l.reſtituta.vbi glo.in verb.earum.& ſcrib.ff.ad Trebel. Bal.in c.cum in cunctis.ext.de elect.& tex.in l.vxori ſuæ. de leg.3.] Secus autem res ſe haberet ſi diuerſa eſſent feuda, quæ in diuerſis fundis conſiſterent. Nam eo caſu præhẽſio vnius fundi, ad alium non ſe extenderet, quantumcunque animus ac intentio omnes ap prehendendi ſubeſſet.[l.1.§.veteres.iuncta gl.in ver. per vnum reliquorum. & l. prædia. Eſt & expreſsior gl.in l.3.ff.de acquir. poſſeſſ.& in ea quidem ſententia ſunt omnes interpretes.]

Cæterum de iuribus incorporalibus tractant interpretes etiam in d.l.3.de ac, poſſ. nimirum quomodo appræhendenda eorũ ſit poſſeſsio ac facienda miſsio per executorem ex cauſis ſuprà commemoratis. Sed id quidem ſatis obſcurè ac inuolutè. Quod vt melius explicemus, accipienda eſt meo iudicio ſententia Barbat.in c.1.§.ſi enim dominus.in ver.ordinaria. Vt quædam ſint incorporalia quæ naturaliter ab ipſo ſolo fundo producuntur, quales ſunt decimæ.[c.tu.eo.extr.de decim.] Vnde ad hoc vt quis conſtituatur in iure percipiẽdi poſſeſsionem decimarum, requiritur inductio in agrum decimalem. Quædam vero ſunt incorporalia à re corporali omnino abſtracta, vt eſt iuriſdictio, quam fundus non producit, ſed ſuperioris conceſsio, & ideo per ceſsionem ſolam transfertur poſſeſsio. Ita, ſi à ſimili argumẽtemur, id hodie videtur neceſſariũ ad appræhenſionem decimæ feudalis, vt executor in eam rem datus, ſe in territorium decimale conferat, & in vnum tantum fundum pro omnibus, vt fert hæc noſtra conſtitutio, brandonem (quod vulgo dicitur) domino aſsignet. Quam rem pro conſtanti habent omnes. Et idẽ in ſeruitute annui redditus & aliis iuribus incorporalibus infeudatis, vt in fundo ſuper quo illa iura conſtituta ſunt, fiat appoſitio manus domini ſeu ſaiſinæ. In iuriſdictione autẽ licet procedat de iure ea Bàrbat.opinio, quæ etiam confirmatur per interpr.in d.l.3. ſub prin. de acq. poſſeſ. tamen quia hodie ex generali regni conſuetudine, iuriſdictiones patrimoniales ſunt & infeudatę, niſi ſint per principem (ad quem ſolum id pertinet, vt vulgo dicitur) amortiſatæ, vt ſ. diximus, ſub rubr.de iuriſdi.iud.tum & quia cohærent territorio, neceſſe eſt omnino præhẽſionem fieri, & Brandonem affigi in prætorio & loco maiorum, vbi ſolet ius dici, exercerique iuriſdictio. Quæ res vtique procedit quando iuriſdictio eſt ſeparata à feudo caſtri & domanij, vt pluribus in locis contingit. Et eam rem affatim explicuimus ſupr.de feu.§.19. Secus autem vbi iuriſdictio penderet à feudo, puta à caſtro, & eſſet, vt dicitur ex illius pertinentiis: quia ſicut vẽdito caſtro vnà cum ſuis pertinentiis, ſub hoc pertinentiarum nomine veniret & iuriſdictio, & ius patronatus, & ſimilia: ita etiam ſaiſito feudo, affixóq; brandone domini ſuper principali (vt dicitur) manerio, iuriſdictio ſaiſita intelligeretur. Quam quidem materiam abſolutè tractat Aret. in d. l. 3. in pr. de acq. poſſeſ. Tu ſi iuuat illum videto, tum & recurrrito ad ea quæ docuimus ſ. de feud.§.20.

Manus iniectionis inſigne vbi affigendum.

¶ Quæ ipſi vaſſallo.

HAec eſt ſecunda huius §. pars, in qua cauetur iſtam feudi præhenſionem ſeu ſaiſinam eſſe vaſſallo ſignificandam, aut ei qui feudum detinet. Quæ ſignificatio videtur eſſe pro forma introducta: vnde fit vt illius omiſsio præhenſionem omnino vitiaret, ita vt iuris effectu prorſus careret. [cl. cauſam. §. intimam. de elect.] Vulgata enim eſt ac trita in iure regula, omiſsionem formæ vel ſolennitatis in actibus hominum à iure requiſitę, omnino corrumpere actum. [Bart.in auth. offera-

tur.C.de lit.conteſt.] Et præſertim vbi ea eſſet à ſtatuto vel conſuetudine introducta. Ea enim ad vnguē, quod dicitur, obſeruari debet, vt copioſè ac luculenter deducit Fely.in c.cum dilecta. ex.de reſcrip.

Quibus perſonis ſignificanda ſit faiſina feudi.

Quo autem loco, quibus perſonis, & qua forma, modóque ſit facienda iſta notificatio ſeu ſignificatio, ſatis aperte declarat noſtra conſuetudo: quam cum iure communi coniungendo, dic primum perſonæ vaſſalli ſignificandam eſſe, ſi ille in feudo repertus fuerit, aut in habitatione ſeu manuerio feudi, quod vtique cenſetur illius domicilium quod ad hunc intimationis actum pertinet: cum præſertim fiat ratione feudi. Sicut in ſimili adfirmant canon. beneficiatum ratione ſacerdotij in eo loco habere domicilium cenſeri, vbi agitur de rebus ipſum ſacerdotium concernentibus [teſte But. poſt Ioan. And. in c. ex parte.extra.de fo. compet. Abb. & Fely. poſt alios, in c.poſtulatti.extra.eod.tit. & in propoſito noſtro, tex. eſt clarus in l. de pupillo.§. nuntiationem. cum §. ſeq.ff. de no.oper.nuntiat. & confirmo ex l.1.§.dies verſ. adeundi.ff.quando appell.ſit.] Nam ad intimandam ſeu ſignificandam appellationem iudici, non eſt ille requirendus in domo vel hortis, aut ſuburbano, vt inquit iuriſcon. ſed pro prętorio tantum facienda eſt notificatio, vbi ſententiam tulerit à qua appellatū eſt. [Quem tex. nominatim in materia denuntiationis ponderat. Bart. in d.l. de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori. in 16.quæſt.] Quod autem diximus eſſe id ſignificandum vaſſallo in ſua præſentia, id ſane intellige, ſi ad eum patuerit acceſſus, [vt in d.cl.cauſam.§.verū.] Quod ſi ille ſui copiam non faciat vel abſit, ſufficit id ſignificari perſonæ procuratoris ad eius negotia conſtituti, quem receptorem vulgo appellare ſolemus, ſi quem eo nomine conſtitutum habeat, vel coloni aut cuiuſcunque alius qui feudum nomine vaſſalli detineat: Qui quidem eidem renūtiare poteſt [probatur ex d.cl.cauſam. & ex tex.in l. aut qui aliter. in pr. in ver. quod ſi forte.ff. quod vi aut clam. & plene in l.de pupillo.§.nuntiationem.cum ſeq.ff.de no. oper. nuntiat. & in l. actione diſtrahitur.§. renuntiare. ff. pro ſoc. huc ſpectat tex.& gl.in l.3.in pr.ver.item ſciendum.ff. quod vi.aut clam.] Et idem receptum videmus in nuntiatione noui operis, quæ quidem ædificanti ſignificari debet, ſi præſens fuerit: alioqui, ſatis erit ſi fabris, latomis, & cæteris opificibus qui illic operantur, denuntiatum fuerit. [tex. apertus in l. de pupillo.§. nuntiationem, cum §.ſeq.ff.de no.ope.nuntiat.]

Quod autem ad formā huiuſmodi notificationis faciēdæ pertinet, dic inter cætera, quod licet iure nihil vel parum referat à quo fiat intimatio, ad effectum notitiæ ſeu certiorationis [per l. item veniunt §.à quo.ff. de petit. hæred.] dummodo fides fiat iſtius appræhenſionis per ſcripturam authenticam, vt pote commiſsionem iudicis, & relationem executoris, qui feudum ad petitionem domini faiſiuit, cum alias minime teneretur vaſſallus credere notificanti, [vt vult tex.in d.cl.cauſam.& ibi gl.in ver.authentica] tamen conſultius fiet ſi de hac ſignificatione conficiatur inſtrumentum, [vt eo in loco traditur in gl. in ver.petitā] Et quo res omni vacet ſcrupulo ego perpetuo conſuluerim hanc notificationem fieri per nūtium publicum, qui faiſinam eſt executus [Bal. in l.1.in fi. C.de temp.appellat, vbi allegat d.cl.cauſam.& l.2.de decuri.lib.10.C.] Quod vſu quoque noſtro obſeruatum receptúmque eſt. Solemus quippe faiſinam à nobis per executorem factam, per eundem vaſſallo ſignificare aut colono in feudo reperto. De qua quidem faiſina ac eiuſdem notificatione ſolet apparitor actum cōficere in forma authentica, nos relationem vulgo appellamus. & idē ſolet copiam ac exemplar ſuorum actuum ac explectorum vaſſallo vel ei cui faiſinam ſignificauerit, relinquere. [iuxta formam illius cl. cauſam quæ.] Cuius conſtitutionis forma in omnibus intimationibus ſeu ſignificationis actibus ſolet hodie obſeruari, ſiue fiant illæ ſuper actibus in ſcriptis, ſiue non ſcriptis, dummodo eadem ſubſit ratio, quæ eſt in d. cl. cauſam. [vt eod. in loco ſentit Card. in §. vlt. in verſ. vlt.] At quidem in caſu noſtro non dubium eſt quin eadem ſubſit ratio. Siquidē hæc notificatio non ſolum eſt certificatoria, ſed & iuris conſeruatoria, cum in inſtrumento commiſſionis à iudice decretę ſoleat ſemper illa vt dicunt ſalutaris clauſula apponi, Quod ſi ſenſerit quiſpiam ſe ex hac faiſina grauatum, compareat ille coram nobis, iuſtitiæ complemētum recepturus: vel vt vulgaribus verbis ea ſolet efferri clauſula. Quod ſi quis ſe opponere voluerit, aſsignes coram nobis diem ad ſuæ oppoſitionis cauſas proponendas, & quicquid di-

cere voluerit. & c. [videto Moder. mediol. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procur. & leg.] Est & eadem notificatio inhibitoria tum & monitoria, ne vassallus non rite huius saisinæ certior factus incidat in pœnam, si ipse colonúsue eius, aut alius per quem retinet possessionem feudi, contraueniat, & manum regiam seu iustitiæ in feudum iniectam violet. Nihil enim refert quoad incurrendum in pœnam, an ipse vassallus, vel is per quem possessionem retinet, feudo fruatur ac saisinę iura resoluat, infringátque. [casus est in d. l. 3. in princ. ver. sciendum. de itin. actúq; priu.] Quare in summa concludendum opinor formam notificationis in d. cl. causam. præscriptam, in hoc significationis saisinæ casu omnino seruãdam [per ea quę in specie refert Bart. & post eum, Moder. Mediol. in l. nõ solum. §. morte. ff. de nou. oper. nuntiat] hoc vno excepto quod illic de mense vno constituitur.

Alia quippe est in hoc casu, temporis ratio. Finge enim factam saisinam calendis Iul. quibus matureſcere solent fruges, ita vt iam colligendę sint ea tempestate: notificationem autem calend. Augusti factã, quo tempore triticum & siligo (quæ grossa blada vulgo appellamus) collecta & recondita sunt. Et sane isto casu nemo rectè dixerit istam notificationem tempore factam, sed quilibet eam nimis seram iudicarit, vt pote rebus non integris factam. & ideo ad fructus iam ante collectos minime retro trahetur. Vnde magis crederem quod & vsus noster forensis adprobauit, tempus illud omnino esse, in iudicis arbitrio positum, qui ex boni viri officio, ex qualitate personarum & feudi, & diligentia executoris, rem omnem metietur atq; expẽdet: veluti si executor seu apparitor, dum feudi saisinam exequitur, neminem illic locorum inuenerit, nec vassallum, nec eum quẽ receptorẽ vocamus, aut colonũ, quibus saisinã à se factã significare possit: illíque tãdem post octo decémve dies repertis, quæ egerit, nuntiauerit, eorúmque copiã reliquerit: certe crediderim ego huiusmodi notificationem congruo tempore factam, etiam quoad fructus medio tempore perceptos: quia illa notificatio quum statim atque fieri potuit, facta est, inesse ipsi actui videtur. l. quod dicimus. ff. de solu. vbi glo. & l. ratum. ff. eod. vbi notandum quòd Aret. in l. 1. §. qui præsens. in 2. col. ff. de verb. oblig. tradit quòd dictiones hę, cum primum, confestim, & similes, licet celeritatem importent, non tamen tempus iudicis officio, ac boni viri arbitrio relictũ excludunt. vt est gl. sing. in l. 1. in ver. mox receptum. ff. si cer. pet. Quod & satis aperte innuit d. cle. causam. vbi etiam post tempus mensis denuntiationi præfixum, indulget tempus arbitrarium, in iudicis officio positum, intra quod commode intimatio fieri possit.

¶ Qua manus iniectione.

Ista est tertia huius constitutionis pars, quæ duo continet. Primum, authoritatem percipiendi fructus, vt dicitur. per manus suas, nisi appareat legitimus contradictor seu opponens. Secundũ, cum cõparet legitimus cõtradictor, fructus ab ipso dño percipi non debere, sed à commissariis in eam rem specialiter constitutis. Et huius quidem veram differentiæ rationem eam esse puto quam Bart. obiter attigit, in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de reiud. ver. sed quæro, quod si quando executio facta est. Nam postquam feudum prehendit, & dominum in possessionem misit, is remanere debet in possessione feudi prehensi donec appareat legitimus cõtradictor seu opponens, qui comparendo petere potest vt dominus ita missus causa indicta, vt vulgo dicitur, deuestiatur ac exuatur ea possessione, ac res in manu regia seu iustitiæ remaneat, ac per cõmissarios huic rei deputatos administretur. Id quod hæc nostra adprobauit consuetudo, vbi vassallus vel possessor feudi comparet. Secus si tertius non possidens: quia tenuta semel concessa, seu, quod vulgo dicitur, executata in personam domini non reuocaretur ad instantiam alicuius non possidentis: sed via quidem ordinaria procedendum esset. [ita not. interpretes, in cit. §. si super rebus.] Hæc cit quod refert Fel. in rub. de re iudi. extr. inquiens iudicis dictum quo decretum est aliquem in carcerem conici, vel personam capi, propriè sententiam interlocutoriam non esse, nec diffinitiuam: sed quandam aliam speciem ab his distinctam, quæ ideo minime comprehenditur sub statutis super sententia disponentibus. Et proinde vbi sine solennitate iudiciali fiunt ista præcepta executiua & directa de mittendo aliquo in possessionem, reuocari quidem possunt, maximè parte comparente, in cuius præiudicium, eáque non audita facta sunt. [not. in d. §. vbi decretũ. & in l. de pu-

Decreta iudicis executiua reuocari possunt.

pillo.§.meminiſſe.ff.de nou.oper.nũtiat.] Verum nec defuerunt plærique qui contra ſentirent, nimirum non eſſe reuocandam ſaiſinam, & tenutam feudi datam domino: idque firmantes ratione potentiſſima. Siquidem illa ſaiſina conceditur à lege municipali, quam non minoris eſſe authoritatis ac effectus eſſe cõſtat, quàm pactum. [glo.in rubr.de decur.lib.10. C.cum vulg.] At ſi pacto conueniſſet vt liceret rẽ propria ingredi authoritate, & iudex id permiſiſſet. [vt in caſu l.creditores. C. de pignor.] valeret huiuſmodi licentia etiam parte non citata. [teſte Iaco.Butrig.per §. multis. iuncta gloſ. inſt. de libert.] Cæterum Bal.in cit.l.ne quicquam.§.vbi decretum.in 4.col.ver. ſed dubitatur ſi poſſum ingredi, adfirmat illam licentiam prætoriam non eſſe, quia non emanat, vt ait, in forma prætoriæ, cum pars non ſit citata. l. meminerint. C. vnde vi. Vnde iudex iſte magis contractus exequutor merus cenſeri debet, quàm iudex. [vt ipſe refert in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.] & ideo ſubdit illum qui ita miſſum non admittit, non teneri ex edicto, ne vis fiat ei. nec ideo in vllam incidere pœnam, quæ eſt vt plurimum, mulcta quingentorum ſolidorum. Quod tamen poſterius dictum non procedit ex cõſuetudine noſtra: quia qui miſſum non admittit, tenetur ex edicto ne vis fiat ei. ac incidit in pœnam xl. ſolidorum, pro violata manu regia, infractóque iure ſaiſinæ. Sed hoc ideo quia iſta miſſio non procedit à pacto, & conuentione priuatorum, vt loquitur Bald. ſed ex authoritate conſuetudinis, quæ vim legis habet. [§. ex non ſcripto. inſt. de iu.nat.gent. & ciui.] Bene quidem fateor iudicem qui commiſsionem decernit ad ſaiſinam, rectius officio executoris conſuetudinis quàm iudicis cenſeri: vnde fit vt appellationes ab eo interpoſitæ ſuper ea re, minimè recipi ſoleant, ita vt appellantes omnino repellãtur, quod vulgari noſtro idiomate dicitur, par fin de nõ receuoir. Iniquum quippe videtur à iudice ſtatutum vel conſuetudinem exequente appellari, ſicut & à ſtatuto ipſo fruſtrà ac ridicule quis appellaret. Abb.in c. conſuluit.3.extr. de appella. & quod in ſpecie à iudice miſsionem in poſſeſsionem decernẽte minime appelletur [caſus eſt in l.quiſquis.C.quor. appellat. non recip. vbi Bal. qui & idem not. in rubr. de offic. delegat. col.6.]

Contra miſſionẽ in poſſeſsionẽ fruſtrà appellari.

Verum, vt quod ſuper ea re ſentiam ſemel explicem, veriſsima eſt iſta ſententia, ſaiſinam ſemel decretam ac factam minime reuocari per quamcunque oppoſitionem, nec legitimam contradictionem. Sed fateor quidem eam vtiq; ſuſpendi in duobus caſibus. nimirum vbi vaſſallus alium nominat dominum, eúmque in iudicio ſiſtit, qui cauſam eius ſuſcipit, defenditque aduerſus eum qui miſſus eſt, referendo in eum quæſtionem iuris dominicalis, pro quo facta eſt ſaiſina. & ſic in caſu vbi duo contẽdunt de iure patronatus feudi. [§. 7. ſ. de iur. dominic.] Secundus caſus eſt vbi vaſſallus purè feudum abnegat. vt ĵ. eod. §. verſ. proximo. Quibus caſibus, lite pendente, vt dicitur, leuatur manus, id eſt, colliguntur fructus ad vtilitatem vaſſalli. In aliis autem omnibus caſibus propter controuerſiam quæ eſt inter dominum & vaſſallum, fructus penes ſequeſtrum deponi ſolent, ſeu, vt verius dicam, committũtur cuſtodibus ac ſequeſtris, colligendi ac regendi quandiu pendet lis, vt mox in proximo verſ. declarauimus: qui quidem tenebuntur eos in euentum victoriæ ei qui vicerit reſtituere. [arg.l.ſi rem.§.ſi quis ſponſionis cauſa. ff. de præſcript.] Et hæc quidẽ duæ quas diximus limitationes ex generali Gallię vſu locũ habent: quanuis quod ad poſteriorem caſum pertinet, quo vulgo dicimus dominum non debere deſſaiſitum litigare, videatur in contrarium deciſio.c.1. in pr. ſi de feud. fuer. controuerſ. int. dom. & agna. vbi id tractant Aluar. & Præpoſ. Mediol.

Saiſinam ſemel factam nunquam reuocari, ſed duobus tantum caſibus ſuſpẽdi.

Cæterum, quia in ſequeſtrationis materiam incidimus, non aliena erit ſi quæ ad illius explicationem pertinent, obiter hic referamus. Ea enim non paruam huic noſtræ conſtitutioni lucem afferent. De ea ſatis luculenter tractant Card. in cl. ad compeſcẽdas. de ſequeſt. poſſ. & fruct. & Fran. Curt. ſenior. in repetitione l. vnicæ. de prohib. ſequeſt. pecu. C. cui etiã titulum ſubſcripſit de ſequeſt. Bald. in d. l. vnica. C. de prohib. ſequeſt. pec. hoc modo diuidit: vt ſequeſtratio ſiquidem alia ſit voluntaria, alia prętoria, & quædam iudicialis. Et voluntaria quidem ex partium controuertentium conuentione fit, nullo cogẽte iudicis iuſſu: hinc eſt quod permiſſa quidẽ, ſed non iuſſa dicitur: ſicut & cæteros contractus permiſſos quidem, ſed non iuſſos aut neceſſarios dicemus. [l. in commodato.§. ſicut. ff. commo.] Quod & fieri con-

De ſequeſtratione.

tingit quando aliquid deponitur certantibus de alicuius rei victoria penes tertiũ, qui victori sponsor sit eius quod in casum victoriæ propositum sit. Cuius rei nomine competit actio præscriptis verbis. [vt est casus in l. si in rem. §. si quis sponsionis causa. ff. de præs. verb. vbi gl. Vide Paul. & Alex. in l. à Titio. ff. de verb. oblig.] Prætoria verò dupliciter fieri potest nimirum vel de re contẽtiosa, vel quæ contentiosa non est [Bal. in d. l. vnica.] Quæ de re non contentiosa sit, fieri quidem potest & ad iuris sui cõseruationem, vel ad damnum euitandum. Vt verbi gratia, plures heredes eodem testamento scripti contendebant, penes quem esse deberent instrumenta communia: cum de tertio conuenire non possent, ad iudicem itum est, qui sua auctoritate vnum elegit penes quem ea instrumenta conseruarentur. [l. cæterum. §. 2. cum l. seq. ff. famil. hercis. & l. vlt. de fid. instrum.] Idem fieri assolet in puella aut muliere quæ inuita reposcitur in coniugem, eo nempe casu interim dum pẽdet lis de futuris nuptiis, sub fida & honesta custodia sequestro committi debet. [c. cum locum. extra. de sponsal.] Et hæc quidem ad iuris conseruationẽ pertinent. Ad damnum verò euitandum, vt cum debitor creditori soluere volens, ne sibi imputetur mora, si per creditorem stat, solet pecuniam iudicis authoritate penes tertium cõsignare, ac deponere. [l. acceptam. C. de vsur.] Quod verò ad prætorium sequestrum pertinet, quod sit de re contentiosa, vt quia inter partes controuertitur, id quatuor modis fieri potest. Primo, ex mero seu nobili iudicis officio. Nimirum quãdo iudex videt partes iamiam paratas ad arma capessenda: tum illarum furorem ex suo officio cohibere potest, vt pote partibus interdicẽdo rei controuersæ ingressum: & rem interim penes quendam in sequestrum cõstitutum deponere. [l. æquissimum. ff. de vsufruc. & quæ traduntur in c. licet. sub fi. extra. de probat.]

Secũdo ex id genus sequestri fieri solet officio iudicis mercenario sequestrationi deseruiẽti: vt quia quæ debẽtur obsequia, minime præstantur. veluti in casu huius §. & §. 6. & 7. ff. de iu. dominic. vbi quia vassallus non est debita obsequia executus, nec fidelitatem obtulit, licet domino à iudice decretum petere, quo feudum in sequestrũ eat, ac ipse per depositarium fructus colligat. Quod confirmari potest ex eo quod Card. & Curt. in locis supra citatis astruũt, de curato qui curã animarum minimè ex officio gerens, à superiore admonitus negligit in sacerdotio residere, interim dum appellat à superioris admonitione, potest ab eodem superiore suo officio mercenario huic monitioni deseruiẽte, fructus sequestrare, etiam quacunque appellatione non obstãte. [casus sunt in c. peruenit. extra. de appellat. & l. 1. §. super peculio. C. de assert. tollen. & l. 3. C. quib. ad lib. procl. nõ lic.] Quod nimirum constitutum est ob fauorem cultus diuini quem non debet friuola appellatio remorari in animarũ præiudicium: & propterea pro non interposita ea habebitur [arg. c. cum nobis. extr. de elect. & ita refert Ab in d. c. peruenit.] Idem contingit in duobus super vno contendentibus sacerdotio quorũ neuter est pacificus possessor: pendente quippe lite, possunt debẽntque sequestrari fructus, cum certum sit vnum ac idem sacerdotium ad duos pertinere non posse. [c. cum contingat. extr. de rescript.] vnde colligo, re ipsa ad sequestra ista procedi non obstante appellatione, per iura nuper adducta. Cuius rei rationẽ ibidem assignat Abb. quod vt ius neminem grauat, ita nec is qui ius exequitur & in effectum deducit. [c. qui peccat. 23. quæst. 4. & l. Gracchus. C. de adult.] Quare cum iudex rem feudalem vt vulgo dicitur saisiri ac capi iubet, non videtur vassallum grauare. nihil enim facit quàm quod consuetudinem ita ferentem exequitur. ideo ab eo non solet appellari. [c. cõsuluit. 3. ex. de appellat. Bal. in rub. ex. de of. deleg. col. 6.] Tertio, potest qui sequester constitutus est, rei penes se depositæ sequestrationem petere: quando nimirum vult rei custodia exonerari. quo casu alius est in illius locũ sufficiendus. Qua in re tamen admonendi sumus istos commissarios (ita enim sequestros appellare solemus qui rei custodiendæ sunt à iudice vel à partibus deputati) non posse semel acceptatum sequestrum repudiare, nisi ex causa legitima ac iudicis authoritate interueniẽte, qui alios si ita videbitur, causa cognita substituet subrogabitque. [casus est in l. ei. §. si velit. vbi Bart. ff. depos. & post eum Bal. in rub. C. eod. in vlt. vers. idem in l. si oleum. ff. de dol. Angel. in l. vnica. C. de prohib. sequestr. Curt. in 3. q. d. l. vnicę.] Quę autem iustæ sint causæ abdicandi se sequestro refert Bartol. in d. §. si velit. ea esse vt pluri-

A iudice ius scriptum vel non scriptũ exequẽte nõ appellari.

mum quas tradit Iurſconſ. in l. filius fam. cum l. ſeq. & l. poſt litem. cum ll. ſeq. ff. de procurat. Quarto, fit ſequeſtrum ad partis (quod dicitur) petitionem: idq; ex innumeris diuerſiſque cauſis. Fit quippe ali quando ſub primam inſtantiam, quandoque in cauſa appellationis, nonnunquã in executione ſententiæ. [de hac ſpecie in l. vnica, C. de prohib. ſeq. pec. & Card. in cit. cl. ad compeſcendas. Curt. in d. ſuo tract. de ſequeſt.]

Veruntamen hic prætermittenda duo non ſunt. Primum quod etſi lex operam iſtorum ſequeſtrorum officium vocet, [l. ſi fideiuſſor. §. 1. qui ſatiſd. cog.] nõ tamen officiales hi ſunt, niſi largo modo accepto officialium vocabulo. vt ibidem teſtatur Ang. & hoc ea ratione quod ſequeſtri officiũ ab authoritate publica minime pendeat, ſed totum priuatum ſit. Vnde idem ille infert quẽ ad id onus ſequeſtri obeundum compelli non poſſe: aſſerens id nulla lege cautum reperiri, immo in cõtrarium eſſe l. vlt. §. ſin autem. C. de bon. auth. iud. poſsid. [Cui aſſentire videtur Bart. in l. litibus. ſub fi. de agric. & cent. lib. 11. C. & Alexan. in cit. §. vlt. & Paul. Caſt. & Iaſ.] Quod & hoc potentiſsimo confirmo argumento: nimirum quod hi ſequeſtri ex quodam quaſi contractu actione præſcriptis verbis ad cuſtodiam & reſtitutionem rei apud ſe depoſitæ obligẽtur [l. ſi oleum. ff. de dol. & d. §. ſi quis ſponſionis cauſa.] At illud pluſquam vulgare ac tritum eſt, neminem contrahere aut quaſi contrahere cogi [l. nec emere. C. de iu. delib.] Vnde inuiti ad id munus aſciſci non ſolent, ſed inuitandi ac ſponte quærendi. [l. 2. §. quæritur. de curat. bon. dan. & Bal. & Salic. in l. tutori. C. de neg. geſt. adfirmat curatorem bonis nemincm inuitum dari. & Bal. in l. vlt. §. ſed etſi quis. col. 3. ſuper verb. noluerit. C. de leg.] Idem tamen Bal. in l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. cenſet, licet nulla lege in id expreſſa quis compelli poſsit ſequeſtri munus ſubire: ad id tamen officio iudicis cogi poſſe. ita tamen vt ille ſolam ſuam impendat operam, ſine aliqua impenſa è ſuo facta. [d. l. vlt. de bon. auth. iud. poſsid. & l. vl. de req. reis.] verum ita id temperat, vt non niſi cauſa cognita fiat, vt, quia ſubeſſet cauſa neceſſaria vel admodum commoda, ob quam quis eſſet in ſequeſtrum eligendus, vt quia non poſſet commodius res iſta per alium expediri. Vnde rem adprime ſingularem inferre licet, vt cum ea

Sequeſtros ad ſubeundũ ſequeſtrationis onus minime cõpelli

ſequeſtri conſtitutio maxime inuiti, cauſæ cognitionem deſideret, non poſſe apparitores noſtros, quos vulgo ſeruientes dicimus, aliquem inuitum ac nolentem commiſſarium ſeu ſequeſtrum cõſtituere, nec de cuiuſquã ab eo onere excuſationis cauſa cognoſcere, dum huiuſmodi rei feudalis ſaiſinam à iudice decretam exequuntur. Id quippe apparitorum genus nullam cauſæ cognitionem ſibi vendicare poteſt. Sunt etenim illi nũtij nudi tantum ac meri executores, abſque vllo iuriſdictionis iure. [l. etſi non cognitio. C. ſi cont. ius. vel vtil. pub. l. ſi vt proponis. vbi Accurſ. qui nominatim loquitur de nuntiis & ſeruiẽtibus publicis. & l. executorem. & vtrobique bal. C. de execut. rei iud.] Vnde illud ad iudicem referre eos oportet. Niſi forte ille nũcius eſſet mixtus executor, vt quia huic rei nominatim eſſet deputatus. tunc enim vt iudex delegatus rem omnem poſſet ex delegata ſibi iuriſdictione abſoluere, & de hac re iure cognoſcere. [cl. 1. de offic. deleg. & c. paſtoralis. §. quia vero. vbi gl. & ſcrib. eo. tit. in antiq.] Quare & idem de omni exceptione quæ rei iudicatæ executionem concernit, & ſententiam non elidit infringitue, cognoſcet. [l. pen. ff. de confeſſ.] Et hoc notatu eſt dignisſimum.

An iudex rẽ poſsit apud ſe ſequeſtrare.

Alterum quod diſpiciẽdum propoſuimus eſt, an iudex poſsit ſeipſum in ſequeſtrum rei contentioſę eligere. id quod non raro euenire ſolet, cum iudices animi ſui morbũ ac auaritiæ labem prodẽtes, quandoq; prędium aliquod egregium, de quo diſceptatur, in manibus ſuis ponunt. Et viſum eſt Accurſ. [in l. ſenatuconſulto. in ver. deponatur. ff. de offic. præſ.] id quidem licere. Ait enim rem apud iudicem, vel alium ſequeſtrandam. Verum in contrariam partem ea videtur vrgere ratio quod iudex cui data eſt alicuius rei electio, ſe ipſum eligere non poſsit. [arg. l. plane. ff. quod cuiuſ. vniuerſ. l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi centum. ff. mand.] Cæterum Raph. in cit. l. ſi fideiuſſor. §. vlt. qui ſatiſd. cog. & poſt eum Ponta. & Alex. Accurſ. ſententiam ſecuti ſunt. At ſecundam ad probatã habemus validiori adprobatione, nempe conſtitutionum regiarum authoritate. art. 86. ordinationũ Ludou. 12.

Reſtabat porro & id quærẽdum an clericus ſequeſter conſtitutus poſsit à iudice ſeculari cõſtringi ad rem reddendam vna cum ſua cauſa. verum quia rem iſtam ad vnguem præclare ac docte vti ſolet ille o-

mnia, pertractauit Consul. illustriss. Tiraquellus, char. 379. num. 9. & seq. tu illũ adito: verbum non amplius addam.

¶ Nisi pure.

ISta est quarta atque postrema pars huius §. quæ exceptionem continet ad regulam cuius meminimus in tertia parte. Pœna verò hîc prodita in vassallum abnegantem dominum, locum quoque habebat iure feudorũ. [c. 1. §. vassallus si feudum. & §. vassallus feudum. si de feud. cõt. fuer. int. dom. & agn. & vtroque in loco Bal. & cęteri feud. & c. 1. in fi. de leg. Corr. vbi plenè per Præp. mediol.] Multæ autẽ introductę sunt pœnę à iure cõmuni contra inficiantes quas hîc congerere necesse non est. [Nonnullas autem commemorauit Bal. in l. ea quæ. C. de condict. indeb. & in auth. qui propriam. in 3. col. C. de non mu. pec. & in l. contra negãtem. ad l. aquil. in §. item mixta. inst. de act. vide & Zas. in suo epith. feu. part. 10. & Innoc. Abb. Bal. Fely. & Dec. & cæteros Cano. in c. cæterum. de iudic. & Bald. rursus. in l. cessante. vers. sed nũquid dominus feudi. C. quom. & quãdo iud. Idem in l. sicut datam. C. de lib. caus. Latissime Pont. eam rem pertractauit, in cõs. 70. viso themate. Guid. Pap. decis. Delph. q. 436. cum materia. vers. 69. Curt. in 4. par. feu. quib. mod. feud. amitt. quæst. 19.]

Porro, experientia rerũ edocet sex modis negationem fieri posse. Primo & ea est directa negatio, quando scilicet negatur feudum seu rem esse feudalem. Secundo, quando negatio in rem simul ac in personam concipitur: vt quando nimirum negat vassallus feudale prædium in feudum dependere à certo loco quem dominus asserit suum feudum esse dominans, & ab eo id quod vassalli est, depẽdere. Tertio, quãdo negatio concipitur in personam tantum, & non in rem, vt quia vassallus feudale prædium suum fateatur quidem à certo loco dominanti, quem patronus suum esse asserit teneri in feudum & homagiũ: sed negat hũc qui se patronum illius feudi dominantis asserit, dominum esse. Quarto, quando negatio concipitur non in personam quidem, sed in rem: super qua re infinitæ in dies emergunt controuersiæ, vt quando vassallus dominum aduocat ac agnoscere non recusat, adeo vt paratus sit ei fidem homagiúmque ratione certi loci, à quo asserit feudũ suum teneri in homagiũ: sed non ad causam alterius loci, quem prætẽdit contrà dominus esse feudũ dominãs. Quinto, si feudum quidem non in totum negetur, sed pars illius tantum, quam vassallus ait teneri in feudum ab alio domino: aut esse censualem, vel terragialem, aut certe allaudialem: quanuis in hoc postremo non audiretur vassallus in prouincia nostra, eo quòd nullum in ea sit allaudium, vt constat ex §. 1. ſ. de iur. dominic. Sexto, quando feudum quidem non negatur, sed eius qualitas: vt quia vassallus dicit feudum suum esse rectum, dominus autem conditionatum cõtendit, id est datum in certum, vt ita dicam, seruitium: & hoc deneget vassallus. His ita breuiter enarratis necessariò quærendum est an locum habeat in his omnibus negationis speciebus pœna amissionis feudi, si in euentum causę perperam vassallum negasse domino compertus fuerit. Et in primo & secũdo casu, si negatio fiat pure & simpliciter indubitatum est feudum amitti. Quod autem ad tertium casum pertinet contenderim ego pœnam amissionis locum non habere. Siquidem vassallus non negat quidem feudum, sed negat tantum actorem esse loci dominantis dominum, quæ est alia & separata ratio negationis à denegatione feudi, de qua loquitur hic vltimus versiculus, & ideo subest alia ratio. Quia hoc iure separata est feudi causa à iure personæ. Quod liquido demonstratur generali consuetudine regni, qua feuda sunt patrimonialia hæreditaria & realia, & in quoscunque transmissibilia: non personalia, vt erant iure feudorum, vt ostẽdimus supra in rub. de feud. Ita vt nullum sit vspiam in Galliæ regno prædium seu feudum, quod ab aliquo feudo dominante non depẽdeat, (exceptis his amplis nobilibúsq; feudis, quę immediate à sceptro regali seu corona Franciæ tenentur) ita vt transmisso, vendito, aut aliter alienato loco dominãte, transeant etiam feuda omnia ab eo mouẽtia sub nomine pertinẽtiarum, cuiusmodi est patronatus ecclesiæ. [l. in modicis. ff. de contrah. empt. & plenius descripsimus, ſ. eo. §. 20.] Quod autem ob illa feuda præstentur fidelitates & homagia personæ, id non accidit ratione personæ, sicut iure cõmuni seruus manumissus ratione personæ domino suo operas reuerentiales & obsequiales præstabat, de quib. in tit. de oper. lib. & in tit. de

obſeq.à lib.præſt.& iure feudorum clientulus domino ſuo in memoriã ac gratiam accepti beneficij.vt referunt doct.in præluđ.feud. At ſolet fidelitas præſtari ratione rei,hoc eſt,quia is cui fides homagiúmque exhibetur, dominus ſit feudi dominantis. vnde ſi negatur eſſe dominus feudi dominantis, non negatur feudum ſeu materia ipſius feudi: Nimirum quod feudum quod poſsidet clientulus,non teneatur in fidem ac homagium ipſius feudi dominantis.Et proinde rationi naturali maxime conuenit, vt cum iſta negatio nihil imprimat in materiã feudi, ſeu quicquam officiat, pœna imprimi non poſsit in materiato. In quarta verò negationis ſpecie adfirmarũt eum qui feudum negat eo modo,feudo priuari, licet dominum non abneget. Nam ipſe ſubſtantiam feudi prorſus denegat.Hoc enim perpetuum eſt,feuda realia eſſe atque patrimonialia. Nam ab aliis dependent feudis. Quod autem ille dominus vtriuſque fundi, eſt dominus feudalis, id naturaliter non fit: quia, vt præſuppoſuimus,in facto ille non contulit beneficium feudi in clientulum, ſed per accidens eſt dominus feudi dominantis. quod quidem accidens cõiunctum ſeu copulatum ſubiecto, id eſt, feudo dominanti, tanquam forma accidentalis, facit vt eidem præſtentur fidelitates & homagia, & ipſe faciat renouationes inueſtituræ. & proinde multum refert an negetur forma, an ſubiectum. Quod autem fides præſtetur perſonæ iſtud non eſt ratione perſonæ ſuæ, ſed quia dominus eſt fundi dominãtis,& ſic per accidẽs. Et propterea in iſtis denegationibus & confeſsionibus feudi inſpiciẽdum eſt ante omnia, an quis confiteatur vel neget feudi ſubſtantiam, an accidens.[Bal.in c.1.verſ.Ex prædictis ſume argumentum de content. inter. me. & dominum. & in c. ſignificante. ſub fi. penult. col. de appellat.] Fateor equidem ſi verſaremus in terminis iuris communis aut feudorum,quo ius patronatus vt perſonale acceptum eſt, vt nuper diximus in clientulo & liberto, ſi prorſus abnegatur patronus, locum fore pœnæ negationis hic proditæ. At vbi quæſtio eſt ſuper realitate certum eſt non conſiderari perſonam,niſi reſpectu qualitatis aut officij: vt quia aſſertus patronus, eſt dominus feudi dominantis. qui hoc caſu poteſt fungi vice duarum perſonarum.vt in caſu propoſito, ſi actor dicit ſe patronũ ratione fundi Corneliani ad eum pertinẽtis,& clientulus negat,aſſerens fundum ſuum in feudum tenere ratione fundi Semproniani, qui ſimiliter ad eum pertinet, hoc caſu poteſt ſuſtinere vicem duarum perſonarum, videlicet,vt dominus fundi corneliani, & vt dominus fundi ſemproniani. At diuerſum omnino obtineret ſi illius quidem perſona conſideraretur vt perſona, quia tunc non poteſt ſuſtinere vicem plurium. [Et iſtud eſt quod in ſpecie propoſita voluit Bart.in l. ſi conſul.ff. de adopt. In dignitatibus & officiis idem videtur ſentire Bal.con.159.ſuper eo.vol.3.]

Quod ad quintam negationem ſpectat videbatur dicendum, quod ratione negantis partem, totum feudum commiſſum iri[per tex.in cit.§. vaſſallus ſi feudũ. ſi de feu.cont.ſit int.dom.& agnat.& tex. in auth.de hæred. & fal.§. hunc nobis.col. 1.& vulgo dicitur,paria eſſe negare & ſubſtrahere.l. hæreditatum.§. vlt.ff.ad l.falc.] Et ita apud Turones, & plæraſque alias Galliæ prouincias, ea inualuit conſuetudo, vt quifeudum (quod aiunt) decurtat, feudum perdat. Verum in cõtrariam iuit ſententiam.gl.in cit.§.vaſſallus. quæ per illum tex.ſenſit vaſſallum denegãtem partem feudi,pro ea tantum parte feudo ſpoliatum iri. Quod & in pœna commiſsi ob alienationem feudi receptũ eſt.[c.1.de vaſ. qui cont.conſtit.Lothar.feud. alien. Vbi Alua. & Præpoſ. iſtud confirmant per l. reſcriptum.ff.ad l.falc.& l. Paulus reſp. ſi certa portio.ff.ad Treb.]Vulgatum enim eſt pœnam delictum egredi nõ debere, ſed cum delicto commenſurari. Nam certum eſt dolum & pœnam diuiſionẽ admittere, ac eſſe, vt dicitur,proportionabilia:[vt ibi dem docet Bald.& cæteri Feudiſtæ. Idem & ſenſit Bal.in l.cogi.in vlt.verſ.C.de petit.hæred. Vide Iaſ.in l.3.C.de iu.emphy. quæſt.13.num.124.]

Supereſt ſexta ac vltima negatio, quæ quidem decidi videtur ex cit.§.vaſſallus ſi feudum. Vbi tex.comparat eum qui feudum negat cum eo qui feudi cõditionem, id eſt qualitatem negat. vbi id expreſsim exponit Præpoſ.hanc ſecutus ſententiam quam confirmat authoritate Pont. conſ. 7.viſo themate.& Bal.in addit.ad Specul. tit.de loc. in 9. col. & in c.ſignificantibus. extra.de appellat.tum quia ea qualitas reſpiciat totam rem. Exẽplum fingit, ſi feudum negetur conditionatum, & contendatur ſimplex: quæ ſunt diuerſæ ſpeciei.

Vnde vaſſallus per huiuſmodi denegationem videtur feudi ſubſtantiam & qualitatem negare. Quæ res cum obſcura ſit, illuſtranda eſt ex dictis Bar. [in l. eum qui. ſub pr. in ver. expedito tex. ff. de iureiu. & in diſputat. incip. per Italiam communiter ſunt ſtatuta: quæ eſt octaua.] vt ſcilicet quando quis negat aliquam qualitatem ſeu circunſtãtiam, qua negata habetur & ipſum factum pro negato, vt ſi quis fateatur quidem ſe Titium percuſsiſſe aliquãdo, qui cum proxime mortem obierit percuſſus, & ille huius rei accuſatus neget ſe nec id temporis nec loci ſe Titium percuſsiſſe, factum quidem fatetur, nempe ſe percuſsiſſe aliquando: at circunſtantiam negat ſe nimirum id temporis percuſsiſſe. vnde factum ſuper quo proceditur, omnino negare intelligitur. Nam quæ vno & altero tempore facta ſunt, vel diuerſis in locis, licet eadem ſint facta, qualia ſunt bis percuſsiſſe, differũt tamen reipſa ac ſecũdum ſubſtantiam. [l. ſi non ſortem. §. libertus. de condic. indeb. & c. cum Ioannes. de fi. inſt. & c. abbate ſane. in ver. locus, & tẽpus. extr. de re iud. Bart. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. de adult.] Et iſto caſu locum habere puto pœnam hac conſtitutione proditã in denegantem. Cæterum, ſi qualitas non inſit rei ſubſtantiæ, ſed accidentaliter aut acceſſorie tantum inhæreat, vt verbi gratia, finge quẽ fateri ſe hominem percuſsiſſe: percuſsi autẽ qualitatem negat, quod ſcilicet eſſet liber, vel eſtimationem illius: tum ſane in pœnam negãtis incidere non puto. [Bart. in eod. loco.] Ita ſi feudum quidem fateatur vaſſallus, aſſerat tamen illud francum eſſe & liberum ac immune ab omni reali præſtatione ſeu iurũ vtilium ſolutione, tum eo caſu quia qualitates illę feudo vt pars ſubſtantiæ illius penitus inhærent, eo caſu locum habebit pœna. Per eam quippe negationẽ, de feudo allodium facere contẽdit vaſſallus: inter quæ latiſsima eſt differerentia cum feudum recognoſci ſoleat à domino, allodiũ autem, nullum dominium agnoſcat. allodiũ enim nihil aliud eſt, quàm res propria ac libera. [text. in c. 1. vbi interp. ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. & in c. adhuc. de pac. iuram. firm. Cuius etiam meminit gl. in l. etſi quis. §. interdum. ff. de relig. & ſumpt. fun. & l. familiæ. ff. famil. herciſ. & in l. penul. C. de inge. man.] At ſi tales fuerint qualitatees, quæ non ſubiectiuè, ſed accidentaliter feudo cohærent, vt quia vaſſallus negat laudimias quinti & ſubquinti, ſed annatam tantum, vel oris ac manuum oblationem deberi fatetur. (vt ſunt quædam apud nos feuda quæ ex tenore inueſtituræ & cõceſsionis ſunt ab omni præſtatione reali libera) his ſane caſibus adfirmare auſim denegationem huiuſmodi qualitatum commiſsi pœnam minime mereri. Ex his igitur in ſumma colligito pœnam negantis feudum, aut eius qualitatem feudum alterantem ſeu extinguẽtem, eſſe feudi amiſsionis. Quam extendit Pont. in cit. conſ. 70. ad vaſſallum, qui prothocolũ inueſtituræ malitioſe occultat. [per l. pen. C. de legat.]

Ex occultatiõe prothocoli feudum amitti.

Sed nunc quæro, an in omni negationis caſu locum haberet pœna iſta, quæ eſt feudi amiſsio. Et viſum eſt practicis noſtris ex omni denegatione feudum amitti. Solẽt illi moueri ex generali Galliæ vſu infinitis prope ſenatuſconſultis confirmato, quo receptum eſt vaſſallũ omnino teneri aduocare ſeu cõfiteri dominum ſuũ, aut omnino negare: ídque pure ac ſimpliciter. quæ verba dicũt eſſe præciſa, & ideo per ea omnem erroris vel ignorantiæ cauſam excludi. [Bal. in l. quanquam. C. ad l. falc. Bart. in l. 1. §. ſed quod ſimpliciter. ſub fi. de verb. oblig.] At diuerſa ſententia placuit noſtris feudiſtis. Aſſerunt enim vno ore omnes, pœnam negantis feudum nunquam locũ habere, niſi vbi fit per dolum verum vel præſumptum: vt in eo qui ſcire poteſt vel debet, vel qui refugit ſcientiam. [Bal. in cit. §. vaſſallus. vbi eſt text. clarus. in ver. ex certa ſcientia. & idem in cit. l. ea quæ. C. de condit. inſert. glo. mag. in l. vlt. ibi, Quãdo quis fuit ſciens. ff. de rei vend. vbi etiam Bart. col. vlt. ver. quæro vtrum. & Alex. con. 35. in cauſa. & lit. vol. 5.] Vnde fit, vt qui in alterius locũ ſuccedit, ſeu qui aliam iuſtam ignorantiæ cauſam habet, negando feudum illud non amittat. Verum, ne te iſta fallãt, ocyus aduertito. Nam vt ita ſentirent Feudiſt. & Canon. rationem non habuerunt huius noſtræ cõſuetudinis, qua iubetur reus purè ac ſimpliciter reſpondere, puta omnino negando, vel confitendo dominum. Quod ſtatutum efficit vt nullus ignorantiæ prætextus excuſet vaſſallum ab iſta aduocatione vel negatione facienda. Vnde nullum aliud videtur ſuppeti poſſe cõſilium, quàm quod ſcribit Bald. poſt Belloui. in cit. §. vaſſallus. Nimirum vt huius rei interpellatus vaſſallus tempus petat ad de-

An in omni denegationis caſu feudum amittatur.

liberandum, an ſit negaturus vel confeſſurus. Si enim ſeſe dubitare reſponderet, non vtique ſatisfacit, nec poteſt per hanc reſponſionem in cauſa procedi. Cæterum mihi ſemper quam maxime placuit moderata rerum æquitas: quæ me in eam duxit opinionem, vt crederem in certis caſibus in quibus eſt iuſtiſsima dubitationis cauſa, poſſe officio iudicis (cuius partes ſunt omnia æquo ac moderato animo interpretari ac conſulere) vaſſallo hęſitanti ſuccurri. Vt ſi, verbi gratia, ita ſuccedat res: Titius emit fundū à Sempronio, qui eundem mox mihi vendidit ea lege & ſub hoc onere, vt Cornelium in dominū feudalem agnoſcerem. Superuenit quidam Meuius, qui à me petit vt eum in dominū agnoſcam vel negem. Hîc quid agam non ſatis eſt mihi exploratum. Dico ego & demonſtro me noue ac recenter in alterius ius ſucceſsiſſe: vēditorem nulla mihi tradidiſſe inſtrumenta, ſicut nec certe tenebatur, cum ſufficeret illum de euictione cauiſſe. [Iuxta l. Titius. ff. de act. emp.] Notarij item mihi ſunt prorſus incogniti, qui eorum prothocola habent. Vnde mihi deperit omnis probationis copia ac facultas. Quo fit vt ad boni viri iudicis officium recurram, imploraturus quatenus ipſius Meuij qui ſe dominum feudalem aſſerit inſtrumenta meis ſumptibus edantur, ſuæq; inueſtiturę ſeu quod aiunt dinumerationes & aduocamenta exhibeantur præſtito interim calumniæ iuramēto me id malitioſè nec calumnioſè petere: me poſtremo offerens his viſis, bonam me agniturū fidem. Hæc ſane æquiſſimam poſtulationem nemini meo iudicio denegabit iudex. [Et hæc authoritate Innoc. confirmātur in c. 1. extr. de probat. & eodē in loco Butr. & Immo. & Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. vidēdum. ver. ex premiſsis: necnon dominorū à rota. deciſ. 228. licet pars. in nouis. Alex. & Iaſ. in cit. l. vlt.] huc ſpectat quod vaſſallus tenetur edere domino inſtrumenta ſeu documenta feudi. vt ſuprà docuimus. ergo ex natura correlatiuorū eſt, vt dominus teneatur pariter vaſſallo edere inſtrumenta inueſtituræ. [c. 1. ſub fi. de for. fidelit. ibi, Dominus quoque vicem fideli ſuo reddere debet. Quod ſi non fecerit merito cenſebitur malefidus.] Item conſtat dominum teneri libertis inſtrumēta libertatis edere, [l. ſicut datam C. de lib. cauſ. ſecūdum intell. Aret. in d. c. 1. 12. col. de prob.] ergo & dominus vaſſallo.

Sed an admittatur vaſſalli pœnitentia, poſsitque hanc ſuam negationem reuocare? Qua in re eſt à doct. admodum variatum, ita vt dicere poſſumus quot capita tot ſentētias in ea queſtione fuiſſe, quas quidem congerit Prep. Medio. in d. c. vaſſallus. Et imprimis Yſer. inter feudiſtas celeberrimus conſtanter negauit pœnitentiæ locum fore etiam re integra, putauitq; pœnam commiſsi nō euitaturum ob pœnitentiam, qui ſemel negauit. Hac opinor motus ratione quod ſimul atq; negatum eſſet à vaſſallo, eſſet iam feudum acquiſitum domino nomine pœnæ. Quod ius ideo ab illo inuito auferri non poteſt. [l. ſi poſt mortem. §. vlt. de bon. poſſ. cont. tab. l. vlt. ff. de pact.] niſi incontinenti negatio eſſet reuocata. [not. in c. vlt. de iureiur. in 6. Et Bal. in l. edita. C. de eden. l. cōtra negantem. ad l. aquil. l. ea quæ. C. de cond. indeb.] At contrà, Bello. exiſtimauit negantis vaſſalli pœnitētiam admitti vſque ad litis conteſtationem. lite autem ſemel conteſtata iam amplius pœnitere ei non licere [vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium. l. ſi pecuniam. C. de condic. ob cauſ. l. is qui ſe liti obtulit. cum l. ſeq. ff. de rei vēdic. Accur. in l. idem Neratius. §. hæc actio. ff. ad l. aquil. per tex. apertum in l. electio. §. neque. ff. de noxal. act.]

An vaſſallo liceat negationem per pœnitētiam reuocare.

Quinetiam idem Bellou. ita huic pœnitentiæ indulſit, vt nedum vſque ad litis conteſtationem ſed & vſque ad ſententiæ terminum eam admittendam cenſuerit. [tex. in l. conductores. C. loc. l. non abs re. C. vnde vi. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. & l. in ſeruitutem. §. petiſſe. ff. de bon. libert. glo. in c. 1. §. porro. ver. perdat. quæ fuit pr. cauſa benef. amitt.] Has porro opiniones, quę vaſſallum pœnitentem ad reuocationem negationis admittunt, Bart. in cit. l. qui ea mente. in antepen. oppoſ. videtur intelligere quādo eum pœnituit antequā partem aggrauaret probatione. Et ſuper hoc videtur fundata tertia opinio quæ fuit Bal. in cit. §. vaſſallus. & in l. cōtra negantem. ſub princ. & ver. quæro igitur quod ſi dominus plura dāna paſſus eſſet. illic exiſtimantis admitti quidem vaſſalli negantis pœnitentiam ſi modo dominus graui dāno ac iactura in producendis probationibus affectus non eſſet. Vnde concludit quòd ſi is qui negat, poſtea confiteatur re adhuc integra, id eſt, antequam aduerſarius probandi onere grauatus fue-

rit,recte eius pœnitentiam admitti.[arg.l. eum qui.ff. de iureiur,& eorum quæ not. in §.item mixta.inſt.de ac.] Quod ſi poſtquam actor probauerit quod negatum eſt ſuperueniens rei confeſsio eum non releuat,[not.in auth.qui rem propriam,de nō numer.pec.] Et huic ſententiæ hæſit pede velut fixo Barb.cōſ.82.illud referam.col. 3.volu.3. Quæ nec mihi ſane diſplicet. Aluar.autem in cit.§. vaſſallus,in aliam abiit ſententiam, exiſtimauítque ſi dominus vaſſallo certum terminum aſsignandum procuraſſet, intra quem ei reſpondēdum foret, & ipſe elapſo termino reſpōdeat ſe illi vaſſallum non eſſe,iam amplius huiuſmodi maturo cōſilio factam negationem reuocari non poſſe.[fa.gloſ.in c.ex literis. extr.de diuort.]Et hæc ſane ſententia hodie apud nos obſeruari ſolet. Nam vbicūque oritur lis ac contentio ſuper re feudali, actor ante omnia poſtulat, vt reus aduocet vel neget dominum. Quod & indubitanter decernit iudex, præfixo interim certo termino,intra quem veniat,reus aduouer ou deſaduouer. Etſi reus alleget ſe alium in dominum agnoſcere, eadem interlocutoria ſentētia ſtatuet iudex, quod eodem termino illi præfixo ad aduocandum ſeu deſaduocādum, ſummare ſeu denuntiare poterit litem ei quem dominum agnouit. Etſi quidem alium repræſentet dominum, ſeu, vt vocant, garandum qui prætendat feudū iſtud ab eo teneri,ac huius rei nomine litem ac iudicium in ſe ſuſcipiat,abſoluitur reus ab inſtātia,eidémq; feudum libere fruēdum lite pendente reſtituitur.[tex.in §.7.ſ.de iu.dominic.] nec vlterius illo caſu cogitur amplius fateri vel negare. quia dominum in iudicio nominauit, quem cum effectu in iudicio ſiſtit.qui quidem dominus iudicio in ſe ſuſcepto atque trāſlato, ſuum nominatorem liberauit. [l.ſolutionem.de ſolut.]quę nominatio locum habet in feudis tam de iure communi quàm conſuetudinario feudorum. vt eſt à nobis ſuprà declaratum.in d.§.7. Cęterum,ſi cum effectu ille dominū in iudicio non ſiſteret, certum eſt eum cogendum fore expreſsim fateri vel negare feudum ſuum ab actore teneri, omni ſpe reſtitutionis ſublata. Quod eſt etiā in eccleſia & minoribus receptum. Gallorum enim praxis in hoc maxime iuri communi cōuenienshuiuſmodi denegationes impune non admittit, circa perſonas etiam quibus libere alienare nō licet. Neq; enim concedit minorem ſine tutoris aut curatoris authoritate, & matura cauſæ cognitione cum iudicis decreto præcedente, res ſuas alienare. Nec ſimiliter prælatum vel eccleſiaſticas perſonas ſine ſolēnitate à iure requiſita. Quare cum tales denegationes contineant amiſsionem rerum immobilium,eas reſpuit cōſuetudo,ac fori vſus, niſi eæ ſolēnitate adhibita fiant. Et proinde in cancellaria regia cōcedi non conſueuerunt reſtitutiones aduerſus huiuſmodi denegationes ritè ac ſolēniter factas: quāuis ea res parum iuri cōmuni cōuenire videatur. [l. ſiquidem.C.de præd. mino.] Et hæc quidem locum habent in negatione in iudicio facta.

An ex denegatione extraiudiciali feudū amittatur.

Verum,quid iuris ſit ſi denegatio extra iudicium facta fuerit, etſi vaſſallum pœnituerit confeſtim huiuſmodi denegationis extraiudicialis, an pœnam euitet. Et breuiter concludēdum arbitror idem eſſe omnino iudicādum de hac negatione extraiudiciali in omnibus, atque de ea quæ in iudicio facta eſt: vt nimirum ſi vaſſallus in hac denegatione extraiudiciali, perſeueret vſque ad litis cōteſtationem, vel poſtquam eſt apertiſsimis probationibus conuictus, vel vſque ad ſententiam, ſecundum varias illas opiniones à nobis proximè relatas: ſi tandem mendacij ille conuictus fuerit,feudo priuandus ſit. Cæterum ſi antequam iudicium acceptum,vel priuſquam dominus probandi onere grauaretur, pœnituerit, proculdubio pœnā amiſſionis euadet. Moueor ego quòd confeſſio extra iudicium emiſſa ſuper re vel iure reali,ſiue ex errore, ſiue ignorantia(quod dubitationē non habet) ſiue ex certa ſciētia, [ſecundum communem ſententiam, quam ſequuntur Pe.Cy.Bal.Salic.& Iaſ. in l. cum falſa. de iur. & fac.ig.] veritatem rerum non interuertit, nec mutat. & ideo non eſt potis illa nec ſufficiens ad pœnam. cuius rei eam adfert rationem Paul. Caſt. quod cōfeſsio non ſit diſpoſitio, ſed pronuntiatio:ideo probationem inducit,non diſpoſitionem.[l.publia.§.vl.ff.depoſ.] At in iudicio facta cōfeſsio longe maioris eſt efficaciæ.[not.præfati Doct. in d.l.cū falſa.& Cano.in c.vlt.de confeſ.] vnde idem dicendū puto in negatione,iuxta reg. qua vulgo dici ſolet,quòd propoſitum in propoſito operatur,idem oppoſitum in oppoſito.[l.vlt.de leg.3.] & maxime in his quæ per inficiationē creſcunt, vt in ſpecie not. Abb.in c.vlt.de confeſſ.

Cōfeſsio extraiudicialis veritati non præiudicat.

Porro, quod dicimus iam non amplius pœnitẽtiæ locum ſuperfore, vbi ſemel dominus probationis grauamini ſubiectus eſt, intelligas quando via ordinaria id fieret, vt per productionem teſtiũ, & inſtrumentorum: ac negans eſſet mendacij conuictus. Nam ſi ex ſolo iuramẽto quod detulit actori vaſſallus lis dirimatur, cum in hoc ceſſet ratio legis, vtpote quia dominus nullo impenſarum onere vel probationũ neceſsitate grauatus fuerit, ſed proprio iuramento lis finem accepit, tum nec pœnę locum fore arbitror. [Quæ in re cõſentiunt Feudiſtæ fere omnes. in cit. c. 1. §. vaſſallus. ſi de feu. cont. fu. int. dom. & ag. Bart. Bald. Alex. & Iaſ. in l. eum qui in pr. per illum tex. ff. de iureiur.] Nam iuramentum non tã eſt onus probandi quàm ſubleuamentum à probatione. [d. l. eum qui.]

An vaſſallus ob denegationem ipſo iure priuetur feudo.

Sed an vaſſallus qui dominũ abnegauit, in hanc pœnam incidat ipſo iure, an per ſententiam? Inter varias ſuper ea re proditas opiniones ne te lector diutius in inuoluta earum cõmemoratione detineam ea mihi ſemper æquiſsima viſa eſt, vt nedum feudum, ſed nec res vlla alia à quoquam auferri debeat, ſine manifeſta culpa [c. 1. de nat. feu.] Quare cum ante priuationem ob culpam aliquã primum oporteat de culpa conſtare, ac vaſſallum cauſa demũ cognita punire, [c. 1. de feu. ſin. culp. non amitt.] neceſſe eſt concludamus ea in re poſt trutinatam expenſámque in iudicio vaſſalli negantis culpam, ſententiam cõdẽnationis interuenire debere. [Quod probatur in c. 1. quo temp. mil. & hanc ſententiam nominatim firmat gl. in c. 1. §. 1. in ver. amittere cenſentur. quib. mod. feu. amitt. quam eo loco adprobat Yſer. & not. Alex. cõ. 124. omiſsis ſupfluis. vol. 1.] Id enim pro regula habendum, omnem pœnam ſententiam exigere. [text. eſt ex quo id colligit Bal. in l. cum ancillis. in fi. 1. col. C. de iur. nupt. & l. quoad ſtatum. ff. de pœn. gl. in auth. de tabell. §. 1.] At nemo vnquam dubitauit quin priuare aliquem vtili dominio pœna eſſet [l. ſi quis maior. C. de tranſact. facit l. teſtamento centurio ff. de manuſ. teſt.] Vnde ſi quis ipſo iure vel per canonem ſit ſacerdotio aliquo priuatus, non poteſt tamen ſuperior illud vt vacans conferre ante ſententiam priuationis declaratoriam. [c. cum ſecũdum. de hæret. in 6. Faciũt quæ not. Bart. in l. 2. C. ſi quis in ius voc. non ier. & in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iur. cal. gl. in c. 2. de confeſ. in 6. Arch. in c. fœlicis. de pœ. in 6. facit & l. lex vectigali fundo. §. 1. ff. de pignor.]

Item, qualiter procedendum ad petitionem pœnæ contra negantem, an requiratur nouus libellus ſeu noua inſtantia, iudiciſne imploretur officium? Et iſtã quidem dubitationem definit. Pont. in conſ. 70. viſo themathe. col. 6. ver. Tertio principaliter quæro. Inquiens, tranſlationem iſtius iuris, quod fit à vaſſallo in dominũ per negationem vaſſalli, fieri in ipſum agẽtem, nec ad id requiri libellum, litémue cõteſtari. [per gl. in auth. de trien. & ſemiſ. §. illud 2. quam omnes fere adprobant. interp. poſt Bart. in l. vlt. ff. de rei vend.] Et hanc ſuam opin. confirmat ille ex reg. quã colligit Bal. in l. ſuplicare. in 3. & vlt. not. C. vt lit. pend. Inquiens quod vbicunque ex aliquo emergenti in iudicio ſiue ex dicto ſiue facto reſultat pœna, illius pœnæ petitio nouum non requirit libellum nouámue inſtantiam.

Quid oporteat dominũ probare.

Item, quærendum eſt quid habeat neceſſe probare dominus agens ad reuocationẽ ex hac negatione? Guid. Pap. in dec. Delph. quæſt. 454. qnæſtione ſuprà. docet quatuor requiri. Primum probationem feudi. Secũdo, quæ ſit cauſa ob quam vaſſallus priuandus veniat. vt in hoc caſu negationem à vaſſallo factam allegat. [c. 1. ſub prin. quæ fu. prima cau. benef. amitt.] Tertio, eum qui ſe vaſſallum dicit, maiorem quatuordecim annis. [c. imperialem. §. præterea ſi quis. de prohib. feu. alien. per Fede.] Quarto, ipſum ſciuiſſe vel ſcire debuiſſe rem eſſe feudalem. [c. 1. & in glo. ſuper ver. vltra annum. in princ. quo temp. mil. inueſt. pe. deb.] Quo fit, vt oporteat dominũ probare vaſſallum doloſe & ſciẽter, aut ſaltem ex culpa latafeudum denegaſſe. [c. 1. §. vaſſallus feudum. ſi de feu. fu. contr. int. dom. & agn. vaſſ. & c. 1. ſub fi. de leg. Cor.] Nam pro regula traditum eſt à Feudiſtis, quòd ex quacunq; cauſa ad feudi amiſsionem agatur, conſtare per probationes apertas debet de ſciẽtia vaſſalli, [gl. Bal. & alij. in c. 1. quo temp. mil. inueſt. pe. deb. & in c. 1. ſub pr. quæ fue. pri. cauſ. benef. amitt.] Verum hac in re ſemper exiſtimaui vt obiter ſuprà monui, ſiue in iudicio ſiue extra iudiciũ vaſſallus dominum abnegauerit, maximè poſt conceſſam ſibi ad id deliberandum dilationem, & dominus pœnam ob feudum negatum petierit, ſiue actione, ſiue officio iudicis, & ſuper hoc iudex actorem ad probationem ad-

miſerit, amodo vaſſallum feudo priuandum eſſe, nulla accepta excuſatione erroris vel ignorãtiæ ſeu ætatis. Ea quippe lex eſt contractus vt infrà docebimus. Litem quippe conteſtando aut quaſi, ſuper petitione commiſsi ob huiuſmodi denegationem, ſe facto ſuo huic pœnæ atque periculo ſuppoſuit, ac ſubiecit. [l. imperatoris. ff. de iu. fiſ.]

Porro in c. 1. quot teſt. ſunt neceſſ. ad prob. feu. ingrat, cauetur quinque teſtibus omni exceptione maioribus vaſſalli ingratitudinem conuinci debere. Et ita vſu receptum teſtatur Gui. pa. in deciſ. delph. quæſ. 180. ad probandam. Verum crediderim illas antiquas conſtitutiones circa numerum teſtium iampridem inoleuiſſe, qualis eſt ea quæ habetur in c. præſul. 2. quæſt. 4. Vnde putarim iuxta ius commune ſtandum teſtimonio duorum vel triũ [l. vbi numerus. de teſt. & deuter. 17. & 19. Matth. 18. & Ioan. 2.]

Sed à quo tempore vaſſallus qui ob negationem feudum amittit habeat fructus reſtituere? Et quidem ſciendum eſt ſi ab initio patronus ex defectu vaſſalli, & ob fidem non præſtitam iuráq; feudalia non ſoluta, à præhenſione ſeu ſaiſina feudi inceperit, fructus ex ea die venire reſtituendos domino. Illius quippe lucro cedunt vt ſunt tex. in §. 1. & 3. ſ. eodẽ. Et licet poſt negationẽ vaſſallus fructus feudales colligat, id tamẽ, vt dicitur, per modum prouiſionis fit pendente lite, vt hic dicitur. In quam rem induco l. his ſolis. C. de reuoc. donat. Et hoc ideo ſecũdum Bal. in eo loco, quia apparet de commiſsione iudicis, per quam lis cepit initium: ſecus ſi ex ſimplici citatione. Eſt & alia ratio, ꝙ ſcilicet per hãc vaſſalli negationẽ & ingratitudinem conceſsio feudi ad non cauſam reducitur, vt tangit ibidem gl. in ver. actionem. quo caſu veniunt retro fructus reſtituendi. [l. item quod. & l. imperator. ff. de in di. adict.] Quod ſi ab initio non ſuberat iuſta cauſa appræhendendi feudum, vt quia intra vigeſimũ diem à tempore nouæ acquiſitionis, vel quadrageſimum à die feudi per ſucceſsionem delati, dominus feudum prẽhendiſſet, & nouus vaſſallus feudum denegaſſet: vel ſine vlla ſaiſina vaſſallus extra iudiciũ dominũ denegaſſet, ſeu quod aiunt deſaduocaſſet, & in iudicio conuentus in ea denegatione perſeueraſſet: his caſibus crederem à die iſtius denegationis tantum fructus reſtituere teneri. [arg. l. 1. ff. de his quib. vt indig. C. vbi Paulus Caſtrenſis. & Cug. reiecta diſtinctione gloſſ. in auth. de inceſt. nup. in princ. verſ. imminere. quæ contrarium tenet, vide etiam Zaſium in tractatu feudo. par. 10.] Non eſt abſimile quod tradunt Angelus, Alexander, & Iaſon. in l. cum quis. ff. de condict. ob cauſ. de donatione inter viuos ſemel perfectã, quæ ſi poſtmodum reuocetur ex cauſa ingratitudinis, vel alia iuſta ex cauſa, fructus à donatario percepti ante commiſſam ingratitudinem minime reuocantur. quoniam titulus ab initio reuocabilis non fuit, licet ſuperuenerit cauſa vnde reuocetur. At ſecus vbi titulus eſſet reuocabilis qualis eſt donatio cauſa mortis. nam conualeſcente eo qui donauit, vel præmoriente donatorio, nedum res donatæ reuocantur, ſed & fructus cõdicuntur. Traditum quippe eſt titulum reuocabilem nunquam acquiſitionem fructuum præbere [vt eſt tex. in d. l. 1. cum quis.] Idem eſt ſi donatio reuocetur ex cauſa retro reſoluẽte ac annullante contractum. Vt ſi do tibi prædium vt pro me Romã religionis ergo eas. Si Romam non ieris nedum prædium ſed & cautam omnem ac fructus mihi reſtituturus es. Nam ex defectu implemẽti titulus reſoluitur & reducitur ad non titulum, & cauſa ad non cauſam. [l. qui ſe debere. §. vl. vbi Aret. & alij. de cõd. ob cauſ. & l. videamus §. 1. de vſur. & fuſius declarabimus in §. 11. ĩ. de donat.]

Quid iuris, ſi dominus abnegatus lite conteſtata paſſus ſit triennium elabi ſine litis perſecutione, ita vt ob eam rem peremptа ſit inſtantia. [iuxta l. properandum C. de iudic.] ac dominus impetrato regio diplomate cõtra litis peremptionem, cauſam denuo reſtaurauerit: An fructus medio illo tempore percepti, domino victori debeantur? Mihi diutius ſuper ea re cogitanti duas inueni gl. ſibi contrarias. Prima eſt in l. litigator. ſub fi. primæ gl. C. de fruct. & lit. expenſ. vbi ait Accurſ. probabiliter dici poſſe illos fructus lite iam peremptа percepтos non eſſe reſtituendos & hoc ideo, teſte Bal. ibidem, quia abſorptus eſt vigor primæ inſtantiæ: cum actor qui patitur inſtantię terminum labi, tacitè videatur liti renuntiare, ac iuri ſibi per inſtantiam quæſito. [l. ſi ego. & quæ eo loco notãtur. ff. de neg. geſt.] Item vulgare eſt, peremptа inſtantia perire acta [l. cum li. c mortua. ff. iud. ſol.] & per conſequens o-

mnia cauſata productáque ab eis, cum effectus iſti non ſint in eſſe producti, nec à ſua cauſa ſint ſeparabiles, ſecundum Saly. in d.l.litigator. qui eo in loco duas in eam partem adfert rationes: Nimirum quòd fructus percipiendi poſt litem conteſtatam veniebant officio iudicis reſtituendi, [l.4.§.poſt litem conteſtatam.ff.fin. reg.] At iſtud iudicis officium peremptа lite expirat.[l.4.ff.depoſ.]Prętерea licet effectus conteſtationis ſit multiplex, non eſt tamen momentaneus ſed ſucceſsiuus. Ita quod ad hoc vt illos producat effectus, ne ceſſe eſt ſententiam ſequi. Si igitur nulla ſequatur ſententia, conſequēs eſt vt finis & effectus conteſtationis euaneſcat. & hanc ſentētiam firmare videtur Bal. cum Saly. At in contrariam iuit partem alio in loco Accurſ. exiſtimans in l.properandam.§.& ſi quidem.in ver.iudicij.C.de iudic. quod licet ordinaria acta litis proceſſum inſtantiæ concernentia, ea peremptа, pereant quoque: non tamen illa quæ cauſæ merita reſpiciunt: vt ſunt effectus qui ex litis cōteſtatione eueniunt, quales ſunt actionis perpetuatio, vitium litigioſi, mala fides, & lucrum fructuum. Et ratio ſecundum Bart.in d.l.litigator.& Innoc.in c.cauſam.quęſ.1.extra.de teſt.quod ex effectibus conteſtationis quidam ſunt conſummati & perfecti, alij autem conſummandi in futurum. Et rurſus iſtorum effectuum perfectorū quidam ſunt qui ipſam cauſam reſpiciunt, alij inſtantiam. Et ipſam cauſam reſpiciūt hi qui ſequuntur, videlicet confeſsiones, ipſa cōteſtatio per quam reus malæ fidei poſſeſſor efficitur, item quod res ſit litigioſa, quod præſcriptio interrumpatur. nam horum effectus peremptа etiam inſtantia durat, vt pote iam conſummatus [l.vlt. de præſ.trig.vel quad.anno. l. fiſcus in quæſtione.ff. de iu. fiſ.] Eorum autem qui inſtantiam reſpiciunt, vt cautiones & dilationes, effectum peremptа inſtantia conſtat extingui. [l. hos accuſare.§. hoc iudicio.ff. de accuſat.] Veruntamen ratio quem adfert Bart.circa effectus per conteſtationem cōſummatos, reprobari videtur ex ratione Saly. cuius nuper memini, quod ſcilicet ad producendum in eſſe effectum conteſtationis, neceſſe ſit ſententiam ſequi. In ea tamen opinione totus adhæſit Bart. quam ante eum tradidit Innoc. in d.c. cauſam quæ & Cy. poſt Pet. in d.l. litigator. In cuius confirmationem facit. quòd cauſa finalis quare iſte poſſeſſor de percipiendis fructibus tenetur, eſt, quia in mala eſt fide ſicut in caſu noſtro ſi vaſſallus immerēter ac ſine cauſa dominum negauerit, ex hoc cōiicimus eum in mala fide verſari. Ideoque ex die faiſinæ & denegationis dominus fructus feudi ſuos facit. Sed hæc mala fides vtique cum inſtantia non aboletur, quia facti eſt [l.bonæ fidei.ff. de acqu. rei dom.]Et propterea culpa ex ea cauſa contracta, ius prætерea exinde quæſitum domino tolli non poteſt, eo quod factæ cauſæ nulla conſtitutione infectæ reddi poſſunt. [l. in bello. §. factæ de capt. & poſtl. reuer.] Nam vt egregiè eo loco docet Bal. iſtud accidens malæ fidei quæ eſt in vaſſallo contumace vel negante, non eſt connexum liti, ſed animo. Et animus non eſt mutatus, nec mutari poteſt iure refragante. Quicquid ſit, audiui aliquādo contrarium ſenatuſconſulto Pariſiēſi. iudicatum fuiſſe: quam & veriorem puto, in caſu quo loquuntur doctores vbi ſcilicet ageretur noua inſtantia. Secus autem vbi patronus actor ad reſumptionē eiuſdem cauſę ex principis reſcripto reſtitueretur. Et id paſsim in foris noſtris receptum eſt, vt not. Ang. [in l.tempora.ver. ſi ita contigerit.C.dę temp.appellat.] inquiens, inſtantiam & cauſam quę alioquī peremptа eſt, reſuſcitari ex gratia principis, qui velut eam iam extinctam ſuſcitat & reuiuiſcere facit.

Prætерea quæſitum eſt, an ius agendi ad reuocationem feudi propter denegationem, competat hæredibus & in hæredes. Et quidam exiſtimauerūt nec in hæredes nec contra hæredes tranſmitti. [per l.1.§. his ſolis. & l. vlt. C. de reuoc. donat. vt latè per Ripam in repet.l.vlt.q.61. & Cano. in c.vlt.eod.tit.] Nam cum hæc ingratitudo & iniuria ad meram vindictam tendat, ad hæredes nec in hæredes tranſitoria eſt. [gl.in l.cum emancipati.§.ſi emancipati.ff. de coll.bon. & in l.pro hærede.§. vlt. ff. de acq.hæred.l.iniuriarum.in pr.ff.de iniu. & l.1.ff.de priu. deb. facit appoſite tex.in l.1. §.vl.ff.ad Syll. per quem ait eo loco Nicol. de Neap. quòd ſi dominus in quem commiſſa eſt felonia, feudum à vaſſallo viuens non reuocauit, non amplius licere eo mortuo ſuo hæredi reuocare. Idem de vxoris adulteræ dote cenſuit ille. Facit & gl.in d. l. vlt. de reuoc. donat. & in l. omnimodo. vbi late Salic.& Paul.Caſtr.C.de inoffic. teſt. Eſt text.in arg.in l.ſi ille.ſub fi.de de-

cur.lib.10.C.& gl.in c.1.§. porro. quæ fuit pri.cauſ.benef. amitt. & in c. imperialem. §.inſuper.de prohib.feud.alien.per Fed.& in c.1.§.item ſi fidelis. quib. mo.feu. amit.]

Sed diligentius hîc animaduertendum, quòd vulgaris Doct. ſchola hanc rem interpretari ac limitare ſolet, vt procedat, vbi dominus feloniam iſtam minime reſciuerit, tempúſque ad conquerendum, feudúmque reuocandum habuerit. At ſecus ſi ignorauerit, vel vt primum eſt certior factus, mortem obiit, ita vt per repentinam mortem conqueri non licuerit. vt eo caſu liceat hæredi ſupplere, quod defunctus efficere non potuit, morte nimirum præuentus. [arg.l.ſi mater.C.de inof.teſt.& l.mater.ff.eod.& l.Caius.de pig.act. Bellou.in d.c.1.§.item ſi fidelis.quib.mod.feu.amitt. Cy.in d.l.1. de reuoc. donat. Yſer.& Bal. in d.c.1.§.porro.quæ fuit.pri.cauſ.benefic. amitt. & ita decidit Ioan.And.in addit.ad Specul.ti.de feud.§. vlt. vbi allegat duo egregia reſponſa in l. in confirmando. & l. vtilitatem.ff.de confir.tut.]

Porro alind exiſtimauit Barb.in d.c.vl. de donat. Nimirũ ſi vaſſallus in dominum feloniam committat, licet dominus conqueſtus non ſit, nihilominus ſibi hæredíq; ſuo ius quæſitum remanere, quod per taciturnitatem amitti nõ poteſt.[iuxta ſententiam Inno.in c.in Geneſi.extr. de ele.] Item quia cõtrarium iure feudorum cautum non reperitur, ideo etiam in feudis, regulis iuris communis ſtabimus, quibus receptum eſt actiones actiue & paſsiue à defuncto in hæredem tranſmitti. [l.vnica. C.vt act.ab hæred.& cõt. hæred. tranſ.facit l.3.§.non ſolum. de adim.leg.] Verum, quod ad primam obiectionẽ pertinet, reſpondendum eſt in cõtrarium extare tex. in l.vlt.C.de reuoc.donat.ibi, Nulla licentia concedenda ſucceſſoribus huiuſmodi querimoniarum primordium inſtituere. Et enim ſi ipſe qui paſſus eſt, tacuit, ſilentium eius ſemper maneat, & à poſteritate eius ſuſcitari minime cõcedatur. Nec obſtat ſimiliter ſecundum, quod ſcilicet iura & actiones ab hæredibus & contra hæredes incipere poſsint, tam actiue quàm paſſiue.[l.hæredem & l.pro hereditariis.C.de hæred.act.& c.vl.de ſepult.] nec quod etiã fortius dici poſſet, quod obligatio ex delicto deſcendens, ad hæredes & contra hęredes tranſeat, quatenus ad eos peruenit. [l.1.ff.de priu.delict.] Nã, vt ait Barb. quædam eſt pœna ordinaria de qua loquũtur, quæ in contrarium adducuntur. quædam vero eſt ſpecialis & extraordinaria ex æquitate quadã inducta, vt eſt facultas reuocandi donationem à donante factam. Et tum quia introducta eſt illa pœna contra omnes iuris regulas quæ volunt donationem ſemel perfectã amplius reuocari non poſſe.[l.perfecta.C.de dona.quę ſub mo.] reſtringenda eſt, non autem amplianda. ex reg. quæ à iure communi exorbitant. de reg.iur.in 6. Idem eſt in feudo. Nam quãdo dominus vaſſalli feloniam reſciuit, nec eſt pœnã ob eam rem proditã proſecutus, ita nec poteſt illius hæres. Porro tacuiſſe dicitur dominus, ſecundum Hoſtien.in d. ç. vlt. de donat. quando propter illam ingratitudinem ſeu negationem nullam inſtituit accuſationem.

An ius iſtud ſit ceſsibile.

Rurſus quæſitum eſt, an ius iſtud domino denegato competens in vaſſallum, ſit ceſsibile? Et videtur quidem ceſsibile non eſſe.[per l.ex pluribus.ff.de admi.tut.] Et perſecutio iſta negationis, ad vindictam tendit. Certum eſt autem ea quę ad vindictam tendũt, alteri cedi vel demandari nõ poſſe.[gloſ.ſing.in l. cum fundum.in ver. poſtea.ff.de vi & vi arm.Bal.in c. dilectus. in vlt.col.de appell. & in c.cętero.de re iudic.& in l.accuſationis.C.quod met.cauſ. Alex.in l. ſi cum dotem.§. trãſgrediamur. in 7.col.poſt Pau.Caſt.ibidem.ff.fol.ma.] præterea, iſta facultas perſonæ cohæret & competit patrono, vt directo domino feudi: vnde nec alij cedi demendariue poteſt. Sicut nec dominus poteſt alij committere inueſtigationem theſauri in ſuo fundo, licet ipſe per ſe inquirere poſsit. [l. vnica.de theſaur.lib.10. C.] Verum contraria ſententia mihi verior videtur cum Cyno. in l.vl.de hæred.vel act.ven.C. & ibi Accur. Quam Bald.approbans in l.iniuriarum.3. ff.de iniuriis.ad ea quæ diximus reſpõdet. Ac primo, quod ex l. pluribus.ff.de admi. tut.colligunt, ea quæ non tranſmittuntur ad hęredes cedi non poſſe: procedere ait in eo quod neque actu neque potentia ſeu aptitudine eſt tranſmiſsibile. at diuerſum ſenſit in eo quod tranſmitti poteſt per cõteſtationem. vt eſt actio iniuriarum, & reuocatio feudi ſeu donationis. Quod ſequũtur An. & Salic.in d.l.vl. C.de hæred. vel act. vend. Ex quo ſecũdum obiectum etiam ſoluitur. Quod autem ad tertiam obiectionẽ pertinet de inueſtigatione theſauri, reſponde ſecundum Paul.Caſt.in d. §. tranſgrediamur. id ſpeciali ratione eſſe

constitutum. ne videlicet deseratur agrorum cultura.

Sed iuxta ea quæri potest, An sicut domino feudi decedente, hæres non potest mouere controuersiam vassallo super ista negatione, idem sit & in cessionario. Et respondi, idem non videri. quia ratio quę est in hærede, videlicet tacita iniuriæ remissio per patronum, ex eo quod viuens tacuit, in cessionario non militat: cum cedēdo dominus iniuriam sibi factam reuocauerit. Ideóque illa expressa hominis prouisio facit cessare tacitā legis prouisionē. [l. cum ex filio. §. filio impuberi. vbi scrib. ff. de vulg. Cui cōcordant l. vlt. C. de pact. conu. l. qui Romę. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. Et hanc materiam quando nimirum expressim facit cessare tacitū tractat Bal. in l. testato. in 2. oppos. C. de vulg. & l. cum proponas. in 2. col. C. de hæred. inst.]

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.

Item, an ius istud domino denegato cōpetens sit præscriptibile? Et Ripa quidem istud credidit in repet. l. si vnquā. C. de do nat. q. 89. affirmans id spatio triginta annorum præscribi posse, contra ipsum denegantem. non autem aduersus hæredem eius, in quem transit hæc actio: nec similiter contra singularem successorem, qui eam decennio inter præsentes, & viginti annis inter absentes cū titulo & bona fide præscribit. instar iuris reuocandi res vi vel metu ablatas. cum ea sit in rem scripta. [l. 3. C. de his quæ vi metúue cau. fi.]

An ius competēs domino ob denegationē præscribi possit.

Sed vtrum minor ætas excuset à pœna negationis feudi, & an saltem possit aduersus eam restitui? Qua in quæstione sciendum est nos nil dubitare de ea negatione quæ fit dolose atque malitiose & ex certa sciētia. ea quippe in debitum cadit. In delictis autem cōstat nec minoribus quidem succurri. [l. 1. C. si adu. delict. & l. auxilium. ff. de mino.] Sed de ea negatione à qua abest dolus. Vnde ea in re idem iudicandum videtur de minore negante, atque de maiore. Tum quia hæc est pœna à consuetudine statuta, quæ minores perinde atque maiores ligat. [l. si cum hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. Innoc. in c. cōstitutus. sub fi. de in integ. restit. Bal. in l. vlt. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. & casus expressus videtur in c. 1. §. prēterea si quis. de proh. feu. al. per Fed. vbi distinctionem Bartoli super hac re Baldus reprehendit.] Præterea id dictat lex contractus. Nam in concessione feudi in est istud, vt vassallus dominum agnoscat, & ei fidelitatem exhibeat, vt supra diximus. Et hæc quidem lex contractus non secus minorem atque maiorem obligat. [l. vlt. Si aduers. vend. pig.] Vnde aduersus alienationem quæ ex vi conuentionis fit, minor nunquam restituitur. [gl. sing. secundum Bar. & Bald. in l. si cum militaribus. C. de rest. mil.] Et istud maxime est expeditum vbi feudum est antiquum vel paternum. & sic vbi hæc lex contractus feudi cum tutoribus minorum est inita. Siquidem eo casu pœna illa conuentionalis minores sine spe restitutionis ligare censetur. [tex. in l. Aemilius. ff. de minor. & in d. l. vlt. C. si adu. vend. pig.] Facit quod ecclesia quæ iure minoris vtitur. [c. auditis. de in int. rest.] has conuentionis pœnas non euadit. [c. Eleutherius. 18. quæst. 2. & c. verum. de cōdit. appos.] Quam partem practici nostri amplexati sunt: qui & hanc solent ex abundanti adhibere cautelam, vt procurent curatorem adesse, in cuius præsentia minor dominum abneget. In qua re suam solet curator interponere authoritatem, accedente etiam iudicis decreto. Verum tamen si licet verum fateri, nunquam mihi satisfactum est ex huiusmodi cautelis. Quantacunque enim adhibita fuerit solennitas, illa tamen non obstabit, quominus minor si lesus fuerit restituatur. [l. 2. C. si tut. vel cur. interu. l. 2. vbi id adnotat. Bal. & l. siquidem. C. de præd. min.] Vnde minorem si vel culpa, vel facilitate quæ tamen à culpa absit, in cōmissum ceciderit, semper restitui posse puto. [per l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor.] Quod & probari potest ex reg. quā colligit Bal. in d. c. 1. quo temp. mil. maiorem perpetuo restitui, nisi contrarium iure cautum reperiatur. Quare in id conuenit omnes interp. minorem aduersus negationem domini restitui, licet circa cursum præscriptionis admodum dubitent. Quam rem tamē sane intellige vbi abesset dolus: ísq; verus, non præsumptus. Nam manifesti iuris est aduersus dolum præsumptum de præterito, minori mulieri & rustico per beneficium restitutionis succurri [l. 1. §. vl. ff. de eden. gl. fol. vbi Bart. Alex. & alij in l. exigitur. eod. tit.]

An qui ob minorem ætatem restituatur aduersus denegationem.

Minores aduersus pœnas conuentionales minime restituī

Item nec Ecclesias.

An verò huiusmodi pœna ob domini abnegationem in ecclesiæ prælato præbendario seu quocunque alio (vt vocant) beneficiario locum habeat? Et videbatur locū habere. Nam mox cōclusimus & in

An ecclesia huic pœnæ subiiciatur.

minoribus eandem obſeruari, quos cum eccleſia quoq;, quod ad fauorem attinet, comparauimus, ad hoc vt vterque pœnis conuẽtionalibus ſubiiciatur, appoſitis in contractu, teſtamento, vel codicillis, & in cõceſsiõe illis factis, ſicut & quilibet alius priuatus. [c. Eleutherius. 18. queſt. 2. & c. verum. de condit. appoſ.] Et Yſer. tradit, in c. vlt. §. vlt. de capit. Corr. eccleſiam quæ obſequia debita domino non præſtiterit, feudum in perpetuum amittere. Idem & in marito receptum. Ait tamen ille & eccleſiam & vxorem, iacturam illam factam poſſe à prælato & marito, quorum facto & negligentia feudum amiſſum eſt, recuperare, vel ab eius hęredibus. quod eſt notatu ſingulare. [& hanc ſententiam probat Bald. in d. l. iubemus nullam. in quam facit tex. in c. præſentium. extra. de pign. & in c. placuit. 2. 16. quæſt. 3.] Imo ex infinitis quos legere contigit, nullum inueni, qui idem non exiſtimarit vel cenſuerit, vxorem & eccleſiam his caſibus ſi feudum in commiſſum ceciderit, vel ob feloniam & negationem mariti & prælati, contra eos quorum facto accepere hãc iacturam, regreſſum habere, [l. ſi fundum. ff. de fun. dot.] Ita demum ſi illi ſoluendo fuerint. Nec enim iuſtum eſt id quod ſuum eſt, aliena culpa amittere. [tex. in l. ſiue à me. C. ad velley.]

Hęc etſi nunquam à veritate aliena mihi viſa ſint, tamen magis vſu noſtro recepta eſt apud nos contraria ſententia: nimirum eccleſiæ feudum ob prelati feloniam, denegationem vel ingratitudinem in dominum, minime amitti. ſed prælatum (cuius nomine intelligo & quemcunque aliũ beneficiarium) qui iſthæc commiſit, tantum puniri: ac eo quidem genere pœnæ ꝙ quandiu prælaturam ille habet, priuatur feudi emolumento. quæ priuatio ad eius ſucceſſorem minime extenditur. [tex. eſt expreſſus in d. tit. de capit. Corr. ſub.] Ratio eſt in c. fraternitatem. extr. de donat. ꝙ cum epiſcopus & quilibet prælatus eccleſiaſticarum rerum tantum habeatur procurator non dominus, eccleſiarum conditionem, deteriorem facere non poſſe certũ eſt. Quarũ enim rerũ procurationem gerimus, noſtrę non ſunt, vt inquit Auguſtinus. de rebus eccleſiæ loquens. in c. vlt. 12. q. 1. Tunc enim prælatus eccleſiæ pro domino recte habendus eſt, cũ bona eccleſię rite adminiſtrat ex officio hominis frugi: non cum diſsipat eámue ſpoliat. vt in ſimili de tutore loquitur Iuriſcon. in l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emp. Vnde illius delictum in caput ac damnum eccleſiæ redundare non debet. vt eſt reg. delictum. de regul. iur. in 6. vbi Dy. id recte colligit, vt qua ratione tutoris delictũ pupillum non obligat. [l. neque. ff. eo. & l. pe. ff. de tab. exhib.] eadem ratione delictum clerici vel prælati eccleſiæ nocere non debet, cum eccleſia & pupillus, tum & vtriuſque adminiſtratores in iure comparentur. l. orphanotrophos. C. de epi. & cler. Et huius quidem deciſ. rationem appoſite ſumi puto, ex gl. d. tit. de capit. Corr. quæ omnia in cõtrariũ enarrata recte diſſoluit. Siquidem ſi quod huius feloniæ prælati ratione damnum patitur eccleſia, iſtud operatur feudi natura, quę eſt huiuſmodi, vt propter culpam vaſſalli cõtra dominum commiſſum ad eum reuertatur feudum, in iniuriæ ſibi illatæ vltionẽ. [quæ fuit pr. cau. bene amit. ſub fin.] Iſtud etiã ſuadet fauor domini, vt ex vaſſalli ingratitudine reuocare & adimere id quod cõceſsit liceat. etiam ipſi eccleſiæ. d. l. iubemus nullã. Quod vero poſt ipſius prælati delinquentis mortem, feudum rurſus ad eccleſiam reuertatur, id efficit eccleſiæ fauor. Quam rem admodum ſingularem cenſuit Præpoſ. Cui conuenit quod tradit Oldr. de Pont. conſ. 278. licet quantum. in ver. ad ſecundum.

Ex præcedẽti quæro, quid iuris ſi videntes ſe priuatos ſacerdotio, huic prælaturæ renũtiant? An qui in eorum ſuccedunt locum, feudum recuperent, etiam viuẽtibus illis qui deliquerunt. Et quidem putarim ego recuperaturos non ſecus atque ſi qui deliquerunt, mortem obiiſſent: tum quia per delinquentis depoſitionem vel tranſlationem dicitur vacare eccleſia, perinde atque per mortem beneficiarij. Dicitur enim mortuus beneficiarius quod ad ſacerdotium illud à ſe depoſitum pertinet. [c. ecce. 7. quæſt. 1. c. veritatis. de dol. & contuma. c. ſi epiſcopus. de ſuppl. neg. prel. in 6. & c. 2. de pe. eo. tit.] Et ſic hoc caſu mors ciuilis naturali æquiparatur. hinc tradidit Pont. con. 374. præſens eſt quæſtio. in fi. prelatum fingi mortuum per epiſcopatus renuntiationem, perinde atque per mortem. [per d. §. ecce. & per c. 1. vt lit. pend. in 6.] Tum quia prælato mortuo vel depoſito vel tranſlato aut renuntiante, non reperitur eius ſucceſſor in ſpecie: quia prælato in titulo ſacerdotij minime ſuccedi-tur: cum in eccleſiaſticis titulis ſuccedinõ

Delictũ prelati eccleſiæ non nocere, ſicut nec culpa tutoris pupillo nocet.

In eccleſiaſticis titulis locũ nõ eſſe ſucceſsioni.

ſoleat. [c. Moyſes. & c. ſeq. 8. quæſ. 1. & c. 1. de præb. c. ad extirpandum. & c. ex tranſmiſſa. de fil. preſbyt.] & nihil de iure prædeceſſoris ad ſucceſſorem tranſit ſed omnino ex noua electione vel collatione habet. Et ita in quæſtione propoſita videntur ſentire Alua. & Præpo. in d. c. 1. §. vlt. de cap. Conr. dum inquiũt prelatum propter feloniam dum viuit, vel eſt (quod nota) intitulatus in beneficio, venire priuandum feudo.

Sed quid ſi prælatus felonia commiſſa ſtatim in fauorem conſanguinei epiſcopatum deponat, nunquid ea ceſsio fraudulenta exiſtimabitur. Et putarim ego quod cum dolus ex perſpicuis cõſtare indiciis debeat [l. dolũ. c. de dol.] ſi dominus feudi à quo ſucceſſor in prælatura vel ſacerdotio petit reuocationẽ feudi, dolum & culpam in illa renũtiatione ſeu ceſsione interueniſſe plene probet certis indiciis, ex quibus fraudes conniciuntur [quæ tradit Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat.] vt puta ex tẽporis breuitate, ex perſonæ cui ceſſum eſt proximitate, & ſimilibus: tum poterit dominus ſe exceptione doli tueri aduerſus ſucceſſorem hanc reuocationem petentem. [In quam rem videtur tex. apertus in c. 2. de renũt. in 6. per quem Ang. in l. 3. C. de repud. in vlt. not. ait fraudulentum conſilium fructum calliditatis nullum afferre.]

Sed quid ſi prælatus felonia commiſſa priuatúſque feudali emolumento, prælaturæ renuntiauerit, ac poſt aliquot annos noue eandem prælaturam adeptus eſt, an rurſus renouabitur pœna amiſsi emolumenti, quę per nouum ſucceſſorem, in cuius fauorem antea prælaturam depoſuerat, erat extincta. Et crediderim eam non reſuſcitari. idq; duplicem ob cauſam. Prima quia ceſſat ratio fraudis, quæ colligi poterat ex temporis breuitate reuerſionis ad ſacerdotium [tex. eſt ſing. in l. plærique ff. de rei. nupt.] Secunda quia non dicitur eodem iure poſsidere prælaturam quo primum poſsidebat, dum hãc feloniam commiſit. nouum enim nunc titulum adeptus eſt, ideo & nouus prælatus habetur.

Verum hæc perplexior inſurgit difficultas, nempe quid ſeruandum ſit, ſi epiſcopus vel abbas hanc denegationẽ fecerit cõmunicato demũ cum capitulo aut conuentu conſilio, an locum habeat ea quam ſupra ſcripſimus ſentẽtia, vt nimirum eccleſia feudi proprietatę nunquam priuetur, ſed prælatus tãtum feudi emolumento? Et aliud omnino ea in re iudicandum crediderim, vt ſcilicet omnino priuetur eccleſia feudo denegato, nulla ſpe relicta recuperationi. In cuius rei confirmationem facit quod ait Bal. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. in 3. reſp. Nam verum eſt, quod nuper diximus, delictum prælati, eccleſię nocere non poſſe: at quod deliquit ipſa eccleſia, certe illi optima ratione nociturum eſt. Tunc autem dicitur delinquere eccleſia, cum omnes qui illius ſunt eccleſiæ communicato inuicem conſilio delinquunt. Nam & in eum modum ciuitatem delinquere accipimus, tum & vniuerſitatem, & collegia [l. metum. §. animaduertendũ. ff. quod me. cau. & quod not. in l. aliud. §. refertur. de reg. iur. Paul. Caſt. in d. l. iubemus. per l. item. §. dominus. ff. de public.] Verum non me fugit non defuiſſe plæroſque qui in contrariam iuerũt ſentẽtiam [Anchar. Card. & Abb. in cit. c. vlt. de donat. tum & Ioan. And. Anch. & Gemy. in c. vnico. de relig. dom. in 6.] Et præcipuum quidem eorum fundamentum eſt quod tradit Specul. tit. de donat. ver. quid ſi aliquis. quod non referam. nec enim ea opinio mihi placet. imo priorẽ etiam vſu forenſi noſtro & paſsim apud Gallias receptam ſcio. Ita enim obſeruare ſolemus, vt ſi quando epiſcopus, prælatus, abbas, aut quicunque alius beneficiarius eccleſiaſticum habẽs feudum, illud domino denegat, curabit dominus diem illi per iudicẽ aſsignari, intra quem ille ſpeciali procuratione capituli, conuentus, aut collegij munitus veniat, dominũ agniturus vel negaturus. Quod ſi ſit ille curatus vel beneficiarius ſimplex, ſtatuet iudex ad petitionẽ domini denegati, diem ei curato, imponétq; vt habeat hanc ſuam denegationem ratam haberi & confirmari à patrono ſeu ordinario collatore, vtq; illi huic rei cõſentiant. Qua denegatione ſeu deſaduocamẽto facto, ſi prælatum aut alium beneficiarum ſuccumbere in cauſa contigerit, iam non auditur amplius eccleſia: etiam per viam in integrum reſtitutionis. & iſta ſunt notatu quàm digniſſima.

Eccleſiam ſibi prejudicare poſſe licet prælatus eccleſiæ nil nocere poſsit.

Idem quoque crediderim de marito negante feudum, cuius vſusfructus tantum ad eum quandiu conſtat matrimoniũ pertinet, proprietate penes vxorem remanẽte. vt nimirum quandiu conſtat matrimonium, ipſe ob ſuam denegationem priue-

Quid in marito ad quem fructus tantum feudi pertinent.

tur ſuo vſufructu, vxor vero ſtatim ſoluto matrimonio morte, vel diuortio (quod hodie bonorum ſeparationem interpretamur) proprietatem recuperet: idque nulla habita differentia de quibus bonis loquamur ad vxorem pertinentibus, ſiue dotalibus, ſiue paraphernalibus, ſiue propriis. de quibus nos agemus j. de ſucceſsionib. §. 1. Siquidem illud regulare eſt in omnibus qui gerunt officiū, ſiue in diuinis, ſiue in humanis rebus, quod etſi pro dominis habeantur & poſsideant, finito tamen officio, finiri cauſam poſsidendi: ſicut dicebamus de prælato ſeu beneficiario, qui extincto titulo, morte vel renuntiatione, deſinit poſsidere. Idem de tutore. [gl. fing. in l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emp.] Idem in marito, qui olim iure antiquo rerum dotaliū fructus faciebat ſuos, & hodie ex conſuetudine noſtra omnium prorſus bonorum vxoris. [j. de matrim. §. 2.] Nam ſoluto matrimonio, morte, vel diuortio, (quod ſeparationem bonorum dicimus) feuda & omnia vxoris bona cum ſuis acceſsionibus ad vxorem reuertuntur. [l. in rebus. C. de iu. dot. & inf. de mat. poſ. §. 2.] Neq; enim ius quod habet maritus in rebus vxoriis conſtante matrimonio, habet in ſe perpetuam cauſam dominij, vt in emptione & c. ſed temporalem tantum. vt in locatione, commodato, depoſito, pignoris datione, & ſimilibus. Et proinde. Accurſ. [in l. Pomponius. §. in dotem. ff. de acquir. poſſ.] docebat quod licet rei dotalis dominium & poſſeſsio ſint penes maritū quādiu conſtat matrimonium, hoc tamen ad opus atque vtilitatem vxoris eſſe, quemadmodum creditor pignus poſsidere intelligitur ad vtilitatem debitoris. Quo fit vt applicato feudo domino ob mariti denegationem, ille fructus perdat tantum, nullo proprietati vxoris generato præiudicio. Quod tamen limitandum cenſeo pariter atque in prælato diximus, niſi cōmunicato cum vxore conſilio ille denegauerit. Quā rem non inepte obſeruant practici noſtri, qui ſola mariti negatione non contenti, curant vxorem exhiberi, quę, vt aiunt, vnà cum marito deneget ac loquatur. Et ſi contingat poſtea fraudulēta bonorum ſeparatio, idem omnino dicendum arbitror, ac in prælato fraudulenter renuntiante.

Quæſitum eſt de ſubuaſſallis, quibus ante negationem, dominus partem feudi ſubinfeudauerit, iuxta §. 16. ſ. de feud. vel in cenſum aut annuum reditum per viam contractus libellarij, iuxta §. ſeq. eod. tit. An confiſcato feudo per negationem feudi, ſimul confiſcentur illa ſubfeuda & portiones feudi in cenſum aut alium redditum conceſſæ? Et videtur quidem confiſcari. Nam conſtat ex contextu illorum duorum §§. alienationes per vaſſallum factas, domino feudali præiudicare non poſſe. Vnde aperto feudo certū eſt, peræquè illum ſubfeudo fruiturū, ac portionibus, vt ita dicam, arrentatis, ſicut & eo quod remanet penes vaſſallum immediatum. Item reſoluto iure dantis cōſtat & ius accipientis reſolui. [l. lex vectigali. ff. de pig. & c. 1. §. quid. ergo. de inueſt. de reb. al. fact. & in c. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amitt.] Verum quicquid ſit contraria ſententia mihi ſemper magis placuit. tum quia huiuſmodi ſubfeudationes ſunt à iure feudorum permiſſæ, modo in fraudem domini non fiant. [c. 1. §. beneficium. ſi de feu. fu. cont. int. dom. & agn. & c. 1. §. 1. vſque ad ſi. de le. Conr.] Tum & idem eſt conſuetudine noſtra permiſſum ad tertiam vſque partem. Similiter & contractus libellarij ſunt liciti, per cit. duos §§. ſ. de feu. vbi rem iſtam latius explicamus. Quare concludendum reſtat, reuocato feudo ex cauſa ingratitudinis vel feloniæ, non reuocari ea quæ legitimè ſunt alienata. [l. his ſolis. C. de reuo. dona. & expreſſe in c. 1. §. 1. ver. ſi tamen ſine hærede. qual. ol. feud. alien. pot.] Et hanc ſententiam ſecutus eſt Fab. in §. finitur. num. 4. inſt. de vſufr. qui idem ſentit. de ſecundo emphyteuta, eo q̄ factū primi, ſecūdo, qui nihil deliquit, obeſſe nō debet. Nec obſtat quod ex delicto aut aliàs reſoluatur ius vaſſalli. Nec enim propterea quæ legitime geſta ſunt, reuocantur. [In quam rem pondero tex. in l. vlt. C. de ſent. paſſ. ibi: Ita tamen vt geſta per filiū cuius conſilium iugiter ætas firmauerat, rata ſint eodem in patriam poteſtatem redeūte, nec eorum reſciſio fiat.] Quia aliud eſt perceptio fructuum domino in caſu aperturæ permiſſa, & aliud reſolutio iuris proprietatis ex delicto vaſſalli. [arg. l. neceſſario. §. pen. ff. de per. & cōm. rei vend.]

Sed quæro quid de vſufructu ante negationē cōſtituto? puta, ſi vaſſallus doarium conſtituiſſet vxori ſuæ ſuper feudo, quod poſtea domino negauit, vnde etiā illo priuatus eſt: An mulier poſt mariti mortem eo caſu rite vſumfructū illius feudi amiſsi petat? Et hāc quidem quæſt. fere inter. de-

cidit Rip.in repet.d.l.vlt.de reuo.dona. q. 53.vbi concludit ingratitudinem filiifam. qui rerum donatarum proprietatem habet, præiudicare patri vſumfructum habenti.[per l.cum oportet. & l.non ſolum. de bon.quæ lib.]At mihi diutius ac perſpicacius ſuper ea re cogitanti viſa eſt contraria ſententia verior, quæ & probari poteſt ex d.l. non ſolum.§. filiis. vbi conſtat, filiofam. ius non eſſe res in quibus vſumfruct. pater habet, alienare neque hypothecare poſſe: licet earũ ſit proprietarius Ita ergo coniicio, vt cum per viam contractus alioqui liciti, res ſibi donatas in patris præiudicium ſine illius conſenſu alienare non poſsit, igitur nec ex delicto, via omnino illicita.[per ea quæ tradit Bart.in l. ſi quis in tantam. verſ. ego fui tantæ audaciæ. col. 3. C. vnde vi. Quod ſequitur Alex.con.26. oportunè conſideratis.vol. quarto. pro hoc. in 3. col. vol. 1. Aret. con. 14. viſo, & diligenter. col.5.] Vnde concludendum cenſeo vſumfructum & doarium ante negationem conſtitutum, non extingui nec reſolui per amiſsionem proprietatis feudi. Et quod pertinet ad arg.Ripę,facile eſt diſſolutu.nec enim perpendit bonus vir differētiam inter tranſlationem bonorum, quæ fit ipſo iure ſeu ex legis diſpoſitione, & illam quæ fit facto homine. Nam priore caſu conſtat eum qui reſtitutus eſt ad bona, recuperare ius quæſitum tertio immediate ex ipſa ſententia ſeu condemnatione. Vnde patronus reſtitutus recuperat ius patronatus quod ipſo iure per deportationem amiſerat.[& ita ſenſere Ang.Alex.& Aret.in l. Gallus.§. & quid ſi tantũ.ff.de lib.& poſt. facit l.vlt.C.de ſent.paſſ.vbi pater ſuo iuri reſtitutus recuperat patriã poteſtatem. quia ius vt ita dicam exiſtentiæ ſui iuris, ipſo iure filio fuerat acquiſitũ.l.1.§. filius. vbi Bart. ff. ad Tertu. ſa. quod idem in l. vlt.de ſentent.paſſ. & Bal.ibidem. & in l. ſed ſi hac. §. ſed ſi per pœnam. ff. de in ius voc. & in l.dicta.c.de appellat. & in l. pen. C. de capt. & poſtl. reuer. Alex. in d.§. & quid ſi tantum. Alb.& Rap.in auth idem de neſtorio. C.de hæret. Immol.in l.ſi publico.in pr.ff. ſol.mat.& in c.in noſtra. de proc.& in cl.1.ſub fi.de hæret.]Abbas etiã in c.1.in 1. not. extr.de paroch. docet eum qui ſuis bonis eſt reſtitutus, non recuperare ea quæ legitimè ac licite ſunt alienata ac in alium tranſlata, quia reſtitutio retro trahi non debet in præiudicium eius, cui bona ante reſtitutionem collata ſunt, per ea quæ not.in d.l.vlt.de ſent. paſ.quod intelligit Iaſ.poſt Raph.in d.§. & qui ſi tantum.vbi reſtitutio fieret per viam gratiæ. ſecus ſi per viam ordinariæ iuſtitiæ[iuxta l.1.§.vlt.ff.de quæſt.] Nam iſtæc reſtitutio iura etiam quæſita & in alium quãtumuis legitime tranſlata, tolleret. Non quidem vt putant illi per l. quod ſi minor. §. Scæuola.ff.de minor. quam pro confirmanda illorum opinione, alioqui vera allegant, ſed per tex.in l.vlt.ſub fi.C. de repud. hæred. vbi doct. reſpondent ad d.§.ſcænola. qui caſum omnino cõtrarium ſtatuit. Vide Ang. & Imm. late iſtud explicantes in l.nam quod.§. ſed & qui.ff. ad treb. Quæres ſi qua alia vſpiam in iure, eſt notatu quàm digniſsima, propter bonorum reſtitutiones quas vt plurimum fieri videmus his qui damnati fuêre.

Elegans differentia inter trãſlationem bonorum quæ fit ipſo iure vel hominis facto.

An hypothecę & ſeruitutes feudo impoſitæ poſt id per negationẽ ad dominum trãſlatum durẽt.

Nunc quæro quid de hypothecis, annuis redditibus, ſeruitutibus feudo antequam fieret negatio per vaſſallum negantem impoſitis, an adiudicatione ex ea cauſa facta, durent:ita vt dominus ad præſtationem huiuſmodi iurium poſt adiudicationem feudi ſibi factam, ſit efficaciter obligatus? Ego materiam iſtam, quanuis in aliud propoſitum plene exacte nauiin §. vl. ſ.de feud. Tu illuc ſi lubet recurrito. Obiter tamen ac velut per tranſannam annotato, has hypothecas annuóſue redditus aut ſeruitutes,ante denegationem conſtitutas, minime reſolui ex quacunque cauſa reſoluatur feudum. Quinetiam nec ſi ante negationem tãtum ſed & ante iudicium cœptũ conſtituerẽtur. niſi id in fraudem domini factum probaretur,ad ſimilitudinem donationis ob cauſam ingratitudinis reuocatæ. Quo caſu alienationes factæ ante ingratitudinem non reuocantur, etiã ante iudiciũ ex ea cauſa cœptum, ſi ipſa res alienata fuerit. Vnde multo magis vbi ſimpliciter fuit hypothecata, cum eo tempore donatarius eſſet verus & incommutabilis dominus, licet ex aliqua cauſa ſuperuenięte, poſſet titulus eius reſolui:puta propter ſuperuenientem ingratitudinem, vt eſt caſus in d.l. his ſolis. C. de reuoc.donat.quicquid ibi ſenſerit Alb. quẽ ſequitur Rip. in ſua repetitione l.vlt. eo. tit. Et ratio manifeſta eos conuincit, quod ius quod habet vaſſallus in feudis eſt ſui natura irreuocabile, licet ex aliqua cauſa accidenti reuocari poſsit, ſicut & quicunque alius titulus. Vnde etſi ſuper-

ueniat aliqua cauſa ex qua reſoluatur, nō tamen in præiudicium tertij reſoluuntur alienationes interim legitime factæ. [per ea quæ in ſpecie tradit Bart. & poſt eum Pont. in l. in diem. ff. de aq. plu. arc. Ioan. Andr. in rub. de obligat. & ſolut. Et quod pertinet ad 'argu. Alb. his reſpondeto ex dictis. Bart. in d. l. in diem]

An cōductio feudi domino per denegationē adiudicati firma ſtet eique teneatur ſtare patronus.

At verò dubitatum eſt, an feudi conductio ante denegationem facta reſoluatur per adiudicationem feudi, id eſt an patronus cui ob vaſſalli feloniam adiudicatum eſt feudum, teneatur ſtare conductoribus feudi, qui vaſſallo ante denegationem, illud ad firmam, vt dicitur, receperant? Et vt rem per ſe perplexā elucidemus, ſciendum eſt imprimis iſtam cōductionem tripliciter cōſiderari poſſe. Aut enim ad modicum tempus facta fuit, quod eſt intra decennium: aut ad longum tempus, quod eſt vltra decennium: aut ſub hypotheca bonorum. In quibus reſolue. [ex his quæ tradit Bart. & doct. in l. ſi filiofa. §. ſi vir. in quinquennium. ff. ſol. mat. & Cano. in c. vlt. extr. ne præl. vic. ſuas.] quod pertinet

Singularem ſucceſſorem non teneri ſtare colono auctoris.

ad primam conductionis ſpeciem quæ fit in decennium, non teneri dominum poſt reſolutionem iuris locatoris ſtare colono ad modicum tempus conſtituto. ex reg. illa communi quæ vult ſucceſſorem ſingularem, ſiue ex cōtractu ſiue ex vltima voluntate, ſtari non teneri colono vel inquilino auctoris. [l. emptorem fundi. C. loca. & l. nihil. §. 1. de leg. 1.] Quod ad ſecūdam pertinet, licet diſputationis gratia ſuſtineri poſſet patronum non intelligi ſuccedere in ius ſui vaſſalli, ſed rem ſuam ad ſe reuerti, ſicut finito vſufructu rem ad proprietarium reuerti dicimus, qui ideo fructuarij locationi ſtare nō tenetur, eo quod finitum extinctúmque ſit ius vſufructus, nec ſuccedat in ius ac locū fructuarij, ſed iure ſuo rem ſuam reſumat. [l. ſi quis domum. §. 1. ff. loc.] Contraria tamen opinio iſto caſu mihi verior ſemper viſa eſt: eo quod tempore dictæ locationis ad lōgum tempus, vaſſallus erat dominus vtilis feudi, & ita locare potuit ad longum tempus. Quapropter licet poſtmodum ius ſuum amittat ex cauſa ſuperuenienti, non tamen reſoluitur ius quod habuit cōductor ad longum tempus. [iuxta l. 1. & 3. ſi ag. vect. vel emphyt. & l. 1. §. 1. de ſuperfic.] Et ideo eo caſu crediderim dominum neceſſe habere ſtare colono ad longum tempus à vaſſallo ſuo conſtituto. Nec obſtat argumentum de fructuario: quia plus iuris habet vaſſallus in feudo, cū habeat vtile dominium, quàm fructuarius in re ſuper qua vſum fructum habet. vt declarant feudiſt. in prælud. feud. & nos ſuprà monuimus, in rub. de feud. Vrget & alia ratio, q̄ miſſus in poſſeſſionem rei, iudicis decreto, ob debitum vel cōtumaciam aduerſarij, ſtare tenetur colono. [l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſid.] etiam in caſibus in quibus lucratur fructus, quod multis modis euenire poteſt. [vt declarant Accur. & doct. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & Doct. in auth. ei qui de bon. auth. iud. poſſid.] vnde dominus iſte qui miſſus eſt in poſſeſſionem feudi, nec ſuccedit in plenum ius vaſſalli: quia vt dictum eſt, irreuocabiliter feudum in eum tranſit: ſed velut ad tempus, donec nimirum vaſſallus moram aut contumaciam ſuam purgauerit, non poteſt vaſſalli colonos inquilinóſve expellere. ſed eis ſtare tenebitur. [Alex. conſil. 118. in caſu de quo quæritur. col. 4. verſic. fortificatur. vol. 5. Et ita decidere videtur Bart. in l. filiofam. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſol. matr.]

Quod autem ad tertiam conductionis ſpeciem pertinet, nimirum ſub hypotheca bonorum, idem quod in præcedenti iudicandum arbitror: ex reg. vulgari, quòd cū aliquis rem ſuam ſuam locat, & pro contractus obſeruatione bona ſua obligat, colonus vel inquilinus expelli non poteſt, quod ius habeat in re, ſed poſſeſsioni rei conductæ incumbere, eámque iure pignoris retinere poteſt: etiamſi (vt in cit. §. ſi vir in quinquennium. in vlt. verſic. & in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfic.) ad modicum tempus facta eſſet conductio, propter ius pignoris in re conducta conſtitutum. [& ita ſentiunt omnes, in d. l. emptorem. C. loc.] Verum, ne te ea fallant, duo tibi ſunt inueſtiganda. Primum, an id perpetuo verum obtineat tam in generali quàm in ſpeciali hypotheca. Secundum, an id ius hypothecæ præciſe ſucceſſorem adſtringat ad patientiam vſus, quādiu durat locatio: aut ad præſtationem eius quod intereſt coloni expulſum fuiſſe, ante tēpus locationi præfinitum. Et quod ad primum pertinet, illud explicuit Alex. in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. poſſeſ. vbi refert Immo. & Pont. ibi ſenſiſſe non ſufficere generalem hypothecam, ſed oportere rem locatam ſpecialiter obligari. [& ita intelligunt l. ſi creditor. §. vlt. de diſtract. pig. Quod etiam ſen-

sit Bald.in l.ea lege.C.de condict. ob causam. Et idem Immo.in l.si quis ita promiserit.§.ea lege.ff.de verb.obl. motus q̃ d.l. si creditor.sit à iure cõmuni exorbitãs. vt patet ex l. ea lege. vbi Iurisc. loquitur qñ interuenit obligatio specialis: ergo nõ extendenda ad generalem. Idem Aret.in cit. §. ea lege. motus ea ratione,quòd specialis hypotheca magis afficit quàm generalis. [l.1.iũcta gl.& not.Bal.C.de necess.ser.hæred.instit.& Bart. in d.l. qui absenti.§.1. in fi.]Et hanc communem esse opinionem asserit vterque Imm. in locis suprà cit. licet Alex. in d.l.qui absenti.rem in puncto iuris dubiã esse dicat.ob d.l.si creditor.§.vlt. de dis.pig.quę indistinctè loquitur. Verũtamen Bal. eam de speciali hypotheca intelligit,in con.506.in tres marchiones.lib. 5. Et Bart.quidẽ in d.§.si vir in quinquennium.& in l.1.§.quod autem.de superfi.& in l. qui fundum.ff.loc. existimauit generalem hypothecam sufficere. Quæ sententia placuit quoque Salic. & Bal.in d.l.emptorem.& Abb.in c.vlt. ne prælvic.suas. Primam tamen cum Immo.vt magis communem,ita & veriorem crediderim quam & confirmat Iaſ.in d.§.ea lege.

Recepta prima opinio, specialem hypothecam esse necessariã, nec generalẽ sufficere.

Quod ad secundum pertinet, existimo ego ius hypothecæ ab inquilinio reseruatum, vel colono pro suæ conductionis securitate,non esse ad hoc vt præcisè successor obligetur ad patientiam, videlicet vt sua conductione vtatur quãdiu durat, vel vt expelli non possit: sed vt consequi id quod sua interest, possit, si ante tẽpus expellatur. Cum nimirum prouisio ac cautela quam adhibet conductor, pro securitate contractus non insit principaliter ipsi contractui locationis & conductionis, sed pro illius tutiore implemẽto, veniátq; accessoriè ad contractum. [Bartol.in l.qui fundum.ff.loc.& in l. emptorem. C.eod.] Et sic cum ex eo contractu solum oriatur actio personalis non habet extendere contractum. [l.intelligere. vbi gl.& Bal.C.de luit.pign.& l.item liberatur.in pr.ff.quib. mod.pig.vel hyp.sol.] Sed obligatio ex eo contractu descendens quum sit ad factum præcisè, ad ipsum factum non obligat, sed præstando id quod interest,omnino dissoluitur. Quę est natura omnium obligationum quæ sunt ad factum constitutæ.[l.stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff.de verb.oblig. vbi gl. & doct.& in l.1.in pr.in verb.quanti interest agitur.ff.de act. empt.& in l.2.de in ius voc. Plene doct.in l.si quis ab alio decẽ.§.1.ff.de re iud.] Et sic ob talem hypothecę reseruationẽ nõ propterea tenetur successor stare locationi à prædecessore factæ,nisi, vt ita dicam, causatiue, id est, quia nisi aliàs inquilino & conductori,id quod sua interest ante tempus sua deiici conductione, præstetur,ipse suo iure rem conductam retinere poterit. vnde emptore seu alio successore, id quod interest,vel pœnam si qua adiecta fuit,cõductori offerente,poterit illum expellere, quia,vt dictũ est,hypotheca aliam ob causam appposita nõ fuerit, quàm vt facilius conductor id quod sua interesset si eũ contingeret expelli faciliori negotio cõsequeretur, vel pœnã si qua adiecta esset: cũ, vt dixi, ad aliud nõ se extẽdat locatoris obligatio, si cõductori vti frui re cõducta non præstet. [l.si merces.§.1.ff. loc. l.mancipia. vbi Salic.de reb.non alien.]Et ita Bart.intelligit illam à se inuẽtam cautelam de adiicienda hypotheca. & clarius ibidem Salic. Quod & nominatim censuere Paul. Pont. & vterque Immol. in cit. §. si vir in quinquennium. Idem Alex.consil.118.in casu de quo quæritur.col. vlt.versic. insuper quia in instrumento.volu.5. Et Guid. Pap.in decis.Delph.q.480.locaui tibi domum. versic. sed iuxta præmissa. vbi allegat Puteum idem sentire. Sed de his satis.

An amisso feudo amittantur ædificia à vassallo constructa, & cætera melioramenta.

Nunc inuestigemus, An amisso feudo ex præscripta causa denegationis,amittãtur ædificia, & cætera quæ vocamus vulgo melioramenta. Quæ quæstio solet vt plurimum hac diffiniri distinctione, tam in feudo quàm in emphyteusi: Aut illa ad dominum reuertuntur ex tenore & forma cõcessionis, vt quia finita sit linea masculina feudatarij, vel emphyteutæ, cuius fauore erat concessio facta:& hoc casu hæredes feudatarij & emphyteutæ ista ædificia,melioramenta, & expensas minime amittunt, nec transeunt cum feudo in dominum: ita vt eis etiam liceat vti feudi retentione, donec earum rerum nomine eis satis factum sit de huiusmodi impẽsis.[casus est in c.1.§. si vassallus:hic finit lex. deinde consuetudo reg. Cæterum, si ex culpa vassalli ad dominum reuertatur feudũ, vt in casu huius nostri§. absoluti iuris est ea omnia prorsus cum feudo amitti: cum etenim perditur principale, cõsequens est & accessorium amitti.[in d.c.1.§. si vassallus.Bal.per l.2.C.de iu.emphyt.vbi latè id disputant Modern.in 7.not. Ita Aluar.& Præpos.in d.§. si vassallus. Bal. etiam in c.

1.§.ſi quis de menſ.de contro.inueſt.idem in l.vlt.ver.ſed pone quod iſte emptor. C. comm.de leg. Idem & poſt eum cenſuere Ang. Immo.& moder.in l.cætera.§. Marcellus.de leg.1. Idem rurſus Bald.in auth. excipitur. col.1.de bon. quæ lib. & in l. 2. C.de rei vend.& l.in rem.§. tignum.ad fi. ff.cod.tit.]

Poſtremo,vt ſemel finiam,quid ſtatuẽdum eſt de aliis augmentis & acceſsionibus factis in feudo: Qualis eſt ſeruitus in feudo acquiſita,vel iuriſdictio,vel alluuio aut quia etiã vaſſallus ſubfeuda quædam ante cõmiſſam feloniam vniuiſſet feudo ſuo principali? Ante huius queſtionis diſſolutionem in modum cuiuſdam præuiæ inſpectionis præmittenda eſt egregia Bal. traditio,in c.1.§.ſi quis de manſo.de cõtro. inueſt. dicentes non omne incrementum partem feudi cenſeri. Nam natura feudi eſt ſicut natura agri limitati, & veluti lacus & ſtagnum quæ extenſiuum non recipiunt augmentum, eo quod terminos ſuos habeãt certos & præfinitos.[l.Rutilia polla.ff.de contrah.empt.]Et limitatio quidem ſuas extremitates excluſiuas limitare debet,ſed non extenſiuè[l.in agris limitatis. & l. lacus & ſtagnum.ff. de acq. rei.dom.]vnde concludit Bal.ibidem feudum limitatum ius non habere accreſcentiæ. Ita quod ſi vaſſallus aliquod incrementum feudo, ſumptu vel induſtria adiecerit, id totum ad eum pertinebit, nec feudo reuerſo ex quacunque cauſa, illud augmẽtum ad dominũ reuertitur. Quod tamen intellige, & in hoc reſoluitur quæſtio noſtra,ſecundum diſtinctionem c.1.§. ex cõtrario. de inueſt. reb.alien. fac.videlicet aut id quod eſt additum per ſe ſubſiſtere poteſt, & id feudo non accreſcere dicendum: aut per ſe ſubſiſtere nequit, vt eſt ſeruitus, & tum feudo omnino accreſcere credendum eſt. Vnde eo loco refert Bal. ſi vaſſallus iuxta rem feudalem emit aliam ei coniunctam, eam noncenſeri iure feudi: quia per ſe ſtat. Nec ſecundum eum obſtat l. cum fundum. de leg. 2. & l. Seiæ. §. tyrannæ. de fun. inſt. Siquidem erat dominium vniforme, vnde tale augmentum conſiderari debet. Aut vt eſt intrinſecum quod per ſe nõ ſtat, vt caſtrum inędificatum,& illud accedit feudo. Idem de ſeruitute acquiſita ipſi feudo. Et ideo quia caſtrum ſine ſolo,& ſeruitus ſine feudo ſtare non poſſunt, ideo caſtrum & ſeruitus feudo accreſcũt, quia ei inſunt. Aut vt eſt extrinſecum augmentum quod ſcilicet per ſe ſtare non poteſt, & tum illud non accreſcere dicemus. Quod autem ad iuriſdictionem pertinet, ſi ea fuerit feudo acquiſita, controuertunt interpre. in cit. §.contrario.ac inuicem diſſentiunt. Nam eo loco Bal. affirmat iuriſdictionem feudo non accreſcere,quia feudum & iuriſdictio nihil commune habent. Vnde fit vt vnus territorium habere poſsit, & alius iuriſdictionẽ. Quam rem plenius examinauimus ſ.de feud.§.20.In contrariam tamen iuere ſententiam Moder. Mediol.eo in loco. Quorum tamen cõtrouerſię mihi recte in eum modum dirimi poſſe videtur hac adhibita diſtinctione. Aut iuriſdictio erat eiuſdem domini à quo feudum pendebat, & vaſſallus in augmentum feudi ſui iuriſdictionem ab ipſo domino acquiſiuit in feudo ſuo: ita vt tam territorium quàm iuriſdictio illi cohærens, in feudum ab eodem domino tenentur. Quo caſu veram arbitror ſentẽtiam Prępoſiti. Aut vero iuriſdictio non erat domini ad quem feudi proprietas pertineret, & tum Baldi ſententiam probo, exiſtimantis iuriſdictionem in commiſſum non cadere vna cum feudo. Quam differentiam ſum latius proſecutus,in d.§.20.ſ.de feud. Quod autem pertinet ad ſubfeuda vnita principali feudo,rem vno verbo concludendam cenſeo:vt ſi vnio ſit ſemel atque irreuocabiliter facta, vt quia poſtquam vaſſallus ſuo ſubfeudo ſuum,vt dicitur,domanium fecit, illúdque ſubfeudum ſuo principali feudo vniuit,ac quod aiunt incorporauit, ẽ duobus vnum faciendo, ac ſimul excolendo,& de vtroque fidem & homagium domino ſuo ſuperiori præſtitit, tanquam de vnico feudo:eo certe caſu vnicum cenſebitur feudum: ac principali confiſcato, ſubfeudum illi vnitum vnà veniet. Cæterum ſi antequam homagium ſuper vtroque præſtitiſſet,vtique accidiſſet denegatio, & ſic ante perfectam vnionem, ſecus omnino dicendum exiſtimo, argumento eorum quæ ſuprà annotauimus,de feudis. §.penult.& vlt.Et hæc hactenus de feudalibus obuẽtionibus ſatis ſuperque dictum ſit.

DE PROFESSIONIBVS ET CATALOGIS.

TITVLVS SEPTIMVS.

NVnc ad profeſsiones & dinumerationes tranſeundum eſt: quæ res tam clara per ſe faciliſque eſt, vt non alio indigere interprete putem, quàm ipſa hac noſtra conſuetudine, quæ ita ſe habet.

ARTICLE CENTDEVXIESME.

QVAND aucun ſeigneur de fief reçoit ſon vaſſal en foy & hommage, ledict ſeigneur feodal peult enioindre à ſondict vaſſal, qu'il baille par eſcript ſon adueu & denombrement de l'heritage, duquel il eſt entré en foy & hommage de luy, dedans quarante iours apres enſuyuans. Au moyen de laquelle iniunction ledict vaſſal eſt tenu de bailler à ſondict ſeigneur de fief ſondict adueu & denombrement, dedans leſdictz quarante iours.

§. PRIMVS.

Quum patronus vaſſallum in fidem admittit, illi ius poteſtáſque eſt vaſſallo indicendi, vt ſcripto intra quadrageſimum diem rerum clientelarium, de quibus fidem exhibuit, profeſsionem & catalogum edat. Cui indictioni parêre tenetur vaſſallus.

ARTICLE CENTTROISIESME.

Item, & ſi ledit vaſſal eſt defaillant de bailler ſondit adueu & denombrement dedans ledict temps de quarante iours, ledict ſeigneur feodal peult faire ſaiſir & mettre en ſa main ledict fief, & defendre à ſondict vaſſal tous exploictz.

§. SECVNDVS.

Quod ſi intra diem dictam iuſsis iſtis domini, vaſſallus non paruerit, fas eſto domino manum ſuam in feudum iniiciendi, vaſſallóque feudi vſu ac fruitione interdicendi.

ARTICLE CENTQVATRIESME.

Item, & ſi ledict vaſſal n'eſt receu en foy, ou qu'il euſt faict ſes offres par la maniere que cy deſſus eſt dicte, il ſera tenu bailler ſondict adueu & denombrement à ſondict ſeigneur, dedans quarante iours apres l'inionction à luy faicte, de ce faire par ledict ſeigneur, & non plus toſt.

§. TERTIVS.

Vaſſallus in fidem non admiſſus, qui tamen ad formulam præſcriptam iuſta obtuliſſet, ad dicti ſui catalogi & profeſsionis exhibitionem intra quadrageſimum diem ab indictione dominica nec ante adſtringitur.

ARTICLE CENTCINQVIESME.

Item, que par default d'adueu non baillé dedans leſdictz quarante iours, ledict ſeigneur feodal peult faire ſaiſir par authorité de iuſtice, tous les fruictz de l'heritage tenu de luy en foy & hommage, leſquelz il ne faict pas pourtant ſiens: mais eſt tenu de les reſtituer à ſon vaſſal, en luy rendant ſondict adueu, & payant l'amende, qui eſt de quinze ſolz tournois, & les frais ſur ce faictz.

§. QVARTVS.

Quod si intra quadragesimum diem vassallus indictum catalogum domino minime obtulerit, ei ius est, authore iudice, vniuersos feudi fructus prehendere, quos propterea sibi non acquiret. sed vassalli contumacia per catalogi præstationem mulctæque solidorum quindecim pensitationem, atque impensarum refusionem in eam rem factarum, purgata, ei restituet.

ARTICLE CENTSIXIESME.

Item, que ledict adueu baillé par le vassal à son seigneur feodal, iceluy seigneur à delay pour voir & visiter ledict adueu, pour le passer ou contredire, qui est de quarante iours. A la fin duquel delay ledict seigneur feodal est tenu de passer ou contredire ledict adueu. Autremẽt il sera tenu pour passé & receu comme bon & valable. Et pour ce faire & sçauoir, sera tenu ledict vassal comparoir à la fin desdictz quarante iours, pardeuant sondict seigneur de fief, ou au lieu dont meult sondict fief.

§. QVINTVS.

Exhibita autem à vassallo professione, dierum quadraginta dilatio domino ad ipsam expungendam discutiendámque conceditur. Ad cuius quidem dilationis terminum, dominus vel admittere vel reiicere oblatam professionem adstringitur. Alioqui pro admissa habebitur. Cuius rei gratia ad horum quadraginta dierum articulum se sistere coram domino, aut in loco feudi dominantis vassallus tenebitur.

ARTICLE CENTSEPTIESME.

Item, & si ledict seigneur feodal à la fin desdictz quarante iours, veult contredire ou debatre ledict adueu, ledict vassal aura main leuée & deliurance de sondict fief saisi, ensemble des fruictz d'iceluy. Et demoureront les parties en cause sur le contredict dudict adueu, en la court du iuge ou ledict heritage est situé & assis, & auquel la congnoissance en appartient.

§. SEXTVS.

Si ad huius quadragenariæ dilationis metam reiicere oblatum catalogum vel impugnare maluerit dominus, ab eo emancipabitur feudum, vassallóque fruẽdum concedetur: pendente nihilominus lite super hac controuersia, inter eos coram iudice, in cuius territorio situm est feudum, cuiusque ea de re notio est.

ET si, vt obiter præmonui, iste titulus vulgariter practicis nostris notus est, tamẽ ne vspiam nostra desideretur opera, in gratiam neotericorum placet nonnulla breuiter enarrare quæ ad faciliorem illius expositionem pertinebunt. Sciant itaque imprimis tirones nostri nondum in praxis vocabulis satis exercitati quid appellemus adueu. Audiui aliquando à nonnullis ex curialibus practicis, haud vulgaris sane famæ hominibus qui existimarent nomen illud ductum esse à verbo aduouere. Verum non satis pro explorato habeo an compositum illud receptum sit. Vtcumque sit per hæc nomina adueu, & denombrement, vniuersa Gallia nostra intelligit eam professionẽ vassalli de scripto domino reddendam, qua profitetur se eius vassallum ratione feudi sui quod ab eo in fidem & homagium tenere confitetur, ac vt dicitur recognoscit, ratione illius fundi vel loci dominantis, cum expressione seu declaratione singularum rerum ad ipsum feudum pertinentium singulatim facienda. Primum nimirum apponitur ipsius feudi locus seu mansio, domus, aut castrum, cum ea area quæ vt plurimum pro vestibulo est, Galli cortem appellãt: item & horti cæteráque adiacentia ædificia, quæ omnia sunt principalis loci forma: Deinde situs, qui per parochiæ in qua situm est feudum, nominationem declarari solet: Quantitas preterea, vt pote quot iugerum sit ille ager feudalis, item & confinia, vt pote quibus vi-

Quid professio contineri debeat.

cinis locis limitetur attingátque.

Secundo, deſcribitur ſingulatim vniuerſum, quod dicimus, domanium, id eſt, quod vulgo dicimus, id omne fundi ſeu alius rei quod ad manum ſuam tenet: veluti fundi ſationales, paſcuales, vinearij, hortenſes, ſtagna, piſcaria, ſiluæ non ceduæ ſeu foreſtæ, ſiluæ ceduæ quas taillias appellamus, garennæ, gruariæ, & grahariæ id eſt viuaria quibus locis feræ vel piſces cauſa cuſtodiæ ac amœnitatis gratia includuntur, & cætera id genus, quæ quantitate, ſitu, & confinibus declarari debent.

Tertio, deſcribuntur annui aut mẽſtrui redditus, ſiue ſint perpetui, ſiue tẽporales ad ipſum feudum pertinẽtes, ad quos pridem aliqua portio feudi in emphyteuſim vel per contractum cenſualem, vel libellarium, aut aliâs per ipſos vaſſallos ad penſionem perpetuam vel temporariam prẽſtandam conceſſa eſt.

Quarto, ſolẽt & ſubfeuda deſcribi quę ab ipſo vaſſallo in feudum immediate tenentur.

Quinto, cenſus ab ipſo feudo dependẽtes, de quibus agitur in ꝓximo titulo.

Poſtremo, terragia, ſeruitutes perſonales & prædiales. alia præterea iura incorporalia, quæ adipſos vaſſallos ratione ſui feudi pertinent. Et in hac quidem deſcriptione admonendi ſunt practici in huiuſmodi dinumeramentis, ſingulas ſpecies ſeu, vt vulgo dicitur, pertinentias, nominatim deſcribendas eſſe. Nam ſi generali appellatione de pertinentiis mentionem feceris, non venient iſta ſpecialia, quæ nuper enumerauimus. Nam [vt egregie docet Innoc. quem & omnes ſequũtur in c. cum ad ſedem. extra. de reſtit. ſpoliat. Specul. tit. de loc. §. nũc aliqua. verſ. 58. & Old. con. 164. viſo priuilegio.] Caſtrum à iure pertinẽtias limitatas non habet, niſi quatenus ab hominibus vel à conſuetudine hoc præfinitum conceſſúmq; ſit. Illa quippe ſolum intelliguntur feudalia, quæ per dominũ feudi probãtur fuiſſe de iuribus & pertinentiis caſtri in feudum conceſſa, vel ea vaſſallum tenuiſſe iure feudi. Cętera verò omnia allodialia præſumuntur. Res quipppe omnes ſui natura liberę, frãcæ, ac immunes ab omni ſeruitute coniiciuntur, niſi de contrario probationibus conſtet. [Ioan. Andr. & alij poſt eum. in c. nimis. extra. de iureiur. & in c. vlt. in verb. reſpondere. extra. de iudic. & probatur ex c. 9. vbi id annotat Bald. ſi de feu. fue. controu. int. dominum & agna. & in c. 1. iuncta gl. 2. de controu. int. dom. & vaſſal. Vide Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de feud. §. quoniam ſuper. verſicul. 21. in verb. ceſſante. & Bald. in l. libertas. ff. de ſtat. homi. Quod not. Alex. conſil. 55. proſpectis his. col. 10. verſic. circa aliud dubium.]

Res omnes feancas, liberas ac allodiales præſumi.

Hæc itaque omnia ſuo ordine ſingulatim à vaſſallo in ſuo catalogo deſcribi debent. Et huius quidem catalogi duplex ſolet confici inſtrumẽtum: vnum nimirum quod vaſſallus tradit domino. Alterum, quod ille ſibi retinere ſolet. Quare autem domino prẽſtetur, colligere licet ex c. longinquitate. 12. quæſt. 2. Nimirũ quòd diuturni temporis longinquitate ſæpe accidat, vt non pateat originis conditio. vnde vt inquit illic tex. decretum eſt, vt profeſſionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere, qua profiteantur ſe eſſe eccleſię libertos, & obſequium domini nõ deſerturos. At duplex catalogi inſtrumentum ideo fit vt noſcat dominus quid ab eo in feudũ teneatur: vt quando contigerit illud vendi, quintum & ſubquintum nũmum ſuo iure tollat. vel rachatum ſi ex alia cauſa alienabitur. Item & vnde vaſſallum expulſurus ſit, in caſibus negationis, feloniæ, vel culpæ commiſſæ, quas ob cauſas feudum in commiſſum cadere oſtẽdimus. Deniq; quid ad eum finito feudo reuertatur. [De quibus ſingulis, ſuis locis ſuprà vidimus, in tit. proximo. Bald. conſ. 225. Quæſtio eſt de terra. lib. 1. vbi allegat gloſ. in l. ſi in rẽ. ff. de rei vẽd. vbi Ang.] Vaſſallus enim qui poſſidet, tenetur ſcire vires & qualitatem ſui patrimonij: nimirum quod ſuum eſt, id eſt alaudiale: & quod alienum, id ſcilicet quod in feudum, vel emphyteuſim tenet, ac recognoſcit. [l. quiſquis. C. de reſ. vendit.] Item cum prẽſtat fidelitatem ſeruitia & canonẽ confiteri tenetur, vt nos in proxima quæſtione explicabimus. Quo fit, vt niſi declaret, in dolo eſſe præſumatur ſecundum Iacob. à S. Gerg. in ſuo trac. feud. in gl. dictíque vaſſalli. col. 6. Ex parte autem vaſſalli indubiam fidem facit cõtra dominum eiúſque hæredes, etiam qualemcunque contra alios. Et his de cauſis duplex adnumeramenti inſtrumentum fiat vnum domino, & alterum vaſſallo. Quod & iure in apochis receptũ eſſe conſtat. [l. plures apochis. C. de fid. inſt. vbi nominatim Ang. ſub fin.] Hinc coniicere licet cautelã apprimè vaſſallo neceſſariam,

Quare alterum ex catalogis domino præſtandum ſit.

etsi in regno Franciæ vulgatissimam, cum ille nimirum domino suum offert catalogum, curare eum oportet à notario sub ipsum catalogum, à tergo illius, oblationem ac receptionem scribi, si ita euenerit vt dominus recipiat. Quod si quadraginta dierum dilationem postulauerit, idem ita vt factum est describi procuret, nempe catalogum oblatum, ac petitam à domino dilationem. Et cum ille post quadraginta dies ad dominum reuersus fuerit, describēdum quoque curet se rediisse, & catalogū admissum fuisse, siquidem receptus fuerit: aut domini taciturnitatem, si vtique tacuerit. Nam eo casu constat domino tacente nec recusationis causas exprimente, catalogum rite oblatum pro recepto haberi, dictante hac nostra consuetudine. Cui etiam conuenit vulga illa iuris reg. qui tacet, consentire videtur. Cæterum si ista eum in modum facta non fuerint, nulla prorsus fides catalogo habebitur. Quod est apprime annotandū. Comperias enim mille catalogos, his quę supra diximus non obseruatis, viribus corruere ac nullos declarari.

Sed quæramus an circunscripta consuetudine vassallus ad huius catalogi præstationem teneatur de iure? Et tradit Bald. in l. sicut datā. C. de lib. cau. & Ioan. de Plat. post gl. in l. 2. in ver. iurata. C. quando & quib. quart. pars. lib. 10. vassallum teneri suo etiam iuramēto indicare domino feudum ob quod seruitutem præstat, quia se fatetur vassallū. & propterea generalem concessionem feudi specialiter declarare teneri. [arg. l. certum. ff. de confes. in pr. & in auth. de mandat. princ. §. cogis. col. 6. l. forma census. ff. de cens. & l. sicut. ff. de seruit.] Alias contra formam fidelitatis facit cum non aperit domino fines ac limites sui feudi. Non equidem diffiteor si quis vassallum se negaret ad ea minime astringi. Et sic differentiæ ratio redditur manifesta inter eum qui se rei proprietatem habere contendit, & eum qui in re aliena habere titulum cōtendit. [Cuius rei praxim refert Bal. in l. cessante. C. quom. & quando iud. & Ias. in prælud. feud. col. 15. num. 51. & Decy. con. 61. & pro tenui facultate. Et ex his Bartol. explicādus est in l. cogi. C. de pet. hæred. quo spectat Gui. pap. fin. 929. & Boher. in §. 12. de feu. cōsue. Bitur.]

Et quid, si huic domini iniunctioni vassallus obsequi recuset, qua pœna domino tenebitur? Et non immerito visum est eum à feudo expellendum [secundum Ang. in l. si in rem. de rei vend.] quod intellige secundum vniuersas consuetudines regni, à præsenti vsu rei, non à toto vsu seu proprietate ipsius feudi. Nam vt patet ex contextu, saisiuntur, pignorātur, & sequestrantur fructus, donec paruerit vassallus, & catalogū obtulerit, & pœnā à cōsuetudine ad quindecim solidos taxatam, & expensas saisinæ refuderit.

Sed cuius expensis debeat fieri duplex catalogus ille? Et licet ad vtriusque commodum & vtilitatem fiat duplicatio catalogi, quia tamen incumbit necessitas vassallo illum exhibendi, id suis expensis fieri censeo. [arg. not. in cl. causam. in pr. de elect. iuncta gl. in ver. porrecto.]

De effectu catalogi.

Nunc videamus de effectu ipsius catalogi rite & in forma debita ac authentica oblati, & à domino recepti, vel intra tempus à consuetudine in id præfixum minime impugnati, seu non contradicti? Et hîc distinguendum ita autumo. Aut quæritur simpliciter de facto non autem de effectu actus gesti: videlicet quod Titius fidem & homagium iurauit Sempronio, & professus est se in feudum ab eo tenere res in catalogo descriptas. Et hoc quidem casu ille catalogus fidem faciet quoad omnes, ad probandum factum illud: At non effectum illius facti, vt colligitur ex his quæ tradit Bart. in l. 2. C. de edend. & in l. cum lite mortua. ff. iud. fol. cui omnes subscribunt secundū Alex. in addit. in 6. concluſ. Quod autem ad effectum pertinet sub distingue etiam: quia si dominus semel catalogum admiserit, siue expresse, siue tacite, iuxta ea quæ harum consuetudinum contextu declarantur, proculdubio vim cōtractus inter eum & vassallum catalogus obtinet, & sic is vtrique inseruit quantum ad probationem fidēmque faciendam inter eos, eorúmque hæredes, tam quoad dispositā quàm enuntiata in eo, non secus atque instrumentum contractus inter eos initi [per l. optimam. & quę eo loco tradunt interp. C. de contrah. & commit. stipul. fa. l. censualis professio. C. de donat. vbi Bal. in ver. dominio.]

Sed quod dicimus istam professionem factam à vassallo, nocere eius successoribus, videtur admodum pugnare cum decisione Bald. & Saly. in l. transactione. C. de transact. vbi argumēto illius legis concludunt, quod licet quis se pro vassallo erga aliquem gerat, eúmq; dominum agno-

ſcat, hoc filiis ſuæque poſteritati nullum præiudicium generare: niſi & illi eandem quoque faciant recognitionem. In quam rem facit l.3.ver.matri igitur.ff.de iureiu. At certe eorum deciſio intelligenda eſt, iuxta ea iura quæ in illius cõfirmationem adducuntur: vt nimirum iſta vaſſalli profeſsio à patre facta, filiis quod ad ſtatum perſonæ attinet, minimè noceat. ſed nec ipſi profitenti niſi illa aliis adminiculis ad veritatem lucide oſtendendam eo adiuuetur quod admiſſum eſt ratione ingentis ac grauis præiudicij, quod illinc contingeret: nimirum ex libertatis mutatione in aliquam ſeruilem conditionem. [l. interrogatam. C. de lib. cauſ. fac. l. iubemus vbi gl. C. eod. & l. cum ſcimus. de agric. & cẽſ.]

Catalogum acceptatum à domino fidem contra illum facere.

Cæterum, quod ad vaſſallum pertinet, notiſsimi iuris eſt quòd cũ dominus hunc oblatũ acceptauerit catalogum, eam hanc vim habere, vt res in eo contẽtas ac deſcriptas contra dominum oſtendat ad vaſſallum pertinere, quoad vtile dominium, & non ad patronum. [l. quæ quiſque. vbi id annotat Bart. ff. de acquir. rer. dom. & ille rurſus in l. rura. de omn. ag. deſer. lib. 11. Facit quod decidit Bal. in cit. l. cenſualis profeſsio. quem & ſequitur Alex. con. 10. viſo proceſſu. volu. 4.] Quod autem ad extraneos pertinet, vulgatiſsimi iuris eſt, rẽ inter alios actam aliis minime præiudicare. [titul. C. res int. al. act. & l. fæpe. ff. de re. iud.] Ita nec iſte catalogus qui fit, inter patronum & clientem tantum fieri intelligitur. Vnde aliis præiudicare non debet. [l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & quæ eo loco not. moder. Mediol.] Quibus & illud adde, ipſum catalogũ fidem non plenam facere pro domino cui editus eſt, aduerſus eos qui ſe dominos directos contra illum contendunt. Nec ius illud patronatus ſeu directi dominij plenè ac idoneè omnino probari, ex ſola cõfeſsione vaſſalli

Catalogum contra tertiũ præſumptionem dominij inducere.

inueſtiti, in præiudicium tertij. [teſte Are. in l. rem quæ nobis. in 3. col. ff. de acq. poſſeſ.] Quæ tamẽ intelligito quoad plenam probationem dominij, ſiue directi ex parte domini, ſiue vtilis ex parte vaſſalli. Nẽpe licet ea chartula catalogum continens, plene non probet dominiũ inter alias perſonas, quàm inter dominum & vaſſallum, ſicuti nec libri cenſuales. [Pont. con. 127. poſito quod domum.] probat tamen præſumptiue quoad alios: ita vt dominus in patronum per illum catalogum recognitus, præſumatur patronus: & is qui illum edidit, vaſſallus. i. vtilis dominus. [d. l. cenſualis profeſsio. & extat deciſ. Bart. & ibi Alex. Item moder. Mediol. in d. l. decẽ. de verb. oblig.] Quibus adde quæ referũt Bal. Salic. & plenius Paul. Caſtr. in l. Scriniarios. C. de teſt. milit. qui docere videntur hanc præſumptionem directi dominij pro domino, & vtilis pro vaſſallo, transferre onus probandi in aduerſarium. [probatur ex l. vlt. & quæ eo loco refert Bart. & alij. de pręd. nauicul. lib. 11. C. Et ita nominatim Alex. in addit. ad Bart. in d. l. rura. C. de omn. ag. deſer. eod. lib.]

¶ In §. 1.

EX prima huius tit. conſtitutione annotandum eſt catalogi traditionem, licet ex naturalibus feudi cenſeatur, tamen ad illius præſtationem ſeu editionem minime vaſſallum aſtringi, niſi poſt interpellationem legitime à domino factam. Et ita res ſe habet regulariter in omnibus quę ſunt de natura contractus: cuiuſmodi eſt cuictio, ad quam vtique conſtat præciſe non obligari venditorem, niſi & denũtiatus fuerit, & legitime ab emptore interpellatus. [l. authore laudato. cum l. ſeq. C. de euict.]

A quo tempore currant ij quadraginta dies præfixi ad exhibendum catalogum.

Cæterum, quia hîc conſtitutũ eſt poſtquam à domino fuerit vaſſallo denuntiatum & indictum, vt catalogum illi exhibeat, ei indictioni parẽdum eſſe intra quadraginta dies, non erit extra rem nouiſſe à quo tempore incipiat illud ſpatium quadraginta dierum currere, an ſcilicet comprehendantur dies indictionis & oblationis necne? Et huic perſimilem difficultatem non ſane leuem tractarunt Doct. in l. 1. ff. ſi quis caut. Et eo quidem loco tãdem affirmant minime computari. [Bar. Ang. Alb. Salic. Paul. & Pont. poſt glo. ibidem. Spec. tit. de citat. §. viſo. verſ. item nota. Io. And. poſt Hoſtien. in c. ſolent. de ſent. excommunic. in 6. Imm. Anchar. & Gemy. in c. frequens. eo. lib.] Et hanc opinionem in ſupremis curiis obſeruari ſolitam teſtatur Alb. in cit. l. 1. & Bald. in l. eos. §. finautem. ver. nota quod dies termini. C. de appellat. adfirmat eam eſſe à conſuetudine receptã. Sic Guid. Pap. in deciſ. Delph. q. 270. An dies. & Gemy. in cit. c. frequens. Veruntamen in contrariam iuit ſententiam Specul. ſi bi parum conſtans in tit. de appel. par. 2. §. reſtat. ver. ſed nunquid dies. illo loco exiſtimans primam diem etiam

computari. Idem ſenſere Bal. Alex. & Iaſ. in cit. l. 1. idem Bal. Imm. Abb. Prep. Med. & Deci. in c. ſuper. extra. de appel. & Rot. deciſ. 208. & alij permulti interpretes eam ſunt ſecuti ſententiam, quos congeſsimus j. de retract. in ver. intra. & ver. ex die vbi oſtendimus hanc vltimam ſententiam vti receptiorem ita & veriorem cenſeri. Sed nihil vel parum ad rem propoſitã nec hæc nec illa mihi facere videtur. Nam iſtis omnibus ſententiis de dilatione iudiciali diſputatur. nos vero de legali agimus, vt pote hac noſtra conſuetudine prefixa. Quare in aliam ſententiam quæ ſit propoſito accommodatior, nobis eſt abeundum. vt primus nimirum dies quo dominus vaſſallo indicit vt intra quadraginta dierum ſpatium habeat illi catalogũ edere, in eam vtiq; dilationem computetur: qui tamen è momento ad momentum minimè curratur: ita vt ille iniunctionis quacunque hora facta ſit, pro vno die computetur. [tex. opt. in l. 1. §. ſi mulier. ff. de lib. ag. vbi ita ſentiunt Iacob. de Aret. & Alb. Quod & procedere aiunt in compromiſsis & ſtatutis. Quod etiam refert Bal. in l. ſi duobus. §. ſed ſi quis. C. comm. de leg. eſt & text. in l. 1. §. biduum. ibi: ſtatim ex die. ff. quando appel. ſit. Eſt & tex. in l. in vſucapionibus. cum l. ſeq. ff. de vſuca. Facit l. in omnibus. in princ. de diuerſ. & temp. præſcript.]

¶ In §. 2.

Hanc ſaiſinã ob catalogũ non præſtitum non inducere lucrũ fructuum.

EX §. 2. annotandum eſt ſaiſinam ob catalogum non editum domino lucrum fructuum non præſtare: vnde illa eſt tantum velut quædam prohibitio vſus rei ad tempus, quouſque nimirum paruerit legi feudi. quæ eſt vt indictus catalogus præſtetur. Et ea vtique eſt regularis natura, ac vis miſsionis in poſſeſsionẽ, quæ licet aduerſarium contumacem puniat in priuatione vſus rei, non tamen in emolumento fructuum, cum conſtet purgata cõtumacia & refuſis impẽſis, eum rem cum omni ſua cauſa ex acceſsione recuperare. [Spec. in tit. de pr. & ſec. dec. §. reſtat. verſ. hoc autem notandum. & in §. iam de effectu. ver. miſſus. Bart. & cæteri legiſ. in l. ſi finita. §. Iulianus. & in l. Fulcinius. ff. de dam. infe. Canon. in tit. de eo qui mittitur in poſſeſ. rei ſeru. cau.]

¶ In §. 3.

EX hoc §. probatur iniunctionem ſeu interpellationem præcedere debere, obligationem executiuam ad catalogum edendum, ſiue vaſſallus in fidem expreſſe ſiue tacite admiſſus fuerit. Et ſciẽdum eſt eam interpellationem fieri his omnino modis quibus feudum ſaiſiri poteſt, cum deficit fides ex parte domini. De quibus late ſ. de feud. §. 5. cum tribus ſeq. Nec alia exquirere argumenta neceſſe eſt, cum ſit quæſtio de feudo, quæ nec iure feudorum nec iure cõmuni definita inuenitur. Ideo procedendum eſt à ſimili cõſuetudine ad ſimilem. per ea quæ in hãc rem late cumulat Iaſ. in l. de quibus. ff. de leg.

¶ In §. 5.

HIc annotandum eſt eum catalogum etſi per plures annos à domino retineatur, tamen pro recepto nõ haberi, donec ſuper ea re fuerit à vaſſallo interpellatus. At ſecus obtinet in fide offerenda. Nã in rem præſentem eo caſu fieri debet. vt in §. 9. ſ. de feud. Et quod hic dicitur finitis quadraginta diebus vaſſallum teneri adire dominum, vt ſciat velítne ille catalogum oblatũ recipere an recuſare: id quidem non intelligitur quod ſi id non fecerit, nõ poſsit poſtea ſuper ea re dominum interpellare. Poteſt enim poſtea quocunque in loco, modò oportuno interpellare.

DE CENSIBVS
ET OBVENTIONIBVS CENSVALIBVS.

TITVLVS OCTAVVS.

VIsis atque enarratis his quæ ad feudorū materiā pertinere videbantur, conſequens eſt vt diſpiciamus de cenſibus. Tituli inſcriptio (quam rubricam vocant) duas continet partes. In prima de iure cenſus agetur. Nimirum quid, ac quale ſit cenſus: de quibus tractatur à primo §. vſque ad octauum. In altera vero parte de obuentionibus cenſualibus agitur: & hanc partem fere abſoluimus ſ. tit. de iur. dominic. ſub proœmium. & in §. 2. & duob. ſeq. Sed quę ad hunc titulum ſpectant, breuiſsime repetenda ſunt. Cenſus igitur principi aliquādo præſtatur in recognitionem ſupremæ iuriſdictionis & poteſtatis, quam in ſubditos habet. De qua ſpecie hoc titulo minime tractatur, ſed de eo habetur mentio, in c. omnis anima. extr. de cenſ. vbi tributum appellatur. & apud Bart. in l. 1. §. 1. de publ. & vectigal. Quem quidem cēſum de iure communi aduerſum principem præſcribi non poſſe conſtat, vt plene oſtendi in d. §. 2. ſ. de iur. dominic. Altera eſt cenſus ſpecies, quæ pendi ſolet vnicuique priuato, vel eccleſiæ, vel ciuitati, aliiue domino inferiori. Et hęc rurſus ſubdiuidi poteſt. [ſecundum Barto. Imm. & alios. in cit. l. 1. §. 1. de public. & vectig. & gloſ. in c. in cauſis. §. vaſſalli. in ver. perſoluere fictum. de pact. conſt.] Quidam etenim cenſus qui nomine libelli præſtatur ratione contractus cenſualis, qui proprie dicitur, quando concedens rem aliquam in cenſum, omne ius in eum cui concedit, transfert, hoc acto ſolū, quod certum quid (vt ita dicam) nomine cenſus pendatur. Cuius vtique ea eſt natura vt directum ſimul atq; vtile dominium in accipientem transferatur, ſola tantummodo domino retenta penſione. Et in huius ſolutionis ceſſatione nunquam futurum eſt, vt res conceſſa in commiſſum cadat. [tex. ſing. iuncta glo. in cit. c. conſtitutus. de relig. domi. Fab. in §. adeo. inſtit. de loca.] Altera porro ſpecies cenſus eſt quæ nomine propriæ rei, vel ex conſuetudine honoris, vel ratione directi dominij quod ſibi concedens reſeruauit, penditur. Et is quidem cenſus tranſit in ſpeciem contractus aliam à contractu cenſuali qui in iure communi habetur. Et quoniam plærique exiſtimauerunt eum tranſire in contractū emphyteuticum. [vt teſtatur gl. Imm. & Abb. in d. c. conſtitutus. Bart. & Imm. in d. l. 1. §. 1. de publi.] ſuper ea re emanauit recens conſuetudo, quæ habetur infrà de emphyteuſi, quæ iſtam tranſitionem in emphyteuſim denegat, verum illi nouam formā attribuit. de qua re nos latius mox viſuri ſumus. Vnde duo potiſsimum remanent de veteris cenſus figura, nimirum ipſa (vt ita dicam) impræſcribilitas, de qua nos vberius diſputauimus ſ. de iure dominic. §. 2. & ſolutio laudimiarum. vt j. eod. §. 8. & ſeq. Huc ſpectant quæ Ioan. Fab. in d. §. adeo. inſt. loc.

ARTICLE CENTHVICTIESME.

Toutes cenſiues doiuent eſtre infeodées & aduouées eſtre tenues en foy & hommage d'aucun ſeigneur: ſinon qu'elles fuſſent amorties, ou données par le prince ou autre ſeigneur, auxquelz ladicte cenſiue a apartenu.

§. PRIMVS.

Quoſcunque cenſus infeudatos eſſe, atque in fidem ac hommagium ab aliquo domino teneri neceſſe eſt: niſi id principis indulgētia ſpecialiter remiſſum ſit. vel id immunitatis ius, ex illius à quo tenebantur, libera voluntate ſit conceſſum.

NOs quę huc pertinent ſcripſimus in §. 1. ſ. de iur. domin. vbi in ſumma docemus nulla eſſe bona apud Gallos allodialia: niſi ſint vt vulgo dicimus amortizata.

ARTICLE CENTNEVFIESME.

Ou bailliage de Blois y a deux mānieres de cens : dont les vns ſe payent à iour nommé, & les autres ſont à queſte. Et en y a aucuns qui ſont à cher pris en vētes & reliefz: ainſi que declaré ſera cy apres.

§. SECVNDVS.

In prouincia hac noſtra Bleſenſi duæ ſunt cenſuum ſpecies: horum quippe alij ſtatuta die, alij tempore interpellationis ſoluuntur. Et horum quidem alij ad charū (quod dicitur) pretium in laudimiis & releuamentis, alij ad releuamenta cenſui paria vt infra declarabitur.

CVm huius §. publicationi, ego reipub. Bleſenſis patronus intereſſem, ne is in publicam pernicię introduceretur diu multúmque reſtiti. Ac in noſtræ oppoſitionis cauſas adducebam imprimis huius cenſus conſuetudinarij eam eſſe naturam, vt reſeruationem directi dominij in re cenſuali quoad directum dominum, & in accipientem vtilis dominij trāſlationem cum ſolutione cenſus ſeu canonis cōuenti tantum importaret. [Iuxta ea quæ refert gl. in c. conſtitutus. extra. de relig. dom. & Bart. in cit. l. 1. §. 1. de publica. & vectig.] adducebam & alia multa quæ ſub rub. adnotauimus. Porro iure hoc noſtro municipali, & ex conſuetudine pene generali vniuerſę Galliæ præmiſſa, hoc vnum tantum importabat, videlicet laudimiarum penſitationem. Cuius quidem vſus memi nit Fab. in §. adeo. inſt. loca. At quòd cenſus huiuſmodi releuamenta ratione mutationis per mortem cēſuarij importaret, hoc non ſolum iure ciuili, canonico, atque feudali plane incognitum erat, ſed ne audita quidem fuerat vnquam eccleſiaſticorum improbitas, qui honeſtatis parum memores ſibi ius eſſe contendebant ad ſingulorum cenſuariorum obitus, duodecimam valoris rei cenſualis corradendi. & quo nouum auaritię genus magis deteſteris, non ſolum huic illicitè exactioni inhiantes contenti erant cenſus ſolutione, iuxta valorem ac æſtimationem rei cuius directum dominium apud eos remāſerat, quo metiendus ſane fuit cenſus: ſed & ad emponemata ſeu (quod dicitur) melioramenta, quæ cenſuarij ipſi ſua arte ac induſtria ad vrbis ornatum & elegantiam fecerāt, hoc ſuum, ſi diis placet, æquiſsimum ius, immo impuram auaritiæ labem protrahebant. De qua liberius ego prolocutus citabam tex. in l. in his quæ nauicularij. de præd. nauicul. lib. 11. C. & quæ eo loco referunt Bart. Luc. de pen. & Ioan. de Pla. vbi caſus eſt elegans, quòd ſi quis aream vel fundum vectigalem emit, & ibi ſumptuoſum ędificiū in vrbis ornamentū adiecerit, non debet hæc ſtructura (quam magnificentiam illic imperator appellat) improbam licitationem æſtimationis accipere: ſed vetuſtam loci ſpeciem, non cultus hodierni, qui per induſtriam animoſi hominis acceſsit, in ęſtimatione pendendi vectigalis cōſiderari. Hinc colligit Lucas à penna memorandum illud argumētum aduerſus auarum eccleſiaſticorum hominum genus, qui poſtquam rem modici valoris vt pote ruinoſum vel iam vetuſtate collapſum ædificium alienauerint, cum illa eſt ſumptu alieno effecta prætioſior, vel refecta renouatáque, ſtatim illi rei alienæ perpetuo inhiantes allegant eccleſiam mire deceptam quæ tam vili pretio rem tanti factam alienauerit: ita vt perpetuo habeant pro armis, eccleſiæ fauorem, quo ſuam tutiſsimè deffendant ac prætegāt auaritiam, vel impurè geſta excuſent. Et in eandem ſententiam Paul. Caſt. con. 260. notādum eſt quod ante dictus abbas. obiicit illam conſtitutionem, citāns ille etiam l. 2. de loc. præd. ciuil. lib. 11. C. vbi & Bart. Similis tex. etiam in l. vlt. C. de alluuion. & palud. quo tex. expreſſe deciditur pro augmento, ſumptu & ſollicitudine poſſeſſoris rei cenſualis facto, non eſſe exigendum, nec augēdum cenſum. Quo loco & Baldus ſimili exclamatione inuehit contra miſeros ac auaros prælatos vbiuis locorum ſuam exercentes per fas nefáſque auaritiam: qui quantitatem & vtilitatem cenſus prædij in emphyteuſim vel cenſum dato, & poſtmodum cura atque induſtria expenſiſque poſſeſſoris aucti, ac melioris effecti, augere quoque volunt. Præterea in eandem rem laudabam tex. ſing. in l. ſi quis authoritate. de omn. agr. deſer. lib. 11. C. per quam l. ac ſeq.

Taxantur prælati qui rem ruinoſam alienantes eandem refectam alieno ſumptu redimere eccleſiæ prætextu procurant.

Bart. post gl. in l. damni. 1. §. si is qui. ff. de dam. infec. decidit eum qui debebat seruitutem hospitio excipiendi quinque homines in domo, eam si postea vastiori ac ampliori ædificio extruxerit, ita vt iam capax sit plures excipiēdi, non tamen graniori seruitute onerari eū conuenit. Quia istud ædificij augmentum, non à fortuna, sed à sumptu & labore eius qui seruitutem debet, prouenit. Vnde in æstimanda huiusmodi seruitute qualitatem & valorem rei metiri oportet iuxta ea tempora quibus illa cōstituta fuit. [l. Rutilia Polla & l. in lege. ff. de contrah. empt. l. non modus. C. de seruitut. & l. nam & seruus. §. si viuo. ff. de neg. gest.

Insuper & ad cōuincendam nostrorum ecclesiasticorum illicitam extorsionem, allegabam hoc assertum suum ius, ex vi consuetudinis exigi licitè non posse. nec vtique illud aliquo modo in consuetudinem cadere. Ideo in exemplaria harum consuetudinum minime redigendum: & si iam scriptum foret, plane abrogandum, ac funditus delēdum censui, pluribúsque rerum argumētis suadere tentaui. Primo, quòd ius illud quod prætendebant ipsi, planè insuportabile, iniquum, odiosum esse docebam, atque exorbitans ab vsu generali totius regni Franciæ in quo nullus huius naturæ cēsus reperitur. Quòd si demus aduersarios aliquādo ita exegisse, nō tamen propterea trahēdum id est ad consequentiam & legis formam. c. erit autem lex. distinct. 1. ibi. secundum naturam & consuetudinem patrię. & ibi. nullo priuato commodo sed pro communi ciuium vtilitate conscripta. Vnde vsum istum in hac sola vrbe nostra ac nonnullis & vicinis vicis illi adiacentibus receptum, in cæteris autem oppidis, quæ numero sunt decem, ac parochiis trecentis, plane incognitum, penitus reiiciendum esse nec ius appellandum, cum à bono & æquo maxime abhorreat: quin potius, ius quoddam versutum [l. ita pudor. C. de adult.] & ius iniquum [inst. de leg. agna. succes. §. media.] aut ius velut strangulatiuum [l. 1. de præd. decur. lib. 10. C.] Vnde cum contra publicam vtilitatem tendat iurique ac æquitati repugnet, non est neque directo neque ex occasione extendendum [l. cum quidem. ff. de lib. & post. & l. quod contra rationē. ff. de leg.]

Id etiam pro reg. allegaui, præstationes alicuius extraordinarij muneris, à priuatis particularibúsque personis agnitas, non sufficere ad probandum onus impositum generaliter in ciuitatem seu vniuersum territorium: verum requiri vniuersorum ciuium præstationem, & sic generalem, vt totius aut certe maioris partis consensu confirmetur, cum constet ex facto alieno cōtra iuris rationem neminem obligari. [l. in concedendo. & l. si autem plures. ff. de aq. plu. arc. & l. viuis. de ser. rust. prę.] Et ea est viua in consuetudinis probatione ratio, quod scilicet induci non possit, nec inducta probari, ex facto vel præstatione particulari seu singularum personarum, sed ex his duntaxat quæ publicè facta approbata & obseruata sunt. [l. de quibus. ff. de leg. l. ea quæ. eod. tit.] ne hoc modo captata consuetudinis occasio ad iniquum trahatur compendium. [l. vlt. C. de vsuc. text. in auth. de trien. & semis. §. prohibemus.] néue inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur. [l. meminerint. C. vnde vi.] Ex quibus iure optimo resistebam ne hæc iniurioſa atque illicita exactio in cōsuetudinem verteretur. Mirabar interim istos nostros clericos nihil aliud pro sui iuris defensione in medium proposuisse, præterquam simplicē vsum: quod ita nimirum gaudere, vt aiunt, consueuissent. Sed cum eo casu ageretur de eo iure, quod est seruitus realis, ista assertа quasi possessio eos nihil vel parum iuuabat, cum certa sit in iure conclusio quam firmant Alexand. col 4. & Ias. col. 8. in l. si prius. ff. de no. oper. nunt. seruitutis realis quasi possessionem, possessorem non releuare, quin teneatur ipse probare seruitutem cōstitutam: siue sit actor, siue reus: & hoc propter iuris prę sumptionem, quo res quęlibet libera præsumitur. [l. altius. & l. si in ædibus. vb. id not. Barto. C. de seruit. & aq.] quæ iuris præsumptio longe est potentior illa quasi possessione. [glo. 3. in l. circa. ff. de proba. & in l. ficuti. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vendic. & glo. in cit. l. si prius. in verbo, edisset.] Vnde concludebam aduersarios, nullum titulum, nullam deniq; causam suæ assertæ possessionis allegantes, contra iuris præsumptionem audiendos non esse. Vnum tamen erat quo se defendere nitebātur, nimirum ex practicorum relatione: qui ita vsu obseruatum testabātur. Sed aduersus eam testationem adducebam nullum probari titulum, qui nec à partibus quidē allegabatur. sed nec bona fides pro iure releuamētorum in articulo

& depoſitione teſtium minime deducebatur. vnde initium poſſeſsionis aduersariorum præsumebatur vitioſum. & malæ fidei. [l. furtum. §. 1. cum l. seq. ff. de vsuca.]

In consuetudine prescribenda titulũ non requiri.

Et licet in prescribenda consuetudine minime requiratur titulus. [glos. in c. super quibusdam. §. præterea. in ver. memoria. extra. de ver. signif. & Bal. & Ang. in l. de quibus. de leg. & latius deduxi. ff. de iu. dominic. §. 3. in verb. quocunque temporis decursu.] probare tamen tenebantur se nõ vi non clam, non precario possediſse. [glo. sing. in l. 1. §. 2. ff. de itin. act. q; priu. pro qua text. est expressus. in l. si quis diuturno. si seru. vendi. Ioan. Fab. in §. æque. num. 24. inst. de act.] Vnde dicebam hinc resultare contrariam iuris præsumptionem, quòd scilicet ea quam prætendebant possessio, initium violentum ac ex mala fide habuisset: quod vel hinc coniiciebatur, quòd nedum à iure communi, sed & feudorum & generali Francię consuetudine exorbitet. Secundo, allegabam quod si istius iuris introducendi, alia præsumi posset coniectura, præsumendum esset quòd primi actus super exactione illius celebrati, fuerãt ex gratia seu tolerãtia: & sic alio animo quàm introducendi consuetudinem. Et proinde ex huiusmodi actibus nunquã induci potuisse consuetudinem. [not. cit. gl. in c. consuetudo. 1. dist. Butrig. Abb. & alij, in c. vl. extra. de consuetud.] Tertio, quòd teſtes ipsi non depoſuiſſent huiusmodi exactionem factam fuiſſe de consensu totius vel maioris partis populi, vti sane ad introducendam consuetudinem necessarium fuerat. [Bart. & post eum omnes legisl. cõcludunt, in l. de quibus. ff. de iust. & iur. & in l. 2. C. quæ sit long. consuet.] Vnde ex præstationibus à singularibus personis factis resultare non poterat aliqua consuetudo formata, sed præscriptio tantum quæ ex actibus particularibus & consensu singulari formatur, vt docte declarat Bart. in d. l. 2. in illa singulari differentia, quam facit inter consuetudinem & præscriptionem. Illud quippe est indubitatum, quod vbicunque personæ singulares contra vniuersitatem, quidpiam acquirunt: vel vniuersitas contra particulares, id consuetudinem nõ esse, sed præscriptionẽ. [ita sensere domini de Rota, decis. vlt. Gemy. in c. vlt. de consuet. in 6. Butrig. in c. vlt. eod. tit. in antiqu.] Quod rationi maxime est consonum, quia consuetudo est lex non scripta. [d. l. de quibus.] vnde sicut lex nõ scripta eam naturam non habet, vt contra singulares personas disponat, neque pro singulari persona, sed in communi, actiue & passiue. [l. 1. in fi. de dol. except. Barto. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu.] Ita nec consuetudo particulares personas respicit, nec super priuato commodo disponit. [vt est text. expressus, in c. erit autem lex. 4. dist. Bal. in l. iudicibus. C. de appell.]

Postremo, clarum est consuetudinẽ territorium respicere. [l. 1. C. quæ sit long. cõsuetu. l. an in tantum. C. de ęd. priu.] Ita vt si vniuersale territorium respiciat, dicatur vniuersalis consuetudo; sin autem partem territorij duntaxat, particularis. [Bart. in d. l. de quibus.] vnde cum istiusmodi consuetudo quam prætendunt isti ecclesiastici sit à particularibus tantum introducta, non est pro consuetudine vera censenda, quę non nisi toto populo vel maiori parte consentiente induci solet. [præclarè Bart. & Cy. in d. l. 2. quæ sit long. consuet.]

Hæc & multa alia pro publicæ causæ nostræ defensione adduxi. quæ non tam iusta quàm iustissima optimus quisque ac æquissimus disceptationis iudex arbitraturus est. Sed nescio quo fato dicã, sordéne auaritiæ, an nimio ecclesiasticorum fauore (quod magis puto) corrupti nostri Iudices, contrariam sententiam tulêre: à qua vt plane grauiore & insuportabili, à me ad supremũ Senatum appellatum est. vbi me vno consule, quod citra iactantiam dictum velim, aduersus tam infestã turbam obtinui, ac victor, non sine magno nostræ reipub. commodo, euasi: Quantis interim abaduersariis sim ob eam rẽ affectus contumeliis, nihil laboro. Bene enim ac fœliciter mecũ actũ semper existimaui, si quid est quod patrię à me bene consultũ fuerit.

ARTICLE CENTDIXIESME.

Item que les cens qui se doiuent à iour nommé, se doiuent receuoir & payer aux iours & lieu qu'ilz sont deuz, entre le soleil leuant & le soleil couchant.

§. TERTIVS.

Census qui die certa debentur, statis temporibus locisque intra ipsum artificialem diem, & recipi & solui debent.

HIc diſpoſitum eſt cenſum intra duos, quod aiunt, ſoles ab oriente nimirum ad occidentem ſolui debere. Quod iuri communi conuenit. Nam vt concludunt Bart. & cæteri comuniter poſt glo. in cit. l. more Romano. iſta diei ſpecies venit attendenda tã quoad contractus, quàm quoad iudicia. vnde creditor ſolutionem, quam debitor noctu offert, licite recuſare poteſt: cum ſolutio congruo tempore & oportuno loco fieri debeat. l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. Vnde Bal. eo in loco per d. gl. concludebat locatorem equi, noctu redditum à conductore, eum recipere minime teneri. Quæ omnia ſane intelligas ſecũdum Alb. Ang. Paul. & Moder. eo in loco. & Bal. in l. acceptam. C. de vſur. q. 2. & Sali. in l. nõ minorem. C. de tranſact. quando creditor vel locator ex ea receptione aliquod graue veroſimiliter eſſet damnũ paſſurus: vt quia finge eo locorũ ſatis tutum non foret noctu aperire fores: vel quia locus eſſet inſidiis expoſitus: vel poſſet in ſpecie ſeu qualitate monetæ decipi, quæ non ita ſub lumen atque interdiu cõmodè diſcerni poſſet. Aliàs non dubito quin & creditor oblatam à debitore ſolutionem etiam noctu, & locator equum à conductore redditum recipere teneantur, niſi in ſequẽtem diem dilatio & debitori & conductori placuiſſet.

ARTICLE CENTVNZIESME.

Item, que qui default à payer les cens au iour nommé qu'il eſt deu, & au lieu que lon a acouſtumé de le receuoir auant le ſoleil couchant, il eſchet enuers le ſeigneur cenſuel, en l'amende de cinq ſolz tournois.

§. QVARTVS.

Cenſum non ſoluens die & loco ſtatis, ante ſolis occaſum, in quinque ſolidorum mulctam domino applicandam incidit.

QVod hîc ſtatuitur de pœna nõ ſoluentis die certa, valet vtiq;, licet adiiciatur dationi quantitatis: quia non cenſetur adiecta in fraudem vſurarum, ſicut & in vltimis voluntatibus eſt receptũ. [l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. falc. & l. 1. de pen. leg.] licet aliud ſit in cõtractibus, in quibus pœna adiecta dationi quantitatis, cẽſetur in fraudem vſurarum adiecta. [l. cum allegas. C. de vſur.] Sed certe vt teſtatur Alex. in l. ea demum. C. de collat. & alio loco explicui, conſuetudines & ſtatuta magis accedunt vltimis voluntatibus, quàm cõtractibus. vnde ſecundum naturam vltimarum diſpoſitionum regulari ſolent. Et expreſsim ſenſit Bald. in d. l. cum allegas. ſub fi. pœnam valere à lege vel ſtatuto impoſitã in eos qui ſtata die nõ ſoluerũt, ſine temporis diminutione: At ſecus ſi cum dinumeratione temporis. vt quia pœna illa eſſet mẽſtrua vel annua. vt ſi cautum eſſet eum qui ſtata die ius cenſus non ſoluiſſet, poſt ceſſationem ſingulis mẽſibus ſingulos ſolidos nomine pœnæ dño ſoluere teneri. Quandoquidem ea pœna ſuſtineri non poſſet, nec defendi ab vſurarum ſuſpicione, ſiue ex partium conuentione inducta illa fuiſſet, ſiue ex conſuetudine.

In contractibus pœnam adiectã dationi quãtitatis prouſurariã haberi.

Cęterum, animaduertendum eſt ex hac conſuetudine dominos cenſuales priuatos ſibi priuilegia fiſci arrogaſſe. Nam nuſquam in iure reperias pœnam ob cenſum ſua die priuato non ſolutum, parti priuatæ applicari. [gl. in l. omnibus. C. de vectig. & com. eſt tex. in l. cum poſſeſſor. §. vlt. ff. de cenſ. vbi patet propter cenſum non ſolutum rem cenſualem diſtrahi. Verum, quoniam cenſus iſte in recognitionem directi dominij penditur, & priuatis eſt in feudum conceſſus, ſ. eo. §. 1. tranſit vtique in priuatos cum ſua cauſa & priuilegiis. vt patet ex tit. de iur. dominic. ita vt præſcribi non poſsit, & ſuam pœnam habeat priuato applicandam.

ARTICLE CENTDOVZIESME.

Item & ſi les ſeigneurs detenteurs des heritages tenuz à cens à iour nommé, defaillent de payer ledict cens par pluſieurs annees, ledit ſeigneur cenſuel peult faire pourſuyte de ſeſdictz cens de neuf années, & des amendes de trois années, à la raiſon de cinq ſolz tournois d'amende, pour chaſcune deſdictes trois années dont ledict ſeigneur peult faire pourſuyte par action, ſi bon luy ſemble: ou par ſaiſie, en vertu de la commiſsion de iuſtice du iuge ordinaire, en la maniere qui eſt declarée ou chappitre des droictz ſeigneuriaulx.

§. QVINTVS.

Si cenſuarij ſua die cenſum pluribus annis non ſoluerint, dominus cenſualis reliqua à nouem annis, mulctas præterea quinorum ſolidorum à tribus annis actione vel rei præhenſione (vt in titulo de iuribus dominicalibus eſt explicatum) ius perſequendi habet.

HAec quidem conſtitutio, præſcriptionem legalem limitat ac reſtringit. Nempe quòd iure cõmuni conſtitutum erat vt hæc reliqua cenſus minori tempore non præſcriberentur quàm ſpacio triginta annorum. vt ſupr. à nobis eſt declaratum de iure domin. §. 5. Pœna autem ob ſolutionem non factam introducta, viginti. [l. in omnibus. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. vbi Alex. in add. ad Bart. & Bal. in l. data opera. in antepenul. col. C. qui accuſ. non poſ.]

Ratio verò huius cõſuetudinis eſſe meo iudicio poteſt, quòd apud nos irrepſerit, vt de cenſu ſoluto nulla ſoleat cõfici apocha. propterea quòd cenſus, vt plurimum, in minutis numis conſiſtant. Pro ſingulis enim ędibus quę in vrbe noſtra ſunt, ſolet fere pẽdi denariolus tantũ vnus, duo, tréſue, aut ad ſummũ decẽ. Quæ tamen cenſus exiguitas magno cum fœnore cõpenſatur ex laudimiis & releuamẽtis. Cęterũ pœnæ ſeu mulctæ exactio eſt odioſa. ideo ad tres annos reſtringitur. At dubitari poteſt de eo qui per nouennium omiſerat cẽſum ſoluere domino pro ædibus, quas ille poſtmodum Sempronio vendidit. an dominus rectè agere cenſeatur contra Sempronium vt ſingularem ſucceſſorem venditoris, pro reliquis nouem annorum. Et quidem exiſtimo quãtum ad ſolutionem reliquorum cenſus, eum recte agere: cum obligatio ſit realis, non perſonalis. [text. eſt in l. imperatores. in p. ff. de publ. & vectig. & in l. cum poſſeſſor. §. vlt. ff. de cenſ.] ſed non quoad pœnam ſeu mulctam: quia licet principalis obligatio ſit realis, pœna tamen cõſiſtit in obligatione perſonali, quæ ideo in ſingularem ſucceſſorẽ non tranſit. [text. eſt in l. cum fundo. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Bal. in l. & in prouinciali. C. de ſeru. & aq. & in d. l. cum in fundo.]

Cenſum in numis minutis conſiſtere.

Pœnam ob cenſum non ſolutum ad ſingularem ſucceſſorem non trãſire.

ARTICLE CENTTREIZIESME.

Item, & au regard du cens à queſte, il doibt eſtre requis & demandé par le ſeigneur cẽſier ou ſon commis & deputé au ſeigneur & detenteur de l'heritage qui eſt redeuable dudict cens à queſte, en la preſence de teſmoings ou temps & ſaiſon de quareſme, ou autre temps par vne fois en l'an. Autrement ledict ſeigneur & detenteur deſdictz heritages n'eſchet en aucune amende par default de le payer.

§. SEXTVS.

Quod ad cenſum pertinet qui ad queſtum nuncupatur, is vtique requiri petíq; per dominum cenſualem eiúſue procuratorem, à cenſuario fundi cenſualis poſſeſſore, in teſtium præſentiam, tempore quadrageſimali, aut alia anni parte, idque ſemel tãtum debebit. Quod ſi ille minime interpellatus fuerit, in ſtatutariam pœnam minime incurret.

ARTICLE CENTQVATORZIESME.

Item, mais ſi ledict cens aqueſte eſt deument requis & demãdé par la maniere deſſuſdicte, le ſeigneur ou detenteur dudict heritage eſchet par chaſcun deffault, en la ſomme de cinq ſolz tournois d'amende.

§. SEPTIMVS.

¶ Quòd si is census debitè iuxta prescriptum modum petitus fuerit, censuarius in pœnam statutariam quinque solidorum pro vna quaque soluendi cessatione incidit.

HIc dubitari potest vtrum interpellatio qua de agitur, sit semper faciẽda in personam domini. Et quidem ita facienda perpetuo videtur, ex forma in hac constitutione data, quæ ad vnguem seruanda est. [not.in c.dilecta.extr.de rescrip.] Verumtamen crediderim ego quod licet hic statuatur interpellationem esse faciendam per dominum censualem ipsi censuario, non tamen pro forma exigi eam fieri in persona illius. Receptũ siquidem est consuetudinem à iure communi interpretationem recipere, vt sum latius prosecutus in procœmio huius operis. Et ideo concludendum existimo quod si cẽsuarius adsit in ciuitate vel vico vel vbi dominus degit, & potestatem sui faciat, interpellandum eum esse (quod dicitur) in propria. Aliâs in domicilio. Etsi domicilium non habeat, in loco vbi ille degit, vel res est sita, vel in personam procuratoris seu receptoris vel ad ipsum prædium aut ædes censuales in persona coloni vel inquilini. Quod si nullos illic habeat, per libellum vel schedulam ædibus vel prædio affixam [tex.in l.4.§.prætor.cum §.seq.ff. de dam. infec.l. aut qui aliter.§.1.vbi gl.fin. in ver. domum.ff. quod vi aut clam. & l.1. in pr. de lib.agnos. plenè Bart.& alij.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nuntiat] Porro ad commissionem pœnæ seu mulctæ, vnica sufficit interpellatio. [l.Titia seio.§. vsuras. vbi istud in specie not. Bart. de leg. 2. allegat. l. mora. in pr. vbi glos. in ver. repetendi.ff. de vsur. & l. prohibere.§. illud.ff. quod vi aut clã. adde l.2.sub fi.de his qui prop.met.iud.non appella. & c.vlt. extra. de appellat.] Et licet nonnulli ex interpretibus nostris ea in re non satis consenserint, istud tamen in hac nostra consuetudine clarum arbitror, eo quod sub ipsum rei primordiũ ac cum ipsa census ad quæstum origine, constituta sit pœna, contra debitorem cẽsuarium, qui interpellatus nõ soluit. quare vnicam sufficere interpellationem existimo. nec in ea necesse esse adiicere eam peremptoriè fieri. secũdum Bart.in cit.§.vsuras. sub fi. vbi in simili decidit super statuto disponente de peremptione instantiæ, quòd vnica interpellatio facta ad iudicẽ, vt sententiam ferat, sufficit ad hoc vt perpetuo videatur stare per iudicem. Quo fit vt necesse non habeat actor singulis diebus iudicem interpellare.

Vbi interpellari debeat censuarius.

Vnicam sufficere interpellationem ad pœnæ cẽsualis commissionem.

Postremo queri potest quid hoc in casu iuris esse possit? Dominus censualis aut eius procurator censuarium repertum, vt dicitur in persona, interpellat vt soluat: respondet censuarius sibi promptam pecuniam non adesse, sed forte perendie aut intra triduum vel quatriduum offert domino solutionem census. Recusat dominus spe mulctæ oblatam solutionem recipere: Aut si recipiat, protestatur ille non ex eo se satisfactum à censuario, nisi soluta mulcta, quem postea in iudicio petit, conuento censuario. quæsitum est an ille rectè contra censuarium agere videatur, ob mulctam? Et existimo ego iuxta sententiam Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §. vlt. inst. de inutil. stipu. quod licet cẽsualis dominus possit ob cessationem solutionis continuo agere ad debita non soluta, eum tamen expẽsas in lite factas minime consecuturum, ob tam animosam atque præcipitem in ius vocationem: nec quidem morę effectu potiturum, nimirum multa. Quod enim hic dicitur per interpellationem rite factam censuarium in mora constitui, ac pœnam committi, hoc moderatè ac cum legitimo temporis temperamento est accipiendum. Nec enim dominus censualis cum sacco adire debet censuarium, vt inquit iurisconsul. in l. quod dicimus. ff. de solut. Vnde si infra modicum tempus à iudice ex summę debitæ, personarum & temporis qualitate arbitrandum census obtulerit morã omnino purgat pœnámque euadit. [tex.in l.si cum dies.§.vlt.ff.de arbit.vbi Celsus scribit siquidem dies adiectus non sit, inesse vtiq; quoddam modicum tempus: quod vbi præterierit pœna statim peti potest. In quam sentẽtiam omnes conueniunt interpr. post Bart. in l. si insulam. de verb. obligat. in 5. oppos. Nimirũ vbi apposita dies non est sed pœna tantum proculdubio moræ purgationem admitti. l. qui Romæ.§. Flauius Hermes.ff.de verb.obligat.] Sed in casu nostrę consuetudinis certũ est diem quidem certam appositam non esse, & licet illa tacitè insit, incerta tamen est, & quæ præuideri

non poteſt,cum dicitur ſemel in anno peti poſſe. Vnde fit vt illa dies plane incerta non poſsit aliquem in mora conſtituere [l.magnam.in ver.certo tẽpore.C.de contrah.& committ.ſtipulat.Bart.in l.ita ſtipulatus.ff.de verb.obligat.in 1.quæſ.prin. verſ. Secundo, iuxta hoc quæro. ſub fi.] Nam & receptum eſt cum lege ſeu cõſuetudine mitius agi, quàm cum homine [l. Celſus.ff.de arbit.l. 1. §. Item ſi ita.ff. ad l. falcid.]

ARTICLE CENTQVINZIESME.

Item, & ſi l'heritage tenu à droict de cens, ſoit à iour nommé ou à queſte, ou ſoit à cher pris ou à telz cens telz reliefz, eſt vendu,ou rente ſur iceluy,profit de ventes eſt deu par l'aquereur audict ſeigneur cenſuel, à la raiſon du douzieſme denier du pris conuenu entre le vendeur & l'acheteur: pourueu que le contract ſoit à perpetuité. C'eſt à ſçauoir de douze francz, vn franc: & de douze vingtz liures, vingt liures: & ainſi à l'equipollent.

§. OCTAVVS.

Si prædium cenſuale ſiue ſtata die ſiue incerta debeatur,ſitue ad charum pretium,aut releuamentum habens ſorti cenſus coæquatum,venditur,aut ſuper eo pẽſio ſeu redditus pretio conſtituitur: Ius vtile laudimiarum domino cenſuali ad ratam duodecimi denarij de pretio inter emptorem & venditorem conuento, debebitur. Veluti ſi conuenerit rem duodecim francis vænire,ex his vnus pro laudimiis vtique ſoluetur. Sic & pro duodecim vicenis libris,viginti libræ. Et ita in reliquis pro ratione ſortis.

HAec eſt ſecunda huius Tituli pars,qua poſtquam de cenſibus viſum eſt, de obuẽtionibus cenſualibus tractatur. Quam quidem materiam, omnéſque difficultates quæ in eam ſuboriri poterant, quoad fieri potuit ſupr.abſoluimus.ſub tit.de obuen. feudal.§. 4. vbi ſtatutum apparet de contractu venditionis rei feudalis deberi laudimias quinti & ſubquinti ſecundum diſtinctionem in duobus ſequentib.§§.poſitam. Hic autem in ſimili ſtatuit ex cõtractu venditionis rei cẽſualis laudimias deberi:at paulo quidem leuiores. Nam duodecimi tantum pretij pars, quanti res cenſualis venierit, domino debetur. Eſt & alia differentia inter laudimias feudi, & laudimias cenſus quod in feudo venditor laudimias debet, niſi actum ſit vt nummi ad venditorem franci, ac liberi (vt plærunq; contingit)peruenirent. In cenſu autem in omni caſu huius rei onus ad emptorẽ pertinet. Eſt & tertia differentia, quia in feudo expreſſe non cauetur pro venditione penſionis ſeu redditus aliquas deberi laudimias: ideo ſtandum erit iuri communi, ex quo nullæ debentur: etiam ſtante ſtatuto vel conſuetudine.de qua in d.§. 4. & illic oſtendimus. In cenſu autem pro huiuſmodi venditione & conſtitutione annui & menſtrui redditus ſuper re cenſuali, debentur laudimiæ. vt hîc expreſſum eſt. Et licet pro ea differentia minime ſit inſiſtendum, ex ea ratione quam in ſimili annotaui. ſ. in proœm. tamen iſtud ita receptum fuiſſe coniecturam facio. quòd niſi hic annuus redditus infeudetur,rem feudalem non afficit, ſed perſonam duntaxat feudatarij,& eius hæredis. Vnde ſi feudũ ad dominum reuertatur,ſiue in perpetuũ, vt puta felonia, denegatione, finitione inueſtituræ: ſiue ad tempus, vt quia defectu fidei, aut aliis legitimis cauſis ſuprà ex preſsis,in tit.de feud.& de obuent.feudal. dominus in feudum manus iniecerit,ille liberè fruetur & citra id quod teneatur fœneratori reſpondere de dicta penſione ſeu redditu, vt ibi dixi. At non item in cenſu, quia nullo iure ad dominum reuerti poteſt. Nec enim ſi per infinita tempora eſſet à cenſus ſolutione ceſſatum, non propterea res cenſualis in commiſſum caderet. [vt eſt text.iuncta gl.in c.conſtitutus. extr.de relig.dom. Immol.in c.ad audientiam.in 2.col.extr.de reb.eccleſ.non alien. Ioan.Fab.in §.adeo. in penult.col. inſt. de loca. Iaſ.in l.1.C.de iur.emphyt.col.11.nu. 48.] Præterea licet dominus in rem cenſualem ob cauſam non ſoluti cenſus poſſit manum iniicere, ſicut & in feudum: nõ tamen fructus facit ſuos ſicut in feudo. vt not in §.6.& ſeq.ſ.de iur.dominic. Nam ca

Differentia inter laudimias feudales & cenſuales.

sus de lucro fructuum in feudo duntaxat expressus est, vnde quia in aliis iuribus dominicalibus omissus est, in iuris communis dispositione relictus censetur. [l. si extraneus. de condit. ob cauſ. & c. ſuſceptum. dereſcr.] Et hoc dubitatione caret.

ARTICLE CENTSEIZIESME.

Item, s'il y a remeré, en sera iouy comme il est dict dessus, en la rubrique des droictz de fief. C'est asçauoir quand l'achepteur a donné remeré au vendeur, & ledict remeré est inseré dedans les lettres de vente, s'il n'excede le temps de neuf ans, ne sont deues aucunes ventes. Et si ledict remeré n'est inseré dedans lesdictes lettres, combien qu'il ait esté donné, les ventes seront deues.

§. NONVS.

Si in ea venditione factum sit pactum de retrouẽdendo, eo iure vtendum erit, de quo supra dictum est titulo de obuentionibus feudalibus: videlicet, si emptor venditori de re vendita recuperanda facultatem concesserit, & hæc facultas in venditionis instrumento inserta fuerit, nullæ debentur laudimiæ, nisi istæc facultas nouennij metas excederet. Quòd si inserta non fuerit conuentio, debebuntur.

ARTICLE CENTDIXSEPTIESME.

Item, & si ledict heritage ainsi vendu, est retraict par les parens & lignagiers du vendeur, par ledict retraict n'est deu aucun proffit de ventes audict seigneur censuel: mais seulement luy sont deues les ventes du premier achapt. Et a lieu ladicte coustume en heritages feodaulx.

§. DECIMVS.

Si prædium censuale ea lege venditum, per proximiores è genere iuxta legem retractus recuperetur, ex eo retractu nullas domino censuali deberi laudimias certum est. Sed ex prima tantum emptione. Quæ quidem consuetudo & in rebus feudalibus locum habet.

DE terragialibus nihil exprimit hæc consuetudo, quia de his neque laudimias neque releuamentum vllum deberi constat: multominus de retractu. [not. in l. ab emptione. ff. de pact. & nos suprà explicauimus in §. 4. de obuen. feud. Vide Tiraq. in §. 29. fol. 256. de iure retract.

ARTICLE CENTDIXHVICTIESME.

Item celuy qui a achapté ledict heritage tenu à droict de cens, est tenu de payer lesdictes ventes au seigneur censuel, & non pas le vendeur. Et est tenu ledict achapteur notifier & faire sçauoir son acquest audict seigneur censuel, au dedans de huict iours, eu regard à sondict acquest. Et luy exhiber les contractz de sondict acquest, ou luy nommer les tesmoings s'il n'y a contract passé, qui certifiront le pris de la vente. Autrement il enchet en l'amende enuers luy de cinq solz tournois, pour les ventes recellées. Et s'il default de notifier sondict acquest au dedans de l'an, audict seigneur censuel, il eschet en soixante solz tournois d'amende enuers ledict seigneur censuel, si tant ledict seigneur censuel a de iustice.

§. VNDECIMVS.

Qui prædium censuale emit, laudimias domino soluere non venditor tenebitur. Sed & eidem emptionem suam intra octauum ipsius acquisitionis diem manifestum facere per editionem emptionalium instrumentorum si de scripto res acta sit: aut si citra scripturam vllam cõfectum sit negotium, per nominationem testium, qui de prætio rei emptæ fidem faciant. Alioqui pro suppressa venditione mulcta illi solidorum quinq; irrogabitur. Atqui si in ea contumacia annum perseueret, mulcta erga dominium sexaginta solidorum turonensium erit: Si ad hunc vsque modum censualis domini iurisdictio se extendat.

Hic quatuor ſuboriuntur difficultates. Prima, ſi dominus cenſualis infimam tantum habeat iuriſdictionem, quæ ad cauſas ſeptem ſolidorum cum dimidio porrigatur, vt ſuprà. de iuriſd. iud. comit. Bleſeñ. §.18.21. & 23. quæſtionis eſt, vtrũ emptor moroſus qui intra annũ domino ſuo emptionem non notificauit, poſsit ſaltem ad eam vſque ſummam mulctari. Et quidem videtur non poſſe, cum ea conſuetudo ſolum impoſuerit mulctã lx. ſolidorum, vbi dominus cenſualis vſque ad hãc ſummam iuriſdictionem habet. Igitur incluſio huius caſus, eſt alterius excluſio. [not. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat.] maxime in ſtatutis pœnalibus in quibus non fit extenſio. [not. in c. odia. de regul. iur. in 6.] Contraria tamen verior eſt ſententia. Quia quod conſuetudo expreſsit de mulcta ſexaginta ſolidorũ, in hoc eſt mediam viam ſecuta, quam & in legibus tritam obſerua támq; videmus. [§. ex aliena. inſt. de rer. diuiſ. & in auth. de conſul. §. 1. vbi glo. Vnde & conſuetudo noſtra in æſtimanda mulcta terminos mediæ iuriſdictionis eſt non ſine ratione amplexata. eo enim ſummæ taxatur mediæ iuriſdictionis facultas. Quod itaque expreſsit de illa mulcta lx. ſolidorum, non videtur negaſſe quin dominus inferior quĩ infimam tantum iuriſdictionem habet, mulctare non poſsit vſque ad ſummam ei præfinitam, ad quam illius ſe extendit poteſtas.

Secunda, an mulcta hac conſuetudine taxata poſsit mitigari ac minui à iudice. Cui quidem quæſtioni reſpondet Fab. in l. illuſtres. C. de mod. mulct. vbi ex verb. grauiſſime. not. quòd quanuis nonnullæ mulctæ ſint ob rem aliquam à conſuetudine taxatę, eas tamen ſecundum modum & qualitatem rei, & conditionẽ perſonarum moderãdas eſſe, niſi cum de grauiſsimo ageretur delicto. Cui & ego cõſentio.

Tertia, quid iuris ſi dominus altã habeat iuriſdictionem, vel ſit comes, baro, vel caſtellanus, qui iuriſdictiones ſuas nullis limitibus coercitas habeant: an illi emptorem à quibus emptionis certiores facti nõ fuerint, in grauiorem pœnã mulctare poſſint? Et non poſſe putat Butrig. [in cap. de cauſis. in 2. col. extra. de off. deleg. Allegat gloſ. ſing. in c. ſuper his. de accuſ.] Cui ego ſubſcribo. Illa ſiquidem pœna à iure pro arbitraria aſſumitur. [not. gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa.]

Quarta, ſi dominus cenſualis nullã habeat iuriſdictionem, an nihilominus aliqua mulcta ei competat, contra non notificantem ſuam emptionem intra annum. & videtur quòd non: quia mulcta eſt iuriſdictionis, nec imponi poteſt propter quamcunque cõtumaciam, niſi ab eo qui iuriſdictionem habeat. [not. in d. l. 1. ſi quis ius dic. non obtemper. ff. & hîc expreſſum videtur, ibi: ſi tant ledict ſeigneur cenſuel à de iuſtice.] At contrariam ſententiam verioremputo, quòd hîc impoſita ſit pœna lx. ſolidorum, vel quinque, iuxta ſcriptam diſtinctionem, differentia nulla expreſſa, an dominus cenſualis iuriſdictionem habeat, necne. Et quanquam pœnam iſtam lx. ſolidorum ob maiorem contumaciam, in qua annum integrũ perſeuerauerit emptor impoſuerit conſuetudo, ac reſtrinxerit iuxta modum mediæ iuriſdictionis, nõ tamen videtur moram ſeu contumaciam creſcentem voluiſſe impune relinquere. [ita decidit gloſ. in c. penult. de pœnis. diſt. 1. & in cit. c. de cauſis. de offic. deleg.]

ARTICLE CENTDIXNEVFIESME.

Item, quand l'heritage tenu à droict de cens eſt baillé en eſchange à l'encontre d'autre heritage, qui eſt en vn meſme cenſif, il n'eſt point deu de proffit de ventes au ſeigneur cenſuel. Mais ſi leſdictz heritages ainſi eſchangez, ſont en diuers cenſifz, il eſt deu proffit de ventes au ſeigneur cenſuel, à la raiſon du douzieſme denier de l'appreciation qui ſera faicte audict heritage. Et ſemblablement ſi ledict heritage tenu à cens eſt eſchangé à l'encontre d'autres heritages tenuz en fief ou terrage, à la raiſon du douzieſme denier.

§. DVODECIMVS.

Cum prædium cenſuale cum alio prædio cenſuali in eodem cenſuali territorio ſito compermutatur, nullæ ob huiuſmodi permutationem domino cẽſuali debentur laudimiæ. At ſi permutata prædia in diuerſis cenſualibus territoriis ſita erunt, ſingulis cenſualibus dominis pendendæ erunt laudimiæ ad duodecimi denarij rationem æſtimationis cuiuſque prędij. Idémque obſeruabitur ſi prædium cẽſuale cum feudali vel terragiali compermutetur. Nam & hoc caſu laudimiarum nomine duodecimus denarius valoris prædij cenſualis compermutati domino præſtabitur.

ARTICLE CENTVINGTIESME.

Item, s'il aduient que ledict eſchange faict deſdictz heritages, ſuppoſé qu'ilz ſoient aſsis & ſituez en vn meſme cenſif, il y ait tournes ou bourſes deſliées d'aucune ſomme de deniers, le proffit de vente en eſt deu au ſeigneur cenſuel, pour autant que ſe montent leſdictes tournes & ſommes de deniers, au feur & à la raiſon du douzieſme denier.

§. DECIMVS TERTIVS.

Si ex contractu permutationis rerum cenſualium, quanquam in eodem territorio cenſuali exiſtentium, in compenſationem ſeu ſupplementum valoris alterius rei aliquid vel in ſpecie vel in pecunia detur, debentur vtique domino cenſuali laudimiæ, pro rata duodecimæ eius quod in ſpecie vel in pecunia in cõpenſationem datum erit.

Hîc repete quæ ſupra explicauimus §. 4. quæſt. 7. de obuen. feud.

ARTICLE CENTVINGTETVNIESME.

Item, ſi l'heritage qui eſt tenu a droict & debuoir de cens eſt donné ſans charge en pure & meure liberalité, à quelque perſonne que ce ſoit, aucun proffit de ventes n'en eſt deu au ſeigneur cenſuel. Mais ſi ladicte donnaiſon eſt faicte à charge ou pour recompenſe, il en eſt deu proffit de ventes à la raiſon que deſſus, pourueu que la donnaiſon ſoit faicte à perpetuité.

§. DECIMVS QVARTVS.

Si prædium cenſuale ob meram liberalitatem & abſque vllo onere, cuicunque perſonæ donetur, ex ea vtique donatione nullę domino cenſuali debentur laudimiæ. At ſi ob cauſam aliquam oneroſam aut in compẽſationem fiat, vtique debebũtur, dummodo illa donatio perpetua erit.

MEmini hanc rem à me affatim tractatam in §. 12. in ver. donatione. Tamen id ſciendum, nõnihil intereſſe inter hunc & illum §. Siquidem ob donationem rei feudalis quocunq; modo fiat, ſiue ob cauſam oneroſam, ſiue ob meram liberalitatem, indiſtincte rachatum deberi conſtitutum eſt. At pro donatione rei cenſualis adhibenda eſt huius conſtitutionis diſtinctio, vt ſi fiat ob cauſam oneroſam vel in compenſationem, debeantur laudimiæ. Sin ob meram liberalitatem, nullæ debeantur. Quæ diſtinctio ius cõmune inuertit, quo videtur diſponi onera aduentitia, vt gabellas, deberi vtique pro rebus immobilibus titulo lucratiuo tranſlatis. ſecus ſi ex titulo oneroſo. [tex. in l. vnica. de impon. lucr. deſcrip.] Quod enim ob cauſam vel in cõpẽſationem donatur, non dicitur propriè donatio, ſed debiti ſolutio. [l. ſi pater. & l. Aquilius Regulus. ff. de donat. l. ſi non remunerandi. in pr. ff. mand. l. ſed ſi lege commiſſoria. §. conſuluit ſenatus. de petit. hæred. plenè moder. in l. ex. hoc iure. ff. de iuſ. & iur.] Cęterum hęc non obſtant quominus non ſit ſequenda hæc noſtra conſuetudo, de qua vbi conſtat, protinus ceſſant leges iuráque ciuilia. [§. ſed naturalia. inſt. de iuſt. & iu. & diximus ſ. in operis proœm.] Neque tamen ratione caret. Nam ſi Ioan. Fab. credimus in l. 1. ver. quid ſi duo. C. de inoff. donat. Iſtæ donationis ſpecies magis ſunt vẽditiones quàm donationes: & proinde nihil mirum ſi ex illis debeantur laudimiæ. [Ita decidit Pet. Iac. in tit. de act. in rem emph. verſ. Item excepta datione in dotem. Et Guid. Pap. conſ. 214. circa materiam. col. 6. verſ. ſed ceſſat aliud. & conſ. 218. indubitanter. col. antepen. verſ. ad octauum. & ſing. 878. donatio. verſic. ſi duo donant.]

Cæterum, iuxta hanc diſtinctionem, quæſtio hęc nobis diſcutienda eſt: ſcilicet, An, ſi res cenſualis ob cauſam matrimonij donetur, debeantur laudimiæ? Et is mos inualuit, vt ſi pater, auus, alij ve conſanguinei, donent hęredi ſuo pręſumptiuo in matrimonium ſiue in dotem, ex huiuſmodi donatione laudimias non deberi. quia illa donatio cenſetur eſſe facta in anticipationem ſucceſsionis. tex. ĵ. §. prox. & ſ. de obuen. feud. §. 14. vbi rem iſtam planè diſcuſſimus. Quod & iure communi procedebat per d. l. vnicam. de impon. lucr. deſcri. in pr. Sin autem donatio facta ſit ab extra

neo alicui qui verosimiliter successurus non erat, tunc hucusque obseruatum est laudimias deberi. vtpote rachatum si res donata feudalis sit: sin censualis, duodecimam valoris rei partem. Iuxta ea quæ habentur in hoc §. & §. 8. & 12.

Sed & interim obiter sunt taxãdi tabelliones nostri, hominũ genus imperitissimum, & in quo tamẽ rerũ ac iuris peritia maximè necessaria est, qui vbi instrumentum donationis conficiunt, solent tam imperitè illius causas hac atque illac miscere, vt mille lites exinde in dies nascãtur. Scribunt enim, quẽ filio aut alij eas res ex mera liberalitate donasse, & interim subnectunt causas donationis, addentes ob benemerita & grata, vt dicunt, seruitia à donatario erga donãtem impensa. Vnde domini cẽsuarij, ex ea donatione, vt pote ex causa facta, atque in compensationem, laudimias sibi asserunt, vt constat ex instrumenti tenore. Contra contendit donatarius nullas se debere, vt quia donatio ex mera liberalitate facta est, vt ostendit eiusdem instrumenti tenor. Hinc lis acerrima oritur. Dispiciẽdum itaque nobis est, quis horum iustius induerit arma. Et quærendum ideo, an ex his permixtis confusisq; instrumenti verbis, censenda sit donatio simplex, an ob causam? Et quidem existimo ego, vt paucis me explicem, hac distinctionis concordia cõtrouersiam istam esse terminandam. Siquidem aut in donatione ista nulla facta est expressa mentio seu specificatio horum obsequiorum seu benemeritorũ à donatario in donantem collatorum. sed tantum in instrumento continetur eam esse pure simplicitérque ac ex mera liberalitate factam, adiecta tamen generali mentione benemeritorum: & tum eo casu puto simplicem esse donationem, & non remuneratoriam. nec obstat benemeritorum mẽtio. nam ea verba nimis generalia arbitror, ac nudo sermone effusa, appositáque potius ad colorem donationis, quàm ad substantiam. [arg. l. quod venditor. ff. de dol. & l. venditor. & l. sciendum. in pr. ff. de ædil. edict.] Vnde quia ad donationis robur adiiciuntur, non debent minuere effectum rei quæ geritur, sed magis iustificare contractum. d. l. Aquilius. & l. si pater. ff. de donat. confirmat Bald. in l. per diuersas. in 5. quæst. C. mand. & in l. vlt. in penult. quæst. ne lic. pet. vbi egregiè docet in cessionibus & donationibus titulum requiri, non causam. Et quia merita nõ sunt titulus, sed ipsa donatio: ideo non sunt probanda. quod intellige nisi fieret donatio ei cui donator libere donare non potest, vt vxori. secũdum Bart. in l. si forte. de cast. pecul. & in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 2. vel vni ex liberis, cuius meliorem conditionem facere non potest quàm aliorum. per nostram consuetudinem. vt j. de donat. §. 8. At si in instrumento specificata sunt merita, quibus inductus donator, rem donauit, tum non simplicem donationẽ crediderim, sed ob causam, ac remuneratoriã esse, eo quòd quando specialis causa quæ respicit cõmodum, expressa est in donatione, facit eam transire in donationem ob causam. [l. Aquilius Regulus. ff. de donat.] Ex qua distinctione facile est nosse an laudimiæ debeantur. vt nimirum si donatio remuneratoria sit, debeantur: sin simplex & ex mera puráque liberalitate profecta, minimè. [Et hãc quidem distinctionem tradidit Oldra. de Põte. consil. 5. Titius dedit duobus. quam secutus est Alex. cons. 40. super primo dubio. in 3. dub. volu. 4. Deci. in l. si donationem. in 5. col. in 2. conclus. C. de collat.] Quare lubẽs monuerim notarios nostros consilij Bart. in l. per diuersas. col. 2. vers. iuxta hæc quæro. C. mand. vbi suadet hãc meritorum mentionem planè auferendam ex donationibus puris ac simplicibus.

An permixtis confusisq; verbis donationis illa simplex an ob causam censenda sit.

ARTICLE CENTVINGTDEVXIESME.

Item, par donnation faite par pere ou mere, ou autres parens en auancement de succession, n'est deu proffit. Mais si apres le trespas du donneur le donnataire se tient à son don, ledict donnataire sera tenu payer au seigneur cẽsuel tel proffit qu'il est deu, si ledict heritage luy fust aduenu par succession.

§. DECIMVS QVINTVS.

Ex donatione ab altero ex parentibus facta, aut cognatis, hæredi præsumpto in anticipationem futuræ successionis, nullæ debentur laudimiæ. At si post donatoris mortem donatarius donatione sua contentus ab illius hæreditate se abstineat, similes laudimias domino censuali pendet, quas soluturus esset si res donata iure successioni illi obuenisset.

HVnc §. habes à nobis supra explicatum, in §. prox. sub princ. & latius. ff. de obuent. feudal. §. 14. vbi similis est tex. circa donationes de rebus feudalibus in anticipationem successionis factas.

ARTICLE CENTVINGT TROISIESME.

Item, par contract de bail à rente faict à temps, à vies, ou à tousiours mais, n'est deu aucun proffit de ventes, s'il n'y a bourse desliée. Et se payeront ventes pour autant que se montera l'argent qui aura esté debourse.

§. DECIMVS SEXTVS.

Ex contractu libellario seu concessionis ad redditum & pensionem annuam menstruámve, nullæ debentur laudimiæ, nisi in eo pecunia interuenerit. Quo casu pro numeratæ pecuniæ rata, tantum debebuntur laudimiæ.

Et hunc quoque §. declarauimus supra. de obuent. feudal. §. 4. quæst. 7.

ARTICLE CENTVINGT QVATRIESME.

Item d'heritage baillé à rente, à vies ou temps, ne sera deu aucun proffit de relief, par le trespas du preneur, ny de ses ayans cause. Mais sera deu seulement quand le bail sera faict à tousiours mais.

§. DECIMVS SEPTIMVS.

Ex fundo ad pensionem concesso ad vitam aut in certos annos, nulla releuamenta post mortem acceptoris suorúmque successorum debentur: sed duntaxat cum concessio in perpetuum facta erit.

ARTCLE CENTVINGT CINQVIESME.

Item, & quand l'heritage tenu à droict de cens est baillé à rente à tousiours mais, & le bailleur decedde, le proffit de relief sera deu de ladicte rente, & non de la seigneurie vtile. Et pareillement si le preneur decedde, sera deu par son trespas relief de ladicte seigneurie vtile.

§. DECIMVS OCTAVVS.

Cum prædium censuale ad pensionem in perpetuum concessum est, isque qui concessit moritur, releuamentum ex pensione debebitur, non de vtili domino. Similiter & cum is qui accipit, moritur, ex dominio vtili non ex pensione releuamentum præstabitur.

ISte §. ad declarationem præcedentis venit, qui quidem magnam æquitatis rationem habet. Nam cum per huiusmodi concessiones separetur dominiũ directum ab vtili, æquum est vt moriente domino directo, pro eo tantum quod remanserat penes illum, id est, pro data pensione representante directum dominium, soluantur laudimiæ. Et similiter moriente vtili domino, pro vtili dominio, id est, pro fundo separato ex distracta prius ab eis æstimatione pensionis, debeantur laudimiæ.

ARTICLE CENTVINGT SIXIESME.

Quand l'heritage censuel baillé à rente, soit à vie ou à tousiours mais, est vendu, il est deu proffit de ventes, soit que le fond ou la rente soient venduz.

§. DECIMVS NONVS.

Cum prædium censuale ad pensionem ad tempus aut in perpetuum concessum venditur, laudimiæ debentur, siue prædium ipsum alienetur, siue pensio.

ARTICLE CENTVINGTSEPTIESME.

Item nul ne pourra bailler à nouuelle cenſiue aucun heritage qu'il tiendra en cenſiue d'autre ſeigneur.

§. VIGESIMVS.

Res cenſuaria ad nouum cenſum tradi non poteſt.

HAec ſane fuit, vt aiunt, Saturnina additio nec lecta nec audita vnquam. Sed collegæ noſtri plus æquo eccleſiaſticorum auaritiæ indulgentes, eam hîc inſerendam curauêre. Quam ſanè prorſus indignam exiſtimaui, quæ in ſcriptis redigeretur. Immo in ea manebo hæreſi, vt hunc & §. 8. ſ. eod. abolenduus perpetua memoria cenſeam. Nam & prohibuit Romanus pontif. in c. prohibemus. extr. de cenſ. ne à prælatis vel ab eccleſia noui imponerentur cenſus, nec veteres augerẽtur, nec partem reddituum ſuis vſibus appropriare præſumant, ſed libertatem quam maiores conſeruare deſiderarunt, poſteritati ſuæ bona voluntate conſeruent. Eadem & præclara monitio extat, in c. cum apoſtolus. §. prohibemus. eo. tit. vbi dicitur prælatos nobis, non nos illis theſaurizare debere. Quare cum illi tam iuſtis monitionibus locum vllum relinquere negligant, nobis eſt pro Reip. libertate acerrimis ſtudiis concertandum, curandúmq; ne tam grauia cenſuum onera noſtræ imponantur ciuitati, ſuadente id Barb. in ſimili materia cenſus, in con. 8. clementiſsimi. col. 5. vol. 2.

Cæterum, quod ad huius §. materiam pertinet, ea vtique in ſe vera eſt. quia quãuis iure feudorum non prohiberetur vaſſallus alij per libellum ſubfeudare, & emphyteuta per cõtractum precariæ nouum emphyteutam facere, vt planè diſcuſsi ſ. de feud. §. 16. & ſeq. Hoc tamen nunquam eſt admiſſum in prouincia noſtra Bleſenſi in materia cenſus in qua nunquam licuit cenſuario, nouum ſubcenſuarium facere, ſiue rem in cenſum, quam ab alio tenet, alij in cenſum tradere. Et ratio eſſe potuit propter difficultatem illam quæ tangitur à Doct. in l. 3. de iur. emphyt. cum ſcilicet res emphyteutica vel cenſualis venditur, cui ſolui debeant laudimię, an domino cẽſuali antiquo, an ſecundo domino ſubcenſuali. Quam quidem quęſt. illic dicuſsi, & antiquo domino ſoluendum decidi.

ARTICLE CENTVINGTHVICTIESME.

Item, les gens d'egliſe & autres ayans heritages deument amortiz les pourront bailler à cens ou rente, ainſi que bon leur ſemblera, pourueu qu'ilz ſoient en leur cenſif.

§. VIGESIMVS PRIMVS.

Viri eccleſiaſtici, & qui à principe ius habent poſsidendi temporalia, debitè (quod aiunt) amortizata, ea ad cenſum penſionémve concedendi ius habent, modo ea de peculio ſuo cenſuali exiſtant.

HAec conſtitutio interpretanda, eſt ſecundum veterem conſuetudinem prouinciæ noſtræ in proceſſu verbali expreſſam: ſecundum quam olim viris eccleſiaſticis, & aliis collegiꝭ manum (quod dicitur) mortuã facientibus, de quibus agitur in quinque vltimis §§. ſ. de iur. dom. nouum creare cenſum minime licebat. Commiſſarij autem noſtri huic negotio deputati eccleſiaſticæ genti, alioqui in re honeſta fauore dignæ, plus æquo meo iudicio indulgentes hac interpretatione moliti ſunt, vt aiebãt veteris conſuetudinis aſperitatem, vt eis quidem ad cenſum concedere liceret res quæ quondam de eorum cenſiua fuiſſent. Sed non poſſum non ingemiſcere ac conqueri de hac temporum cõditione, in quã non ſine magno Reipub. noſtræ detrimento incidimus, ob tam nefarias cẽſuum exactiones. Nec me in hoc vincere poſſum, vt rem contra æquitatem, propriúmq; noſtræ conſcientiæ motum, in bonam partem interpreter. Quare magis placet rem nudam relinquere.

¶ Item, que cens ſe peult diuiſer & departir.

§. VIGESIMVSSECVNDVS.

¶ Cenſum præterea diuiſionem partitionémque recipere certum eſt.

HAec vltima huius tituli conſtitutio probatur textu aperto, in c. conſtitutus. in ver. iuxta ratam. vbi glo. & interp. extra. de relig. dom. Nam quia vnus cenſus ſoluebatur pro pluribus eccleſiis, Rom. pontifex adiudicauit epiſcopo Albanenſi, cenſum qui pro pluribus eccleſiis ſoluebatur, pro rata portionis, ad quam monaſterium (contra quod eſt ſentẽtia lata) tenebatur. Quod ita hîc ſtatuitur quando plures res cẽſuales ad vnum cenſum tenẽtur, vt ſi ad quatuor denarios (qui cõmunis eſt & definitus modus cẽſus in hac prouincia, niſi in pluri aut in minori ſumma cõuẽtione partium ſtatutus ſit) vnum terrę iugerum teneatur, & id inter quatuor cohæredes aut ſocios in quatuor partes diuiſum ſit, eorum quilibet ad ſingulum denarium tenebitur, nec vnus pro alio reſpondere minimè cogi poterit. [tex. eſt in id expreſſus in l. vlt. de debit. ciuit. ibi: Vt ſinguli æqua ęſtimatione habita, pro rata rerũ quas poſſident, conueniantur. & videtur text. in l. moſchis. in pr. ff. de iur. fiſc. ſecundum veram ſignificationem dictionis (omnem) quæ eſt collectiua, nõ diſtributiua, vt not. in l. ſi pluribus. de leg. 2.] Sed certè in penſionibus annuis, & hyppothecariis redditibus aliter vtimur. Bartol. quippe in d. l. moſchis. interpretans eam dictionem, omnem, id eſt quemlibet, decidit creditorem agẽtem hypothecaria poſſe eligere quem vult è poſſeſſoribus rerum hypothecariarum, nec teneri quemlibet eorum conuenire pro rata. Nam pro paruo debito tota res quãuis magna tenetur. [l. quandiu. C. de diſtract. pign. vbi etiam Bart. qui tradit expreſſum eſſe in l. creditoribus. ff. eod.] Hinc Specul. in tit. de oblig. & ſolut. §. 1. ver. ita enim debitor meus. tradit quòd ſi plures res ſint obligatæ & à diuerſis poſſideantur, poteſt creditor quem velit petere, nec illi vtique obiici poterit vt pro rata cõueniat. Quoniã id durũ eſſet creditori, vt viduæ (verbi gratia) agẽti hypothecaria pro exigua dote, ſi res illi ſit cum pluribus & ab eis minutum quod ſibi debetur, petierit. Nec enim æquũ eſt in plures aduerſarios diſtringi, qui cum vno cõtraxit. [l. 2. ff. de exercit.] Cum non ſit vnica intentio ſeparanda diuerſis iudiciis [l. penult. de ſilent. lib. 11. C. l. 2. §. ſed ibi. quando & quib. quar. pars lib. 10. C.] ne in plures aduerſarios ſciſſa lis afficiat agẽtem [l. iam tamen. §. ſi tamen. ff. iud. ſol.] Poſſeſſores enim & detẽtores rei hypothecatæ, beneficium diuiſionis non habent, ſicut plures fideiuſſores cum hypotheca ſit realis & indiuidua [l. rem hæreditariam. ff. de euict. l. pignoris. ff. de pignor. Et ita ſenſit pract. Papien. tit. de act. hyp. in ver. exceptionem excuſionis. ver. ſed nũquid plures poſſeſſores. Quem ſequitur Boher. in cõment. conſuet. Bitur. §. 1. tit. de conſuet. hypoth. vbi multos citat aſſertores ſed falſò.] Certè contrarium omnino ſenſit Fab. in §. Item ſi quis. in fraudem. inſt. de act. & Guid. pap. in deci. delph. quæſt. 432. Supra quæ ver. ſed pone. Porro ſi aliquid actione perſonali proſequatur bonorum poſſeſſores, forte ex priuilegio, ſicut habet ciuitas per l. 2. de deb. ciuita. lib. 11. C. hoc caſu non tenentur niſi pro rata, & in eam ſententiam videtur tendere tex. in d. c. ex literis. extra. de pignor. & tex. in l. ſi peculium legetur. in fi. pr. de pecu. leg. Sin autem habet hypothecam tunc per hypothecariam auocat rem in ſolidum, & ſic detentor partis condẽnandus erit ad ſolutionem totius debiti, aut ad relaxationem eius quod poſsidet. per iura ſupra alleg.

FINIS.

DEerant in auctoris autographo §§. 9. ſub tit. 3. De la iuriſdiction de iuges pag. 186. quos imprudenter omiſſos pagina ſequenti adſcribendos curauimus ne prior hæc commentariorum pars omnibus ſuis partibus non conſtaret.

Article xxiiij.

Item, que ledict gros voier peult auoir fourches patibulaires à deux pilliers, fichez ſans patte: pillier & carcan pour executer les delinquans, par ſon ſon iuge condamnez, pour les cas dont il a connoiſſance.

article xxv.

Item, ſi le cas des criminelz requiert confiſcation, & elle eſt aiugée par la ſentence de ſon iuge, ladicte confiſcation apartiendra à ſondict ſeigneur ſuzerain, & non à luy: ſauf qu'il prendra preallablement ſur les biens confiſquez, la ſomme de ſoixante ſolz tournõ. d'amende, auec les frais & miſes qu'il aura faits à la pourſuite dudict criminel.

article xxvj.

Ledict gros voier a droit de prendre toutes eſpaues mobiliaires trouuées en ſa terre, iuſques à ſoixante ſolz tournois. Et le reſte apartient à ſon ſuperieur, les criées & declarations à ce requiſes preallablement faites.

article xxvij.

Le bas iuſticier qu'on appelle ſimple voier, a connoiſſance ſur ſes ſubiectz & eſtrangiers de toutes actions perſonnelles ciuiles, dont les amendes n'excedent point la ſomme de ſept ſolz ſix deniers tournois.

article xxviij.

Item, le bas iuſticier a vn ſeul iuge, pour connoiſtre deſdictes matieres perſonnelles ciuiles. Et peult auoir ſiege pour ſadicte iuriſdiction exercer, & ſergens pour faire les exploictz d'icelle.

article xxix.

Item, & peult le bas iuſticier auoir priſon & ſeps, pour tenir & garder les priſonniers vingt & quatre heures ſeulement. Et plus ne les doibt ne peult tenir, mais les doibt denoncer au iuge auquel il eſt ſubiect ſans moyen, à fin qu'il l'enuoye querir.

article xxx.

Item & ſi ledict priſonnier a commis cas pour lequel ſes biens ſoient confiſquez, ou qu'il ſoit condamné en l'amende pour ſon forfaict, ledict bas iuſticier y aura & prendra la ſomme de ſept ſolz ſix deniers tournois ſeulement, auec ſes frais & miſes.

article xxxj.

Item, le bas iuſticier n'a aucunes fourches patibulaires, n'autre inſtrument pour punir les delinquans: Car auſsi la punition & correction des malfaicteurs ne luy en apartient: mais ſeulement la caption ſi prendre peult les delinquans.

article xxxij.

Item le bas iuſticier a droict d'eſpaues mobiliaires iuſques à ſept ſolz ſix deniers tournois. Et le ſurplus appartient à ſon ſuperieur, les criées & declarations preallablement faictes.

EXCVDEBAT IVLIANVS ANGELERIVS.
BLESIS CALENDIS APRILIS.
1556.



